F. 161

Petrus [illegible] ...inciy

VOCABVLARIVM VTRIVSQVE IVRIS,

VNA CVM TRACT. ADMODVM vtili de Ratione ſtudij.

Acceſſit LEXICON Iuris Ciuilis, in quo varij & inſignes errores Accurſij notantur.

AVCTORE

ANTONIO NEBRISSENSI Viro doctiſſimo.

Nunc denuo ſtudio, ac diligentia ab innumeris erroribus expurgatum, multisque multarum vocum ſignificationibus illuſtratum.



VENETIIS, M DC XXII.

Apud Laurentium Gryphium, & Socios.

ADVERSVS INFANTES Iuriſperitos.

Verborum cultum non eſſe aſpernendum.

VOCVM proprietas, ſignificatio, ac interpretatio quanti in ciuili prudentia ſit momenti, hoc ipſo manifeſtum eſt: quod Iuriſconſulti fere ſimul, ac edictum, aliquod propoſitum eſt, mox ad verborum interpretationem pro[illegible]-rant; nec in edictis modo id obſeruant, ſed in cæteris quoque fere omnibus iuris tractatibus. Hinc Labeo Antiſtius, teſtes Gellio, iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publico reſponſitauit; cæterarumque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam ſeſe, atque Dialecticam, literaſq; antiquiores penetrauerat, Latinarumq. vocum origines, rationeſq. percalcauerat, eaq. præcipue ſcientia ad enodandos pleroſq, iuris laqueos v[illegible]tur. Hinc M. Fabius Quintillianus Rom. togæ glo[illegible] quem omnibus ſine controuerſia ingenijs anteponit [illegible]lenſis, exactiſſimi vir iudicij, quæſtionem omnem i[illegible] verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut volun-tatis coniectura contineri aſſerit. Sic quodam loco Ci[illegible]ro, tantus ille vir, vt Rom. forum ſimilem nunquam [illegible]buerit, proprietatem ſermonis Iuriſconſult. pecul[illegible]

eſſe affirmat. Et plane Iuriſconſulti omnes, qui inter manus verſantur, hoc eſt iſti, de quorum ſcriptis excerptæ ſunt Pandectæ (ne quid de priſcis illis dicamus, quorum ad nos ſcripta non peruenerunt) nihil eſt mea ſententia, inquit. Valla, quod addi, adimive poſſe videatur, non tam eloquentiæ (quam quidem materia illa non magnopere patitur) quam latinitatis atque elegantiæ, ſine qua cæca omnis doctrina eſt, & illiberalis præſertim in iure ciuili periti fuerunt. Vt enim Quintil. inquit, omne ius, aut in verborum interpretatione poſitum eſt, aut in æqui prauique diſcrimine. Quod igitur leguleï iſti dicunt, prudentiam in rerum eſſe cognitione, orationis facultatem nihil ad rem pertinere, videamus qualiter conſtitui poſſit. M. Tul. lib. 3. de Or. de eloq. loquens; Neque vero, inquit, hoc fugit ſapientiſſimum Regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem acceperit (de Ariſtot. loquens) a quo ille, & agendi præcepta acciperet, & loquendi. Nūc ſiue quis eum Philoſoph. qui copiam nobis rerum, orationiſq; tradat, appellet oratorem, per me licet; ſiue hunc oratorem, quem ego dico ſapientiam iunctam habere eloquentiæ, Philoſophum appellare malit, non impediam; dummodo hoc conſtet, neq. infantiam eius, qui rem norit, ſed eam explicare dicendo non queat, neque inſcitiam eius, cui res non ſuppetant, verba non deſint, eſſe laudandam. Item in oratore perfecto res ſic ſe habet, compoſitè, & ornatè ſine ſententijs dicere, inſania eſt, ſententioſè autem ſine verborum & ordine & modo, infantia, & rurſus alibi, illud verius, inquit, neq. quemquam in eo diſertum eſſe poſſe, quod neſciat, neque ſi id optimè ſciat; ignaruſque ſit facundiæ, ac poliendæ orat. diſertè ipſum, quod ſciat, dicere poſſe. Phęnix item apud Hom. ad Achil. loquens ita inquit; Pater tuus Peleus cum te primum ex Pthia patria ad Agamenonem miſit paruulum, adhuc

&

& bellicarum rerum ignarum,me tibi ideo adiunxit , vt vtroq. in genere inſtituendum te ſuſciperem. Cenſuit.n. te,& dicendi pręcepta accipere debere,& agendi. Vt iam manifeſtum ſit, iungendam eſſe cum eloquentia rerum prudentiam,& contra,ſi quia modò non infans, aut inſanus dici velit. Proinde miramur noſtri temporis iuriſperitos, tàm ab eloquentia alienos, in quibus vel peculiare eſſe debuerat,diſcretè atque ornatè dicere;vt qui in maxima reipublicæ luce;atque omnium oculis verſantur,quique conſulti,prudentes,periti deniq. iuris dici volunt,dignoſque ſe ſolos inter omnes literatos exiſtimant;qui rerum humanarum,diuinarumq. arbitrium, diſceptationemque habeant:quique viros(Principes,& ſupra humanum faſtigium euectos) ſoluere, & illigare legibus interpratationib. ſuis poſſint. Non me fugit quid Lactantius libro quinto,ſextoque de eloquentia diſputauit, vir ipſe loquendo lautiſſimus;ſed nos de latinitate, & elegantia, & ſermonis puritate loquimur, ne ſcilicet illotis manib. (quod Caius Iuriſconſultus vetat) diuinarum humanarumq. rerum ſcientiam aggrediamur,ſed latinitatis modo,ac proprietatis verborum notitia inſtructi, quod non de diſerta illa, & oratoria eloquentia intelligendum eſt, quæ iuris ſtudioſis noſtro ſæculo neceſſaria nō eſt,tametſi olim,vt quiſq. iuris erat peritiſſimus,ita etiam in dicendo præſtantiſſimus.Sed nunc proh pudor,nullam iſti verborum rationem habendam autumnant,dum ſenſus aſſequantur.Sanguinem ſcilicet legum quærendum, non cutem(vt eorum verbis vtar)arbitrantur,non florem, ſed frugem ſcientiæ conſectandam exiſtimant. Atq. hæc ita dicunt,quaſi aut verba,rerum imagines neſciant, & ſenſuum inuolucra, quę quam maximè effingi congruenter & accommodatè reb. debent,aut quaſi Bartolus, & Baldus,& reliqui eiuſdem ordinis, quos iſti verborum con-

temptores pro nominib. colunt,& quorum ſcripta inter ſacrorum vatum oracula, in lararijs habent, verba nō ipſi appendere velut ad Critolai libram ſoleant. Vt enim ille quadam ſolertia in altera libræ ſuę lance animi bona imponens, in altera corporis & externa, multum admodum propendere illam animi lancem deprehendebat; ſic iſti iu riſperiti vnum quodq; verbum, atque ideò ſyllabam, in quib. commodum ſit locis ad conſtituenda ſua dogmata, ponderanda ſolerter admonentes, verborum vires excutere ſe, & ſcrupulari etiam differentiam'ęſtimare credi volunt. Quos ſibi imitandos iſti (id quod fatentur) propoſuerunt, niſi manifeſtè cum ratione inſanire, ſibique pugnare velint, verba quoq. ipſi curent neceſſum eſt, non ſenſum modò, quandoquidem ex verbis ſenſus depēdent. In hoc.n. comparatæ ſunt voces, vt id, ad quod ſunt inſtitutæ, & audientibus, & legentib. inſinuent, alioqui fruſtratoria eſſet verborum inſtitutio, ſi non ſuo munere fungantur, ſed vel audientis arbitrio deſeruiant. Fruſtranei eſſent tituli illi integri de verborum ſignificatione, non in iure modò ciuili, ſed etiam pontificio. Sed age, viuant iſti ſuo more, & iniquiſſima tyrannide venerandam illam priſcam maieſtatem legum conculcent, opprimant, euertant, nos, quod inſtitutum eſt noſtrum, perſequamur, recti fiducia ſubnixi. Nec.n. debet ob hoc à virtute quis deſiſtere, quòd paucior ſit numerus eorum, qui rectè viuunt, ſed eò magis ad probitatem contendere. Hæc habui, quæ huic lexico præponerem poſcente loco, quò pertinaciam eorum refellerem, qui ſe verborum contemptores ex profeſſo iactitant, ne quis verborum proprietatem, ac ſignificationem, quæ eſt huius libelli materia, negligendam, ab illis falſo perſuaſus, credat. Vale Lector candidiſſime, & noſtram diligentiam his quoque minutijs benigno fauore proſequere.

Proœ-

Procemium.

QVONIAM Iuri operam daturum prius noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat, ff. de iuſt. & iure, l. 1. in princip. Etiam, vt ait Philoſoph. 1. Ethicor. qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, id eſt decipiuntur. Niſi enim nomen rei ſcieris, cognitio rerum perit, ſecundum Iſidorum. Turpe etiam videtur patricio, & nobili viro, & cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare, ff. de orig. iur. l. 2. §. Seruius autem Sulpitius, & de haeret. cum ex iniuncto. 38. diſtin. ſedulo. Ex quibus omnib. habetur, quod nemo debet ignorare ſcientiam, in qua verſatur. Quod attendens legiſlator Vlpian. dicit: Bene eſt, priuſquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ipſius ſignificatione tituli referre. ff. ſi cer. pet. l. 1. Idcirco quorundam terminorum, qui in iure vtroq; maximè frequentantur, neceſſarium fore duxi deſcriptiones, & ſignificationes clarius exponere, tam ſummis Azo. & Goff. quam aliunde collectorum, propter iuuenes maximè iuris vtriuſq; alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine, vt eo melius memoriae mandentur, & tantò citius inueniantur, perſtringendo etiam cum allegationibus in locis ſuis, vt in iure

modicum perfecti per ignota minimè procedentes, his cognitis principijs, & terminorum ſignificationibus, acceſſum faciliorem habeant ad vtriuſque iuris notitiam, quia omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare potius eſt diuinitatis, quàm humanitatis, C. de vet. iur. enucl. l. 2. §. ſi quid autem, verſic. quia omnium. Et notat Bern. de reſcript. cap. cum adeo. in gloſ. 1. de confirmat. vtil. vel inutil. cap. porrecta, in gloſ. 2. Et ſi lectori aliqua vocabula occurrerint, quorum expoſitio hic non inueniatur, de hoc non miretur, quia nec omnium memoria potuit occurrere.

VOCABVLARIVM VTRIVSQVE IVRIS,

ANTONIO NEBRISSENSI

Viro doctiſſimo, Auctore.

De Litera A.

A, quando facit ſeparationem,& quando includit, & excludit,no Io And. de prẹb. c. ſtatutũ, lib.6.& Arch.de elec.c.1. eo.lib. Et de a & ab, in ſimili no. Arch. 30.diſt.aliter. Et de a;in c.potuit de do.& contum. Et etiam a & ab,denotant ſeparationem, C.de nup.l.a Caligato, & ibi per Cy. in gl.3.l.ordinata, ff.de l. con.& ff.de duo.re.l.ſi ex duob. vbi tex. cum gl.ff.de act.emp.l.2.§. ſi.Itẽ a vel ab, eſt dictio ſignificatiua primi termini a quo, ſicut dictio vſq;termini ad quem.Hic autem terminus a quo, ſignificat excluſiue,vel incluſiè,vt quo Bart.in l. patronus, ff.de leg.3. Vnde a vel ab, ſignificat excluſiuè dicendo in ſtatuto. A pulſu campanæ,de ſero nullus vadat per vicos ſub pœna tali. Nam hoc ſtatutum intelligitur pulſata campana. Ideo ſi quis vadat, quando pulſatur, non incidit in pœnam, incluſiuè ſignificat, ibi, A pulſu campanæ de mane quiſq; poteſt domum exire,quia ſtatuens ſic videtur intellexiſſe, &c.Et vide plenius de iſtis dictionib. per Ioan. de Ferra.in ſua practica forma capituli, quando teſtes producuntur ad æternam rei memoriam. Adde hic, quod aliquando præpoſitio a ponitur pro fine,vt l.j.ff.de leg. 3.§.hi quib.& ibi gloſ.ſuper ver. apolides,& gloſ in l.quidam decedens, in princip. ſuper verbo, alogiſtas de adminiſ.tut.& de ædil.edit.l. ſi quis ſi fugitiuus. §. apud Labeonem,ſuper verbo aſylum.Aliquando ponitur cauſatiue, 27. quæſt. 2. coniunges, & c. coniunx. & c. ſic. §. ex his. Aliquando pro ex, vt ff. de acqu. rer. dom. l.adeò, §.quod ſi ex vno,& 16.q.3. poſt quingentos,§.item ſi de reb.& c.ſi ſacerdotes.

tes. Aliquando ponitur pro per, C. ad leg. Fla. de plag. l. 1. ibi a quo ideſt per quem, & l. ſeruo legato, §. 1. ff. de leg. Aliquando ſubauditur a iure, vt ff. de re mil. l. milites, ibi militia. i. a militia, & de neg. geſt. l. liberto. §. litẽ ibi, ſententia. i a ſententia.

De illis dictionib. a vel ab, an includant, vel excludant, vide Bart. in l. patronus. §. 1. in fin. ff. de leg 3. & an ſeparationem denotent, Bart. in l. meminiſſe, ff. de offic. procon. & in l. ſi ex duob. ff. de duob. reis.

Adde, quod prępoſitio a, exponitur aliquando pro poſt. l. 2. §. quod ad magiſtratus. de orig. iur.

A ante B.

AB, aliquando ponitur pro contra, vt l. commiſſa. ff. de pub. ibi ab hæredib. i. contra hæredes. Aliquãdo ponitur pro ob, C. ſi quis Imp. male. l. 1. ibi, ab iniuria. i. ob iniuriam. Aliquando pro per, extra de app. ab eodem, l. 6. Et differũt, a, & ab, vt his verſib. continetur, Quod facit a, facit ab, ſed in hoc differre videntur, Ab cum vocali, a, reliquis vult aſſociari. De ab not. ff. de aquã quot. & æſti. l. 1 §. æſtatem, & C. de temp. app. l. fin. in princ. & 55. diſt. cap. qui parte, & 77. diſt. in veteri. 35. quæſt. 6. ab illo 37. diſt. a quibuſdam. per Arch. 31. diſt. aliter.

Ab, aliquando denotat ſeparationem, vt eſt glo. expreſſa in c. ſtatutum, de præb. in 6. glo. in l. ſi ex duob. in verb. ab altero. ff. de duob. reis, & in l. 3. § fi. in verbo, a Brunduſio ff. de act. emp. & verũ Bald. & Alex. de Imol. in l. 1. ff. ſi quis cau. in 4. col. Ioan. de Imo. & Dom. in cap. frequens, in 5. col. ſupra glo. in verſic. 15. arctatur tempus, de reſtitu. ſpoliat. lib. 6. cum concord. poſitis.

Interdum ponitur pro poſt, gl. in l. neminem, C. de dec. quandoque pro fine, veluti cum dicitur ab re. i. ſine cauſa, l. ſi quis, ad fin. C. de fur.

Abaces erant repoſitoria vaſorum pretioſorum, l. hæres, §. cui. de leg. 3. Alc. tamen lib. Parer. 4. legit baſes.

Abaſtor ſecundum Iſid. lib. 10. etym. eſt fur iumentorum, vel pecudum, quem vulgò vocamus abigeum. Nam abigeus eſt, qui crimen abigeatus committit, & propriè ille, qui pecora alicuius a paſcuis, & armentis ſubducit, abigendi ſtudio hanc artem exercẽs, vt per aliquod ſignum, quod facit, animalia fugiant, ſeparentur, & diſpergantur, & ea ſic recipiat. ſ. cum panno rubeo, vel aliàs oues quaſdam ad nemora fugando, vt aliàs accipiat, & deprædetur. Et eſt abigeatus crimen capitale. C. de abigeis. l. vnica. Et maximus Orator apud Græcos Demoſthenes diferentiam ponit inter furem, & abigeum, dicens, quod ille, qui vnam ſolam pecudem

dem ſurripit fur eſt, & vt fur coërcebitur, ſed qui totum gregem ſubtrahit, abigeus eſt, & crimine abigeatus tenebitur. Et ſine ſcriptione recipitur huiuſmodi criminis accuſatio, vt d. l. vnica. C. de abigeis.

Abamita eſt ſoror abaui, ff. de gra. l. præall. §. auunculus.

Abauia eſt mater proaui, vel proauiæ, ff. de gra. l. iuriſc. §. quarto gradu.

Abauunculus eſt frater abauiæ ſecundum Iſid.

Abauus eſt pater proaui, vel proauiæ.

Abbas ante benedictionem appellatur Abbas, ſecus in Epiſcopo, ita Fel. in cap. eam te. de reſc. col. 5. verſic. 3. reſtringitur, & ibi quærit differentiam inter Epiſcopum, & Abbatem, vide ibidem Felyn.

Abbas habet dignitatem, cap. vt Apoſtolicæ, de priuil. in 6. & in cle. & ſi principalis, de reſcr. & ibidem Card. 1. quæſtio. imò Abbas omnib. prælatis poſt Epiſcopum debet præferri. de quo per Fely. in dicto c. meminimus, & cap. ver.

Abbatiſſa habet dignitatem, cap. indemnitatib. de elec. in 6. in §. verum, & l. generali. C. de ſacroſanc. eccleſ. Dom. de Sancto Gemin. in capit. meminimus, de accuſ. verſic. vlterius quæro.

Abbreuiatura dicitur inſtrumentum notarij non extenſum, Bart. l. chirographis, in prin. in 2. not. ff. de adminiſtitut.

Abdicatio quid ſit, vide l. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de orig. iu. l. liber homo, de ſtatu homi. & l. pen. de off. præſid. & l. abdicatio. C. de pa. po.

Abditas, id eſt abſconſas, l. 1. C. de theſau lib. 10.

Abduci, eſt à veritate ſeparari. Item ho. quod adduxiſſe non ſolum is dicitur, qui per vim abduxit: ſed etiam, qui perſuaſit alicui, vt ab alio diſcederet. l. itē apud, §. abduxiſſe. de iniur.

Abeat, ſine h, id eſt recedat, ff. de in diem addic. l. 1.

Abeſſe, quandoq; dicitur, qui in iure non eſt, vt l. 4. §. abeſſe. ff. de dam. infec. Quandoque qui à tribunali abeſt, l. non tantum, §. ſenatus, de fideicom. lib. alijs quoque modis quis abeſſe intelligitur, vt infra in verbo abſens.

Abeſſe non dicitur res, quæ caſualiter abeſt. Bar. in l quæſitum, §. fin. ff. de leg 3.

Abeſſe cauſa reipublicæ dicitur quis, quamdiu durat officium, & finito officio quamdiu redire potuerit ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ, ſcilicet à die receſſus vſque ad reditum, ſi ob commodum ſuum non abfuit, Bar. in l. abeſſe, ff qui. ex cau. ma.

Abhinc aliquando ponitur tēporaliter, & reſpicit futurum tēpus, vt abhinc, id eſt ab hoc tēpore in anteà, C. de ſacroſanct. eccl. l. placet.

Ab hoc, id eſt poſt hac, ff. de orig.

de orig.iur.l.2.§.hunc.

Abhorrere aliquando ponitur pro differre.l,ſi tibi areæ,§. ſed ſi puerum,de præſcrib.verb.

Abigere eſt a ſe expellere, vel crimen abigeatus exercere.

Abigere partum, eſt per abortionem eiicere, l. Cic de pœnis.

Abigeus,vide Abactor,

Abiicere eſt ſpernere, vt in auth.quib. mod.nat. effic.legi. §. ſit igitur.

Ab inteſtato, i. ſine teſtõ. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defe. in rubro,& in nigro.

Abiudicare, & adiudicare differunt. Nam abiudicare idem eſt, quod remouere, & abdicare; adiudicare autem idem eſt, quod applicare; facit text. & ibi no. in l.cum venerabilis, verſ. quia verò ibi, eidem epiſcopo adiudicauimus,de exc.& in cap. auditis,in verb. adiudicantes, de præſcr. & c.cum cauſa,in ver. adiudicare curiani.de re iuſt. & adiudicatio propriè habet locum in his, quæ habent cauſam mixtam,id eſt in cõmunibus iudicijs, l.ſi quis fundũ, §.officio.ff.communi diui.& l.ſed & ſi res,in prin ff.de pub.Aliquãdo exponitur adiudicare,ideſt iudicare ad ſe ſpectare, vide Ioan. Mon.Archid.de Doct.in c.Abbate ſanè. in princ. & ibi Dom. de Sancto Gem. in 2. col. in verſic. Nota, quod procedit concluſio, cum ſeq.verſic. de re iudic lib.6. Quandoque ponitur prò confirmare,vt in cap.vt quis duas, in ff. de elec. lib. 6. & vide Alberic. de Roſa.in ſuo Diction.in ver. adiudicatio.

Ablatiuus caſus aliquando reſoluitur in accuſatiuum,& præpoſitionem propter,vt mandato,id eſt propter.ff.mand.l.ſi mandato. §.fin.& l.dotem ferro.§. eam rẽpe pub.Aliquando in accuſatiuũ, & præpoſitionem,in,vt quiete,id eſt in quietem,C. de primice.l.1. lib. 12. Item ablatiui abſoluti in contractibus non diſponunt, ſed reſoluuntur, patet, quia agi non poteſt,ita not.Bartolus,& Baldus in l.prima.C.quando lic.ab emp. diſcedere, facit l. euictis agris,ff. de vſu.l.euictate,de euictio.l. exceptis ad legem Falcid.Item in vltimis voluntatibus l. a teſtatore, vbi Bart.& alij, ff. de conditionibus,& demonſtrat. niſi verba referantur ad eum, quem teſtator poteſt grauare, l. fideicommiſ.§. cum eſſet,vbi plenius Barto.ff.de legat. 3. & ibi late per Iaſonem. Item adde quod aliquando ablatiui abſoluti nihil important, vt eſt text.in l.ſecunda,§. poſthuhumis, in verſicul. ſed ſi extraneum, iuncta gloſſ. in verbo filio præcedente, de vulg. & pupil. & l.adoptare,ff.de adop. Item adde, quod ablatiui abſoluti faciunt cõditionem expreſſam; ſecundum Bart.in l.1. in vltima colum. ff. de conditionib.& demonſtrat.

Abmatertera eſt ſoror abbauiæ, Inſtit. de gradibus. §. ſexto gradu.

Abne;

Abnepos eſt filius nepotis.

Abneptis eſt filia pronepotis, vel proneptis.

Abnoctare ſignificat per totam noctem abeſſe, l. illud de off. præſid.

Abolitio eſt accuſationis inſtitutæ peremptio, vel abſolutio, qua quis nomen alicuius accuſauit, cum omni inſcriptione iam facta in totum aboletur, remiſſa neceſſitate accuſandi, & habet impetrare a principe, vel iudice ab illo, ſcilicet qui aliquam accuſationem inſtituerat, & in ea ſe inſcripſerat. Talis enim citra infamiam deſiſtere non poteſt, niſi abſolutionem impetrauerit. Sed quando talis impetrat, quod deſiſtat, & quod illud, quod per accuſationem inchoatum erat. deleatur, rite fit. Et eſt duplex abolitio, ſcilicet generalis, & ſpecialis. De generali hr. C. de abol. genera. l. vlt. & ff. de abol. l. abolitio. Et per hanc eximitur reus, quod non incidit in Turpilianum, ſi nõ deferat accuſatum, ff. de abol. cri. l. ſi interueniente. Et ſi infra triginta dies poſt obligationem generalem cauſa propoſita non poteſt probari, ad eam redire non poteſt. C. de abolitione generali, l. 1.

Abominatio appellatur ſeruitus idolorum, ſecundum Hier. in homilia. Largius tamen ſumitur in cõi vſu loquendi, pro qualibet re turpi, & abominabili. Vnde dicitur abominatione populi, ext. de cler. egrot. c. tua nos. Vel abominatio, eſt Deo eleemoſyna facta de rapina, ſimonia, vel vſura, 1. q. 1. non eſt putanda, 14. q. 5. ſcriptum eſt.

Abominationem recte appellabimus, quam dicimus excommunicationem, & abominatum, qui eſt excommunicatus. Sic enim plerumque appellat Alciatus noſter.

Abortiuus eſt puer, vel alter fętus ante debitum tempus natus, & ideo ſic dicitur quod non oriatur, ſed aboriatur, & excidatur, ſecundum Iſid. lib. 10.

Abpatruus eſt frater abaui, vt Inſt. de gra. cog. §. ſexto gradu.

Ab re, i. ſine cauſa, vt habetur in l. ſi quis ſeruo alieno, C. de fur. & l. cenſent. C. quomodo, & quando iudex.

Abrogare eſt deſtruere, vel delere in toto, vnde dicitur lex abrogata, quando in toto eſt ſublata, vel deſtructa. Sed derogatur ei, quando in parte tollitur, vel ei detrahitur, ff. de verb. ſign. l. derogatur, & abrogare interdum eſt addere aliquid. Et ſeptem de cauſis aliquid abrogatur, vt not. d. 4. § hæc & ſi. de legib.

Abruptum, i. turpiter acquiſitum, vel aliter, vt ff. quarum rerum actio non da. l. 1. §. ſi manumiſero.

Abſciſſe, i. fixe, & determinate. l. ſemper, §. demonſtrator, de iu. immun.

Abſens quis dicitur in iure multis

multis modis, vt tradit Iaſo. in §. rurſus, in princ. Inſtit. de actio. & poſt eum Acc. in l. mulieris, & in l. abſentem, de verb. ſignifica de quo vide etiam proximè, in verbo, abſentia.

Abſentia eſt quintuplex, & quando quis obtentu abſentiarum in integrum reſtituatur, vide gloſ. l. fin. ff. de in integr. re. & Iaſ. in præallegat. §. rurſus. Abſens autem proprie dicitur qui eſt extra prouinciam, vt C. de bon. au. iudi. poſſ. l. fin. §. vlt. Tamen quandoque accipitur pro eo, qui præſens non eſt loco, vbi petitur, ff. de verbor. ſignificat. l. abſentem. Vnde abſens multis capitur modis. Primo ille dicitur abſens, qui alium audire & intelligere non poteſt, ſic capitur ibi cum dicitur, ſtipulatio non poteſt fieri inter abſentes, Inſtit. de in vt. ſtipul. §. item verborum. Secundo abſens dicitur, qui non eſt in eadem prouincia, vt C. de long. tempo. præſcrip. l. fin. Tertio abſens dicitur, vt hic ſequitur, teſtium productio non poteſt fieri parte abſente, ſi velit adeſſe. Et ſic dicitur abſens, qui non videt producere, vel iurare teſtes, vt l. ſi quando. C. de teſtimon. Quarto abſens eſt, qui non eſt in domo, ſeu reſpectu cuius nuntiandum eſt nouum opus. ff. de noui. ope. nunciat. l. de pupillo. §. ſi quis. Quinto dicitur ille abſens, qui faciliter non poteſt conueniri, vt quia præſente principali fideiuſſor non poteſt conueniri, & ita abſente poteſt conueniri, C. de fideiuſſ. & ma. auth. præſente. Sic etiam accipitur in l. præſens, ff. de proc. vbi dicitur. Præſens eſt, qui in hortis eſt, i. qui faciliter poteſt conueniri. Sexto abſens dicitur qui ad lucrandas diſtributiones materiales præſentiarum abeſt. ſ. qui non eſt in choro hora determinata, & ita licet ſit in eccleſia, tamen extra chorum in certis horis dicitur abſens.

Abſentem eſſe, aliud eſt quam haberi pro abſente. Bar. in l. ſi maritus, §. 1. ff. de adul. & quæ abſentia prodeſt. Bar. ibid. & quæ abſentia iuuet abſentem aduerſus geſta contra eum, Bart in l. quia abſente. C. de proc.

Abſoluere, i. reconciliare. 11. q. 3. ad menſa. §. pen.

Abſolui dicitur creditor cum ſibi ſoluitur. l. & in contraria, ff. de vſur.

Abſoluo, i. abſolutum eſſe oſtendo. 24. q. 1. audiuimus de iureiuran c. 2. & gloſ. in c. ex diligenti, de ſimon. quæ exponit abſoluimus, id eſt, abſolutum oſtendimus.

Abſoluta dicuntur lecta, & a partibus approbata, vel abſoluta ſubſcripta, ſic exponitur. Inſt. de contrah. empt. §. & pro hoc. C. de fid. inſtrum. l. contractus.

Abſolute exponitur. 1. ex toto ext. de reg. c. beneficium, lib 6. vel

vel abſolute,i præciſe,ext.de hęred.c.contra chriſtianos lib.6 & in auth. vt fratum filij. §. 1. aliquando exponitur abſolute. i libere, vt in auth.de man pr.§ ſed neque

Abſolutio differt a reuocatione. Nam abſolutio fit a ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti iuxta formam eccleſiæ cum baculo,dicendo Pſ. Miſerere,& De profundis, & fit cum ſolemnitate. Sed reuocatio eſt ſentẽtia verbalis ſine ſolemnitate. Etiam abſolutio fit,ſi excommunicatio tenuit,& ſi nõ tenuit, fit reuocatio. Item abſolutio reddit,quod excommunicatio intulit præterquam fructus,quos excõmunicatus iuſte perdidit, quia per abſolutionem tales non recuperat,vt in auth.vt cũ de ap.cog. §.generalę,verſ.ſi vero poſt, col, Et abſolutio ex falſa cauſa ſuper not. impetrata non tenet, & eſt nulla,vt nota: & quod ſuper his de fid.inſtr. Sed licet excommunicatio ſit lata ex falſa cauſa,tamen bene tenet.11.q 13.& c. 1.de offi.or ex parte.in gl.Et an pecunia poſſit peti, vel dari pro abſolutione vide de ſimo.ad aures, & c.dilectus, & 1.q. 1. nullus epiſcopus.

Abſque eſt priuatiuum,vt in l. minus,C de acq.poſ. & quando ponitur excluſiue, & qñ incluſiue notat Arch.de proc. qui generaliter, lib.6. Adde, ꝙ iſta dictio negat,& maximè in poſitionibus & articulis. Bar.in l.inter ſtipulantem,ff.de verb.oblig.

Abſtinere hæreditate eſt idem quod repudiare hæreditatem, hæc tamen differunt,quod abſtinere pertinet ad ſuos hæredes,re pudiare autem ad extraneos,§.ex traneis,vbi gl.Inſt,dę hær.quali. & diff.

A ante C.

AC, aliquando ponitur pro vt C.de ſacroſ.eccl.l. decermus, in princip. Aliquando ponitur copulatiue. C de ſumma Trinit l.nullus, in fin. Aliquando ſimilitudinarie, in clem. 1.de iud. Inſt, quib. non eſt per. § ex hoc.in fi.& ff.de acq re, do.l.qui ratione.§,literæ. Aliquando abijcitur, & pro nihilo ponitur. Inſtit,dę tute.§. tutores autem ibi, vim ac poteſtatem. i. violentam poteſtatem,

Acceptare eſt frequenter accipere, vel per acceptilationem liberare,ff.de pac.l.tale.§. poſt diuiſionem.

Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriſque contingit ab eodem nexu abſolutio.i.diſſolutio. ff. eod. tit.l.pluribus, & l.1. Vnde acceptifero, accepticuli, acceptilatũ verbũ in cõpoſitum, a quo venit acceptilatio, i. imaginaria ſolutio,quæ ſimulat debitorem ſuum ſibi ſoluiſſe,quod non ſoluit; idque facit animo remittendi,quia illa

illa verba dicendo, quicquid tibi per ſtipulationem promiſi, vel ex ſtipulatu debui, habes ne acceptum? & tu reſpondeas, habeo acceptumque fero, quaſi dicas, perinde habeo, ac ſi accepiſſem a te per veram ſolutionem. Et ſic ſicut vera ſolutione liberatus eſſes; ita hac ſtipulatione liberaris vt C. eo. titu. l. 1. gl. 2. Item acceptilatio differt ab apocha. l. ſi acceptilatum. eo. tit.

Accepto ferri. i. approbari. C. de ſuſc. pręp. & arca l. ſecuritatis. lib. 10.

Accerſitus eſt collectus vocatus, vel circa ſe ſitus. 63. diſ. quia igitur. 13. q. 2. quam propoſterũ.

Acceſſio dicitur aliquid adiacens alteri, vel omne, id quod eſt acceſſorium, & neceſſarium in principali, vt capiſtrum equo, vel veſtis ſeruo, vt ff. depo. l. 1. §. quæ in depoſitis. Si .n. ſeruũ emeris, & veſtẽ, in qua traditur, acquiris, etſi de ea mentio nõ ſit facta.

Acceſſorium idem eſt quod acceſſio, & ſequitur naturam ſui principalis, Inſt. de re. di. §. ſi tamen alienam. ff. ſi quis cau. l. ſi eũ §. qui iniuriarum, & regula acceſſorium, de reg. iu. lib 6. Et quando acceſſorium venit officio iudicis mercenario, tunc ſublato principali tollitur, & acceſſorium C. depo. l. 4. Secus quando acceſſorium venit officio iudicis nobili. ff. de condit. in l. fin. §. Lucius, in gloſſ. alias regulariter non tenet acceſſorium, vbi non tenet principale. leg. cum principalis, de regul. iur. niſi diuerſam habeant rationem, vt ibi tradit Deci. De qua regula latiſſime Dyn. in d. cap. acceſſorium, vbi videndum.

Accidere interdum ſignificat mori. in l. vulgari. §. fi. de ver. ſig.

Accipere aliquando capitur pro recipere, vt in auth. de dep. & denu circa princ. col. 6. Aliquando accipere exponitur, i. retinere, ibi: Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. 27. q. 2. priuſquam. Accipere vel recipere dicitur quis vere, vel interpretatiue, vt not. in gl. l. poſtulante, in fi. ff. ad Treb.

Accipere nõ inducit dominij trãslationem de neceſſitate, Bar. in l. naturalis, & §. ſiquidem, ff. de præſcr. ver.

Accipere, & capere differunt. Nam qui capit rem ſuam facit, ſed qui accipit non facit ſuam. Et qualiter intelligatur hoc verbũ, accipit, vide de acq. re. do l. in laqueum in gl. 1. & 2. & ff. de fur. l. qui uas. in gl. 1. Aliquando accipere ponitur pro intelligere, & cognoſcere, §. cumque in procemio Inſtit.

Accipere iudicium pro litem conteſtari. l. is qui, ff. de rei ven.

Accipiat poſitum in ſubſtitutione eſt verbum directum Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

Accola, eſt, qui colit terram non propriam, vnde: Accola nõ pro-

propriam,propriam colit incola terram.Et dicitur ab ad,& colo, quaſi, qui adueniens colit terram.

Accommodare apud Iuſt. §. den.in proœ. Inſtit. eſt tribuere Goffre.in l.ſi qua. C. fam.er. poſuit pro impartire atque interponere.

Accommode, ideſt multum commode. de elect. vbi periculum lib.6.

Accreſcat, hoc verbum induçit fideicommiſſum Bart.l. codicillis,de vſufr.leg.

Accumbere pro iacere.l. hæc verba,§.diſiunctiuorum, de ver. ſign.

Accurate.i. diligenter,ſtudioſe,curialiter,vel compoſite.

Accuſator eſt ille,qui aliquem coram iudice accuſat, & criminalem ſibi mouet queſt. Et dicitur accuſator,quia ad cauſam vocat eum, quem appellat, vt in c. forus de verb. ſig. poſt medium.

Accuſare iure mariti eſt in accuſando certa hñc ſpecialia, de quibus in l.iure mariti, & l.quãuis C.de adu.

Acephalus.i. ſine capite ab à, quod eſt ſine, & cephas caput. 24.diſt. nulla. in auth. de app.§. generalem.

Acetum non continetur appellatione vini.ff.de vi. & oleo le.l. ſi quis vinum.Bar.in l.1.de erog. mil.ann.lib.12.C.

Acinaceum vinum appellatur vinum ſecũdarium,hoc eſt,quod ex vuis expreſſo muſto additur, atq. aqua maceratis conficitur,l. ſi quis vinum,de vi.tri.& ol.leg.

Acoliti Grçcè dicuntur ceroferarij,vel accendentes Latinè,à deportandis cereis quando legẽdum eſt Euangelium,aut ſacrificium offerendum,vt inquit text. in c.cleros,ad fi.21.diſtin.

Aconitũ,ſpecies veneni,l.eiuſdem,§.alio,ad l.Corn. de ſicar.

Acor & mucor ſunt vitia vini & panis quando aceſcit,& muceſcit.

Acrimonia eſt proprie acerbitas, ſed ſecundum legiſtas eſt pęna,quę infligitur ſacrilegis,ſicut incarceratio,vel exilis relegatio. C.de ſacroſ.eccle.l. placet, quæ eſt canonizata.16.q.1. ca.placet, ſub §. nouarum, vbi etiam dicitur de hoc.

Acta dñr publicæ ſcripturę negotiorum, quæ in iudicio aguntur ordinem eorum, modum,& figuram continentes. Vel etiam ſunt proceſſus ſiue geſta curiæ gl.in l.acta.de re iud. & cap. q̃m contra de prob. Sunt autem acta triplicia.Nam quędam ſunt acta iudicij ordinatiua,quæ valent ad ordinationem iudicij,vt eſt libelli oblatio,l.conteſt.Quædam valent ad veritatis indagationem, & dicuntur indagatiua veritatis, vt depoſitio teſtium, editio inſtrumentorum, & confeſſio partium. Et quædam litis deciſiua, quę valent ad deciſionem cauſę. Item acta etiam quandoque di-

cinus locū, in quo reſidet, iudex instructus, de cauſa cognoſcens; vbi acta deteguntur, vt quilibet factum ſuum audiat, ſeu videat, & ſuum conſequatur meritum, qui locus aliter etiā ius appellatur, de iu. & iur. l. pen. §. fi. Porrò acta & geſta quemadmodum diſtent, oſtendit Iuris. in l. Labeo, de verb. ſign.

Actio ſignificat tripliciter, ſtrictè, latè, & latiſſimè. Strictè ſignificat ius procedendi, quod oritur ex obligatione. Latè ſignificat, dū ſignificat iuriſdictionem iudicis, & ita non ſolum ſignificat perſonales, ſed etiam reales actiones. Latiſſimè cum etiam ſignificat officium iudicis, & hoc modo querela in offic. teſt. dicitur, actio, ff. de leg. j. l. cum filius, in prin. facit l. actionis verbo, ff. de verb. ſign. & l. actionis verbo, ff. de ac. & ob. Et hoc verbum actio ſignificat bene ſimul ius & factum, nec eſt inconueniens.

Actio ergo ſignificat officium i. ius proſequendi, licet officium ſit facti, & ponatur differentia inter iuriſdictionem, & officiū. Eſt enim actio ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Inſtit. de act. in princ. Et addunt quidam quod ſuum eſt, vel alienum, ita vt illa diffinitio includit omnem actionem tam in rem, quam in perſonam, ſed illa diffinitio præmiſſa ſolum comprehendit actionem perſonalē, illud autē quod ſuum eſt, tibi debetur. Si verò quod non tuum eſt, & quicquid eſt in iudicio, debet includi diuerſimodē quo petitur, & concluditur in actione reali, & perſonali, quia in perſonali pro mihi debitum, in reali verò actione peto aliquid vt meum, quare hoc verbum, actio, ſumitur, aliter, & aliter vt præmiſſum eſt.

Et nota, quod hoc verbum, debetur, quandoque large ſumitur, vt cum dicitur, quicquid in iudicio tibi debetur, i. res, quam petis vt rem tuam, ſiue rei vendicatione actione commodati, ſiue depoſiti ſecundum Azo. in ſum. ti. de eden. circa princ. Olim dicebatur actio cōceptio verborum, formata à magiſtratibus l. 2. §. de inde ex his, ff. de origi. iur. vnde dicebatur formula vulgaris, ff. de fur. l. ſi ſeruus nauem. Hodie autem fit ſine impetratione, & conceptione verborum ſolennium, C. de formu. & impe. act. ſubla. per totum. Nec hodie eſt aliqua differentia inter interdicta, & actiones cūm interdictum nihil aliud ſit, quàm actio prætoria. Dicitur ergo actio ius ciuile, vel prætorium, quo debitum in iudicio a te exigere poſſum vel petere rem mihi reſtitui ſecundum Azo. & Goff. de iud. c. dilecti, & eſt actio in iu. ci. Inſtitut. de iur. nat. gen. & ci. §. ius autem. Et ſecundum canones actio dicitur cauſa c. forus, de verb. ſignificat. Et ſecundum leges actio debet poni in cauſa, quia nemo ſine

ne actione experitur, ff. de neg. geſt.l.ſi pupilli, in fi. & c.examinata, de iud.prohibentur tamen attentius nimis ſubtiles actionũ inẽtiones, vt in c.dilecti.de iud.

Adde quod actionis verbum modò ſumit generaliter, modo ſpecialiter. Generaliter accipitur pro omni actione, ſiue ſit in rem, ſiue in perſonã. Specialiter, pro actione perſonali tantum, l.pecuniæ verbum, §.actionis, de verb. ſig. Accipitur & multis alijs modis, quos annotauit gl.2. Inſti.de actio.in princ.

Actio ad exhibendũ datur contra poſſeſſorem, vel aduerſus eũ, qui dolo malo poſſidet, vt rem exhibeat, id eſt, in publicum deducat: vt fiat aduerſario copia vẽdicandi, ſecundum Azo.in ſumma tit.ad exhi in principio. Nam exhibere eſt rem in publicum deducere, & videndę, tangendeque & apprehendendæ rei facultatẽ præbere, & oſtendere vt aduerſarius copiam habeat rem eſſe ſua contendendi, vt cum quis dicit, hæc eſt res mea quia tacta, ſeu viſa ab eo ſibi ſuadetur, vt ff ad exhibendum, l.2 cum ibi not. Et ſi erit inſtrumentum res ipſa exhibenda, debet fieri facultas legendi, & etiam deſcribendi, ff.quemadmodum teſtam.aper. l.1. & 2. §.inſpectio. Et ſic exhibere dicitur propriè quaſi extra ſecretum habere, & ſecundũ Placen. quaſi ex tra ſe habere.

Actio arborum furtim cæſarũ habet condemnationem aduerſum eum, qui arbores furtim cædit, inſcio, & inuito domino. Et competit contra ipſum damnum dantem ad duplum danni dati, in quo caſu etiam competit huic actio legis Aquiliæ, ita tamen vt deducere poſſit in condemnatione, quod actor conſecutus eſt altera actione, vt ff. arborum furt. cæſarum, l.1. & appellatione arborum etiam vites continentur, ff de arb. eod.l.1.§. arboris. Item continetur hædera, quę impropriè dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus hæret. ff arb. fur. cæſ.l.vitem & in gl. etiam & arundo non malè dicetur arbor. & idem de ſalicto, quando iam radices immiſit, vt ead.l.vitem, iuncta gl.

Actio caluiſiana eſt, per quam reuocantur ea, quæ in fraudem creditorum, patroni libertus alienauit, ff. de iure patro.l.ſi libertus.

Actio commodati eſt triplex, ſ.directa, vtilis & contraria. Vnde directa competit ei, qui rem aliquam commodauit contra cõmodatarium ad repetendum ipſam rem, vt ei res, & eius acceſſiones reſtituantur, facto & expleto vſu propter quem cõmodata eſt, ff.commod.l.1. ſecundum Plac.

Actio commodati contraria ei competit, qui cõmodatum accepit in eum, qui commodauit, & impenſas in re cõmodata factas, veluti ſi ægrum ſeruum curauit.

Sed quod nomine cibariorum impedit,non repetit,ff.commo.l.in reb. §. poſſum cum §. ſequenti. Actio commodati vtilis ſecundũ Plac.competit, vbi non eſt verè commodatum, ſed interpretatiuè,vt ſi amicus ex confidentia rẽ amici ex propria authoritate accepit. Et pone melius exemplum per l.1.§.fi.cum l.2. & 3. in prin. ff.commodati.

Actio cõi diuidundo inter eos datur, qui ſine ſocietate, nec ex cauſa hæreditaria aliquid cõe habent, vt id diuidatur, ſecundum Plac.& Azo.Item ſi ex contractu ſocietatis res illa ſit cõis,habet locum hæc actio.ff.commod.l.1.Et de iſta adiectione,ff.de iudicijs,l. in trib.

Actio cõducti competit ei,quã conduxit a locante, vel a locatore fundum,vel prædium, vel domum, & cõpetit ei ad hoc, quod liceat ſibi inhabitare, vel in vſu habere rem conductam,etiam cõpetit cõtra locatorem, ſi aliquas expenſas vtiles, vel neceſſarias ſibi fecerit.

Actio confeſſoria eſt,quæ competit ei,qui dicit ſe hr̃e ius,vel ſeruitutem per fundum vicini eundi,vel agẽdi, vel altius ædes ſuas leuandi,vel quamcumq; aliã ſeruitutem in re ipſius, etiam inuito eo.Hæc autem actio in rem dicitur,vel realis, quia rem tuã corporalem.ſ.ius eundi per fundum petis, quãuis ipſa ſeruitus ſit incorporalis, vt ff.ſi ſer. vend.l.ſecunda,in princip.Et dicitur confeſſoria, quia verbis affirmatiuis conſtituitur,& eius cõtraria verbis negatiuis proponitur,quæ dicitur actio negatoria, ſecundum Placen.ff.ſi ſerui.vendic.l.ſi quãdoq; ,§.cum in domo, & ibi not. Vnde actio negatoria competit ei, qui dicit aliquem non habere ius, vel ſeruitutem ad aliquid, ꝙ facere volebat alter, & ipſũ per hanc actionem prohibet,vt quãdo dominus fundi intẽtat aduerſus te ſolitum ire per fundũ ſuũ, dicens. Non eſt tibi ius ire per fundum meum,& hæc actio ſimiliter in rem dicitur, quia dominus fundi vendicat libertatem, dum ipſam intendit verbis negatiuis, dicens, quòd alter non habet ius eundi,vel agendi, per fundum ſuum, nec altius ædificandi ædes, ne luminibus ſuis noceat, & ſic per hãc dominus fundi ad hoc agit, vt fundus ſuus declaretur liber,& alter deſiſtat,& prohibeatur ne eum de cætero inquietet,ff.ſi ſer. vend.l.2.& l.loci corpus,§.competit, & Inſtit. de action.§. econtra. Et actio nõ competit de dominio,ſed de iure re prædiorum,ſicut & confeſſoria,vt in prælleg. l.2.in prin. Et licet ſecũdum Plac. dicatur ideo negatoria, quia verbis negatiuis intentatur;tamen cõtrarium no. l.2.& §.ecõtra ſupra alleg. Nam quælibet earum,ſ.actio confeſſoria,& negatoria, poteſt dari per verba affirmatiua, & etiam per

nega

negatiua. Non ergo ſumunt differentiam per formam verborũ, ſed differunt ratione materię. Vnde breuiter cõcludendo, ſiue per affirmationem, ſiue per negationem dentur; tamen in hoc differunt, quia confeſſoria datur ad tuendam ſibi ſeruitutem debitã, & negatoria datur ad tuendam ſibi libertatem ſuam. Et notant Doc. exempla, in quib. confeſſoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis, in c. cum Eccleſia ſutrina, de cau ſa poſ. & propriet. vbi bona glo. de his, & de iu. in ca. examinata, & in d. l. 2. ff. ſi ſeruit. vend.

Actio criminalia dicitur, ex qua pęna fiſco eſt applicanda, licet pecuniaria ſit, & gl. & Bar. in l. 3. in prin. de ſepulchr. viola.

Actio datiua, quam require infra in verſ. actionum 13. ſpecies.

Actio depoſiti eſt duplex ſ. directa & contraria. Actio depoſiti directa competit depoſitori ad repetendum depoſitum, & acceſſiones eius, & competit in ſimplum, niſi fortè res ſint incendio ruina, naufragio, tumultu, depoſitæ. Hoc enim caſu qui depoſitum ſic recepit, ſi negauerit & inficietur, & de hoc conuincatur, in duplo condemnabitur: hæc probantur, ff. depoſiti, l. 1. §. ait prætor. Sed actio depoſiti contraria competit ei, penes quem res depoſita eſt ad petendum impenſas, ſi quas circa rem impenderit, & illas repetit: vel damnum datum per ſeruum depoſitum, ſecũdum Plac. De illa cõtraria actione habetur, ff. de poſ. l. ſi apud, in prin. & l. actione.

Actio de appoſito, vel ſuſpenſo, quo iter eſt vulgo, cuius caſus nocere poterit; datur aduerſus eum, in ſubgrunda, vel protecto habet id appoſitum vel ſuſpenſum, quod nocere potuit, cuius condemnatio eſt decem ſolidorum, ff. de his qui deiec. vel effud. l. ſi verò, §. ait prætor.

Actio de conſtituta pecunia competit aduerſus eum, qui ſine ſtipulatione conſtituit pro ſe, vel pro alio ſoluere, C. de conſt. pecunia, l. 2. Nam conſtituere largè dici poſſet quilibet, qui pro alio ſe obligat: ſed C. de cõſt. pecun. conſtituere ponitur pro eo tantum, qui quod alius debet, ſe ſolutum conſtituit: nec diſtinguitur, ex qua cauſa quis debeat, certa, vel incerta, vel ciuili, vel honoraria, dum tamen efficaciter debitum potuerit peti, & exigi, vel ſaltem ſolutum retineri, vt quia tantum naturale erit debitum.

Actio de dolo competit mihi, quando damnum dolo malo à quouis eſt mihi datũ, vel ſi quis aduerſus me verſetur doloſè cõſulendo, vel malitioſè negotia mea adminiſtrando, nec ſupereſt aliqua alia actio, qua poſſum experiri, ff. de dolo, l. 1. §. verba; ſed non datur niſi duos aureos excedat. Hæc autem non datur liberis contra parentes. Ratio, quia

odioſa eſt,& in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos, nec humili aduerſus eum, qui dignitate excellit, nec plebeio aduerſus conſularem receptę auctoritatis,nec luxurioſo, vel prodigo aduerſus hominem vitæ emẽdatioris. Datur tamen hæc actio in factum contra prædictos, vt fiat mentiõ bonæ fidei, & verbis ſit temperandis in conceptione libelli, in qua nulla eſt facienda mentio doli,hæc probatur,ff.de dol.ſi oleũ, §.ſi.cum l.ſequen.

Actio de dolo,& furto eorum, qui ſunt in miniſterio cauponũ, ſtabulariorum, vel nauem exercentium, datur aduerſus caupones, ſtabularios, & nautas, qui quando officio malorum hominũ vtuntur,in duplo, ſeu in duplum tenentur; cum dolus vel furtum commiſſum eſt in his rebus,quas ſaluas forte recepere, ff.ſi aduerſus naut.ca.ſtab.l.1.& infra actio in factum.

Actio de effuſis, & eiectis datur aduerſum eum, ex cuius habitatione, vel habitaculo aliquid effuſum, vel eiectum eſt contra iter publicum,vnde damnum datum alicui tranſeunti reſtaurandum eſt in duplum, & ſi liber homo inde perijſſe dicatur in quinquaginta aureos hęc datur actio. Si vero viuet,nocitumque ei eſſe dicetur:datur ob eam rem, quantum videtur iudici ex bono, & ęquo:compenſantis impenſis factis,& operibus, quibus eſt curaturus inutiliter, ff.de his,qui deiec.vel effud.l.1.in princ.

Actio de in rem verſo datur aduerſus dominum, vel patrem ſi ſeruus, vel filius pecuniam in rem patris,vel domini impendit, quam mutuo accepit,ff.de in rem verſo.l.1.in princ.

Actio de pauperie competit aduerſus eum, cuius animal damnum dedit contra naturam ſui generis,v.g.ſi equus non ex loci anguſtia, vel non inſtigatus calce percutiat, vel bos cornu petat ex naturali feritate. Secus tamen ſi inſtigatus, vel ex loci anguſtia damnum dederit, in huiuſmodi actionis condemnatione, venit damni dati reſartio,aut in ſolutione venit ex l. duodecim tab. noxæ deditio. Dominus.n. noxali iudicio ſerui ſui nomine conuentus ſeruum actoris noxæ dedendo liberatur, Inſt. de noxa actio,§.1. & ſi animalia noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, Inſt.ſi quad.paup.fec. dic Et vtrũ malit,aut ſoluendo damnum ſufferat, aut alias pro noxa det animal.hoc per eum ſtet. Et probantur hæc,ff.ſi quadr.paupe.fec.dica.l.1.in princ.& Inſt. eo.tit. §.1. & noxia ſignificat delictum: ſed delinquens vocatur noxa.Inſt.de noxa, act. in gl. ſuper verbo noxia.Vnde verſus Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. Et tamen ſæpe vnum pro reliquo dicitur, ſeu accipit, vt ibidẽ dicitur.

Actio

Actio de peculio, vel peculiorenus competit ei, qui cum filiofamilias, vel ſeruo peculium habantibus contraxit, ff. quod cum eo. l. 1. cum ſeq. Quæ poſt mortẽ filij, vel ſerui eſt annalis, & non poſt emancipationem, manumiſſionem, vel alienationem, ff. quãdo actio de pe. eſt annalis, l. 1. §. quandiu. vbi dicitur, Quandiu filius, vel ſeruus in poteſtate eſt de peculio actio perpetua eſt: poſt mortem autem eius, vel poſtquã emancipatus, manumiſſus, alienatusve fuerit temporalis eſſe incipit, id eſt annalis: & competit hęc actio, aduerſus dominum, vel patrem: vt not. ff. de pecul. l. 1. §. verba.

Actio de rationib. diſtrahendis datur pupillo ad impugnandam rationem a tutore redditam, qui forte res aliquas pupilli abſtulit, nec illas in lib. rationum deſcripſit. Dicta ex eo, quod rationis redditio per tutorem facta, diſtrahenda, i. dilanianda, & inſcidenda veniat per eiuſmodi actionẽ, l. 1. de actio. diſtrahend.

Actio de rebus eccleſiaſticis venditis cuſtodibus earum, datur aduerſus eos, qui ſacras res emerunt citra formam, & nulla eis actione relicta contra ſacroſanctas eccleſias de pretio, quod dederunt repetendo. Hæc actio datur in factum, cum res in aliam rem eſt mutata, vt cum ex phiala, factus eſt ſcyphus. Si vero in forma ſua ſit; rei vendicatio locum habet, ſi alienetur, quod ex lege datur.

Actio de ſuperficie in rem cõpetit ei, qui ſuperficiem habet in alieno ſolo nomine conducti ad repetendum ſuperficiem ſi poſſederat, ff. de ſuperfic. l. 1. §. qui ſuperficiem, in fin. & § quod autẽ, verſ. & ſane.

Actio de tigno iniuncto datur ei, cuius tignum ædificio alieno iniunctum eſt ab eo, qui exiſtimabat ſuum tignũ eſſe. Si vero ſciens alienum, id doloſe fecerit, tenetur de tigno immiſſo. & furti, & actione ad exhibendũ, non quod tignũ cogatur eximere, ſed quod interſit, præſtare. Et hęc probantur, ff. de tign. iniun. l. 1. & ff. de rei vendic. l. in rem, §. 1. cum ibi notatis.

Actio directa eſt, quando aliquid directe petitur in ius, vt ex commodato, vel depoſito, & huiuſmodi.

Actio vtilis eſt, quæ datur non ex iure aliquo directo, ſed vtiliter, & ex æquitate competit, vt in publiciana, & huiuſmodi ſecũdum Placent. & Azo. De iſta actione vtili habetur, & notatur ff. de negot. geſt. l. actione, & ff. ſi quadr. pau. fecisſ. dicatur, l. pen. & nota, quod actio directa, & vtilis eiuſdẽ ſunt effectus, vt in l. actio præællegata, & nihil differunt, licet ſecundum quoſdam differant, vt not. in l. ex legato, C. de legatis, & plene per Cynum in l. 1. C. de action. & oblig. vn [illegible]

datur ſecundum verba, & mentem, vt interdictum vnde vi dire ctum datur tantum contra ſpoliantem, vel mandantem, ſeu ratam habentem ſpoliationem ſuo nomine factam, quia verbã, & intentio prætoris hoc volunt in hoc interdicto, ſed idem interdictum vtile datur ex mente tantũ, de æquitate quadam, non virtute, verborum. Datur etiam contra eum, qui alias ex iuſta cauſa rem poſſidet, non tamen prædictis tribus modis, ſed fortè poſſeſſionem vacuam intrauit, vel rem in domo ſua inuenit credens eſſe ſuam, de quo in capit. cum ad ſedem de reſtitutione ſpoliatorum. Et dicit Angelus, quod habens ius vtile, & intentans directum, malè libellat, & quando in principio detecta fuit ineptitudo, ſuccumbere debet.

Actio ædilitia competit multis modis. Et primo, ſi res vendita ſit redhibita propter vitium, ſiue morbum, nec tamen a venditore reſtituitur pretium emptori cum acceſſionibus, & alijs, quæ ædiles inhibent, & in hoc caſu eſt perpetua, de hac hř. ff. de ędil. edic. l. ædiles, in prin. §. 1 & finali, & l. iſtud, 2. reſ. & l. redhibitoria, eo. tit. Secundo, competit, qñ fit, vt res, ſi vendita non placet, reddatur, & tunc eſt temporalis vſque ad 60. dies, vt ff. eod. tit. l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita venierit. Tertio competit, ſi venditor non vult tradere ſeruum, vel mãcipium, vel iumentum cum ornamento, cum quo oſtenderat tempore vendõnis pro ipſo ornamẽto, vel vt fiat redhibitio rei principalis propter acceſſoria, & tũc competit etiam vſq. ad 60. dies, ff. eo. tit. l. ædiles, in prin. ver. vendendi. Quarto vero competit, qñ eo loco, quo iter eſt vulgo, habet quis canem, lupum, vrſum, aprũ, verrem, pantheram, leonem, &c. vel animal aliud, quod nocere poſſet, ſiue ſit ligatum, ſiue ſolutum, ff. eod. tit. l. hi enim, & l. ſequen. Et ſi homo liber perierit, ſolidi ducenti præſtabuntur, ſin aliter ei noceatur, quod æquum videbitur, condemnabitur, vt l. qua vulgo, ff. eod. tit. ſed plenius vide de his Guil. in Spec. in tract. lib. de emptio. & vend. §. nunc dicendum eſt.

Actio empti competit emptori ad rem petendam, quam emerat, in qua venit commodum, ꝙ acceſſit. Et ſi quid in ſpeciali pacto comprehenditur, in hac actione attenditur, prout quiſque ſibi paciſcitur, ff. de actio. emp. l. emptor. in prin. & Inſtit. de emp. & ven. §. ſed noſtra, in fine. Huius contraria eſt actio venditi, quæ competit vẽditori ad petendum pretium, & intereſſe, & vſuras tempore moræ, prout inter partes conuentum, ſeu contractum eſt; de iſta habetur in l. Iulianus, §. ex vendito. eodem titu. & de empt. & vend. Inſtit. in §. præall. ſed noſtra.

Actio æſtimatoria.i.actio præſcr. ver. ſic cognominata, eſt actio, quæ pro æſtimato proponitur gratia dubitationis tollendæ, quando res æſtimata vendenda datur. Dubitatum enim eſt an ex vendito ſit actio, an ex locato, an ex conducto, an mandati, vt ſi rē meam tibi do, & æſtimo tibi eā decem, vt aut rem, aut decem reddas: ſi verò plus vēdas, tuum ſit, vt no. ff. de æſtimat. actio in rubro, & l. 1. Inſtit. de actio. §. actionum autem.

Actio ex ſtipulatu naſcitur, cū de re certa in genere, ſed incerta in ſpecie ſit ſtipulatio, vt Inſtit. de verb. oblig. in principio. Nam ſi res eſſet ſimpliciter incerta, ſtipulatio non valeret, ff. eo. titu. l. ita ſtipul. in prin. Et ſtipulatio eſt verborum conceptio, vt cū ſpondes dare ſeruum? vel ſpondes te facturū domum. Et pertinet hæc ad actiones in perſonam, quæ oriuntur ex contractu verborū. Et hæc colliguntur, ff. de act. l. 1. §. 1. & l. actionum gener. §. in perſonam, & Inſt. de obl. §. fin. & de actio. §. 1. verſ. nanque cum ſim.

Actio ex teſtamento non ſolum ſcripto hæredi competit ad petendum hæreditatem, ſed etiā contra hæredem ſcriptum a legatarijs, & fideicommiſſarijs, C. cōia de lega. & fidei. l. 1. Et ſapit naturam actionis bonæ fidei, l. in minorum, C. ex quib. cauſ. in integrum reſtitu. nō eſt neceſſaria. Tamen dicit Bart. quòd reuera eſt ſtricti iuris, cum non numeretur inter actiones bonæ fidei, in §. actionum, Inſti. de actio. vt no. ipſe in l. huiuſmodi, §. ad ædes, ff. de leg. 1.

Actio exercitoria ſecundum Azo. in ſum. eod. tit. datur contrahentibus cum magiſtro nauis, propter nauigandi neceſſitatem cōtra exercitorem nauis, qui magiſtrum naui præpoſuit, quem æquum fuit teneri, vt tenetur, qui inſtitorem tabernæ, vel negotio præpoſuit, ff. de exercitoria actio. l. 1. in princip. Hæc ergo actio non datur contra magiſtrū nauis, ſed contra eum, qui magiſtrum naui præpoſuit, ſ. in eam cauſam, in quam præpoſitus eſt expreſsè, vel tacitè, vt in ea. l. 1. §. non autem, & §. igitur præpoſitio. Eſt autē magiſter, cui totius nauis anchora, & cura mandata eſt, l. 1. §. magiſtrum nauis, §. eo. qui vulgari. Longobardorum & Prouincialium comitus dicitur, & in Theutonico, & in Alman coſtyermam dicitur. Nec diſtinguitur, an iſte magiſter ſit liber, vel ſeruus maior, vel minor. Et ſibi imputatur, qui eum præpoſuit, vt l. 1. præall. §. cuius autem conditionis. Sed exercitator dicitur is, ad quem obuentiones quotidianæ, aut reditus, & quæſtus, & vtilitates nauis perueniūt, & pertinent, vt ea, l. 1. §. exercitorem, ſiue verus dn̄s nauis ſit, ſiue a dn̄o nauem cōduxerit ad tempus, vel in perpetuum, vt dicitur ibidem.

Actio familiæ herciſcundæ inter eos competit, qui communẽ habent hæreditatem diuidendã, ff. famil. herciſc. l. 1. & 2. Et dicitur actio famil. hercif. id eſt hæreditatis, vel ſubſtantiæ diuidendæ ſecundum Azo. in ſum. vt not. ff. eod. tit. in rubro. Nomen enim familiæ quandoq; ponitur pro ſubſtantia, & hereditate, vt ff. de ver. ſign. l. pronuntiatio, §. 1. Sed herciſco eſt verbum græcum, idem quod diuido; inde herciſcundæ, id eſt diuidendæ, vt no. gl. ff. eod. tit. in rub.

Actio fauiana, & pauliana ſic dictæ ſunt ab authoribus, & earum inuentoribus, & habent locum quando debitor in fraudem creditoris alienauit ea, quæ obligata fuerunt creditori, vt reuocetur ipſa alienatio. Datur etiam actio Fauian. patrono ad reuocandum alienata per libertum, vel per debitores in fraudem patroni, vel creditoris, in qua veniunt fructus etiam poſt litem conteſt. percepti, vt no. ff. ſi quid in fraudem pat. l. 2. & ibi per totum. Sed Pauliana datur propriè creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem, de qua, ff. in fraudem cred. l. 1. §. ſi & in l. hac in factum. In qua etiam veniunt fructus, vt eo. tit. ait prętor, §. per hanc, & §. prætereà, quod intellige iuxta l. fin. §. non ſolum, eod. tit. de quibus ambabus, ff. de vſu. l. videamus, 2. §. in Fauiana, & Inſtit. de actio. §. item ſi quis in fraudem.

Actio finium regundorum cõpetit pro finibus ad diſtinguendum, vel ad iudicandum, ff. eod. titu. l. 2. §. iudici, & l. ſeq. & inter eos agitur, qui agros confines habent, vel prædia, Inſtit. de action. §. item finium regundorum, & habet locum in ruſticis prædijs tantum, ff. eod. titu. l. 2. & non in vrbanis, quia vrbana prædia non ſunt confinia, ſed vicinia, quia parietibus diſtingui conſueuere, ſed confinia dicimus, quæ adeo ſunt proxima, vt nullus paries in medio interponitur, ff. eo. tit. l. ſed & ſi loci, §. hoc iudicium, cum ibi not. Vrbana prædia, dñr omnia prædia, quę habent ædificia, etiã ſi ſint in villa, quia vrbanum prædium non facit locus, ſed materia habitandi cauſa facta. Vnde ſi in vrbe ædificium, cauſa non habitandi, ſed gratia reponendorum fructuum fiat, dicetur prædium ruſticum. Sed & horti in ędificijs conſtituti, niſi plurimum ſint in reditum, vinearij forte, vel etiam olitorij, continentur appellatione vrbanorum prædiorum, ff. de verb. ſign. l. urbana. Ruſtica autẽ prædia vocantur agri non habentes ædificia. Et ſi inter te & me, contra quem ago finium regundorum, via publica, vel publicum interuenit, non habet locum hęc actio, quia confinium non intelligitur, ſecus ſi riuus priuatus interuenerit, quia finium regundorum agi poteſt contra dominum riui,

riui, ff. eod. tit. l. ſed & loci, §. fin: cum l. ſeq. & ibi no. Eſt autē hæc actio duplex, quia in ea vterque eſt actor, & vterque eſt reus, ext. de proba. ex literis, ff. eod. tit. l. iudicium communi diuidundo, & l. familiæ herciſcundæ, & l. inter cohæredes, §. ſi familiæ, ff. familię herciſ. Item eſt mixta, quia eſt in rem, & in perſonam, Inſtit. de act. §. quędam actiones, & §. item finium regundorum. Item perpetua eſt, vt C. eo. l. vlt. & ff. eo. l. iudicium communi diuid. & Inſti. de act. §. quædam, quod tamen non ſic intelligitur, vt ſi vicinus meus ampliores fines ei, cui vendiderat, oſtenderit, non poſſit ille, qui emit, longo tempore præſcribere, hoc enim falſum eſt, vt ff. pro empt. le. 2. §. ſed & ſi fundus, & l. qui fundum §. ſi fundū. Sed ſic oportet intelligi ſecundū Azo vt etiam poſt decem, vel viginti annos locum habeat hæc actio pro finibus terminādis, quāuis de meis finibus aliquid præſcripſeris. Nam etſi ab initio ſine aliquā præſcriptione hoc conſtaret eſſe tuum, tamen agere poſſem, vt commodius termini imponatur agris, vt ita rixarum perimatur occaſio, &c. Si quæras quando incipit currere præſcriptio huic actioni; Reſpondetur ab eo tempore, quo incepit poſſe hæc actio intentari. Et incipit poſſe intentari, cum fines cœperunt turbari, & ex eo naſcitur hæc actio ſecūdū Azo. in ſum. C. eo. tit.

Actio funeraria contra hæredem, bonorumve poſſeſſorem datur, ff. de rel. & ſump. fun. l. at ſi quis, §. fi. & datur ei, qui funerauit, non vt hæres defunctum, ſed cauſa pietatis, vt d. l. at ſi quis, §. ſed interdum, & §. ſi quis, cū ibi nota. Per hanc enim actionem veniunt reficiendæ expenſæ ibidem a funeratore factæ.

Actio furti manifeſti ſecundū Azo. locum habeat, quando fur rem tenens, viſus vel deprehenſus fuerit, ſiue in publico, ſiue in priuato, vel a dño, vel alio, antequam perueniat ad locum, quo perferre rem deſtinauit. Si talis deprehendatur, vel cum re videatur, & ad eum deprehendendum occurriſti licet abiecto furto aufugerit, furti manifeſti tenetur, l. ſi quis, 1. §. ſed Celſus, ff. de fur. niſi ſurripientis mutetur ſtatus, vt tu mihi ſurripuiſti in ſeruitute, & manumiſſus in furto deprehenderis cum re furtiua, ſed ſi tu pertuleris quo deſtinabas, teneris furti non manifeſti, cum. n. deprehenderis cum re furtiua, priuſquā eo loco pertuleris, quo deſtinaueras, illo die manere cum furto; tūc fur es manifeſtus. Hęc omnia dñr, ff. de fur. & datur actio furti manifeſti in quadruplum, Inſt. de obl. quæ ex delic. §. pœna manifeſti.

Actio furti non manifeſti competit, quandocumque prædictis modis furtum non manifeſtum probatur, ff. eo. tit. l. nec manifeſtum,

ſtum. Et etiamſi vidiſti furtum fieri, te tamen abſcondiſti, cum furtum faceret, ne te occideret, non eſt manifeſtum, ff. eo. tit. l. ſi quis in ſeruitute, §. cæterum, & datur hæc actio in duplum. Inſt. de obligationibus, quæ ex deli. naſ. §. pœna manifeſti.

Actio hypothecaria, vide Inſt. de actio. §. item Seruiana. Et hæc actio aduocat nudam poſſeſſionem, ff. de eui. l. ſi cum venditor, §. 1.

Actio in factum dicitur quatuor modis, vt no. gl. in §. fi. Inſt. de act.

Actio in factum aduerſus iudicem, qui litem fecit ſuam, datur aduerſus iudicem, qui per imperitiam malè iudicauit, & ideo videtur quaſi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam ſubſtinebit, vt Inſtit. de obl. quæ ex quaſi deli. naſ. in princ & ff. de va. & extr. cog. l. fin. Si verò dolo malo iudicauit, verè eſt ex maleficio obligatus, actione in factum, vel actione de dolo ad oẽ intereſſe ei, quem læſit, & infamis eſt. Item tenetur crimine falſi, quod pœnam deportationis, vel vltimi ſupplicij continetur, vt ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. §. & qui iudicem, & §. vlt. & ff. de iu. l. ſi filius. Item & tenetur crimine cõcuſſionis, vt ff. de concuſ. l. vlt. Itẽ ciuiliter poteſt conuenire ex edicto de calumniatoribus in quadruplum, ab eo, quem debebat dannare per pecuniam, vt ff. de calu. l. 1. & 3. §. illud ſecundum Azo. probatur hæc, C. de iud. qui male iud. l. 2. & ibi no. in glo. fin. iuncta a uthen. nouo iure, ibidem poſita, & l. ſi filiusfamil. ff. de iud.. Iudex autem eccleſiaſticus malè inductus per gratiam, vel per ſordes, ab executione officij per annum eſt ſuſpenſus ad æſtimationem parti, quam læſit, nihilominus condemnandus. Et ſi durante ſuſpenſione ſe diuinis ingeſſerit irregularis eſt, nec cum eo, niſi per ſedem apoſtolicam, poterit diſpenſari, vt c. cum æterni. de re iud. lib. 6.

Actio in factum, de eo quod certo loco datur; vbi aliquid eſt promiſſum dari certo loco, ſi iudicium in illo loco conſtitui non poſſit, introducta enim eſt quædam actio arbitraria, vt poſſit etiam in alio loco agi. Prætor .n.. iniquum eſſe arbitratur non poſſe conueniri debitorem in alio loco; quàm in loco deſtinato ſolutioni, & hæc actio arbitraria: ex ſui natura eſt ſtricti iuris, in qua habita conſideratione aliarũ actionum ſtricti iuris, quicquid eſſet commiſſum, deberet haberi omiſſum, tamen in illa venit etiã quicquid æquum & iuſtum viſũ fuerit religioni iudicantis, & propter hoc appellatur hæc actio arbitraria irregularis, quia contra naturam aliarum actionum ſtricti iuris eſt, gloſſ. in rubr. ff. de eo quod certo loco.

Actio in factum de dolo, & furto eorum, quorum miniſterio quis cauponam, aut nauem, vel ſtabulum exercet, datur aduerſus eos, qui præſunt cauponę, aut naui, vel ſtabulo, qui quoniam officio malorum hominum vtuntur, in duplo tenentur, quod dolo, aut furto eorum commiſſum eſt in his reb. quas ſaluas fore receperunt, ff. nau. cau. ſtab. l. 1. in prin. & §. idem, Pomponius, & leg. & ita, §. idem, & §. ait prætor, iúncta l. fin. §. hac autem actione, & ff. iur. aduer. nau. cau. ſta. l. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſ. §. item exercitor.

Actio in factum ex edicto prætoris de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, datur ei, in cuius fraudem, & illuſionem facta eſt alienatio, & ſuis hæredibus aduerſus eum, qui rem alienauit, quem ad intereſſe conuenit, quanti intereſt actoris, coram ordinario, vel delegato, de qua Goff. in ſumma de alie. iur. mutan. cau. fac. c. 1. ext. eo. tit. in gl. Ceſſat autem actio ſecũdum Hoſt. in ſum. extra eo quando is, qui alienauit, eandem rem recuperauit, ff. eod. ex hoc, §. ſi quis. Item ſi res non erat petitoris; vel ſi mortua eſt ſine culpa, niſi ſi quid actoris interſit ratione quæſtus, vel acceſſionum, vel expenſarum, ff. eod l. non ſolum, §. hæc actio: & de noxa actio. l. electio, §. ſi is item ſi reus paratus ſit ſubire vtile iudicium, quod eſt intelligendũ, quando eandem cauſam promittit ſe præſtaturum: puta promittit ſe reſtituere ſub maxima pœna, aliàs ſi diceret, rem nõ reſtituam, quia nec habeo, ſed quanti intererit tua, vel quanti in litem iuraueris, ſecus eſſet, nam & ſi hoc non offert, tenetur ad idem, cum dolo deſierit poſſidere, vt ff. de rei vend. l. ſin autem §. 1. & l. is qui dolo.

Actio in factum ex iuramento, per quam quæritur, an actor iurauerit, ſecundum quoſdam datur ei, qui cum peteret rem ſuam, delato ſibi iureiur. ab aduerſario, eam ſuam eſſe iurauit. Ab eo. n. rem ſuam petis actione in factũ, qui iurauit ſuam eſſe, ff. de iureiu. l nam & poſtea, §. 1. & § fi. Si vero rem ſuam ſibi traditã poſtea, amiſit, & ille qui detulit iuramentum, eam nactus ſit, aduerſus eũ publiciana competit actio, ff. de publi. actio. l eum qui, §. ſi petenti, vbi dicitur: Si mihi peteti rem iuramentum detuleris, iurauero que rem meam eſſe, competit mihi publiciana aduerſus te, tamen quomodo hoc debeat intelligi, ibi notatur plenè, & ſolet iuſiurandum referri ei, qui detulit, C. de reb. cre. l. generaliter, §. omne igitur, verſ. ſed iuramento.

Actio in perſonam dicitur cõdictio, quando contendis, aliquẽ dare, aut facere tibi oportere. Quando vero agis, vt reſtituatur tibi res tua, & ſpeciale nomen accepit, vt in depoſito dicitur ſimpliciter

plicitur actio perſonalis, & non condictio. Hoc autem nomen cō dictio inde deſcēdebat, quia olim iudicia erant ordinaria, & certa verba, & quæ oportuit condici, id eſt ſimul dici, vt ſi quis caderet a ſyllaba, caderet a tota cauſa. Sed poſtea illę ſolemnitates in deſuetudinem abierunt, attamen nomen remanſit, vt adhuc perſonales actiones, quæ ſolemnibus verbis fiunt, condictiones vocẽtur, & hæc colliguntur Inſtit. de actio. §. appellamus cum ibi not. & ff. eod. tit. l. actio genera. Et harum actionum genera quædam naſcuntur ex contractu, quędam ex quaſi contractu, quædam ex maleficio, & quaſi male. Inſtit. de obl. § ſequens, & de actio. §. omnium. Require, ſupra de omnibus his, in verbo Actiones ex contractu.

Actio in rem dicitur vendicatio rei, ſcilicet quando dicis rem, de qua agitur, tuam eſſe, & aduerſarius dicit, vel oſtendit, ipſam rem eſſe ſuam, ff. de actio. & obligatio, l. actionum genera, & Inſtitut. eod. tit. §. appellamus. Et harum actionum alia eſt directa in rem actio, vt rei vend. actio cō feſſoria, & negatoria. Alia eſt actio in rem vtilis, quæ ſunt actiones de dominio non directæ, ſed vtiles, quæ ex æquitate dantur quandoq; non dñis, vt ſunt Publicianæ, quæ ex diuerſis cauſis competunt. Et actio, per quam quæritur, an actor iurauit, & actio Fauiana & Pauliana, & Caluiſian a, & actio in rem, quæ competit inter dominum tabulæ, & pictorē. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus nō de dñio, ſed de pignore agitur, ſicut Seruiana, & quaſi Seruiana, de quibus vide loco ſuo. Et nota, quod actio perſonalis non ſequitur fundum, ff. de cō trah empt. & vend. l. Titius, §. Lucius Titius, ff. ad Tre l. 1. §. ſi hæres, ff. de iud. l. ſi fideic. §. tractatum, & ff. de alie. iudic. mu. cau. fac. l. 3. §. opus, in gl. per Dy. in l. ff. de no. ope. nun. Item actio perſonalis eſt ita affixa oſſibus creditoris quod in alium transferri nō poteſt, niſi fictione iuris, ff. de pec. l. ſi quis ergo.

Actio iniuriarum competit ei, qui iniuriam paſſus eſt vt no. Inſtit. de iniur. in rub. contra eum, qui intulit iniuriam, vel inferri procurauit, Inſt. eo tit. § non ſolum, & pulſauit, vel verberauit, vel famoſum carmem ad alterius contumeliam ſcripſit, vel quomodo iniuria aliquem affecit, Inſtitu. eodem titulo, §. iniuria. In qua iudex condemnabit, quanti actor iurauerit ſe nolle illam iniuriam ſuſtinuiſſe, pręmiſſa tamē iudicis taxatione, Inſtitu. eodem titulo, §. pœna, ff. eodem titulo l. conſtitu. Quidam enim dicunt, quod iurare debet, potius velle de ſuo perdidiſſe tantum, vel tantum, quam talem iniuriam ſuſtinuiſſe. Et hoc videtur approbare Hoſtien. in ſumma tit. de iniu. &

dam.

dam. dato & Spec. eodem titulo. Alij dicunt, quod ſufficiat, eum iurare ſic, quod nollet lucrari tantum, vel tantum pro eo, quod talem iniuriam ſuſtineret, vel ſuſtinuiſſet.

Primum tamen videtur verius Et actio iniuriarum ex pacto non naſcitur, ſed ex contumelia, lege. ſed ſi vnus, §. ſi pactum, ff. eodem tit. & diſſimulatione aboletur.

Nam ſi quis iniuriam reliquerit, hoc eſt, ſi ſtatim paſſus ad animum non reuocauit, poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere, l. non ſolũ, §. 1. ff. de iniu. & neq; in hæredẽ, neque hæredibus datur, l. iniuriarum actio, ff. eo. tit.

Actio inofficioſi teſtamenti, inofficioſæ dotis, vel donationis, vide infra in verſ. Querela.

Actio inſtitoria ſecundũ Azo. datur cõtra illum, qui prępoſuit aliquem ſtationi, vel negotiationi gerendæ contrahentibus cum præpoſito in eam cauſam, in quã præpoſitus eſt expreſſim, vel tacitè, ff. de inſtit. act. l. 1. & 2. & l. quicunque, §. non tamẽn, cum ibi nor. & dicitur inſtitoria ab inſtitore præpoſito, quamuis exercitoria nominetur à præponente, Inſtit. quod cum eo, §. exercitoria & §. ſeq. Nam inſtitor dictus eſt ex eo, quod negotio gerendo inſtet, nec refert an tabernis ſit præpoſitus, vel cuique alteri negotiationi, vt dicta leg. quicunque, & leg. inſtitor.

Actio legis quid eſſet apud antiquos, exponit elegãter Alc. in l. pecuniæ verbum, §. actionis, de ver. ſig. & Bal. l. 4. de adop.

Actio legis Aquiliæ duo continet capita vel tria, licet vnum nõ ſit in vſu, vt ff. eod. tit. l. ſi ſeruus ſeruum, §. huius legis, & Inſt. eo. tit. Primũ caput eſt de ſeruis occiſis, vel quadrupedibus, quæ numero pecudum continentur, vt in l. lege Aquil. ff. eod. tit. vbi dicitur de animalibus, quæ gregatim habẽtur & paſcuntur, ſicut oues, capræ, & equi, muli, & boues, & aſini, & ſecũdum Labeonem ſues, ſed non canes. Et longe minus beſtiæ, vrſi, feræ, & leones, &c. ſed elephantes, & cameli, quaſi mixti ſunt. Et ideo primo capite eos cõtineri oportet, quo caſu tanti ſit condemnatio, quanti plurimi ipſa res valuit anno pręterito, vt in d. l. lege Aquil. ff. eo. tit. & Inſtit. eod. tit. in princip. ſecundum caput in deſuetudmem abijt. Sed tertium caput huius legis eſt, de cis vulneratis feris beſtijs occiſis cæteriſque rebus ruptis, vt veſte, vaſe, & ſimilibus. Quo caſu quis condemnatur, qui damnum dedit; quanti res fuit plurimi triginta diebus retro rei pretium & valorem æſtimando, vt d. l. ſi ſeruus ſeruum, §. tertio autem capite, & Inſtit. eoſdem §. capite tertio, cũ §. ſeq. Et in hac actione, ſi quis dãnum ſe dediſſe inficiatur, id eſt negat, condemnatur in duplum, ff. eod. l. 2. §. 1. Dicitur autem lex

Aquilia

Aquilia ab Aquilio plebis tribuno.

Actio mandati directa competit mandatori & eius hæredi.ff.eod. tit.l.ſi verò,§.fin.& l.ſi mandato Titij,1. reſponſo, & §.1. contra mandatarium, vel procuratorem poſt mandatum ſuſceptum,ff.eo. l.ſi vero non remunerandi, §.1. Et in quantum intereſt id factũ eſſe,quod mandaui,puta mandaui, vt fundum emeres, ſi mea intererat emi, teneberis poſt mandatum ſuſceptum, tamen ſi eundem fundum ego ipſe emo, vel alius mihi, neq; intereſt aliud, ceſſabit hæc actio ſecũdum Azonem,ff.eodem titulo l.ſi procuratorem §. mandati actio.

Actio mandati contraria competit mandatorio, ff.eod.tit.l.ſi verò non remunerandi, §. contrario,vel procuratori ad expenſas aduerſus mandatorem, quatenus fines non eſt egreſſus. Si vero aliquid erogauerit vtiliter in eo,non habet mandati iudicium, ſed tantum negotiorum geſtorũ, ſecundum Mar.licet Io.& Accur. contra prout legi.& not.Inſt.eo. tit.§.is qui. & ff.eo.l. ſi pro te.cũ l.ſequenti, in princ.& C.de neg. geſtis,l.finali, in gl. vltima.Si vero mandauerim tibi,vt mihi fundum emeres, etiam ſi nondũ pretium ſolueris, ages mecum mandati, vt ſuſcipiam obligationem, qua teneris vẽditori.Nam & ego agere poſſum, vt cedas mihi actionem empt.ff.eod.tit.l.ſi mandato meo primo reſponſo.Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum, qui mandatum ſuſcepit adimplendum, cum primo cogi non poſſet quod ſuſciperet mandatum, inquantũ interfuit mandatoris factum fuiſſe, quod mandatur. Et rurſus ipſi mandatario, qui mandatum ſuſcepit,cõpetit actio mandati contraria ad impenſas, ſi quas fecit ratione mandati ſuſcepti, ſi fines mandati non exceſſit, ſed ſi mandatum exceſiſſet in expenſis factis, non repetet ipſas per huiuſmodi actionem.

Actio natiua quæ, vide Actionum 13.ſpecies infra.

Actio negatoria. Require ſupra actio confeſſoria.

Actio negotiorum geſtorum duplex eſt,ſ.directa, & cõtraria: vnde negotiorum geſtorum directa eſt, qua agit dominus rei geſtæ contra eum,qui negocia eius geſſit,vt adminiſtrationis rationem reddat,vt puta,ſi ego fui abſens, & negotia mea cæperunt eſſe deſerta, & male ſe habebant, tu hoc videns abſque mandato a me recepto,mei contemplatione ex amicitia, quam ad me habes, gerebas negotia mea,mihi datur hæc actio negotiorum geſtorum directa,ad hoc,vt reddas mihi rationem adminiſtrationis, vt ff.de neg.geſt.l.2.& Inſtit.de obl.quæ ex quaſi contr.naſ.§.1. & §.ſicut

Actio negotiorum geſtorum contraria competit illi, qui ſine

mandato ſe immiſcuit alienis negotijs gerendis aduerſus dominum negotiorum geſtorũ ad repetendum expenſas negotiorũ geſtorum factas. Et veniunt omnia, quæ expendit de ſuo neceſſario, vel vtiliter, non tamen voluptuoſè, & hæc colliguntur, ff. eo. tit. l. ſecunda, cum ibi not.

Actio noxalis ſecundum Azõ. dicitur actio, quę naſcitur vel oritur ex delictis ſeruorum, ff. eod. tit. l. 1. Inſtit eod. tit. in princ. & dicitur noxalis a noxia, quod ſignificat ipſum delictum, vel à noxa, quod dicitur ipſe delinquẽs. Verſus. Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

Actio pauliana, vide ſupra Actio fauiana.

Actio perſonalis, require infra in verſ. Actionum quædam.

Actio pignoratitia directa cõpetit debitori cõtra creditorem, Inſtitut. quibus mod. re contrah. obliga. §. fin. vel contra eius tutorem, vel curatorem, ſi pignora acceperunt ff. eod. tit. l. ſolutum, §. fin. & habet locum ſoluto debito, vel aliter ſatisfacto, quẽadmodum voluit creditor, licet nõ ſit ſolutum, vt ſi pignora alia data ſunt creditori, vt a primis recedat, vel fideiuſſores, ſiue res aliæ, vel pretium, vel etiam nuda conuentio ſine pretio vel pacto Quoties enim vult creditor recedere à pignore, videtur ſatiſfactum, ſi, vt ipſe velit, vel voluit, cautum eſt, licet in hoc deceptus ſit ſui facilitate, ſecundũ Azonem, vt ff. eod. titu. l. ſi rem, §. omnis, & l. ſi neceſſarias, §. ſi vnus.

Actio pignoratitia contraria datui creditori contra debitorẽ, & datur ad multa. Si enim decipiatur à debitore, vel ipſa re, vel eius propoſito: quia obligauit ei rem alienam, vel alij pignoratã: tenebitur ei debitor pignoratitia contraria, ff. eod. tit. l. tutor, ff. contrariam, iuncta l. ſi quis pignore, §. fi. & ſi debitor malitioſè verſatus ſit, obligando æs, vel ſtannum pro auro, vel argento, ff. eo. tit. l. 1. §. ſi quis, & in §. prę all. l. ſi quis in pign. 2. reſp. vel ſi obligauit ſeruum, per quem damnum datum eſt: quia furtum vel aliud huiuſmodi: & hoc ſi ſciuit tenetur in ſolidum, id eſt in totum, ſecus ſi ignorauit, quia tunc liberabitur noxæ deditione, ſcilicet dando ſeruum pro noxa. In his competit hæc actio ſecundũ Azonem & alios. Hæc probãtur, ff. eo. tit. l. ſi ſeruus pignori. Item ſecundum Azonem agit creditor actione pignoratitia: ſi ſeruos pignoratos artificijs inſtruxit: ſi cęperant imbui, antequam ſibi pignorarentur, vel debitoris volun tate creditor eos inſtruxit. Sed ſi nihil horum interceſſit, ſi quidẽ artificijs neceſſarijs eos inſtruxit ſecundum Azonem erit actio cõtraria ff. eod. tit. l. ſi ſeruus.

Actio pignoratitia vtilis ſecũdum Placen. datur ei, qui impi-

C gno-

gnorauit rem alienam ſine conſenſu dñi: & poſtea dominus pignoris factus eſt, ff.eo.tit.ff.rem alienam, & ff.de pign.l.1.§.1.& l.ſi Titio cũ ſeq. & tam directa, quã illa dantur principali,& ſuis hæredib. & contra hæredes creditoris,vt poteſt probari,Inſt.de perpe.& tempor. actio.§.nõ omnes,& ff.de actio. & obligat. l.1. §.creditor.& Inſt. quib. mod.re. contrahit. obligat.§.fin.

Actio popularis eſt, quæ ius ſuum populo tuetur, & cõpetit vnicuique de populo.De actionibus popularibus,vide gl. rubr.ff. eod.tit.

Actio præſcriptis verbis ex cõtractibus innominatis deſcendit, vbi ſ.ciuilis cauſa ſubeſt ſufficiẽs ad actionem introducendam, & cum negotium non cadit in certum & ſpeciale nomen contractus,nec cauſa huiuſmodi actionis exprimitur, ſed hæ actiones exprimuntur ſic:do vt des;facio, vt facias; do, vt facias; facio vt des.Ex quibus naſcitur actio præſcripis verbis nominata: aliàs ciuilis, quando mihi aliquid adeſt, vel abeſt, vel abfuturum eſt: nec tibi adeſt, nec affuturum eſt: aut mihi non abeſt: nec tibi adeſt; aut ſi nec tibi adſit: nec mihi abſit, & ceſſes implere, quod conueni' inter nos: ego autem ſi feci, in ſubſidium intentatur actio de dolo.Nam vbi vnus ceſſat implere quod in ſe eſt, quod promiſit, altero implente, locum habet hæc actio.

Actio præſcriptis verbis, quibus caſibus competat, vide pulchram gl in rub.ff.eo.tit. & in §. actionum autem, in verſ.ex permutatione, Inſt.de actio.

Actio pro ſocio, quæ ex vtraque parte directa eſt, competit pro vſufructu, quem ſolus alter ſociorum percepit, vel ſi dolum commiſit in rebus cõibus. Nam locum habet quando duo ineunt contractũ ſocietatis, & ſi aliquis ſociorum malè & doloſè verſetur,tunc alteri contra eum datur hæc actio Naſcitur autem hæc actio demum ſocietate finita,quæ finitur plurib. modis: prout ſequitur ipſe Azo.in ſum. eod. tit.

Actio pro tutela directa competit ei,cuius negotia geſſit quiſpiam quaſi tutor, qui tutor non erat.Contraria datur illi, qui exiſtimans ſe tutorem alicuius, tanquam tutor eius negotia geſſit, ad repetendum ſi quid neceſſario, vel vtiliter in rem pupilli expenderit, l.1.& toto tit. ff.de eo, qui pro tutor.

Actio publiciana ex æquitate datur ei, qui rem bona fide emit a non dño; & rem ſibi traditam bona fide cepit;credens vendentem tpe venditionis, & traditionis dñm eſſe: & ſufficit emptori habuiſſe bonam fidem, licet venditor malam fidem habuerit, & callido conſilio vendiderit. vt ff. eo.l.cum qui, §.ait prætor.Si ergo talis emptor ante completã

vſu-

vſucapionem a poſſeſſione cadit, petat rem a poſſeſſore iure quaſi dñij. Et appellatur actio Publiciana a Publicio authore, qui eã inuenit. Inſt. de actio. §. aliæ. Ad hoc vt author obtineat, oportet illum probare iuſtum titulum, & rem ſibi fuiſſe traditam, & bonã fidem habuiſſe tpe emptionis, & vẽditionis (quod præſumitur, niſi contrarium probetur) & quod credat modo venditorem, vel donatorẽ tempore contractus dñm non fuiſſe; aliàs Publiciana non competeret. Permittitur autem ex tali venditione, acſi vſucepiſſet vendicare: niſi forte verus dominus poſſideat, quia exceptio veri dominij Publicianam excludit. Si autem poſt vſucapionem a poſſeſſione cadat: tunc non competit Publiciana; ſed ciuilis actio vel rei vendicatio: ſecundũ quoſdam vtilis, ſecũdum quoſdam directa, ff. de publ. l. 1. De hac materia vide not. per Ioannem And. de ſenten. & re iud. c. Abbate ſanè, lib. 6. in gl. vbi dicitur, quòd rei vendicatio, & Publiciana nõ ſunt contraria, ſed diuerſa: cum ad eundem finem tendunt, ſecus cum tendunt ad fines diuerſos.

Actio Publiciana reſciſſoria datur ei, cuius res, quam a nõ domino emit, credens eum dñm eſſe, vt ſupra, vſucapta eſt, cum abſens erat cauſa reipublicẽ, vel ſtudij, vel peregrinationis, vel legationis ciuitatis, vel cauſa appellationis proſequendæ, vel teſtimonij ferendi, vel quia in captiuitate fuit, vel alia cauſa neceſſaria fuit abſens. Licet enim propter neceſſariam abſentiam infra annum, poſtquam reuerſus eſt, reſcindere vſucapionem, vt dicat aduerſarium non vſucepiſſe, qui vſucepit per auxilium prætoris, hoc auxilium ſibi datur. Si autẽ verè fuit dominus rei, tunc competit ei vendicatio reſciſſoria. Si verò res talis erat pignori obligata, competit etiam hypothecaria reſciſſoria, & hoc in realibus actionibus. In actione autẽ perſonali condictio reſciſſoria. De hac materia vide Guil. i Spec. de in integ. reſt. in tract. libellorum ſuper verbo, ſed ſcias, & ſequenti, & gl. 1. in verbo dominij, vel quaſi, circa medium, in c. Abbatè ſanè, de reg. iur. lib. 6.

Actio quanti minoris quædã eſt prætoria, quædam ciuilis. Prætoria locum habet, cum quis emit aĩal, vel ſeruum morboſum, ſeu vitioſum, qui propter morbum, vel vitiũ minus valet quã emptus ſit, & datur ad petẽdum id, quod minus valet, puta ſi res non eſſet vitioſa, vel morboſa, valeret viginti: nunc autem valet quindecim; proponitur hæc actio ad petendum, quanti minoris interſit emptoris. Hoc autem ſcies, quod de vitio nunquam tenetur venditor, niſi in tribus caſibus. Primus eſt, quando nominatim promiſit, & tunc agitur ex ſtipulatu. Secundus eſt, quan-

do ſciebat ſeruum habere vitiũ, & emptorem non admonuit, & tunc tenetur ex empto, vel quod redhibeatur, vel quod amittere teneatur. Tertiò, ſi vitio animi ſit admixtum vitium corporis. Datur autem infra annum vtilem. Sed ciuilis actio quanti minoris, competit quando librum, vel aliam rem vitioſam, vel morboſam emit, propter quod res minus valet, & agitur; quanti minoris eſſet empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionum: ſed de prætoria ſolũ. Vide ſimiliter de hac materia in Spec. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum ver. eſt & alia actio.

Actio quaſi Seruiana, quę etiã hypothecaria dicitur, prætoria eſt, per quam rem mobilem, vel immobilem tibi pignori obligatam, quam poſſidet aliquis, ſiue ſit debitor, ſiue alius, poteris ab eo euocare, ſeu petere, & eſt actio in rem vtilis, & datur creditori ad perſequẽdum pignus hypothecamue; vide de hac act. Inſtit. de act. §. quaſi Seruiana.

Actio quod iuſſu perpetuò datur contra patrem, vel dominum, quorum iuſſu cum filio, vel ſeruo aliquis contraxit, ſiue dirigatur iuſſus ad contrahentem, ſiue ad ſeruum. Nec eſt in ea opus verbis aut ſcriptura, vel vt diſtinguatur ſecundum Azo. an videatur iuſſus, vel iuſſio ſpecialiter in vno contractu, an generaliter, ita quod volens, cum ſeruo meo cõtrahere, ſecurè poſſit. Videtur enim omnia iuſſiſſe, niſi lex certa, i. conditio, vel pactum contrarium prohibeat. Habet, ergo locum actio quod iuſſu, quando domino viuente vel patre, ſeruus, vel filius cõtraxit, quia hæc dominus, vel pater eo quod iuſſit, tenebitur.

Actio quod metus cauſa datur ei, qui probabili, vel iuſto metu coactus rem ſuam vẽdidit, tradidit, vel promiſit, aduerſus eũ, qui metum intulit: ſed infra annum erit quadrupli ꝑ contumaciam nolentis rem reſtituere iuſſu iudicis ante lit. con te. Poſt annum verò ſimpli, vt in l. ſi cum emptore. 1. reſponſo, & §. poſt annum, ff. quod met. cau.

Actio rei vendicationis eſt, qñ dicis rem corporalẽ eſſe tuam, vt hunc ſeruum, hunc equum, hanc veſtem. Alia dicitur vendicatio, quam legiſtæ non habent, quæ datur pro re incorporali, vt not. per Doct. in c. examinata, de iud.

Actio reſciſſoria triplex eſt, vt ſupra de publiciana reſciſſo.

Actio redhibitoria datur emptori contra venditorem, vt ſeruum vel animal morboſum recipiat, & pretiũ reſtituat, & datur infra ſex menſes vtiles, quia hęc actio tantum ſex menſib. durat, vt ff. de ædil. edi. l. 2. verbi gratia. Si vendis mihi animal morboſũ latentem morbum habens, vel aliam rem vitioſam tali vitio, qđ vitium ſi ſciuiſſem, nullo modo

emiſ-

emiſſem, mihi datur actio cõtra te ad hoc, vt pretium receptum reſtituas infra ſex mẽſes, & rem tuam morboſam, vel vitioſam re aſſumas.

Actio rerum amotarum competit marito aduerſus vxorem de rebus conſtante matrimonio cauſa diuortij ablatis. Datur autem poſt diuortium, & continet rei perſecutionem. Sed ſi pendente iudicio reintegretur matrimonium, ſoluitur iudicium rerum amotarum, & ſi redintegrato matrimonio iterum fiat diuortium, remanebit actio rerum amotarum ob res amotas prioris diuortij cauſa; & in quo caſu actio furti daretur contra extraneum, in eodem caſu actio rerum amotarum locum habet, dummodo illa concurrant, ſ. vt res mariti dolo malo amoueantur, & econtra. Item vt fiat amotio cõſtante matrimonio, vel ut aliquis fiat, qđ pro amotione habeatur. Item & fiat cauſa diuortij. Datur etiam hæc actio contra patrem filio, vel filiæ, quatenus ex ea re locupletior eſt factus, vel de dolo malo eius factum eſt, quo minus fieret. De hac materia vide not. per Azo. in ſum. eod. tit.

Actio rei vxoriæ vel vxoritiæ ſublata eſt; in cuius locum ſurrogata eſt actio ex ſtipulatu, quæ datur marito, vel eius patri, vt dos reddatur. Si enim a datione dos inciperet, hæc actio locum non haberet, licet quidam dicunt contrarium, vt dicit Azo. in ſum. eo. tit.

Actio reuocatoria daẽ in eos, quibus alienata fuere bona debitoris in fraudem creditorũ, vi de ſupra. Actio fauiana, & in §. itẽ ſi quis in fraudẽ, Inſ. de actio.

Actio ſeruiana dño fundi vel domus competit ad perſequendas res conductoris pro mercede domus quaſi pignoratas, quæ quamuis non cõueniente pignorentur, tamen iuris conſtitutione obligantur tacite pro locatione iure pignoris in vrbanis prædijs inuectæ, & illatæ, in ruſticis vero prædijs fructus tantũ. De hoc vide in §. item Seruiana, Inſt. de actio.

Actio ſerui corrupti competit nõ ſolum aduerſus eũ, cuius hortatu, vel conſilio ſeruus corruptus, vel deterioratus eſt, ſed ẽt contra eũ noua lex datur, qui ſollicitauit ſeruũ, licet bonos mores eius corrũpere nõ potuerit. Hæc aũt actio in duplum habet condemnationẽ, ſ. quanti deterioratus eſt ſeruus, quantive res fuerit a ſeruo ſollicitato ſubtracta, & tenẽ qui corrũpit, ſiue ex bono malũ, ſiue ex malo deteriorẽ fecerit. De hoc in l. ſi qs ſeruo alieno ſuaſerit, C. đ fur. vbi cas⁹ de hoc.

Actio ſtricti iuris, ſeq. inf. in verſ. actionum quædam, & de excep. in cap. cum venerabilis, vide Inſt. de act. §. actionum autem.

Actio ſubſidiaria dicitur quia in ſubſidiũ, & auxilium alterius,

quæ inefficax facta eſt, datur, vt ſi tutor res pupilli alienauerit, vel male adminiſtrauerit, & ipſe tutor, & eius hæres ſint non ſoluẽdo, i. non ſufficientes ad ſaluẽdũ pupillo, datur actio contra illũ, in quem res eius alienatæ ſunt.

Actio tributoria datur creditoribus, qui cum ſeruo, aut filiofamilias contraxerunt in merce peculiari, vt diſtribuatur pro rata crediti inter illos, & dominum, ſeu patrem illius, cum quo cõtraxerunt, §. 2. Inſt. quod cum eo.

Actio tutelæ ſubſidiaria competit pupillo, quando nec tutor, nec hæres ſoluere habet contra eum, cui iura tradita ſunt a pupillo, vt cautionem exigat a tutore de indemnitate pupilli, quando vel nullam, vel parum idoneam admiſit cautionem.

Actio tutelæ directa datur aduerſus tutorem ipſi pupillo in quantũ conuenit, ſi tutor in reb. pupillaribus damnum dedit dolo, vel culpa ipſi pupillo.

Actio tutelæ contraria competit tutori aduerſus pupillum, ſi in rem eius aliquid de ſuo impẽdit, vel pro eo fideiuſſit, aut rem propriam impignorauit, vel obligauit pro pupillo.

Actio venditi cõpetit venditori ad petendum pretiũ, & vſuras ex tẽpore moræ, & ſi aliquid ſpeciali pacto comprehẽditur, prout is ſibi paciſcitur, vel inter pares conuentũ eſt. Et huius contraria eſt actio empti, q̃ vbi ſupra.

Actio vi bonorum raptorum de reb. mobilib. vi ſurreptis datur, & cui res mobiles per violentiã ſunt ablata, & cõpetit reſtitutio infra annũ ad quadruplũ, ita vt in quadruplo cõtineatur rei reſtitutio: Et hæc eſt vis ablatiua.

Actio vtilis, vide ſupra Actio directa.

Actionum quędam ſunt in rẽ, & quædam in perſonam.

Actio in rem dicitur vendicatio rei, quando, ſ. dicit aliquis rẽ de qua agitur, eſſe ſuam, & aduerſarius dicit contrarium. Qñ ergo petis rem aliquam, vt tuã, rei vendicatione, tunc agis actione in rem. Actio vero in perſonam eſt cum petis ab aduerſario aliquid tibi dari vel fieri. Item actiones quædam bonæ fidei dñr, quædam ſtricti iuris. Actiones bonæ fidei dñr non ideo, quia in eis debet ſeruari bona fides, quia etiam bona fides ſeruatur in actionib. ſtricti iuris; ſed dñr bonæ fidei, iõ, quia maxime exuberare debet bona fides inter cõtrahẽtes in eis, & vltra id etiam veniunt omnia acceſſoria, & ea, de quibus nihil eſt cogitatum, vt in actione empti, vel venditi, venit etiam id, quod expreſſe non eſt actum, videlicet a tẽpore moræ, qui alteri non reddit illud, ad q̃ tenetur de natura contractus, veniunt damna, & intereſſe, quæ debent reſtitui, & ſic in eis multo exuberat officium iudicis pinguius, quàm in actione ſtricti iuris.

ris. Sunt autem actiones bonæ fidei 17. quæ enumerantur, Inſt. de act. §. actionum, & ponuntur in gl. de excepti. c. cum venerabilis. Aliæ vero dñr actiones ſtricti iuris, vt actio ex mutuo, ex ſtipulatu, ex arbitrio, & conſimiles Et in illis non venit acceſſorium, nec ea, de quibus non eſt cogitatum, vt no. Bar. in gl. præall. Nec in his a tempore moræ, qui alteri non reddit illud, ad quod tenetur de natura contractus veniũt damna, & intereſſe, quæ debent reſtitui. Item actionum realium aliæ cõpetunt pro reb. corporeis & ſic hẽt locum rei vendicatio. Aliæ pro incorporalibus, & pro ſeruitutib. acquirendis, ſeruiẽdi, & patiendi, & ſic competũt duæ actiones, quarũ vna vocatur confeſſoria, altera negatoria. Itẽ nota quod actiones perſonales vſq. ad metas 30. ann. extendantur, vt C. de conſt. pecu l. 2. & C. de præſcript. 30. anno. l. ſicut. Reales autem vſq; ad metas quadraginta annorum, vt C. de luit. pig. l. 2. & in gl. de vtroq; caſu. Eſt ergo (vt clarius dicatur) actio realis, quæ obligatum eum, contra quem dirigitur, nõ præſupponit. Sed ideo competit; quia quis contendit rẽ ab eo ſibi reſtitui contra quem talis actio dirigitur, verbi gratia: Intraſti domum meam violẽter, ergo peto poſſeſſionem meam, quam occupas; tu nullo iure mihi obligatus es: nec aliquid mihi promiſiſti, nec tecum contraxi, ſed tantum te conuenio, quia res mea apud te eſt. Perſonalis autem actio præſupponit debitorem, contra quem dirigitur, obligatum ex contractu, vel maleficio, ſeu ex varijs cauſarum figuris. Et iſta datur etiam ad rẽ, ſed præſupponit obligationẽ perſonæ; vt vendidiſti mihi librũ, vel locaſti mihi domum; tu mihi obligaris ex contractu, licet agã ad rem ſcilicet, librum, vel domum.

Actionum aliæ ſunt particulares, aliæ vniuerſales. Particulares dicuntur, quæ dantur ad res particulares, vel ſingulares, non autẽ ad id, quod eſt vniuerſum, vel generale; vt ſi peto veſtem, & ago rei vendicatione, vel alia act. particulari, ſeu peto x. quæ tibi mutuò dedi, & harum actionũ aliæ dñr reales, vt quia competunt ad rem, & non dicunt perſonam obligatam. Aliquæ vero dñr perſonales, quia non ad rem, ſed in perſonam diriguntur; vt ſi ago ex empto, vel actione ex mutuo. Dico. n. perſonam obligatam, & non rem, nec pecuniam, & proſequere latius; vt Inſtitu. de act. in prin. Actiones vniuerſales dicit Inn. in c. conquerente, de off. or. quòd ſint quatuor, quæ omnes competunt hæreditati tantum, cuius nomine comprehenditur vniuerſum ius defuncti, l. nihil aliud, ff. de verb. ſignif. & ſunt iſtæ petitio hæreditatis, familiæ herciſcundæ, act. ex teſtamento; quæ datur pro hæreditate ex Trebelliano

liano reſtituenda, & actio ex empto, quæ datur, quoties tota hæreditas emitur, & licet ibi dicat Innoc. quod ſint quatuor, intelligo de iſtis, de quib. iura faciunt mentionem apertè, ſed multæ aliæ poſſunt dici vniuerſales ad ſimilitudinem harum quatuor, veluti quando petitur villa, ſeu caſtrum, vt ſentit idem Innoc. in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. & clarius per Bart. in l. 1. ff. de eden. Item quando petitur eccleſia cum pertinentijs ſuis, vt eſt in cap. ſignificantib. de lib. obl. & Innoc. in d. cap. cum ad ſenē, & in c. eam te. de reſcrip. Vel dic melius ſecundum Bart. in d. l. 1. ff. de eden. quod actio vniuerſalis poteſt intelligi quando datur ad aliquid, quod de ſua ſignificatione multa in ſe vniuerſaliter continet, ſiue ſit vniuerſalitas iuris, vt hæreditas, vel bono. poſſ & ſimilia: ſiue ſit vniuerſitas facti, vt peculium, de quo tamen dicendum eſt, vt l. 4. ff. de pecul. Actio verò generalis ex eo nominatur, vt dr in d. c. conſequerem, quia competit ad id, ꝙ ſub ſe continet plura capitula, non tamen vniuerſum, vt eſt actio negotiorum geſtorum, tutelæ, &c. Nam multa potuit habere defunctus, quæ non peruenerunt ad filium, ſed continet ſub ſe multa capitula, vt adminiſtratione frumenti, vini, olei, & ſimiliū; ſecus aũt ex ſe, & ex proprio ſignificatu non continet plura, ſeu vniuerſitatem. Tunc enim, licet petantur plura bona, non tamen dr petitio vniuerſalis, vel generalis. Vide Panormitanum in d. c. ſignificantibus, num. 18.

Actionum 13. ſpecies enumerat glo. in §. ſunt præterea. Inſti. de actio. quibus adde, actionum alias eſſe natiuas, alias datiuas. Natiuæ ſunt, quæ habent materiam ſufficientem prçexiſtentē, a qua oriantur. Datiuæ vero, quæ eiuſmodi materia carent, quod declarat Bar. in l. iuriſgen. 1 ff. de pactis. Prętereà actiones quædã criminales ſunt; q̃dã ciuiles, de quib. infra in verbo, iudicia priuata.

Actiones ciuiles quæ ſint, & quot, require in Spec. titu. de act. & exceptio. propo. §. poſtremò. Et no. quod quandoq; diſtingui tur act. ciuilis contra criminalē, & tunc idem eſt, quod actio intentate pro aliquo intereſſe: quã doque diſtinguitur contra prætoriam, & tunc idem eſt, quod actio deſcendēs ex aliqua parte iuris ciuilis, veluti lege Senatuſconſulto, conſtitutionibus Imperatorum, ſecundum gl. Inſtit. de perpe. & temp. actio. in prin. Prætoria autem dicitur, vt infra, Actiones prætoriæ.

Actiones ex contractu, ſunt de actionib. in perſonam. Inſt. de actio. §. quæ naſcuntur ex pacto, ſiue obligatio ſurgit ex re, vt condictio certi, de numerata pecunia, cõdictio certitudinaria, con-

dictio

dictio ob cauſam, actio commodati depoſiti, pignoratitia, de quibus omnib. ſuo loco dicemus: ſiue etiam conſurgit obligatio ex verbis; ſicut in actione ex ſtipulatu, quando res certa in ſtipulationibus deducta eſt: ſiue ēt oriatur obligatio ex literis, de quibus condictio odio deſidiæ datur in eum, qui cum ſpe futuræ numerationis ſcribit ſe debere, qđ ei non eſt numeratum, Numeratione aūt non ſecuta, infra biēnium non repetit chirographū. Et eſt introducta & excluſa ex ceptione non numeratæ pecuniæ, cum minimè cogatur ſoluere, ꝙ ſcripſit ſe habere: ſiue ēt oriatur obligatio ex conſenſu, veluti actio empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio, mandati, præſcriptis verbis, & actio conſtitutę pecuniæ, nec non actio in factum de iureiur. Et de his actionibus oībus in proprijs locis ſecūdum ordinē dicetur. Et iſtæ ſunt ſpēs actionum in perſonam, quę oriuntur ex contractu, ſiue re, verbis, literis, aut conſenſu obligatio oriatur. De quibus vide. ff. de actio. & obl. l. 1. & 2. Inſt. de oblig. § 1. cum tit. ſeq. vſque ad tit. de obl. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

Actiones ex quaſi contractu ſunt de actionib. in perſonam, Inſt. de action. §. 1. cum ibi not. quæ neque ex pacto, neque ex maleficio oriūtur, ſed tamen maiorem hent conuenientiā, & affinitatem cum pactis, q̄ cum maleficijs. De his action. vide. ff. de action. & oblig. l. 1. ex maleficijs, §. ſi quis abſentis. & §. ſeq. & Inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi cōtra naſ. & de ſingulis expoſuimus nominatim ſupra ſuis locis.

Actiones vel obligationes ex maleficio ſunt actiones in perſonam, Inſtitut. de actio. § 1. cum ibi no. quibus delicta hominum coercentur, quod publicæ vtilitatis intereſt. ff. de fideiuſſor. l. ſi a reo § final. & ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus, cum ſimilib. vt eſt: condictio rei furtiuę, actio arborū furtim cęſarū, actio furti, actio vi bonorum raptorū, actio legis Aqliæ, actio iniuriarū, actio, ꝙ metus cauſam actio de dolo, actio ſerui corrupti, actio rerum amotarum, condictio ob turpem cauſam, interdictum vnde vi, interdictum ꝙ vi aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de vxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine, ripa ve publica fiat, interdictū de itinere actuq; priuato. De quibus omnibus require in litera I, loco ſuo.

Actiones vel obligationes ex quaſi maleficio ſunt actiones in perſonam, Inſt. de action. b. §. 1. quæ neque ad pacta acce dūt, neque ad maleficia; ſunt tamē ſimiliores maleficijs, quam pactis, vt

vt actio in factum aduerſus iudicem, qui litem ſuã fecit, & actio in factum de eiectis, & effuſis; & actio in factum de dolo, & furto eorum, qui miniſterium cauponum, aut ſtabulariorum, aut nautarum exercent. ff. de actio. & obligat l. ex maleficijs. §. iudex, vſque ad finem, & Inſtitut. de obligationibus quæ ex quaſi maleficio naſ. per totum.

Actiones hæreditariæ dicuntur, quæ tranſeunt ad hæredes, vel contra hæredes ſecundum Azo. Item quæ ab hæredibus incipiunt, vel contra hæredes, ff. de ac. & obl. l. hæred. Vt autẽ plene ſciatur, quæ tranſeunt ad hæredes vel non, diſtingue, aut naſcitur actio ex maleficio, vel quaſi, aut ex contractu vel quaſi, prout proſequitur Azo. in ſumma eo. tit. & ſecundum Plac. in ſum. ſua, eo. tit. Hæ action. cõueniunt his, quis ſuccedunt in ius, & non his, qui ſuccedunt in rem, vt donatarij, vel legatarij.

Actiones interrogatoriæ ad quid intentarentur olim, vide in gl. in rub. ff. de interro. actio.

Actiones mixtæ dicuntur act. familiæ herciſcundæ, actio communis diuidundo, & finium regundorum, §. quædam. Inſtit. de Act. At quare appellentur mixtæ, & quid differant ab actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, declarat ibi Iaſ. col. 3. & in §. 1. col. 1. & 2. eo. tit.

Actiones perſonales in rẽ ſcriptæ oriuntur ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, ſicut & mere perſonales, ſed quia conuiuntur poſſeſſores rerum, inſtar realium, ideo in rem ſcriptæ appellatæ ſunt. Quæ ſint hæ actiones docet Accur. in l 3. §. eſt autem, ff. ad exhib.

Actiones prę iudiciales, in rẽ eſſe dñr, per quas quæritur, an quis liber ſit, an libertus, & de partu agnoſcendo, vt in §. præiudiciales, Inſtit. de actio. Sed illa, per quam quæritur, an aliquis ſit liber partim ciuilem cauſam obtinet, partim prætoriam; Ciuilem autem ſecundum formam dñij, quia in ea directe agitur, & prætoriam, ſecundum formam, & modum petendi, quia tuum a teipſo, non ab alio petis poſſeſſo re. Cæteræ vero duæ formam capiunt ex prætoria iuriſdictione, & in rem dicuntur eſſe, ad inſtar actionũ de ſeruitute, quia in hac de iure patronatus in re, in illa de proprietatis iure agitur, & præiudiciales dñr, quia quemadmodum exceptiones actionibus opponuntur, & ante primã quęſtionem terminantur. Si autem quis quærat, quare non exceptiones, ſed actiones dicantur, illa poteſt eſſe cauſa, quia non eſt exceptio, niſi ſit actionis excluſio: Hę vero præiudiciales nullam actionem excludunt, ſed non competere dicuntur, & ideo actiones dicuntur, & non exceptiones. Præiudiciales actiones, pro tãto dici poſ-

ti poſſunt,q́ in ipſis tractatur de magno præiudicio;vel,quia quę ſtioni motæ præiudicant;vt agis contra me;& aliquid petis,oppo no tibi quæſtionem ſtatus,dicen do,quod es filius meus, vel ſer-uus in poteſtate mea conſtitutus aut libertus: & ſic de conſimili-bus,& præiudicabit actioni tuæ contra me motæ. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de dominio,ſed de iure pignoris agi tur,vt ſeruiana & quaſi ſeruiana. Require in loco ſuo.

Actiones prętorię q̃ ſunt; & quot,require in Spe.ti.de act.ſeu per perp. §. poſtremo. Dr̃ aũt prętori ę ſecundum Azo. quia a prętore ſũt inductę,vt Inſ.de ac. in ſumma,ſecundum eundem.

Actor eſt,qui agit,& pulſat a-lium, rem aliquam ab ipſo petẽs in iudicio,ff.de iud.l.in tribus,& ff.fin.regu.l. iudicium. Nam in communibus iudicijs quęritur quis actor ſit. Eſt ergo ille, qui ſuo nomine agit; vel qui conſti-tuitur ad agendum,vel defendẽ-dum cauſas vniuerſitatis, vel al-terius, ff.quod cuiuſque vniuer-ſi.l.item eorum; §.ſi decuriones. Vel dicitur, qui conſtituitur a tu tore,vel curatore ante litem con teſt.C.de procurat.l.neque tuto res.C.de act.d tuto.ſeu cura.dan do, in rubro & in nigro; dictus ex eo, quod tutoris vel curatoris perſonam agat. Nonnũquã actor ponitur pro villico, quẽ vulgò factorem à faciendo appella-mus,l.ſi.ff.de offic. præſid. Vnde ſeruus actor in §. pœna Inſt.de iniu. Interdũ etiam ſumitur pro eo,qui aliena bona adminiſtrat. l.cum alicui,de neg.geſt.

Actuarię naues sũt,quę remis aguntur,l.2.ff.de capti.Bu.in l.1. de exerc.act.

Actuarij ſunt notarij, a qui-bus acta ſcribuntur.

Actus eſt quędam ſeruitus, qua is,cui ea debetur, habet ius, quod poteſt per fundum, in quo ſibi hęc ſeruitus debetur, non ſo lum ambulare per ſe, ſed etiam iumentum, & quadrigas ſecum deducere.ff. de ſeru. ruſt.pręd.l. 1.ver.actius, & l.inter actum, & Inſt eod tit.§.actus. Aliter capi-tur actus pro operatione,l.hęre-des,in fi.ff.de reſtit.& l.duos, de duobus reis.

Actus legitimi dicũtur omnes quacunque iuris ſcripti parte in-uenti. Iuris autem ſcriptis partes ſunt lex,videlicet lex,plebiſcita, Senatuſconſulta, decreta princi-pum,reſponſa prudẽtium,& ma giſtratuum edicta, vt Inſt.de iu-re nat.gen.& ciuil.§.conſtat, & Iuius autem, ff.de iuſt. & iu.vide de hac materia Dy.in reg. actus, de reg.iur.in 6.

A ante D.

AD, ponit pro iuxta,ff.de ſer. vrb.pręd.l.quidã Hyberus, Barto in l mil.cod.ff.de teſt.mil. Itẽ pro cõtra l.cõmiſſa. de publ. Aliqñ ſignificat poſt l.qui duos, de ma.teſt, verum aũt faciat mo-dum

dum an conditionem docet Bar. in l.quib.§.Ter.de cond.& dem. De hac dictione no. Arch.de reſcr.ſi gratioſe,li.6.& 88.diſ. pre sbyter. Et q̃o differant ad, & in, videff. de iniur.l.item apud Labeonē, §.conuitium, quod nota pro ſtatutis dicētibus, ꝙ aliquid fiat ad domum vel in domo.

Adam nouiſſimus, id eſt Chriſtus, vt in clement. de ſum. Trinit.c 1.

Addico ex ad,& dico componitur,& eſt vendere per licitationem hoc eſt in venditione publica, vbi alius alio maius pretium pollicetur, vt ſibi potius, quam alteri venialia addicantur. Accipitur tamen & pro ſimpliciter vendere, vt in l.qui fundū.§.procurator. ff.pro empt.q̃n, ue pro cogere, l.actuarij.C.de ero.mil.an nec non præiudicare, ſeu damnare,l.addictos,C.de appel.& dicitur in diem addictio generaliter, quando vendo tibi rem hoc pacto, vt ſi aliquis in diem talem meliorem cōditionem attulerit,ſit tibi inempta. Dicitur autem melior conditio afferri, ſi aliquid pretio ſit additum: vel maturior ſolutio, aut facilior afferatur, vel locus, opportunior ſoluēdo pretio adijciatur, & ſic dealijs,vt in titulo.ff.de in diem addict.& ibi per Azo.

Additamentum eſt,quod priſtinis bonis poſtea accedit ff. de admi.tut.l.quoties. §.conſtat,& C.in quib. cau.tut.vel cura.hab. l.fi.& de cur.fur. l.fi.§. tali itaq.

Adducor.i. moueor.de fidei c. lib.l. quidam in teſtamento §.fi.

Adeo,i.in tm̃,media correpta, vt de reſcr.cum adeo.

Adeodatus eſt nomen Dauidis Prophetæ, qui datus fuit à eo ad liberationem Iſrael.

Adempta legata dicimus illa, quę teſtator adimit legatario,cui primo legauerat, mutata prima ſua voluntate.

Adeptus, i.aſſecutus cū omni iure, de conc.præb.c.ne captandæ,lib.6.

Adæratio dr̃,quaſi ęris præſtatio,inde adærata prædia dicebātur,ex quib.æs, ſeu pecunia præſtabatur, vt habetur. C.de coll. don.vel releuat.aut trāſ.ſeu adæra.l j.lib.10.Nam adærare eſt ad pretium redigere, ſiue prætio ęſtimare.

Adeſſe aliquando exponitur pro abeſſe, cauſa euitandæ contrarietatis Bar.in l.quoties.C.de dign.lib.12.

Adeſſe non dñr,quæ caſualiter adſunt. Bar.in l.quæſitum, §. fi.de leg.3.

Adhærentes dicuntur hi, qui ſponte ſunt eiuſdem voluntatis, cuius eſt princeps. c.ad apoſtolicæ,de re iud.in 6.

Adhęrētia facit eſſe eiuſdē ſtatus eū,qui adhæret,& eū,cui adhæretur. not.Card.in cle.de rel. do.vbi loquitur de adhærentia.

Adhibere,id eſt cōuocare,ſeu citare, vt ff. de adoptio. l. nam

ita

ita. Aliquando, i. præſtre. ff. qui ſatiſd. cog. l. de die, §. 1. Aliquãdo, i. reiterare. 1. quæſt. 7. per illicitam. Aliquando. i. recipere, ſeu admittere, ff. de teſtib. l. 1. Aliquando exponitur, i. habere, ff. de officio proc. l. nec quicquam, §. obſeruare.

Adiacentes. i. cõfines, in auth. de ſanct. episc. §. autem.

Adiectiuum appoſitum inter duo ſubſtantiua quid importet, vide Bar. in l. cum filio, in fi. ff. de leg. 1. & ſi duo adiectiua adijciatur vni ſubſtantiuo, an requiratur vtriuſque concurſus, Bart. in l. qui concubinam, in princ. ff. de leg. 3. Vide alb. in ſuo dict. in verbo adiectiuum.

Adigere, id eſt compellere. ff. de ius voc. l. adoptiuum.

Adimatur, id eſt pro non dato habeatur, ff. de ademp. li. l. vna.

Ad inſtantiam, iſtæ dictiones ſonant, ſicut ſi diceretur; ad petitionem, ſeu preces tales vide Felin. in c. cũ M. Fer. col. 2. verſ. no. 2. de conſtit.

Ad inſtar, de hac dictione vide. C. vnde vi. l. ſi de poſſeſſione; & de episco. & cler. l. omnia priuilegia, de exercito. l. vlt. ff. de publ. l. eum qui. §. publiciana. C. de liber. exhibend. l. ſi ad inſtar, & de ſponſ. c. 2. & de præb. c. dudũ, circa fi. lib. 6.

Adire hęreditatem nihil aliud eſt, quam velle eam habere. Nã adire non tam facti eſt, ꝗ animi, imò in nuda & ſola voluntate cõſiſtit. Nam hoc animo debet eſſe, vt velit eſſe hæres. §. fi. vbi vide Inſt. de hær. qual. & dif.

Aditus domus eſt anterior pars, ſiue introitus. ff. de vſufruc. l. æquiſſimum, §. ſed ſi ædium.

Adiudicare, vide abiudicare.

Adiutor idẽ eſt, quod actor. Inſtit. de cur. §. fin. ff. de tut. l. ſolet. quandoque pro ſcriniario ponitur C. de numera. l. nulli. li. 12.

Adiutor laborum, i. ordo C. de offi. mag. of. l. 1.

Adminicula dicuntur vehemẽtia inditia. i. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt. aliter accipiuntur in l. 1. ff. ſi vſufr. pet. & l. 2. C. de conſtit. pec.

Adminiſtrator, qui res alteri adminiſtrat, vt ſunt adminiſtratores reip. ꝙ rectè Acc. declarat in rub. C. de adm. reip. lib. 11. At adminiſtratores ſerui dicũtur, ꝗ miniſtrant Dño in menſa ſcd'm Ale. in cõc. de verb. ſign. l. in leg.

Admittere eſt recipere, vt ff. de inof. teſt. l. Papin. §. ſi quis impuberi. Quandoque ſignificat delinquere, l. ſpurij, ff. de decurio.

Admodũ, id eſt valde, penult. correpta. ff. quod cuiuſq; vni. l. 1. in prin. Aliqñ profertur accentu acuto, & tunc exponitur admodum, id eſt ad neceſſitatem, de vſufr. l. item ſi fundi, in fi.

Adnotare, id eſt reprehendere, ff. ſolu. matr. l. ſi verò, §. de viro, & de leg. 2. l. debitor. aliqñ ponitur pro notare, ff. de inoffic. teſt. l. cum mater.

Ad-

Adnotatio dicitur,quæ fit pro prio motu principis, vt not. lib. de palat.l.pon.aliter. Vel adnotatio eſt reſcriptum principis,paucis adhibitis factus ; C.de ſacroſ. ecc.l.iubemus.Quandoque dicitur adnotatio actus,qui ſine teſtibus expeditur, C. de prob.l.instrumenta, in gloſ.1. Aliquando adnotatio eſt ſcriptura facta propria manu principis, C.de preci. bus imp. off.l.1.

Adoleſcens propriè dicitur quis, quando exceſſit pubertatē, tex in l.Aurelio,§.1.ff.de lib,leg.

Adoptio eſt gratuita quædam electio,qua quis aliquem ſibi eligit in filium , & hoc faciunt plerumque hi,qui filios habere non poſſunt ad ipſorum ſolatium. Et talis , qui ſic recipitur in filium, dicitur adoptiuus. Et ille,qui ſic cum adoptat , dicitur adoptiuus pater. Et quæ ſic differentia inter adoptionem & arrogationem;vide inf.arrogare,& Inſtit.de adoptio.in princ.

Adoptiuus filius eſt, quem aliquis adoptat , vel accepit datum a patre, Et econtra pater adoptiuus eſt,qui filium adoptat, Inſti. de adoptio,§.1.& 2.

Ad promiſſor appellatur qui promiſſioni alterius accedit,hoc eſt fideiuſſor.l.5.§.ſatis acceptio, de verb.oblig.

Ad quid,ideſt quare de cenſi. per uenit.

Aduena dicitur,eo quod aliunde adueniat ſecundum Iſid, lib. 10. etymol.

Aduena dicitur quaſi in cola, l.pupillus, §.aduena. ff.de verb. ſign. Differunt tamen, vt ibi Alc. annotauit, ſi quidem incola fixit pedem , domiciliumque conſtituit,aduena non. Vnde traditum eſt, populi appellatione non aduenas, ſed incolas tantum contineri , vt tradit Fely.in c. Rodulphus,de reſcrip.

Aduentitium peculium, vide infr.in verſ.Peculium.

Aduerbium quandoque reſoluitur in ſuum nomen,& relatiuū quod,& verbum eſt, vt de acquirenda poſ.l.1.§ ſed furioſus.Vtrū autem aduerbium inducat conditionem an modum, plene Bar.in l.2.de cond.& demonſt.

Aduerſaria dicta ſunt,quæ raptim & tumultuarie ſcribuntur, ne.ſ memoriæ excidant,vt deinde plenius,diligentiuſque , cum vacauerit,reſcribantur.

Aduerſarius plerunq; ſumitur pro eo , qui aduerſus quem litigat, aliquando tamē ponitur pro eius procuratore , vel aduocato, vt ff.de calu.l.1.§.2. ſed aduerſarius principalis eſt inimicus, extra vt lite non conteſt. cap. accedens,el 2.

Aduerſus,i.contra l.non ſolū, §.fi,de iniur.

Adulatio eſt blādus ſermo 43. diſ.c.vlt.ff.ſi quis ali.teſt.prohi.l. vlt,Item adulari dicitur quis tribus modis gl.in c.vnum , in fi.in ver.adulati.25.d.

Adul-

Adulter dr, qui nuptias violat.

Adulterari rationes dixit Iuriſconſul. in l. 1. de ſer.corrúp.i. conturbari, vel falsò deſcribi.

Adulterina ſcientia dicitur falſa, vt in proœ. ff. §. diſcipuli igitur, & adulterina moneta, i. falſa. C. de falſa moneta, l. 2.

Adulterium eſt illicitus coitus cum vxore, ſponſave aliena perpetratus. Et adulterium, quaſi tranſitus ad alterius torum, vel ad alterum. Illud certe non eſt adulterium, quando maritus alicuius aliam ſolutam cognouit, idem & ſi non iudicatur adulterium, quia ab vxore diſcedit, licet quia cognita eſt vxor alterius. Inter adulterium autem, & ſtuprum hoc intereſt, quod adulterium proprie in nupta committitur, ſtuprum in vidua, vel virgine, ſeu qualiter alia muliere, quæ corpore quæſtum non faciat; item & in puero. l. inter ſtuprum, de verb. ſign. & l. ſtuprum, de adul. Item ſecundum Ludou. Roman. pro adulterio ſtatutæ ſunt quatuor pœnæ, de iure hodierno; prima eſt ſeparatio tori, ſecunda eſt pœna detruſionis in monaſterium, vt ibi lachrymis lauet peccatum, quod eſt pudor fateri, tertia eſt, quod ſcinduntur in pannis, & capillis ante, & retro, quarta eſt excommunicatio, licet pœna adulterum de iure ciuili ſit pena capitis, vt ff. ad l. Iul. de adul. l. coercendæ. Sed Paduæ eſt pœna 60. ducatorum, & hoc inuito, ſed in muliere eſt pœna detruſionis in clauſtrum, vt not. in l. emancip. C. de ſer. fug.

Adulterinus dicitur, qui de adulterio conceptus, ſeu genitus eſt, vnde adulterina moneta, vel ſigillũ, dicitur falſa moneta, vel falſum ſigillum adinſtar veræ, vel veri facta, vel factum.

Adultus dicitur qui 25. ann. compleuit, vel quia 24. annis vſque ad 25. procedit. Nam adoleſcere in vno ſignificatu eſt creſcere, in alio cremare, vel urere. Et adoleſcens dicitur tribus modis, vt no. Archid. 26. q. 6. alligantur.

Aduocatus, qui alio nomine, quaſi legatus, ſeu patronus vocatur, eſt qui in forenſibus, ſeu extrancis negotijs præeminentib. præbet litigantibus ſuum patrocinium, cuius pretium honorarium vocatur ſub antiquo nomine. Et inde venit verbum aduocare, quod eſt poſtulare pro opponente, & deſiderium eius coram iudice exponere, & patrocinium in cauſa præſtare. Et proprie appellatione aduocatorum, qui contineantur, vide l. 1. §. ad aduocatos, de va. & extr. cognit.

Aduocatus fiſci dicitur, qui patrocinium præſtat in cauſa fiſci.

De A ante I, vide infra in litera I.

A ante F

AFfatim, i. generaliter, vel abundanter, & hic eſt media breuis, ſed media longa, id eſt, ſa cunde.

cundè. Vnde ſi dicas affatim, tūc, ſignificabis abundè. Affatim dicens, facundè ſignificabis, vt habetur in cap. vnico, de relig. dō. lib. 6. in gloſ.

Affatus, id eſt reſcripta, quæ tardè conceduntur per Imperatorem. C. de epiſcop. aud. l. c. in gloſ. C. de diuer. reſcript. l. ſacri affatus.

Afficere tria ſignificat. Vnde afficit, affirmat, punit, cupit, hæc tria ſignat. Item dicitur, affectus nō ſufficit, niſi ſequatur effectus, vbi ex neceſſitate opus eſt facto, vt c. vlt. de ſpō. & de eo qui mit. in poſ. cap. 1.

Afficere lucro eſt lucrum afferre, de diuor. l. ſi filia. ff.

Affictus penes, vulgare Lombardorum, & Thuſcanorum, ſecūdum Petrum de Sam. & Abb. dicitur cenſus, qui datur ratione prædiorum cōductorum, prout videtur velle in Spec. de loc. & conduct. §. ſequitur; in princ. inde affictare, eſt locare ad fictum & ad firmum, vt in c. piſ. de reſt. ſpol.

Affidare, i. fidem dare alicui, ſuper aliquo facto. c. ſuper eo. 2. de reſ. & ibi Abb. in j. nota, vide tex. in c. fi. in verbo, & ſe affidatam. de cog. ſpir.

Affinis eſt, qui habet conſanguineam alterius in vxorem, vel econtra, quæ habet conſanguineum alterius in maritum.

Adde, quòd aliqñ affines vocamus conſanguinitate coniunctos, l. ſi mulier. de donatione, inter vir & vxor. & ſimiliter affinitatem, conſanguitatem, ca. hæc ſalubriter. 35. q. 8. Et tradunt Arch. Ioann. Andr. Et Dom. in c. de ſponſ. lib. 6

Affinitas eſt proximitas perſonarum, ex coitu proueniens omni carens parētela, & hoc de iure canonico, & ſic contrahitur affinitas tàm per coitum legitimum, quàm per fornicarium. Similiter dicit Goſ. affinitas eſt attinentia perſonarum ex copula proueniens. Nam quādo vir carnaliter cōiungitur vxori, omnes conſanguinei vxoris efficiuntur affines viro, & econtra, ſed inter cognatos vtriuſque nulla naſcitur attinentia, de conſang. & aff. c. quod ſuper his, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Dicuntur autem affines quaſi ad alterius fines accedentes, vel affines quaſi propinqui, vel ex eo, quod duæ cognationes, quæ inter ſe diuerſę ſunt propter nuptias, vel coitum copulantur, & alter ad alterius cognationis finem, accedit, ſecundū Hoſt. Sed ſecundū leges affinitas eſt irregularitas perſonarum ex nuptijs coniunctarum omni carens parentela, vt C. de nupt. l. liberi. Et tamen ſecundū gl. & l. contrahitur etiam affinitas per cōcubinam, vt 35. queſt. 2. cap. de inceſt. & ibi nō. & ff. de concubin. l. 1. Etiam per coitum ince-

Inceſtuoſum, vel fornicarium, vt in cap.diſcretionem, & c.tuæ, de eo, qui cognouit conſan.vxo. ſuæ,& 35.q.2.nec eam. Alij tñ re putāt abſurdum, quod tale vinculū legitimum oriatur ex coitu damnato,cum ex nuptijs proueniat,ff.de gra.l.non facilè, §.affines,& §.ſciendum. Oritur tamē publicæ honeſtatis iuſtitia, ſecundum Goff.in tit.de eo,qui cognouit conſang.vxo.ſuæ. Vbi dicit etiam, quod affinitas per fornicarium coitum contracta non dirimit matrimonium, ſed exactionem debiti interdicit, vt ī d. c diſcretionem. Quot ſint autem genera affinitatis, & qualiter ipſa genera affinitatis inſurgant, item vſque ad quem gradum in ſingulis generibus prohibeatur, affinitas vide plenius per Hoſt. in ſum.eo.tit.

Affirmatio exponitur quandoque per negatiuam, vt in c.licet. de teſt.vbi dicitur. In ore duorū vel trium ſcilicet,& non paucio-rum, quandoque econuerſo, vt diſt.1 c.2.vbi dicitur, trāſire per agrum alienum non tuum fas eſt iure autem naturæ omnia ſunt communia.ca.quo iure.8.diſtin. Adde,quod affirmatiua prægnās parit negatiuam.ſecundum Bar. in l.ſi.C.de hær.inſt.Item adde, quod affirmatiuè deponentibus plus creditur,quam negatiuè, ff. de arb l.dum proferre. §. ſi plures,& ibi gloſ. & nota etiam per Io.An.c.1.de reſcrip.lib.6.

Affligere pro afficere. l.2. C. de Aquil.

Affluere, i.affluentiam habere,C.de meta.l.1.lib.11.

A Ante G.

AGapen.i.ſtipa, vt diſtin.42. ſi quis etiam agapa dicitur conuiuium pauperum,in eod.ſignificatu,vt in c.ſi quis prælle-gato.

Agaſo dr̄ cuſtos equorū, propriè tamen dicitur cuſtos,vel paſtor aſinorum,iuxta illud Graciſtæ aſinorum paſtor agaſo, habetur l.agaſo,ff.ſi quad.pau. fec.di.

Agentes in rebus ſunt illi, qui bus cura euictionum mandatur, & erant olim plures diuersè diuiſi per certos numeros, & quilibet numerus habebat propriū C.de off.mag.off.l.2. & tales dicebantur principes.

Ager appellatur area,vel campus in rure, vel locus, ſ.vacuus, qui ſine villa eſt, vt in l. ager. ff. verb.ſign.ſed ager cū ędificio appellatur fundus,vel prædiū vrbanū,& ager nudus, vel area nuda ſine ędificio dr̄ ruſticum prędiū, vel ager ruſticus.

Ager aſſignatus,ſiue limitatus appellabatur, qui certis limitib. inter veteranos diuidebatur.l.in agris,de acquir.rer.dom.

Ager Dñicus eſt ordo monachorum nigrorum,in clem.ne in agro.de ſtatu.reg.& vide ibi notata per Ioan.Andr.

Ager emphyteuticus, hoc eſt. in emphyteuſin datus.

Ager vectigalis, reſpice inf. vectigal.

Agelli, parui agri, extra de pecle. c. vlt.

Agere eſt generale ad omnia quæ fiunt tàm re, quàm verbis, tàm inter viuos, quam in vltima voluntate. l. Labeo, de verb. ſig. Nam faciens teſtamentum dicitur agere ſicut & emens, vendẽs, locans, &c. Sed gerere comprehendit tantum illud, quod fit, re & non verbis, & ſic faciens teſtamentum non dicitur gerere, ff. de verbor. ſign. l. verba contraxerunt.

Agere plerumq; ſumitur pro eo, quod eſt in iudicio perſequi, vt agere furti, agere interdicto, hoc eſt actionem, furti, vel interdictum intentare. Agi quoque animalia dicuntur, l. ferri, de verbor. ſignific.

Aggeres dicuntur munitiones, quę fiunt iuxta ripam fluminis, ne flumen excreſcens fluat per limites, & ſic in rub. de Nili. agg. non rump. Bart. l. fin. de immun. nem. conced. lib. 10.

Aggregetur, expone, vt C. vbi quis de cur. vel cho. l. 1. in fine.

Agitata res dicitur perfecta ext. de off. deleg. cum ſuper.

Agitator. i. auriga. C. de maleſ. l. vlt. aliquando dicitur agitator equorum, vel aliorum animalium, ff. de his, qui no. infam. l. athletas, in princ. aliquando agitator. i. aduocatus, qui cauſas agit C. de aduo. fiſc. l. 1. aliquando, id eſt diſcuſſor, vt extra de teſt a. cum a nobis.

Agitatores inquit Alc. in l. 1. C. de ſpect. lib. 11. erant aurigæ, qui in Circenſibus ludis curuli certamine ſe exercebant.

Agmen aliquando dicitur multitudo militum, C. de iuſtit. eo. con. circa princ. aliquando dicitur officium, C. de aduoc. diuer. l. penul. in gl.

Agnati dicuntur filij, poſt teſtamentum primum naſcentes, quandoque ſignificat agnatum fieri, l. qui in adoptionem, de adop.

Agnati dicuntur, qui per virilis ſexus lineam coniuncti ſunt in conſanguinitate, ideo ſic dicti quod accedunt & quaſi adnaſcũtur pro natis, dum hi ſcilicet deſunt.

Agnominatio idem eſt, quod agnomen; quandoque etiam dicitur fœdus coniugale.

Agnoſcere exponitur, i. redde re. ff. de hæred. vend. l. 1. §. ſi quid publici. aliquando pro acceptare, vnde agnoſcere bon. poſſeſſionem, & ſimilia.

Agnus dicitur duntaxat ſex menſium, agniculus eſt minor. l. cum quęreretur, & l. legatis, §. fi. de leg. 3.

Agon eſt certamen. l. 1. C. de expe. publ. iud. lib. 21. inde agoniſta, qui pugnat, vel certat.

Agô agonis, Græcè eſt labor, latinè quia qui laborat, agit. Vnde Chriſtus dicitur fuiſſe in agone,

inde agri.& fundi agonothetici, qui dabantur certantib.in agone,vel cũ agone, i.labore, vt C. de ſun.patr.l.fi.ibi,lib.11.

Agon tetraetericus in l.Septitia,de polli.pro ludis,qui quarto quoque anno inſtaurat. Bud.

Agonothæ ſunt principes ludi,vt ff.de polli l.Septitia.

Agonotheſia, agonothatum numus,l.ſi filia.fa.herciſ.

Agraria lex, quæ de agrorum terminis lata eſt.

Agricola dr, quaſi agrum vel agros colens, & eſt nomen cõe ad oẽs agricolas.Sed noĩa ſpecialia agricolarum ſunt illa, quia agricolarum quidam ſunt aſcriptitij,quidam cenſiti,alij perpetui,aliqui coloni cõdõnales, alij inquilini,alij originarij,alij ſimpliciter coloni nuncupantur, de quib.omnib. infra locis ſuis dicetur.

Agricolæ & cenſiti, prout quidam dicũt,ſunt duo nomina ſubſtãtiũa per endiadim talem figurã copulata, vt ſit ſenſus de agricolis & cenſitis,quaſi cenſual.& hẽtur ſimile, ff.de tuto.l.1.vbi dr ꝙ tutela eſt vis,& poteſtas,& exponitur,i.violẽta poteſtas,ita exponãtur agricolæ & cẽſiti, i.agricolæ cẽſuales. Dñr autem quaſi cenſibus aſcripti, & conſtituuntur eo modo,quo aſcriptitij. Veruntamen inter cenſitũ & aſcriptitiũ eſt differentia, ſed non certa. Quidam dicunt, ꝙ cenſitus ſit ille,q̃ naſcitur ex aſcriptitio. Alij dicunt, quod illa ſit differentia quia cenſitus eſt ille,quia rei certæ annuatim præſtandæ obligatus eſt: Aſcriptis ãt eſt obligatus ad rẽ incertã tiam,puta ad tertiã, vel quartam partem fructuũ ex fundo prouenientium. Aliqñ tamen etiam cenſitus capitur large; vt etiam aſcriptitium comprehendat.

Agricolæ perpetui vocabantur illi, qui validi erant in corpore,miſeramque, intertiam ſimulãtes,& eã quę veris miſeris erãt aſſignata ad ſuſtentationẽ ex publico percipienda diminuentes, quos proditor ſtudioſus ẽt diligẽs detegens ad perpetuum colonãtum redegit;ſi erant liberi Si vero ſerui,qui talia fingebant, dñs eis carebat, & proditori aſſignabantur,licet quidã dicant, ꝙ hoc ſit correctum, per authenticã de quęſtore,alij tñ dicunt quod nõ. De alijs ſpeciebus & differentijs agricolarum inueniens loco ſuo ſuper verbo aſcriptit ius, & colonus.

Agrimenſor eſt, qui agros mẽſurat,& metitur,& fines per debitam menſuram diſtinguit, dictus quaſi agros metiens, & alibi vocatur libripens,qui ſi doloſe falſum fecerit, vel fines male diſtinxerit, tenetur actione in factum, vide de hoc, de præſcript. c.quia iudicante,in gl.

Agrippinenſes populi Germaniæ inferioris.l. fi.de cenſibus.

A Ante L.

ALę in exercitu, quarum meminit Vlpia. in l.2. de ijs, q notantur infamia. ſunt equitum ordines, qui circa legiones dextra, lęuaque tanquam alæ in auiũ corporibus locantur.

Alba eſt veſtis ſacra, vel nomẽ oppidi. Vnde Virg. 1. AEn. Albanique patres, &c. Et dicitur vrbs alba, veſtitur presbyter alba, ſecundum Io. And. in clem. ne in agro, de ſtatu monachorum.

Albergarię ſunt cenſus, ſeu pactiones, quæ debentur pro comeſtionibus, de hoc per gl. in c. præterea, de iure patron.

Albogariæ ſunt procurationes, quas certæ villæ debent dominis ſuis ad eas venientibus, de reſcrip. ad audientiam.

Album prætoris eſt quædam tabula dealbata, quæ ponebatur in curia, vel in turri prætoris in loco communi, in quo ſcribebantur, & ponebantur nomina vocatorum ad iudicium, & ad cuius inſtantiam quilibet citatus eſſet. Et ibi etiam proponebantur ſtatuta, & edicta prętoris in groſſa litera, ita vt ab omnibus legi poſſent. Et erat certa pęna cõtra illum, qui delebat iſtud album, quod modo eſt ſublatũ. De hoc in clemen. prima, de iudic. in authen. ne litigioſi. §. omnem, collat. octaua, in Spec. de dolo & cõtum. §. reſtat, in principio, de citatio. §. ſequitur, verſiculo, & nota. Et dicit, quod loco huiuſmodi ſunt modi quaterni, & qui corrumpebat, vel delebat, puniebatur i quinquaginta aureis per edictum de albo corrump. l. ſi quis id ff. de iuriſd. omnium iudic. Eſt album prætoris triplex. vnum in quo ſcribuntur edicta prætoris, vel lex ciuilis, vt in d. l. ſi quis. Aliud eſt, in quo ſcribuntur citationes, vt in §. præall. in auth. de lit. col. 8. Tertium eſt, in quo ſcribuntur nomina decurionum, vt ff. de albo ſcrib. per totum tit.

Aleator eſt, qui ludit in alea. Etiam ille, qui quaſi ſcholam illã tenet; vel aleator eſt, qui luſſum aleæ conſueuit apud ſe cauſa ſui emolumenti exercere, ſicut & in cauponib. dicitur ff. nau. c. ſta. l. 1. §. caupones.

Alias hæc dictio, ſignificatur condõnaliter, q̃nque alterationem, vt promittis dare fundum, alias decem noĩe pœnæ. ff. de in lit. iur. l. alias vbi re perẽpta iuratur, alias non. i. ſi non ſit perẽpta. Secundo, alias ponitur pro alio loco. l. adeo. §. inſula. verſic. ꝙ ſi toto alueo naturali relicto flumen alias fluere cœperit, i. in loco alio. ff. de acq. rer. domin. Tertio, i. alia vice, vel alio tempore, vt in l. dicere. ff. de arbit. vbi dicitur, alias eſt agitatum. i. alia vice, vel alia queſt. Quarto, in alio caſu, vt in l. qui teſtamento. §. mulie. de teſt. vbi mulier in teſtamẽto teſtis eſſe nõ poteſt, alias poteſt,

teſt, ideſt, in alio caſu, quam teſtaměti. Quinto alias, id eſt alio modo: leg. 1. §. illud tamě. ff. de aqua quot. & ęſti. Et breuiter hæc dictio, alias, ſignificat alterationě diuerſimode, ſed in caſu particulari eo modo tantum, ſecundum quem ſubiecta materia declarat, alias applicata caſui ſignificat alterationem eius, quod eſt in oratione præcedenti.

Alienare eſt proprie rem aliquam in dominium alterius transferre. Inde alienatio eſt omnis pactio, per quam transfertur dominium, de rebus eccl. non alię. c. nulli, C. de fundo l. prima. Item alienatio ſumit̃ duplicitet. Vno modo pro dictione ſignificante translationem rei, vel iuris, vt in l. alienationis. ff. de verb. ſignific. alio modo ſumitur alienatio pro ipſo facto, quo rei, vel iuris fit trãſlatio. Tale enim factum quo fit translatio eſt alienatio. Et factum hoc alienatio ſignificat. Nã factis quandoque, ſicut verbis declaratur voluntas, in l. de quibus ff. de leg. Diuerſimodè ergo ſignificat prout ex eius medio, & circunſtantijs adiacentib. infertur, vt latius oſtendit Alcia. in d. l. alienationis, & in alienatum, eo. tit. & Iaſ. in §. item ſi quid in fraudem col. 4. Inſt. de actio.

Alienare cã mutandi iudicij dicitur, qui credens, ſe ab aliquo conueniendum, rẽ dolo in aliũ transfert, vt iudiciũ mutet & euitet, vt in tit. de alie. iud. mut. cau. fac.

Alienigena quaſi alienę regionis, vel aliena gente natus, vel genitus, ſecũdum Iſido. lib. 10. ety.

Alimentorũ appellatione continentur cibaria, calciamenta, veſtiměta, & habitatio, vt in l. legatis, ff. de ali. & ciba. legat.

Alimentarius dicitur cui relicta ſunt alimenta.

Alioquin eſt dictio conditionalis, l. ſi finita, §. ex hoc edicto. ff. de dam. infec. declarat Bart. in l. 2. colum. 4. de cond. & demon. vbi latiſſi. de virtute huius particulæ.

Aliquandiu. i. per aliquantulũ tempus, extra de eo qui mitti in poſſ. c. 1. Item hæc dictio aliquãdiu recipit moderationem ad arbitrium iudicis, ff. de iure deli. l. 1. & no. per Arc. ext. de reſt. ſp. c. 2. lib. 6.

Aliquid i. aliquantulum, ff. ne quid in flum. pul. l. 1. §. ſunt. Aliquando ſumitur aliquid pro re ſingulari, & determinata, vt C. de ſent. paſ. l. ſi debitor.

Aliquod eſt ſignum partium, & quod vnum eſt, diuidi non poteſt, extra de præb. c. ſi pro eccleſiaſticis lib. 6.

Aliquorum res dicuntur etiã ſi non ſint communes, ſed vna vnius, alia alterius, ff. de uerb. ſign. l. ſitus, §. fin.

Alter uide Alius.

Alius, illa dictio refertur ad ſimilia, Bald. in l. ſi fugitiui. uerſ. quæro hic dicitur C. de ſer. fug. & Bart. in l. ſed & reprobari. in

princ.ff. de excuſ. tut. Felin. in c. inter cæteras, de reſcr. col. 7. ver. denuntias, impropriatur tamen aliquando, vt cum dicitur crucifixus eſt Chriſtus, & cum eo alij duo latrones; vt plenè per Bart. in d. cap. ſed & reprobari, & in l. non ſolum, §. quæritur, ff. de procurat. denotat diuerſitatem, & implicat. l. quidam relegatus. ff. de reg. do. Etiam alius. i. contrarius 11. q. 3. c. 2. diſtin. u. quis neſciat, vbi dicitur nullus alius, quã Petrus prædicaſſe in Italia, Gallia, Hiſpania, & cęteris prouincijs. Item alius, & alter ſunt prę cedentib. implicatiuæ qualitatis præcedentium, vt l. ſi donationis. C. de his quæ vi, met. Vel cauſa fiunt, licet gloſ. ibi velit quod implicet qualitatem contractus; alter eſt denotatiuum qualitatis, non autem ſubſtantiæ. ff. de verb. oblig. l. quis cum aliter. C. de teſt. l. ẽt, & quod ibi no. gl. & etiam denotat diuerſitatem non in ſubſtantia, ſed in qualitate, vt not. dominus Franc. in l. ſi certos nummos. ff. de verb. oblig.

Allegare eſt argumentari ad probationes, vel cõcluſiones ad cõem iudicem pro cõmodo ſuæ cauſæ, & propriè pertinet ad aduocatos.

Adde hic, quod allegatio q̃nque ſumitur pro allegatione iuris. ff. de mi. l. minor autem, & C. de iudi. l. rem non nouam. § patroni; aliquãdo pro allegatione iuris, & facti, extra de poſtu. præl. cap. bonæ. i. §. nos igitur. Aliq̃n capitur pro probatione, vt l. laudabile C. de aduo. diuer. iud. & de iudi. Auth. Iubemus. Aliq̃n pro exceptione dilatoria, vel peremptoria, ſeu declinatoria. C. de iur. & fac. in l. 1. & ibi not. & ff. de min. l. minor 25. ann.

Allegere ſignificat aſſumere, & cooptare, vt cum quis aſſumitur ad aliquem ordinem, vt ſenator. & decurionum. l. generaliter. §. 2. de decurio.

Alleothera figura eſt, q̃n ſingularis numerus ponitur pro pluralib; not. ff. de tranſac. l. qui cum tutoribus. §. fi. de pet. hær. l. diuus.

Allibrati dñr qui deſcripti sũt in libro ciuium, vel communitatis alicuius ciuitatis.

Allodium eſt res libera alicuius ex qua tamen præſtatur tributum, gl. Gul. de C u. & Bar. in l ſi ſam. her. in gl. ibi quid ſi vni per diuiſionem iudicis aſſignetur totum allodium. C. fam. her. Bald. in c. 1. in titu. de allo. in princip. vbi dicit, quod allodium eſt id, quod eſt proprium alicuius, & a nemine alio recognoſcitur, niſi a Deo, & de allodio vide l. at ſi quis, §. ſed interdum, ff. de rel. & ſumpt. fune. Et allodium allodij dicitur hæreditas, quam vendere vel donare poſſum ſecundum Hug.

Allodium, ideſt, libellarium vt cap. 2. & 3 ſi de feud. contro. fue. in vſib. feud. & vide quod

not.gloſ.in l.penul. C.de ingen. matr.

Alluſio quid ſit, vide ff.de acquir. poſ.l.1.in gl.& l.ſi certum, § appellata.

Alluſio ad ſimilitudinem dictionis pertinet, vt poſſeſſio qua ſi poſitio; magiſtri, q́ mõſtrent. Etymologia verò eius veram deriuationem reſpicit, Alc in l.tabernæ,de verb.ſign.

Alluuio eſt latens incrementum, veluti cum paulatim aquis abluendo arenam ex fundo meo vel vicini mei in fundum tuum aliquid ita accreſcit, vt facilè modus non poſſit apprehendi, qua hora,ſit ablatum,vel hæc augmẽtatio facta, vide Inſtit. de re.diui.§ præterea.

Alma.i ſancta & nutriens, ab alo alis, q́nq; almus ponitur pro claro,& illuſtri,vnde almus dies & alma vrbs,l 1.C.neg.ne.mili. lib.12.

Altare dicitur quaſi alta res, vel alta ara,in qua ſacerdos incẽſum adolebat, vel quia in eo ſacrificia ardebant,de conſe.diſt.1. de fabrica,& ibi Archid. & ſignificat Chriſtum, qui dator,& conſeruator eſt charitatis, 8. q.1.in ſcripturis.

Alter refertur ad vtrumq; ſexum,l.3.ff.de negoc.geſt. & dicitur etiam de pluribus licet propriè de duob gl.quicunque, C.de hæretici.

Alternatiua eſt coniunctio alternatiuè ſignificans. ſ. quando ſignificat alterum de coniunctis eſſe, ſeu orationem factam per hanc coniunctionem, in altero verificari. Et quandoque variatur ſignificatum, vel ex coniunctionis natura,ſubiecta materia, ſeu quauis alia circunſtantia,verbi gratia. Lego Stichum vel Pamphilum, ſignificat vtrumque eſſe in obligatione, ſed alterum in ſolutione,vt alterum ſoluendo, debitor liberetur, ff.de verbor obligat.leg. ſi duo.in fin. & effectus alternatiuè eſt, quod vterque eſt in obligatione, quia vno mortuo alter, qui ſupereſt, remanet in obligatione. Eſt autem alternatiua quadruplex. Quædam rerum, in qua electio eſt debitoris,l plerumque,§.fin. ff.de iu do.& l.arbitraria,§.Scæuola, ff.de eo, quod cer.lo.facit c in alternatiuis, de regul.iu.lib. 6. Secunda eſt locorum reſpectu ſolutionis fiendæ,quia & in illa iterum debitoris eſt electio ante litem conteſt. vt in § Scæuola,præallegat.Tertia eſt locorum quantum ad iudicium inchoandum, in quo loco debeat conueniri, in qua electio eſt actoris §.prædicto. Quarta alternatiua eſt perſonarum, quandò ſtipulatio eſt appoſita de ſoluendo;in illa iterum eſt electio debitoris,vt in §.item Iulianus,l.arbitraria, præalleg. Alij dicunt, quod alternatiua legis ſignificat,vt eam lex,ratio,vel ſubiecta materia ſignificare declarat. Sed

alternatiua hominis ſignificat, vt proferentem ſignificare verba velle, vel ſubiecta materia, vel quæuis alia coniectura probabilis concludens declarat. Et de iſtis alternatiuis ſeu, aut, vel require in loco ſuo.

Adde, quod alternatiua hodie vocatur à Doctoribus, quæ à priſcis Iuriſcõſ. diſiunctiua, aut ſubdiſiunctiua, l. hæc verba ille, aut ille, de verb. ſig.

Altius non tollendi ſeruitus differt ab illa, quæ conſtituitur vt ne proſpectui officiatur l. ædificia, ff. de ſer. vrb. præd.

Alueus propriè eſt venter fluminis, vt dicit Bar. ſecundũ Hug. in tract. de alueo. in prin. & ſicut ſtomachus continet vinũ: ita alueus ſupra ſe cõtinet flumen, & vulgariter lectum fluminis appellamus, quia ibi flumẽ cubat. Bar. in rub. de re. diu. ff. in 12. col. in verſ. nec veniamus. Verum etiam & pro vaſe, vbi apes manent aliquando accipitur, vt Inſtit. de re. diui. §. apium, & aliquãdo pro vaſe, in quo lauant pedes.

Alumnus eſt, qui alit aliquẽ, vel qui alitur ab aliquo, vel eſt filius ex cõcubina, vt in l. alumnus C. quæ res pignor. obl. poſſit, & ibi glo. ferè tamen accipitur pro eo, quem alimus & propriè refertur ad nutritium, & nutricem quę ſignificant indifferẽter actionem, & paſſionem, vnde: Hoſpes zelotypus, conuiua, vector, alumnus. Actum ſiue pati ſub eodem nomine ſignant.

A ante M.

AMator accipitur in malam partem, l. 1. in fi. ff. de ſeru. corrup.

Ambages ẽ dubia locutio, vel effugatio ſermonis extra propoſitum.

Ambaſiator eſt legatus principis in arduis negotijs, & ambaſiata eſt huiuſmodi legatio conſiliatorum, vel principium in ſuis cauſis.

Ambiguum eſt; vbi diuerſæ opiniones ſunt, & iura varia videntur, de ſent. excom. inter alia de iud. c. 1. lib. 6. Et de triplici ambiguitate, ſ. iuris, facti & perſonę no. 33. diſ. c fin. ſecũdũ Ioan. An. in proę. cle. ſu͏̄p verbo ambiguitatis. Adde quid dicatur ambiguũ, per Bar. in l. inter ſtipulãtem, §. j. ff. de verb. obl. & in l ſi quis intẽtione ambigua. ff. de iud. & per Bar. poſt gl. in l. ſi quidẽ, i 2. col. C. de exc. Et differunt ambiguũ, & obſcurum, vt no. gl in l. veteribus, ff. de pac & Alc. in l. nepos, de verb. ſign.

Ambire eſt proprie cupere honores, arg. de conſec. c. 1. li. 6. Vnde ambitio, i. cupiditas, per Arc. in c. vlt. de reſcript. lib 6. vel dic, ꝙ ambire eſt honorũ gradus, & ordines per peccatum appetere. Cupere vero eſt terrena lucra optare. Vñ verſus. Eſt cenſu cupid⁹ vir anbitioſus honore, Nõ.

per

p Car.in c.auaritiæ, de elec.li.9.

Ambitioſa decreta ſunt; quæ per gratiam facta ſunt,l.ambitioſa, ff.de dec.ab or.fa:

Ambitioſa diligentia, id eſt nimia,& anxia.l.ſi bene,ff.de vſur.

Ambitus dicitur crimen affectati honoris,ab ambeundo,hoc eſt circumeundo; & ſupplicãdo; & proprie eſt in actu. Inde ambitioſus,qui largitionibus magiſtratum affectat; quem lex Iulia de ambitu,puniebat.

Ambulare.i.tranſire, ſic dicitur ambulatoria voluntas defuncti vſq; ad mortem, ff.de au.l.4. dicit etiã ambulatoria piãs legis ff.de fundo,l.erit ergo. Item ambulatoria act. C.de fur.l.vlt.§.1.

Amen exponitur; id eſt verũ eſt,de conſecr. diſt.2.reuera. Vel id eſt ita erit, vt no. per Archid. in procœ.lib.6.in fi.Et de hac dictione Amen, vide de conſecr. diſt.1.c.hoc quoque.

Amica appellatur; quæ cum vxor non ſit, alicui tamen ſui copiã facit,l.mæurius, de verb.ſig.

Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus cum fuerit iura honeſtis familiaritatis quæſita rationibus l.latæ,de verb.ſign:

Aminæum vinum,ab Aminææ regione. Meminit Proculus in l. fi.ff.de vi.& tri.le:

Amiſſa dñr, & quæ corrupta ſunt,vt ſciſſa & fracta.l. prætor, §.amiſſa,ff.vi.bo.rap.Itẽ ea, pro quibus perſequendis nullam actionem habemus,l.Labeo & Sabinus,de ver.ſi.

Amita eſt ſoror patris.

Amita magna eſt ſoror aui.

Amitinus eſt, qui ex ea generat, amitæ filius, vt 35.q.5.c.vult.

Amittat, hoc verbum non ſonat præteritum, ſed in futurum, niſi addatur ipſo iure Fel.in cap. Rodul.col.22.verſ. publica ſunt bona de reſcri.

Amminiſtrator, ſiue adminiſtrator rerum publicarũ eſt, qui temporalia gerit, ſed magiſtratus, qui iuriſdictionem exercet ſecundum Azo.C.de ad reip.lib. 11.in rubr.

Amoueri quæ dicantur,liquet ex l.3.§.2.ff.re. am.ex l. ſi ſeruũ, §.amouiſſe, de acq.hær.& l.qui tabulas, in fi.de fur.& l.3.§.non ſolum,ff de inc.rui.nauf.

Amphibologia dicitur, cũ ambiguitas oritur,ſeu ex ſingulis dictionib.ſeu ex coniunctis.

Amphora, vas erat vinarium, l.vinaria, de verbor.ſignific. vbi Alciat.

Amplectens,i.vbique circumplectens,C.de leg.l.nõ dubium.

Ampliare,& augere licet videantur idẽ ſignificare; tñ differũt, quia augere ſpectat ad quantitatem:ampliare verò ad pretium, ꝙ ſit diligẽti rerũ cultura, C.de ſacr.ſan.ec.l.iubemus nulli,ff.de iu.fiſ.l.non intelligitur, §.diui.

Ampliſſimus ordo; i. Senatorius,l.nun.de leg.3.

Amplius, hoc verbum habetur,

tur,ff.de dã.infec.l.hoc amplius, & ibi includit, non tamen ſemper eſt exceſſiuum, vt ff.de verb. ſignificat.l. verbum amplius, & l.1.§.hæc verba.ff.ſi cui pluſquã, per l.Fla.Interdum eſt exceſſiuũ, & habet in ſe vim repetitionis & exceſſus,ff.de le.3.l.ſi ſic, & l. ſi tibi purè, & de do præle.l.qui ita,vbi de hoc. Item vltra ſupradicta, adde de hac dictione amplius,qũo repetat, vel comparatiuè ponatur Bar.in l. ſi ſeruus legatus,§.ſi ita ſcriptum, ff.de leg. 1.& in l.ſi tibi, de leg.3.& ibi an inducant quantitatem,vel conditionem, & de hac dictione plenius vide per eundem in l. lecta. ff.ſi cer.pet.

Amputari,vide C.de iu.deli.l. ſcimus,& l.1.de plus peti, & extra de reſt.ſpol.c. frequen,lib.6.

A ante N

AN,de iſta dictione an, vide Inſtit.de re.diui. §. cum ex aliena & §.ferè,in fi.& §.1. qui. mod.teſt. infir.l. an vſusfructus, de vſufru.& l.1.ff.de vſufr. leg.

Anaclaſis,i.repercuſſio,ſeu reuerberatio, l. ſi arborem.de ſer. vrb.præd.

Anacriſis accipitur pro examinatione negotij,quæ per interrogationem accuſati fit,l.diuus, ff. de cuſt.reorum.

Anademata coronæ,l. quamuis . ff.de aur. & arg.leg.At Alc. legit ibi anademata,quæ ſunt capitis ornamenta.

Analogiſtæ appellantur, qui non tenentur reddere rationem adminiſtrationis, l. quidam, de admitut. Sed peritioribus videtur legendum eſſe potius alogiſtæ,aut aneglogiſtæ.

Anaphora figura, Latinè relatio dicta eſt, cum idem verbum in principio plurium clauſularũ reperitur, veluti in l.2. in princ. C.de offic.præf.præt. Afri.

Anathema vno modo eſt ſubſtantiuum,& eſt damnatio æternæ mortis, & non niſi pro mortali crimine debet imponi, & in illis,qui aliter non patiuntur corrigi 11.q.3. nemo epiſcoporum, in fin. Vel eſt excommunicatio, ſeu ſuprema maledictio. Et dicitur ab ana,i.ſurſum,& thema figura, quia olim imprimebatur figura frontibus damnatorum, de hoc no. Io. And. de iur.cum non homine, vbi poſt excommunicationem incorrigibilis anathematis mucrone feritur, i. punitur,i. ſolemni excommunicatione, cũ 12. epiſcopis candelas in terram proijcientibus, & conculcantibus,vt in c.debet,11.q 3.Et anathema tale, vel maledictio ſolebat fieri per prælatos.Vel dicitur & melius a verbo Græco anathinæ, hoc eſt a ſeponendo, quaſi quædam ſepoſitio, & ſeparatio à Deo. Alio modo anathema eſt adiectiuum omnis generis indeclinabile,& dicitur excommunicatus, maledictus, ſeparatus, vel

dam-

damnatus, vnde: Qui frangit, rapit, ac vrit, ferit, eſt anathema. Frangit ſ. eccleſias, rapit res alienas, vrit etiam eccleſias, ferit perſonas eccleſiaſticas. Inde etiam anathematizare, id eſt damnare, vel excommunicare, maledicere, vel ſeparare, vt ſupra.

Anathematizatus dicitur, qui tanquam impius a Deo ſeparatur eſt, & ponitur pro excommunicato, vt 24. q. 3. certum eſt.

Anceps eſt aliquid, ſeu aliquid huc & illuc fluctuans, dubius in quam partem declinet ſecundum Iſid lib. o. etymo.

Anchora retinaculum, ſeu gubernatio nauis eſt, vt ff. de exer. l. 1. §. 1.

Anciani dicuntur prçſidentes, vel priores, vel regentes, qui regunt vniuerſit. item, vel prouinciam, ita dicit Pauorm. in cap. fi. in princ. not. 2. de proc.

Ancones. ſpecies vaſorum cubitalium l. tabernæ, de fun. inſt. leg.

Anfractus dñr viarum flexus, l. viæ, ff. de ſeru. ruſt præd. vnde & anfractus litigiorum, extra de ſep. c. 2. lib. 6. §. 1 Et dicitur anfractus litigiorum, quia multas moras habet, vt ff. de leg. no. cau. l. etiam, & incertos euentus habet, ff. de pec. quod debet, & ideo ſic dicuntur, quia vndiq; franguntur, vel circumeunt, no. per Archi. de elec. quorundam, in prin. lib. 6.

Angariæ, penultima longa, eſt iniuſta exactio, vel compulſio. Nam angariæ dicuntur perſonalia obſequia proprijs ſumptibus præſtita c. non minus, de immu. eccl. gl. in l. neminem, C. de ſacroſ. eccl Sunt ergo quædam perſonales præſtationes, quæ a vulgo dicuntur captiones.

Angiportus, ſiue angiportum olim dicebatur anguſta via, inter portas, i. domus, l. portus, de ver ſig. vbi Alcia.

Anguillarius lacus, in l. rutilia de contr. emp. pro lacu anguillas producente.

Anguſta domus, i. arcta, ff. de ſeruit. l ſi tam anguſti

Anguſtia temporis, i. breuitas, C de leg. non tãtum, & ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis, verſ. niſi.

Animaduerſio dicitur pœna, quia animaduertere eſt punire, vnde dicitur animaduertendum eſt in facinoroſos hões. Item animaduerſio dicitur cuiuſlibet operis determinatio ſecundum quã quis pro mercede ſua ſuſcipit certum opus, & determinatum ſuis impenſis faciẽdum, vt terram colendam, vel domum conſtruendam. Etiam animaduerſio eſt conſideratio, §. 1. Inſt. de ijs, qui ſũt ſui vel alien. iur.

Aialia ſunt in triplici dria Quædam enim ſunt manſueta, vt gallinæ; quædam fera prorſus, vt lupi; quædam verò fera naturaliter, ſed accidentaliter manſueta, vt cerui, pauones, &c. Inſtit. de re. di. in gl. §. pauonum.

Anna-

Annalis actio eſt, quæ finienda eſt anno, vt iniuriarum.

Anniculus appellatur infans vnius anni, licet extremum anni diem duntaxat attigerit, non etiam perfecerit, l. anniculus, de verb. ſign.

Annona ſecundum Azo. dicitur ſalarium, quod cuiq; pro capite ſuo remunerationis cauſa datur, vnde titulus, C de anno. & trib. lib. 10. ſecundum Azo. exponitur, i. de capitatione. Sicut. n. ſecundum eum capitatio dicitur tributum, quod datur pro capite, ita annona dicitur tributum, qđ datur magiſtratibus, vel cauſa ſalarij pro remunerando labore. Et dicitur capitatio de capite, quia eſt pretium debitum capiti, i. dignitati. Annona præterea ſumitur pro tributo, quod ſoluitur in ſpecieb. ſeu fructib. ſicut tributum dicitur, quod ſoluitur in auro, argento, vel ære, vt tradit glo. in rub. C. de ann. & trib. libr. 10. Item pro pane, vt in l. 1. C. de fru. vrbis Conſtan.

Annonę vtiles ſunt, quæ publicè dabantur iudicantib. ciuitatib. vel oib. tempore neceſſitatis per ſingulos dies, vt C. de ann. & tribut. l. 2. lib. 10. Etiam annona eſt ſeges, vel frumētum vnius anni. Adde, quòd annonæ ciuiles dicūtur in iure aliquando annui reditus a fiſco percipiendi. Dabātur enim annuatim pro publico ſecundum gl. in hac edictali, §. his, C. de ſecundis nup.

Annonæ militares dicuntur, quas milites ſingulis diebus con ſequebantur, vt C. de anno. mil. l. vlti. vbi dicitur, quod ipſi annonas & capita ſingulis conſequebantur dieb.

Annotatio ſacra eſt cōſcriptio bonorum, vel eorum connotatio ſeu conſignatio, veluti cū aliquis cuiuſcunq; criminis reus ſit, abſentat ſe vocatus ad iudicium, patietur bonorum annotationē, vt ſi infra annum venerit, & ſe purgauerit, bona ſua recuperet. Si autem non venerit, tunc fiſco applicentur. Et qualiter fiat annotatio ponit Spec. in tit. de act. §. fi. ver. ſed qualiter, dicens, ꝙ prеſes ſiue iudex veniet cum tabellione ad domum accuſati, & inquiret quot domus, quot prędia ruſtica, quot iugera terræ hēat in bonis eius. Et oīa bona illius, q. non venit citatus, ponit in bāno fiſci, niſi venerit infra annū, ff. de req. reis, l. 1. §. 1. Ab hac tamen ſnīa cōditionali poterit appellari, de appella. prеterea. Et deſcribūtur, bona, quę tamen fiſcus de facto nō occupat, niſi poſt annū. Poſt hoc iterū per edicta requiritur accuſatus et citās mittit literas ſuas iudici vel rectori loci, in quo degit accuſatus, vt ꝑ illū citatio innoteſcat, ſe accuſatū vel citatū, & bona eius eſſe annotata. Inde venit verbū annotare vel ecōtra ab hoc verbo ipſum nomen.

Annotatio facta dicitur reſcriptum illud, quod Imperator pro

prio

prio motu mentis indulget alicui, conſtituens ſecundum preces eius, ſeu illius aliquid fieri vel non fieri. C. de diue. reſc. l. fi. & ibi in gl. Et no. Car. Zaba. in c. ſuper literis, de reſcrip. differētiam inter annotationē, & pragmaticam ſanctionem.

Annua bima trima die, de ſignificatu horum verborum eleganter Iuriſconſul. in l. ſi legatū, de ann. leg.

Annui leues dñr, quam non excedunt valorem quinq; aureorū, l. diuus, ff. de bon. dam.

Annulus ſignatorius, vide Signatorius.

Annuo. i. concedo, ff. de do. inter vir. & vxor. l. ea, quæ a marito. Et aliter exponitur, vt ibi no. Itē annuere dominos exponitur, extra de iureiur. c. 1. §. ego huius.

Annus quot dies, & menſes habeat, no. glo. in c. ſi propter de reſcr. lib. 6. Nam annus cōtinet 365. dies, vt in l. cum hæres §. Stichus, ff. de ſta. lib. Et quidam cōputant annum ab incarnatione Domini, vt 23. d. in nomine Domini, in princ. Alij a Natiuitate Domini. De hoc gl. in §. forma. 1. q. 6. & in Spec. de inſtru. edic. in prin. in 1. col.

Annus Iubileus dicitur annus remiſſionis, quia eo anno debita remittebantur, ſerui hebræi dimittebantur liberi, & omnia reuertebantur in priſtinum ſtatū, & eſt annus quinquageſimus, vt in c. in iubileo, de pę. d. 1.

Annua vel annuatim ex proprio ſignificatu ſignificat multiplicationem ſimpliciter, ſiue indeterminate, ſed quando applicatur caſibus ſignificat diuerſimode, prout ex diuerſificatione materiæ concluditur proferentem intellexiſſe, vt pacto, ſeu ſtipulatione promittis. 10. Titio annua vel annuatim, ſignificat multiplicationem perpetuam, quia ſignificat promiſſam ſummam deberi ei, cui promittitur, eius hęredi & hæredis hæredi, & ſic in infinitum, ideo dicitur in l. ſtipulatio, ff. de verb. obl. quod ſtipulatio annua eſt perpetua. Et not. quod annuum legatum pro primo anno eſt purum, & pro alijs annis eſt conditionale, quia pro quolibet anno debetur legatario ſi tunc viuit. Si vero mortuus eſt, tunc non debetur, nec ſi deportatus eſt, quia talis ciuiliter mortuus eſt, & non habet ius capiendi ex teſtamento, quod eſt ciuile, l. cum in annos ſingulos, ff. de ann. leg. Sed ſi promitto tibi decē annua, vt ſis procurator meus in parlamento, ſignificatur multiplicatio tēporalis ex cauſa, quæ apponitur de eſſendo procuratore, quia morte finitur. Sic & obligatio, quæ ex hoc inducitur. De hoc vide l. annua. §. fin. & totum tit. ff. de an. leg.

Anormalus ſucceſſor eſt, ſicut ille, qui ſuccedit hæredi non implenti defuncti voluntatem, vt Inſtit. de eo ciuili cā, §. in primis.

Anſa eſt nodus curſilis, & facilis ad ſoluendum, ita factus, vt ſi recte trahitur caput fili, omnino ſolutus ſit, vt no. Ber. in cap. cum olim, de verb. ſign. proprie autẽ dicitur, qua quippiam prehenditur, ac tenetur, l. in rem, §. 2. de rei vend.

Antapocha, ſiue antipocha, ſiue antepocha, quod idem eſt ſecundum aliquos, & ſecundum Azo in ſum. de fid. inſtr. ver. de antipochis, vocatur chirographum, quod facit debitor creditori, in quo confitetur ſe ſoluiſſe tantum, & ſic eſt de ſolutis, & fit a debitore in hunc modum; Confiteor me tantum vſurarum nomine, vel penſionis, ſoluiſſe, & datur creditori, Et ſic non dicitur ab anti, quod eſt contra, ſed ab ante, ſecundum Ioan. quia fit ante apocham, vel ab anti, quod eſt ad, quia eſt inducta ad ſecuritatẽ creditoris, & fit etiam ante apocham. Qui enim alieno nomine poſſedit, & penſionem ſoluit, vel qui creditori vſuras repræſentauit, ſi quando dicat ſe ſuo nomine poſſediſſe, & ita dñm factum, vel præſcriptione liberatum contendit, ius agentis facit vaccillare niſi dñs, vel creditor vſuras, & penſiones præteriti temporis ſibi ſolutas comprobet. Probat autem per antipocham debitoris, C de fid. inſt. l. plures, vbi gl. dat tres modos dicendi. Vel, vt alij dicunt, antipocha eſt ſcriptura, quam facit debitor obligando ſe, & in qua fatetur ſe debere, & fit contra apocham dicendo: Confiteor me debere, &c. & ſic dicitur ab anti, quod eſt contra. Apocha autem ſecũdum omnes eſt ſcriptura creditoris confitentis ſibi a debitore ſolutum, & ſic apocha eſt de receptis, & fit a creditore, puta: Confiteor me recepiſſe tantum, ff. de cond. indeb. l. fi. §. Titius, ff de furt. l. qui tabulas, §. apocha. & de acceptil. l acceptilatio. §. 1. Differt tamen chirographum ab antipocha, vel apocha, quia chirographum dicitur cum duo paciſcentes faciunt duas ſcripturas, & ſub eadem forma verbor. conficiunt, & mutuo tradunt.

Ante. ſunt populi Hiſtri fluminis accolæ, quos cum debellaſſet Iuſtinianus Imp. Anticus dictus eſt. Sic enim legendum in inſcriptionibus vol. iuris ciuilis, non Atticus, vt vulgo impreſſum eſt.

Ante ſignificat ante rem factã & bene inchoatam, ff. ſi cer. pet. l. 2 §. item mutum, vbi de hoc, ff. de verb. obl. l. qui ante, & l. cum qui ita, §. quæſitum.

Anteceſſor, quandoq; dicitur doctor, qui alios antecedit in ,p. œm. §. ſed cum nos. Quandoque exponitur, i. ſucceſſor in conſtitu ff. circa prin. Aliquando anteceſſor dicitur neceſſitudine, C. de vet. iur enuc. l. 1. §. quæ omnia. Aliquando antiquitate, 35. q. 6. de parentela. Aliquando officij prioritate, 3. quæſt. 6. hoc quippe,

pe,& quæſt. 5. cap. accuſ.

Adde, quod anteceſſores appellati ſint profeſſores iuris ab antecedendo,& præeundo diſcipulis,quos quaſi porrecta manu in penetralia iuriſprudentia deducunt, vt manifeſte probatur in d. §. ſed cum nos, idq. docuit Aldobrandinus meus in annotationibus,quas iam tertio ab hinc anno edidit in inſtitutione iuris.

Antiades ſunt veluti glandulæ,quæ in gutture naſcuntur, cũ quæritur, de ædil. edit. a Latinis tonſillæ nuncupantur.

Antichreſis eſt pignus, quod ad hoc datur creditori, vt inde fructus percipiat, donec æs ſuũ receperit.l.ſi pecuniã, de pi.act.

Antidorum eſt contraria donatio, gl.ſuper ver antidora in l. ſed & ſi lege,§.conſuluit in fi. ff. de pet.hæred.

Antidora dicitur obligatio nõ efficax ad agendum,ſed æquitate ſubnixa ad agendum, §. conſuluit,de peti.hæred.

Antidotum ſolet dici, quod datur contra venenum, & ſic ponitur pro medicinã,vt in c.cæterum,de iuram.calu. Inde antidotarius,liber in medicina de iure-iur c.1.in cle.vbi gl.

Antimonia ponitur pro legũ contrarietate, l. 1.§.nulla, C.de vet.iur.enuc.

Antiphona pro pignore ponitur,ff.de pig.act.l.ſi pecuniam,& ibi gl.vbi etiam aliter exponitur, & melius de pig. l. ſi qui.§.1.Itẽ antiphona poteſt Latine reddi vox reciproca,in d.l.ſi is cui,§.1. Sed verior lectio eſt antichreſis de quo ſupra.

Antipophorizat,i tacitæ quæſtioni reſpondet, de ſupp.negl. prel.c. 2.lib.6.in prin.

Antiptoſis eſt figura, quæ ponit caſum pro caſu &c.d.9.c.ego ſolus eis ſcriptorum,i.ſcriptoribus vbi ponitur genetiuus pro datiuo.

Antiſtes dictus eſt ſacerdos, quod ante ſtat. c.cleros, 21.diſt. communiter tamen ſumitur pro epiſcopo,ſecundo glo.in cle.dudum,de ſeq.

Anus per vnum,n,exponitur, i.vetula,ff.de carb.edi.l.3.§.duæ cauſæ.

A ante P.

APerire viam quid ſit, vide, ff. de via pub. l. 1. reſpon. Item aperire tabulas, vide, ff. ad Sylla.l.ſi quis in graui.§.aperire.

Apex eſt ſummitas honoris, vel diſtinctionis not. Nam quod in ſummo eſt, diſtat a pedibus, vel infimis. Et hæc ſummitas reſpicit temporalia, vt in c.ſolitæ, de ma.& obed. Etiam ſumitur pro litera, vt dicit Chriſtus. Minimus apex non peribit. Item ſumitur pro ſubtilitate, dum dicimus de apicibus iuris non diſputãdum,ff.man.l.ſi fideiuſſor,§.quædam.

Aphehitus, qui apheis laborat.

rat. Aphehæ autem ſunt oris vlcera, præcipue infantes vexãtia.

Apocha, ſupra in ver. Antapocha.

Apocriſarij ſunt nuntij dñi Papæ, quaſi ſecretarij, vt d.16.c. ſeptuaginta, dicti ex eo, quod decedunt, & proficiſcũtur in longinquas regiones, vt rñſum mittentibus referant mandatorum ſuorum. Nam Græci apocriſin dicunt deciſionem, & rñſum. De hac dictione vide etiam in litera y.

Apocrypha, vel apocryphum dicitur occultum, vel ſecretum, inde dicitur apocryphus.i. liber ſecretus & occultus, cuius autor ignoratur, vel de cuius veritate dubitatur, non tamen ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur, quaſi diceret, non in eccleſia, ſed remote, & longe ab eccleſia ſit legendus. De apocryphis habetur 16. d.canones qui, & ibi gl.

Apolides dicuntur, qui ſunt ſine ciuitate ab a, quod eſt ſine, & polis, ciuitas.

Apologia eſt accuſatio, vel rñſio, vnde dicitur, clerici, qui alios accuſant, iuſtam accipiant apologiam, & eſt apologia poſita in defenſione, vel negatione tantum iam in ea ſolent quidam accuſantibus reſpondere, vnde apologeticus, i. excuſatorius, vel reſponſorius, not.per Arch. 30.q.2.cap. circa.

Apoſtaſia ſecundum Hoſt. eſt temerarius receſſus a ſtatu fidei obedientiæ, vel religionis, quam quis profeſſus eſt ſe tenere. Inde apoſtatæ, qui receſſerunt a fide, & qui egreſſi religionem, quam profeſſi fuerant, iterum ad ſæculum redeunt, vt tradit Bart. in rub. C.eo. tit. ſic dicti tamquam retro abeuntes, c. non obſeruatus, 16.q.7.

Apoſtoli ſecundum Hoſt. dñr literæ teſtimoniales, quia teſtificantur de appellatione facta, et ſecundum eundem & Spec. in 3. par.i.trac.lib.§.ſequitur, ver.apoſtoli. Ibi vide quid ſint apoſtoli, vnde dicantur, & de quadruplici eorum ſpẽ, & eorum formis. Nã alij ſunt apoſtoli cõuentionales ſ. quando pars admittit appellationem, in iudicio iudice refutãte, ſiue tacente, ſiue extra iudiciũ, vt c.ſæpe.tamen 2.& oblatæ, de appel. Alij ſunt teſtimoniales teſtificantes de appellatione facta, vt ſup. Alij dimiſſorij, per quos apparet, quod iudex detulit appellationi. Alij refutatorij, per quos apparet, quod iudex nõ defert appellationi. Alij reuerendi, vel reuerentiales, ſ. quando ob reuerentiam ſuperioris appellationi defertur, vt cap.1. de app. lib. 6.in gl.

Apoteleſma ſignificat abſolutionem, & perfectionem operis, l.rei, §.fi.de verb.ſig.

Apotheca eſt arca, vel locus, in quo aliquid ponitur coſtodiẽdi cauſa, vel in quo merces venduntur, qui locus & alio nomine

ſtatio vocatur, inde apothecarius, i. ſtationarius, qui ſtat ad vẽdendum.

Apparere, i. ad memoriam reducere, in auth. de fi. inſtr. circa princ. ſecundum vnam expoſitionem. Aliquando apparere exponitur, i. præſumere, vt ext. de præſum. c. ſcribam.

Apparitio quandoq; ponitur pro diſcuſſione, vt in l. 1. C. de loca. præ. ciui. lib. 11.

Apparitores dñr, qui citãt partes, & eas apparere faciunt in iudicio, hoc nomen inde trahẽtes. Vel dñr ideo apparitores quaſi apparetores quaſi ipſi appareãt in iudicio. Item dñr catholiciani quaſi communiter & vulgariter ſeruientes, vt bidelli ad iudicium. Item dicuntur officiales ſecundum Azo. vel ſecundum Iſid. apparitor dicitur ille, eo ꝙ appareat, & videatur, & preſto ſit ad obſequium, vel aliquid audiens teneat. Et de apparitore habetur in c. tua, de hom. & glo. magna in capitulo veritatis, de dolo & contum.

Appellare eſt a minore iudice ad maiorem prouocare. Et eſt inductum appellare ſecundum leges, vt iniquitas, vel imperitia iudicantium corrigatur, licet nõnunquam bene latas ſententias in peius reformet, de appel. cap. cum ſpeciali, §. porro, vel ideo vt homi. oppreſſi releuentur, 2. q. 6. ad Romãnam 2. & quis poſſit appellare a quo, ad quem, quando qualiter, quoties, infra quod tempus, & a qua ſententia, vide 2. q. 6. per totum, & Goff. in ſumma.

Appellatio ſecundum Azo. eſt a minore iudice per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primæ latæ ſententiæ receſſio, de minori. l. præfecti. Item eſt de minore iudice ad maiorem, prouocatio ſecundum ſummiſtas, de conſuet. c. 2. lib. 6. in gl. 4. Vel aliter ſecundum Hoſtienſem, appellatio eſt iuriſdictionis prioris iudicis per inuocationem ſuperioris iudicis ricte facta ſuſpenſio, & hæc diffinitio ſecundum eum competit tam ſecundum leges, quam ſecundum canones, vt extra de officio delegati, cap. paſtoralis, §. præterea. Vel ſic appellatio eſt ab audientia minoris iudicis ad maiorem propter grauamen, vel illatum, vel comminatum prouocatio de appellationibus vt debit. &c. cum ceſſante, & ſi extra iudicium appellatur, tunc eſt ſuperioris inuocatio, ſeu protectio ab iniuria, vel grauamine irrogando, c. cum ſit Ro. eod. titu. de appellationibus relã. & recu. Et appellatio, & recuſatio ſunt paria. de appellat. ſuper eod. 2. reſp. Et hoc quo ad modum, ſicut non admittitur fruſtratoria appellatio, ita nec recuſatio. Differunt tamẽ, quia recuſo etiamſi quando non grauor, non tamen appello a iudice, in quẽ conſenſi,

niſi grauer,&c.vt,de off. delega. c.ſi contra,in gl,fi. lib.*6*.

Appenditia quid ſit,vide ff.de acquirẽda hæred.l.ſi quis hęres, & de adminiſt. tutor. l. tutores, & C.ſi tuto.non geſ.l.fi.

Applumbatio eſt diuerſarum materiarum conſolidatio, vt auri,argenti,aurialchi,plumbi,ſtanni, &c. & earum materiarum coniunctio, dicitur applumbatura.

Appulſus pecoris ad aquam eſt ius adducendi,pecus, vel gregem ad aquam fontis alieni vel riuum ad aquandum.

Apud quandoq; exponitur ꝑ i.vt no.de præb.ſtatutum, lib.*6*. quandoq; apud.i.contra,vt Marcellus apud Iulianum not. ff. de pet.hæred.l.nec villam,§.non ſolum,& de requi reis,l.3.quandoque exponitur apud,id eſt penes C.vnde vi.l.ſi quis in tantam, & in quo differat apud & penes vide ff.de verb.ſig.l.penes.

A ante Q

AQua quotidiana & æſtiua; aqua pluuialis arcenda, & acqua de caſtello educenda. Require infra interdictum de illis.

Aqua & ignis interdicebatur olim rerũ capitalium damnatis, cum nec ſupplicium de Rom.ciue ſumi liceret, nec is prius amitteret ciuitatem, quã in aliam receptus eſſet.Nã his duob.elemẽtis, quę humanã vitã maximè cõtinent, priuabantur vt vrbe Roma egrederentur, atq; ita in aliã ciuitatem ſe conferrent. Id quod eleganter oſtendit. Cic. in orat. pro domo ſua.Demum introducta eſt deportatio, qua ius ciuitatis abſq; huiuſmodi circuitu amittitur.

Aqua profluens,id eſt,de cęlo cadens.Inſt.de rerum diu.§.1.

Aquam euocare pro aquã abducere,l.Proculus, de dam.inf.

Aquarius, id eſt aquarum cuſtos, C.de aquæ duc. l. decernimus,lib.11.

Aquæductus eſt ius ducendi aquam per fundum, vel agrum alienum, ad irrigandum agrum meum, vel alterius iure ſeruitutis conſtitutæ,vt Inſtit.de ſeru.ruſt. præd.in prin. Aliter dicitur priuilegium, quod datur illis, qui præficiuntur ad cuſtodiam formarum,per quas ducitur,vel per quorum fines formarum meatus tranſeunt & qui purgant formã, vel ductus aquarum, l. C. de aquæ duct.li.11.& l.decernimus, eo.tit.& l.2.

Aquæhauſtus eſt ius hauriendi aquam, & portandi per agrũ fundum, ſeu prædium alterius, ratione ſeruitutis. Et differunt. Nam aquæductus fit in fiſtulis,& meatibus terraneis.Sed aquęhauſtus fit per animalia portando, vt l.ſi prius, §.1.& 2. ff. de aqua plu.arcen.

Aquilegia nomen loci,ff.loca. l.pen. §.1. & dicitur quaſi aquis ligata,quia aquis eſt circundata, & ha-

& habet Patriarcham, 9. quæſt. 3 nunc vero.

Aquileges, ſiue Aquileces dicuntur artifices inueniendorum fontium, aquarumq; colligendarum, ad aquęductus, l. fi. ff. de iu. imm. vel, vt quibuſdam placet, ſunt, qui curam agunt publicorũ aquæductuum.

Aquiliæ actio. Require ſupra, actio legis aquiliæ.

Aquiliana ſtipulatio, eſt promiſſio, quæ nouat omnem contractum. Dicitur autem hoc nomen ab inuentore hoc ſtatuente, qui vocabatur Aquilius. Et fit hoc modo; Si dicam ſic debitori meo: Quæcunque mihi debes ex quacunque cauſa, illa mihi promittis animo nouandi; & ipſe dicat mihi; promitto; tũc poſtea per acceptilationem tolletur obligatio Ad cuius euidentiam nota, quod ſic fiat acceptilatio, & aquiliana ſtipulatio, & eſt quidam circuitus, ſicut quandoque, quod quis per ſe immediate facere non poteſt, facit per alium ita & hic. Vnde ſupponendum eſt, quod ſi mihi tenearis in centum libris, quas tibi mutuaui, hæc eſt obligatio naturalis, re contracta, & immediate per ciuilem obligationem, quæ verbis contrahitur, tolli non poteſt, quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere poteſt, naturalia vero non, tunc ſic fiet, quod illa naturalis obligatio re contracta, in ciuilem mutabitur per nouationem, vt dicendo ſic; Illud, quod ego mutuaui tibi promittis, ſi tu dicas, promitto; tunc obligatio illa prima efficitur ciuilis, & verbis contrahitur per aquilianam ſtipulationem et nouationẽ. Poſt ſi te dicente mihi ſic; id, quod ego promiſi tibi, acceptumne habes, acceptumq; fers? rñdeam, acceptum habeo, acceptumque fero, i. teneo me pro pagato, iſto modo tollitur obligatio per acceptilationem. Et ſic patet qualiter fiat Aquiliana ſtipulatio & acceptilatio. De hac vide ſupra acceptilatio.

Aquiminarium genus eſt vaſis, quod ſecundum aliquos quoquo verſum erat, aquas fundebat Mentio fit in l. in argento, & in l. & ſi. ff. de aur. & argen. leg.

A ante R

ARa eſt altare, ſi prima producitur; vel ſtabulum porcorum, ſi prima corripitur. Vnde verſus. Eſt ara porcorum breuis, & non ara Deorum.

Arabia prouincia eſt, vt l pe. §. j. de extraord. crim. ff.

Arabarchus dicebatur præfectus exigẽdo vectigali de pecuarijs, quę ex Arabia in Aegyptum adducebantur. Inde Arabarchia, cuius meminit, l. vſurpationem, C. de vectig. com.

Arare, id eſt colere, C. de theſa. l. 1. lib. 11.

Arbiter eſt, qui etiam compro

miſſarius appellatur, & eſt ille, qui ex compromiſſo, i. ex conſenſu partium, & ex litigantium electione de cauſa cognoſcit, qui nullam habet iuriſdictionē propriam, ſeu delegatam, ff. de arbit. l. 1. ſed electus eſt a partibus diſcordantibus ad earum litem ſua ſententia dirimendam, a quo nō appellatur, cum ipſo iure non teneat ſententia eius, ſed metu pęnæ ſtatur ei. Et quod non tenet, reſcindi non poteſt. Hoc verum in arbitrio compromiſſario, ſecus in arbitrio iuris, 11. q. 1. peruenit, C. de iudi. l. vlt. de offi. deleg. ſuſpitionis de appell. cum ſpeciali. & cl. 1. eod. tit. in glo. 1. & c. ab arbitrio, de offic. deleg. lib. 6. vbi glo. Item arbiter ponitur quandoq; pro teſte, vt in Geneſ. c. 39. Accidit, vt Ioſeph operis quippiam abſquē arbitris faceret. Et eſt differentia inter arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem. Nam arbiter, & arbitrator poſſunt eligi cum pœna, ſed differenter, quia arbiter dicitur iudex per conſenſum litigantium electus, qui iudicis partem ſuſcipit, & finē controuerſijs ſua ſententia ſe pollicetur impoſiturum, ff. de arbi. l. ſi de meis §. recepiſſe. Et a ſententia tali non poteſt appellari, ff. de arb. l. diem proferri, §. ſtari, & l. 1. C. eo. tit. Sed arbitrator eſt, in quem aliqui compromittunt tali forma, vt poſſit cognoſcere, & etiam iudicare alte, & baſſe, & qui etiam dici poſſit amicabilis compoſitor, & a ſententia tali etiam non appellatur. Sed ſi fuerit lata contra ius cōſtitutionis, irrita eſt ipſo iure. C. quādo prouoca. non eſt neceſ. l. 2. Sed ſi lata eſt cōtra ius litigatoris, valet; redigitur tamen ad arbitriū boni viri, l. ſi ſocietatem, §. ſi arbitrorū, ff. pro ſocio. Debet. n. arbiter obſeruare iuris ordinem tanquā iudex ordinarius, & ſentētia eius ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timenda, ſi pęna fuerit apposita, 2. q. 7. a iudicib. Sed arbitrator nō tenetur ſeruare iudiciarū ordinē ſed ſi profert iniuſtam ſnīam, remittitur ad audientiam ſuperioris, vel arbitriū boni viri. Et amicabilis compoſitor eſt ſine pęna, qui tentat, & experitur an litigatores patiantur controuerſiā ſuo conſilio, vel autoritate diſcuti, §. ſi quis in præalle. l. ſi de meis. Alias differentias multas vide per Doc. plene in c. quintauallis, de iureiu. & arbiter eſſe poteſt, qui nō prohibetur a iure. Arbitrorū duo ſunt genera, ſ. commiſſarij q̃ proprie dñr arbitri, qui eligūtur vt iudices, vt videlicet procedāt ſeruato in ſubſtantibus ordine iudicario, & dantur ad cognoſcendum, & diffiniendum, vt ſi petis a me domum, & ego denego, & fiat compromiſſio in aliquem, ille eſt verus arbiter, quia eligitur vt cognoſcat, & diffiniat, cuius ſit domus. Secūdi ſunt arbitratores, non qui eliguntur, vt iudices

à pa-

à patribus, vel ſuper re litigioſa; ſed vt componendo, vel diuidendo inter partes diffiniant; vt ſi duo ſocij res ſocietatis diuidere velint ad arbitrium Petri; Petrus erit arbitrator, arg. ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem.

Arbitrato alicuius cum quid fieri mandatur, quomodo hæc verba intelligenda ſint, declaratur in l. illa verba, arbitratu, vbi Alcia. de verb. ſign.

Arbitrium eſt actus certarum perſonarum exequentium compromiſſum ſecundum Azo. Nam arbiter exequitur veritatem inquirendo, vt iudex, 30. quæſt. 6. iudicantem. Nam actor vult vt obtineat, & reus, vt abſoluatur, vel actor ad amplificandum cauſam, reus ad diminuendam eam. Sunt ergo in actu arbitrij tres perſonæ, ſ. arbiter, actor, & reus. Ideo alij dicunt, arbitrium eſt actus trium perſonarum ſuper ciuili quæſtione quaſi in iudicio contendentium. Vel ſecundum Hoſt. arbitrium eſt poteſtas aliena voluntate tradita, & recepta ad pronuntiandum in lite, prout arbitrio ſuo viſum fuerit, aliquādo certa pœna vallata, & certis terminis limitata. Sed cōpromiſſū eſt poteſtas arbitris data, quorum arbitrium eſt ſnīa arbitralis, quę ēt laudum dr̄. Et arbitrium ſeu arbitratus ſuo proprio ſignificatu ſignificat libertatem arbitrandi, & voluntatem rōne regulatā. Et vbi actus ponitur in arbitrio, ſeu arbitratu ſignāt per modum conditionis, vt actus valet, ſi arbitrio decernatur, & hoc diuerſi modè ſecundum diuerſitatem materiæ ſubiectæ. v. g. Promitto tibi equū arbitratu Titij; Titio nō arbitrante, quia nō vult vel non pōt arbitrari, nulla eſt ꝓmiſſio, nec recurritur ad arbitriū boni viri, l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. obl. Ratio, quia contrahēs de arbitrio illius tm̄ intellexit, ꝙ hęc verba, important, vbi āt ſtat per illum cui promittitur, conditio ſtatim deficit, nec promiſſor de cętero ex illa promiſſione pōt obligari, vt l. ſi quis, præalleg. E contrario ſi per promiſſorem ſteterit, cōditio ſtatim habetur pro impleta; arg. l. iure ciuili, §. de cōdit. & dem. vt promiſſio efficax, ſiue ille arbitretur, ſiue non, ſecundum boni viri arbitrium, ad quod tūc reccurritur. Et hoc ideo ne ſit in poteſtate debitoris ſe liberare a promiſſione.

Arbitrium tutelæ, i. actio tutelæ, de hoc vide ſup. actio. tutelæ.

Arbor ferro diſſecta non arboris, ſed ligni appellatione continetur, l. ligni. ff. de leg. 3.

Arboris appellatione multa continentur, ff. de arb. fur. cæſa. l. 3. & 4. Item vites continentur appellat. arboris, vt ff. de arbo. cæden. l. 1. §. 1.

Adde, quod arborū verbo continentur etiam radices arborum, vt not. gloſ. in l. obligationem ſe rè, in verſic. ſic & in tradendum

ff.de actio. & obligat.

Arbores furtim cædere eſt ſcindere, vel incidere arbores inſcio, & inuito domino.

Arbores cæduæ dicuntur, quæ excisæ repullulant.

Arbores grandes, quarũ mentio habetur in l. ſed ſi. ff. de vſufru. quæ ſint, eleganter explicat Alcia. in l. Sylua. de verborum ſignificat.

Arbuſtum locus eſt, in quo arbores ſunt ad fructus ferendos conſitæ; ſicut ſalicetum, in quo ſunt ſalices, hoc & arboretum alii qui vocant, vt tradit Aulus Gellius, & meminit Pau. iureconſ in l. impenſæ neceſſariæ, de verborum ſign. ff.

Arca ſumitur pro monumento ſupra terram, in qua cadauera ponuntur, l. is qui, ff. de relig. ſum. fun.

Arca camerata, i. arcuata & cõfornicata, l. ſed adde, §. ſi inquilinus, ff. loca.

Arcarius eſt, qui præeſt arcæ in qua pecunia cuſtoditur, & ita ſumitur in tit. de ſuſcep. & pręp. & arca. lib. 10. c.

Archiatri dñr medici principis, vt tradit Alc. in rub. C. de comi. & archia. lib. 12.

Archicancellarius, require infra, cancellarius.

Archidiaconus eſt omnis princeps diaconorum, qui imperat ſubdiaconis & leuitis. Et dicitur ab archos, quod eſt princeps, & diaconus quaſi princeps, diaconorum. Vnde quando vult, præ alijs euãgeliũ legit, vel cui vult, legendum committit, extra de offic. arch. c. 2. in prin. Vel eſt oculus epi ad conſpiciẽdum, corrigẽdum, & emendandum per epm exceptis arduis. Et dẽt audire iurgia ſingulorum, & habere curã, & ſollicitudinẽ in eccleſijs & de clericis, vt in c. ad hoc, de off. archi. inde venit archidiaconatus, & qñ fit per electionem, tunc eſt dignitas, ſi uero habitus ſit per collationem, non eſt dignitas, vt no. in c. decernimus de iud.

Archiepiſcop. eſt princeps epiſcoporum, 21. diſt. cleros.

Archiflamines, qui ſint, vide 21. diſt. in princ. 80. diſt. cap. 1. & penult.

Archibuberinus, pfectus claſſis l. Betus ad Senatuſcon. Tr.

Archimãdrita eſt paſtor ouiũ; vnde Archimandrita ſit ouium tibi paſtor. Et ponitur pro c po. j. q. 7. diſpenſationes: quaſi princeps gregis ab archi. i. princeps & mandros Græcẽ, quod eſt Latine, ouis ponitur, ẽt pro abbate, vt in l. fi. C. de ſum. Trin. ſiquidẽ initio monachi in eremis habitabant.

Archimimus mimorum princeps, & qui melius, quam alij nouit in ſcena geſta, ſeu mores eorum, quos vult imitari, l. patronus, ff. de ope. lib. 1.

Archiotæ, qui præſunt archiuio. l. vlt. ff. de mune.

Archipresbyter quaſi pricepſ pre-

presbyterorum, qui tamen ſubeſt archidiacono, cuius miniſterium, & officium cum officio archidiaconi ponitur. 25. diſt. per legis. Item duo ſunt genera archi presbyterorum, ſ. ciuitatenſis, vt c. officium, eo. tit. & ruralis, vt c. vt ſingulæ, de off. archip. ſecundum Hoſt.

Archiſynagogus eſt princeps ſynagogæ.

Architectus eſt princeps artificũ, vel principalis ædificator, qui ſtructuris ædificiorum præeſt. l. fi. de iu. immu.

Archiuum publicum, i. armarium publicum, ſ. vbi libri ponuntur, ſeu inſtrumenta, ſeu acta. Et habetur C. de fide inſtr. in auth. ad hæc, & no. 30. q. 1. peruenit, & deriuatur ab archa.

Archus eſt pons lapideus, nec appellatione archus venit pons ligneus, ff. de ac. plu. arch. l. ſup. iter.

Area, locus eſt in vrbe ſine ædificio, l. fundi. de verb. ſig. Interdum ſignificat ruſticum locum, vbi fructus teruntur l. vl. C. de ſer. ſic dicta ad ariditate, quod in ea fructus areſcant.

Arena appellabatur amphiteatrum, quo in loco ſpectacula edebantur, l. qui iu. de act. Inde arenarij, qui ibi depugnabant, l. eæ demum, de ope. lib.

Arenæ fodinæ dñr loca, in quibus arena foditur, quæ ẽt arenariæ dñr. l. ſed & 2. de pub. tametſi quidam malint ibi legere arenæ.

Arenatores dñr, qui in arenis deiecta & collapſa ſolent extrahere, & dicuntur humiles perſonę, vt C. de inceſt. nup. l. humilẽ.

Arenga eſt apta & cõcors verborũ ſententia quæ ponitur poſt ſalutationem in priuilegijs arduorum negotiorum.

Areopagus locus erat Athenis, vbi fuit olim ſummũ conſilium, quod de cedib. atq. id genus grauiorib. cauſis iudicabat.

Argentarij ſunt quaſi capſores, vel argentariæ menſæ exercitores, qui ſingulorum ſolebant rationes, i. calculos & inſtrumenta conficere, ſcribentes accepta, & data, ita quod ex ſcriptis eorum, quę erant communia doceatur, & ſciatur quantum datũ ſit, & quantum acceptum, qui alias dicũtur numularij, vt infra de N.

Argentifodinæ, aurifodinæ, ſulphurifodinę, lapidifodinę, arenæfodinæ ſunt loca, in quibus huiuſmodi res fodiuntur.

Argentum eſcarium dr̃, quod in vſu hr̃ ad epulandum, i. ad eſũ, & potũ, l. ſed & ſi. §. cui. de aur. & arg. leg.

Argentum factum quod dicatur, declarat Iuriſc. in l. Quintus, de aur. & arg. leg.

Argentũ infectum appellatur rudis materia argẽti i. nõ facta, l. & ſi. de auro & arg. legato.

Argentum poſtulatum, apud Sueto. accipitur pro purgatiſſimo argento, de quo fit mentio etiam in l. in naue. de loca. licet Bub.

atteſtetur ibi non abſurdè legi poſſe poſtillatum, vt rudem argenti maſſam intelligamus.

Argm̃ eſt rõ rei dubiæ faciens fidem, de hære. cum ex iniunctõ. Et dicitur quaſi arguens mentẽ, vel quaſi argutè inuentum, vt not. Ber. in c. forus, de verb. ſign. Aliquando ſumitur pro experiẽtiæ rerumq; vſu, vt Inſt. in proœ. §. cumq; ibi, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis l. quod eſt in viridi obſeruantia.

Argutus dr̃ ſecundum Iſid. qui citò inuenit argumenta in loquendo. i. ſubtilis, & aſtutus.

Arma ſunt defenſoria. Et noĩe armorum veniũt fuſtes, lapides, ferrum, & omne illud, quod manu, & arcu mittitur, prout not. Ber. in c. ſicut dignum, de homi. Et ſic tela comprehenduntur, licet arma propriè ſint, quib. defendimur. Et ſic tela, quib. impugnamus, Inſt de publ. iud. § lex Cor. & not. in cle. ne in agro. de ſta. mo. in gl ſuper verbo, arma, & l. armorum, ff. de verb. ſign.

Armarium, vel armamentarium eſt locus, vbi arma ponuntur.

Aridi fructus qui dicantur, vide C. de vſ. auth. ad hæc.

Armenia, vide C. de off. mag. mili. l. vlt. & de agi. & cen. l. cum antea, lib. 11.

Armentum eſt magnorum animalium, vt equorum, & boum, grex verò minorum, vt porcorũ, caprarum, & ouium, licet etiam largè ſumatur pro maioribus, ff. de abigeis, l. 1. in fi. & cle. 1. de deci. Nam armenta proprie dñr pecora gregis, inde armentarius, id eſt armentorum cuſtos.

Armillæ enumerantur inter muliebra ornamenta, l. argumẽto, §. ornamenta, de au. & ar. leg.

Armus eſt ſpatula aſſata alicuius animalis, vt in c. vnico. circa medium, in ver. principis vnctio de ſac. unctio. & ibi per Doc. 1. Reg. 9. eo.

Arra dicitur in emptio. & venditio. id, quod datur in teſtimonium, vel ſignum vẽditionis. Eſt .n. arrarum datio argumentũ emptionis, & venditionis cõtractæ.

Arræ ſponſaliç, vel ſponſalitiç ſecundum Hoſt. in ſum. de ſpon. & ma. §. vnde dicantur, verſ. ſed quia arræ dñr donaria data inter ſponſum, & ſponſam in ſignum matrimonij contrahendi, & remunerandi conſentientes, & fit hoc per verba affirmatiua, ſ. do tibi arras iſtas, vt cum filio meo cõtrahas. Et hæ arræ dñr ſubannulli, quia fiunt per immiſſionem annulli, iuxta illud, annulo ſuo ſubarrauit me, vt patet per eundem, §. quot ſunt ſpecies.

Arreptitius, id eſt poſſeſſus a dæmone.

Arreſtare eſt aliquem, vel bona eius per mãdatum iudicis impedire, ne moueantur a loco, donec conquerenti rñdeat vt ca. 2. de cri. fal & l. relagatorum, ff. de inter. & rele.

Arro-

Arrogare eſt aliquem, qui ſui iuris eſt, in filium recipere, inde arrogatus filius dicitur ille, qui ſic aſſumitur in filium. Et ſic arrogator eſt pater, qui accipit aliquem hoc modo in filium. Et eſt differentia inter arrogationem, & adoptionem, quia ille adoptatur, qui non eſt ſui iuris, ſed alterius ptãti ſubiectus, vt ſupra dictum eſt. Sed arrogatur ille, qui primo ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in poteſtatem patris. ſ. arrogatoris. Vnde, Arrogo qui ſuus eſt ſed hĕt meus eſſe neceſſe. Patris adopto ſuum ſed patris permanet idem. De hoc de cog. leg. capit. vnico. in gl. prima. Item arrogare in alia ſignificatione, id eſt aſcribere. Vñ dicitur arrogãs quaſi omnia ſibi aſcribens. Inde arrogantia, i. ſuperbia. Differunt tamen, quia ſuperbia eſt inanis gloria de eo, quod quis habet, vt ſunt philoſophi, legiſtæ, & alij ſufficientes in arte ſua. Sed arrogantia eſt inanis gloria de eo, quod quis non habet, vt cum quis credit ea ſe ſcire, quæ tamen neſcit.

Ars eſt collectio præceptorũ. Inſtit. de iuſt. & iure §. iuris præcepta. Vel ars ſecundum Porph. eſt de infinitis ſumpta doctrina. no. ff. de iuſt. & iure l. 1. ſuper verbo ars. Item ars quandoque ſumitur in malam partem, vt C. de his, qui ad Eccl. confu. l. 1. & ideo dicitur arte, 1. dolo. 22. q. 5. quacunque.

Ars dicitur etiam ſcientia iuris ciuilis in prooemio. ff. circa princi. §. quibus, § ſed cum vos.

Ars quandoq; dicitur cura animarum, vt de ęta. & qua. cum ſit. Item ſcd'm. Arch. ars dr̃ actus dãnatorum, vt in c vnico. de vita & hon. cle. lib. 6. ibi. ſi per annũ artem iſtam ignominioſam. Etiam baliſtarij dicuntur exercere artem, de ſagi. c. 1. & magis dicũtur exercere artem, & coqui, de cõſ. diſt 6. nec tales.

Artanum eſt idẽ ꝙ aratrum.

Artemona eſt id, quod retrò ponitur ad nauim gubernãdã. l. malum ff. de verb. ſig. & Bal. in l. precib. in 7. col. C. de imp. & al. ſubſt. Sed Alc. in d. l malum, ait eſſe velum additionum dirigendæ nauis cauſa, quod verius eſt.

Articulus eſt pars intentionis continens illud, ꝙ actor probare intẽdit, facit c. veniens 2. de teſt. & gl. in c. præſentiũ § teſtes eo. tit. li. 6. Et articuli dicuntur capitula in iudicio ꝓbanda, eo. tit. ꝑ tuas quãdoq; aſſertiones, & qñq; intentiones ex parte, ꝗ, in fin. de teſt. & no. Pan. in c. cum cauſ. de ſi. inſt. Adde ꝙ articulus qñq; ſignificat idẽ ꝙ ſtatim. l. ſi. C. de offi. com. ſ. a. al. interdũ ponitur ꝑ themate, ſeu caſu, vt in l. non poſſunt. de leg. aliqñ pro particula. l. triplici, de verb. ſig.

Artifex quid ſit, & nomina diuerſorum artificum, vide tex. iũcta gl. quæ exponit ſignificata eorum, in l. 1, C. de exc. ar. lib. 10.

Artifi-

Artificiales operæ ſunt, quæ ad artificium pertinet, ueluti pictoriæ, & fabriles.

Aruſpex quis dicatur, uide in c.1.26.q.4. & no.gl. in l. nullus. C.de maleſ. & mathe.

A Ante S.

As dicitur tota hęreditas, uel quicquid in 12. par. diuidi poteſt. In aſſe autem continentur certæ partes. ſ. 12. quarũ quę libet habet proprium uocabulũ. Sunt.n. iſta nomina 12. partium aſſis. Vncia, ſexcunx, & eſt uncia cum ſemiuncia, ſextans, quia ſex tam partem ſignificat.i.duas uncias; quadrans tres uncias ſignificans; triens ſunt quatuor unciæ, quicunx quinque, ſemis, ſeptunx bes, dodrans, dextans, deunx, as. De quibus omnibus require in loco ſuo, & Inſt de hæred. inſt. §.hæreditas, & in gloſ.uer.triẽs. As tamen in ponderib. idem eſt, quod unum. Etiam ponitur pro obolo. Vnde uerſus. As obolus pondus, as eſt poſſeſſio tota.

Aſcriptitius glebæ dicitur ille, quia aſcriptus eſt glebæ, fundo, ſiue ſolo terræ, & aſtrictus per ſcripturam, in qua promittit domino ſoli, ſe nunquam à ſolo diſcedere. Et ex illa ſcriptura aſcriptitius conſtituitur, ſed tamẽ per eam ſolam non probatur, imo ſecundum Azo. & Hoſt. aliqñ ſcriptura eſt neceſſaria, ĩ qua co[illegible]teatur ſe eſſe aſcriptitium. Et à gleba quam colit, nec volẽs recedere permittitur, nec inuitus poteſt compelli ad recedendum, nec ſine gleba poteſt alienari. Inter aſcriptitios glebę, & originarios colonos, quidam hanc dicunt eſſe differentiam, quia aſcriptitij inhærent glebæ, vt ſine gleba non transferantur. Sed coloni originarij non ſic inhærent prædijs, quin quandoq; ſine prædijs dominus fundi poſſit eos mutare, & transferre ab uno prædio in aliud. Item inter ſeruos, & aſcriptitios ſecũdum Azo. & Ho. penè nulla eſt differentia. C.de agri. & cenſib. l.ne diutius. li.11. Ideo autem dicitur notanter penè, quia ſeruus poteſt uendi ſine peculio, ſed aſcriptitius nũquam ſine ſolo. Item aſcriptitij in prædijs, in quibus aſcripti ſunt, contra domini uoluntatem ordinari poſſunt, & matrimonium contrahere, ut in Auth. de ſan. ediſc. §. aſcriptitios, ſerui uerò non. C.de epiſc. & cler. l. iubemus. Inſtit. de iu. perſo. §.1. & ibi gloſ. in uerbo aut ſeru. licet ſecundum canones ſi contrahant matrimonium tenet. Et aſcriptitij, quia tenentur colere terram dicuntur coloni. Et quia aſcriptitij deputati ſunt ad hæc facienda, ex conditione ſua dicuntur aſcriptitij. Et quia ex ſui origine, uel patrũ, uel auorum ſuorum ita ad hærent glebę ut ſine gleba uendi non poſſint, nec gleba ſine illis: ideo dicuntur originarij. Req. agricola; & infra

infra colonus. Breuiter dic quod aſcriptitij ſerui, ſeu coloni appellantur, qui glebæ, ſeu prædio colẽdo perpetuo addicti ſunt, inde nũquam receſſuri, dominiſq. prędiorum annuos reditus omnes præter ſumptum & victum reddituri.

Aſſaſſini fuerunt quidam infideles, qui ex quibuſdã falſis opinionib. mouebantur ad occidendum Chriſtianos, contra quos ſtatutæ fuerunt pœnæ grauiſſimæ, extra de homi. cap pro hum. lib. 6. Bar. autem in l. non ſolum, §. ſi mandato. de iniu. & in l. C. de pœ eos vocat aſſaſſinos, qui ob pecuniam quempiam interficiunt. De aſſaſſinis diffuſe tractãt Doct. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. & in d. c pro humani.

Aſſecla, i. ſeruus, eo, quod ſequatur aliquem cauſa lucri, ſecũdum Iſid. lib. 10. etymo.

Aſſectari quis dicitur matrem fam. aut puellam, qui tacitus libidinis cauſa frequenter inſequitur. l. Item apud. §. appellare. de iniur.

Aſſellare eſt opus naturæ facere, vt dicitur, dum aſſellaret emiſit inteſtina.

Aſſerere eſt in libertatem vindicare, vnde aſſertores dñr vindices alienæ libertatis.

Aſſertio ſecundum Azo. in ſũ. de aſſertione tollenda, erat quoddam vanum, & friuolum iudiciũ quorundam, qui dicebãtur aſſertores, eo ꝙ aſſerebant eum liberum, qui erat ſeruus.

Aſſeſſor dicitur quaſi aſſidens iudici in cognitione cauſarum, ſuum præbens conſilium iudici, qui alio nomine dicitur officialis iudicis, & conſiliarius. Item dicitur domeſticus iudicis, de hoc vide Azo. in ſum. C. eod. tit. qui vlt ponere differentiam inter aſſeſſorem, & domeſticũ iudicis, & cauſidicum, & Accu. C de dome. & protec. in rub. lib. 12.

Aſſeruare & profiteri quo modo differant, vide C. de prob. l. non nudis.

Aſſidei ſunt Iudæi, qui ſemper cultui diuino inſidebant.

Aſſidue qualiter intelligatur, vide extra de præb. c. ſignificatum, & de offic. archipresbyter. c. 1.

Aſſiſij dicuntur vulgo manſionarij, quaſi aſſidui in miniſterio eccleſiæ, & ſunt beneficiati, non etiam canonici, vt no. gloſ. in c. cum ad hoc de clericis non reſiden.

Aſſignare fit nudis verbis teſtamento, vel codicilis, ff. de verbor. ſign. l. aſſignare, & ff. de aſſig lib. l. 1. §. aſſignare. Et no. Ar. in c. appellatio. de appel. lib. 6. in gloſ. fi.

Aſſignatiuus libertus, require infra libertus.

Aſſiſtere. i. cum alijs eſſe, C. de aduo. diuer. iud. l. vltima & ibi nor.

Aſſiſterium eſt locus, vel domus

mus ſanctimonialium, ſicut monaſterium monachorum, in quo ſeruiunt Deo, vt eſt tex. in auth. nouo iure. C. de cuſ. re. Item aſſiſteria eſt illa, q̄ præeſt aſſiſterio quia ipſa curę aliarũ aſſiſtit principaliter. Et ſec'm quoſdã Azo. vt exponere aſſiſterias. i. fęminarũ debiliũ inſtatrices, in ſum. C. de epiſ. & cle. §. nunc de orphanotrophis Vel aſſiſteria, i. recluſa, ab aſſiſtendo, quia quotidie aſſiſtit orationi Itē aſſiſteriũ apud græcos eſt locus, in quo vnus ſacerdos, quinque acolyti, quĩque mulieres, quæ Aſſiſterię dñr, ſũt manentes, vt 27. q. 1. ſi quis rapuerit. in gl.

Aſſiſtrix. i. ancilla dominę aſſiſtens ad ſeruiendum.

Aſſolatus. i. ad terrã redactus, & inuenitur in Nathã Propheta.

Aſta fiſcalis eſt venditio quæ ſit a fiſco ſub haſtatione. Quandoque autem fiebat haſtatio cũ dicebatur per præconem. Qui plus dederit infra menſem, ille rem habebit, licet ergo infra mẽſem aliter venderetur, tamen ad mittebatur adiectio in certum tempus, vt C. de fid. inſt. & iure haſtæ fiſcalis, & de adiectio. l. 1. Si aũt cum ipſo emptore conuẽtum eſſet, vt poſſet dare plus offerenti, eſſet pactũ in diẽ addictionis, vt ibid. in gl. l. ſi tempora.

Aſtruere eſt affirmare, aſſerere, vel aſſimilare, de c. poſ. & proprie cum eccleſia, & etiã eſt probare, de hæred. cum ex iniuncto.

Aſtute, id eſt malitioſe. C. de leg. l. 2.

Aſtutia eſt, cũ aliquis ad aſſequendum aliquid, ſiue bonum, ſiue malum falſis vijs, & ſimulatis, vtitur, vnde proprie accipitur in malum. Non. n. oportet, ēt ad bonum finem vti falſis viis, vel ſimulatis. 2. Cor. 4. Abdicemus occulta dedecoris nõ ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei.

Aſylum dicitur templum miſericordiæ, quo cõfugiẽtes olim tutti erant, nec inde extrahi poterant. l. quis ſit fugitiuus. apud. de ædi. edi. vbi Bu.

Aſyſtatos, vt vulgari habent codices, in l. qui quadringenta. ad leg. Fal. exponitur, id eſt non ſiſtens ſtatus.

A Ante T.

AT, dictio aduerſatiua eſt, vel ſupera bundat, vt in au- di. de trien. & ſe. §. et quod ſæpe. Aliquando at, ponitur pro certè vt Inſt. de fid. tu. §. 1. & de re. di- ui. §. inſula, & quib. ali. li. §. at ex contrario.

Atauus eſt pater abaui, & atauia eſt mater abauiæ.

Athleta dicitur pugil, ſiue certator. l. athletas, ff. de his, qui no. infa. vbi Bu. ait athletarũ verbo gymnicos oēs intelligi, hoc eſt luctatores, curſores, pugiles, ſaltatores, itē q̃ diſcũt in ſublime iaculan-

culantur in ludo gladiatorum,& ad hoc, vt athleta habeat immunitatē tanq̄ victor, requiruntur tria. Primo,vt à tenera ætate ſe exercuerit in arte pugnādi. Scd̄o vt habuerit tres coronas victoriæ,& vnā ad minus ī altera Ro. Tertio, vt obtinuerit aduerſarijs incorruptis, ita Bart.in l.1. Cod. de athle.li.10. & ille text.facit ꝑ trina examinatione fiēda, anteq̄ quis doctoret,& trinā approbationē reportare, ſecundum Bar. ibi,quē refert Abb. in c. cū ſcd̄m Apoſtolum de præb.n. 7.& in c. qn̄ venerab.de exc.in princ.

Athletæ ſecundum Accur. dicuntur,qui ſine mercede, gratia virtutum pugnabant, vt ff.de infa.l.athlet.& C.de athle.in prin. lib.10.

Atnepos & atneptis, eſt filius vel filia abnepotis,vel abneptis.

Atornati dicuntur procuratores apud acta conſtituti,in c.vni. de ſta.mon.lib.6.§.porro.

Atque pro ſicut ponitur. ff.de iu.dot.l.ſi pater mulieris. Aliquādo ponitur pro.i.ff.de admin.tu. l.1.in princ. aliquando pro ſed. ff.de neg. geſt.l cum alicui. §.1. Aliquādo,pro perinde,ff.de pac. l.iter.

Atqui ponitur pro certe, vel atquin pro ſed certè, Inſtit.de fi. tut.circa me.ff.de off.præt l.barbar ver.atquin verum eſt.

Atrarij ſunt ſerui,ſiue cuſtodes atrij,& ijdē dn̄r ēt atrienſes. Horum ſumma erat olim autoritas,vt ex Plau. tradit Alc.ī l.in l. de ver.ſig. nā & negotia dn̄i procurabant,& res venales diſtrahebant, & debita exigebant, & in alios non parum iuris habebant imò, vt ibi idem Arcia ſcribit,atrienſes dicti ſunt, quod in atrio cęteris ſeruis cibaria diſtribuerent.

Atrox,i.immiſericos,vel crudelis, quaſi acris ſit moribus ſecundum Iſid.lib.10.

Atrox iniuria,quaſi contumelioſior & maior appellatur,l.prętor.§. atrocem de iniur. & quot modis atrox iniuria fieri dicatur traditur in §.atrox Inſtit. de iniur.

Attētari pudicitia alicuius dr̄ cū id agitur, vt ex pudico impudicus fiat l.attentari.de iniur.

Atteſtari eſt abſenti denuntiare.l.ſubſignatum.de verb.ſign.

Atteſtationes ſunt dicta teſtium, vel teſtimonia ordine iuris in ſcriptis redacta.

Attilianus tutor,dr̄, qui olim ex l.Attilia, Romæ dabatur ijs, quib. nullus omnino fuerat tutor Inſt.de Atti.tut.in princ.

Attonitus media breui,eſt eleuatus vel quaſi quodam pauore concuſſus.

Attritus eſt afflictus, conſumptus,exhauſtus, imbecillis, vel feſſus.

Atypus eſt qui male exprimit verba, ſecundum Bu. in l.idem Offilius,de ædil.edi.

A an-

Authentica ſcriptura quæ ſit, vide, extra de fid. inſt.c.1. & 2. par Bar.Inno.& Hoſt.

Aucupium dicitur locus aptus ad capiendum aues, vel rethæ, vel virga viſcata, vel tugurium, ad hoc præparatum. An aucupare liceat in fundo alieno, ff.de ſerui ruſt.præd.l. diuus, & Inſt.de rer.diuiſ.§.fere.

Audax dicitur, qui nihil metuit, & ſumitur proprie pro arrogante Et ita dñr audaces facientes contra ius, in auth.de mi.tut. circa prin.col.7 Qñque ſumitur in bonam partẽ 8. q.1. audacter. in princ.32.q.5.ſi Pau.verſ. caue quæſo.

Audacia idem eſt, quod temeritas & accipitur in malo, c.2 de cenſi.lib 6 di.4.factę ſunt, & no. Arc.in c 2.præal.in gl.2.

Audiens i.obediens, ff de arb. l.arbiter ex compromiſſo.

Audiẽtia licet etiam aliter capiatur, proprie tamen magis dicitur eſſe facultas & ptãs loquendi coram ſuperiore alicui cõceſſa prout dicimus, data eſt illi audientia, vel denegata eſt eis communis audientia.

Auditor in curia Papæ vocatur, qui vice iudicis alicuius cauſam, vel cauſas audit, in cle.auditor de reſcr.

Auditor cameræ Papæ dicitur qui audit negotia ſuper theſauro Papæ, & ſuper his, quæ ad cameram Papæ pertinent.

Auditor cõtradictoriarum dr in curia Papæ, qui audit impetrãtes reſcripta ad lites, vel aliter ad ius commune pertinentes gratias.

Auditorium eſt forũ cauſarũ, vel locus, in quo cauſæ audiũtur. Sed tamen rectè poteſt dici adiutorium magiſtrorum, vbi diſputant, & non magiſtri forum, ſed iudicis, cum ſic in curia Papæ vocetur, & dicitur ab audiendo. Vnde & pro ludo literario ſumitur. l 1.C.de ſtud.lib. & auditor dicitur diſcipulus, l 2. §. penult. de orig.iur.

Auditus exponitur. i. conſenſus, in auth.vt imo.antẽ nup.do. na.col.5.

Auellere eſt auferre violenter vel extirpare, vt ff.de inc.rui.naufra.l.3.§.non ſolum.

Auerta inquit Alc. in l.qm̃ de iur. dub. eſt pectorale equorum Bud. putat eſſe lora latiora quæ per terga equi iugalis excurrunt ſub alijs eius ſuccincta, Sed Alc. tenet accipi poſſe pro capitis ornamento, quo habenæ figuntur, ſic dicta, quod per eam auertantur equi prout ſeſſori viſum fuerit.

Auertere, id eſt diſtrahere C. de naui.l.qui fiſcales, lib.11.

Auerſione vel per auerſionẽ vendere aut locare eſt, vt quidã interpretantur, cum periculum venditor, vel locator a ſe auertit in emptorem vel conductorem. l.qui officij, de contrah. emp.& l. 1. §. exercitorem, de exer.act.

ita dicit gl. in l. nullus aucuſpex. C. de mal. & math. Sed veriùs appellatur Aruſpex, aut potius haruſpex, quaſi horarũ ſpectator. c. 1. 26. q. 4.

Auſcultare, i. obedire, attendere, & audire mandatũ cum effectu, vt in c. illud. de maiorit. & obed. in gl.

Auſpicium iuris idẽ eſt, quod exordium litis, ſecundum Ber. in c. paſtoralis de cauſa poſſ. & proprie in gl. 1. Sed ſecũdum Alber. & alios auſpicium, i. augurium, quaſi auis garritum, vt 26. q. 4. c. 1. quia ſicut ille, qui committit augurio, i. diuinationi, quę fit in garritu auium, dubius eſt; ita ille dubius eſt, qui ſe committit liti. Aut quandoq. ponitur disiunctiue, vt quando altero poſito neceſſe eſt alterum tolli, vt cum dicitur: dies aut nox eſt. Quandoque etiam ponitur copulatiue pro &. Nam quandoq. ſumus in materia, in qua requiritur vtrumq. extremorum per talem diſiunctiuam coniunctorum, vt in c. ſi poſt præſtitum, de confeſ. lib. 6. De hac dictione habes in auth. & quando. C. de conſt. pecu. & l. cum quidã. C. de ver. ſig. & cle. ſæpe. eo. tit. 2. q. 5. oibus, in gl. 2. 20. q. 1. monachus, & c. cũ virum. de reg. l. vlt. ff. de verb. ſig. Sed auth. aduerſatur in facto & in iu. ff. de neg. ge. ſi autem, & qualiter accipiatur autem, vide Bart. & Doct. in l. hoc amplius, §. de his, ff. de dam. infect. Et qualiter capiatur, aut vide Arch. 47. d. c. 1.

Automata, ſiue automataria dicuntur opera, quæ ex ſe mouentur, cuiuſmodi ſunt horologia, l. cætera, §. fi. de leg. 1.

Autophorus fur manifeſtus, l. 3. de fur.

Auunculus eſt frater matris & auũculus magnus eſt frater auię, inde proauunculus frater proauiæ, & abauũculus frater abauię.

Auus patris vel matris pater.

Auxilium iuris eſt ſuffragium, & beneficium iuris, prout dicitur contra hæc prodita ſunt iuris auxilia, vide hoc ff. ad Syllan. l. cum dominus. Fruſtra auxilium legis inuocat, qui committit in legem, ff. de min. l. auxilium, de viu, c. fruſtra.

B ante A.

Baburrus vel baboſus idem eſt, quod ſtultus, vel hebes, & babigor idem.

Bacchari, hoc eſt, Bacchorum more lymphaticè vaticinari, l. 1. §. fin. de ædil. edi.

Bacchari mulier ſeruili amore dicitur, in §. fin. Inſt. de ſucc. ſub. quę ita ardenter ſeruum adamat, vt veluti furore correptá videatur. Baiulare idem eſt, quod portare. Balanus genus eſt glãdis. le. carbonum, ff. de verb. ſig. licet aliqui ibidẽ legãt mẽdoſè balamus. Acron verò ſcribit balanum eſſe herbã vnguẽtariã, & ab Horatio pro vnguẽto myrabolano poſitã.

Balandis etiam nomen eſt, vrbis in Epyro, vt refert Strab.

Balbus dicitur balbutiens, vel titubans, qui verba non explicat, ſed frangit à balbădo dictus; ſed bleſus dicitur, qui literas imperfectè profert.

Ballius eſt officium domini temporalis, vt C. de ſent. ex com. dilecto. lib. 6. & in clemen. 1. de pen.

Balluca eſt publica vtilitas, vel eſt vas luteum. C. de meta. li. 11. ſecundum Accur.

Balnearij fures, qui balneis furantur.

Balneatores, qui miniſtrant in balneis.

Balneatorum inſtrm appellatur, quo vtimur ī balneis l. pictoris, de fun. inſtr. leg.

Bannire, ſecundum dicta vulgarium vr̄ idem eſſe, quod proſcribere, & dicitur bannitus quaſi proſcriptus de ciuitate.

Bannitorium eſt locus cauſarum, alias panditorium.

Bannum ſecundum vulgare Gallicorum & Lonbardorum, vr̄ eſſe edictum publicū, iuxta illud, quod dicit Rayn. c. quod clericis de foro compet. quod preco Pariſienſis nuntiat bannum nomine epiſcopi a Rege.

Baphius dicitur tinctor, & baphia taberna tinctoria, l. C. de murileg.

Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta ſub ordinata forma, d. cōſe. diſt. 4. c. neceſſarium. & per totam diſt. De tripli ci baptiſmo vide ibi cap. baptiſmi vicem.

Barbari ſunt, qui extra Romanum imperium ſunt, & maximè hoſtes. Inſtitut. in proœ.

Barbicarij, de quib. in l. 1. C. de excuſ. art. lib. 10. ſunt, qui barbaricas veſtes intexunt, aliter dicti phrygiones, quorum ars, vt ibidem ait Alcia. eſt ex auro & coloratis filis, in veſtibus hominum animaliūq; effigies exprimere.

Bariles dicuntur vaſa, ſicut in alpiq. ſolent haberi.

Bariona. i. filius columbæ, ita dictus fuit S Petrus, diſtin. 19. ita Dominus, & Mat. 16.

Bartolus lucerna iuris ciuilis, ſic eum appellat. Angel. in l. 1. C. de iud.

Baſes dn̄r orbiculi illi, in quib. vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur, quorū meminit Iac. in l. hæres meus, § pen. ff. de leg. 3. q̄uis apud Iurec. verba mē dosè circumferantur. Sūt & aliæ maiores, vt ſeſſiones columnarū, ſeu ſtatuarum. Sunt & fabricarum, quæ a fundo conſurgunt, & ſuppoſitæ fabricæ ſuſtinent pondus. Et de his intellexit Pompo. in l. pen. ff. de verb. ſig.

Baſes ſtrutiles, ſunt veluti pedamenta, & ſedes columnarum, ex laterib. calceq; non etiam ſoli do lapide, compoſitæ. Alc. & Bu. in l. pe. de verb. ſig.

Baſilica dicitur, palatiū Regis & inde dr̄ quælibet eccleſia baſilica,

ſilica,quia eſt palatium Regis æterni. De hoc per Arch.62.diſt. non oportet 2 & ibi conc. Adde, quod baſilica dicitur eccleſia cõſtructa antequam ſit conſecrata, poſt conſecrationem verò vocatur eccleſia. no.Io. And.in c.nobis,ſup.in verbo eccleſiam,de iure patr.

Baſilicæ viæ ſunt, quas Conſulares,vel prętorias vocant,l.2. ff.ne quid in loco pub.

Baſtangarij ſecundum quoſdã dñr quaſi beſtię angarię,eo ꝙ ruſticos angariabant, i.angebãt ad quintam beſtiam prętandam,vt C.de muril.l. ꝙ ad præſens, lib. 11. & ſecundum Accurſ baſtangarij ſunt de domo prĩcipis. quaſi beſtiarij,primo modo,vel quaſi feſtatores animalium, ſecũdo modo aliter beſtatores.

Ad quod baſtagiarij vel baſtangani,ſm Alc.in rub.C.de muril erant qui veſtes ad tincturam ferebant, referebantq.

B Ante E.

BEare, i.prodeſſe; vnde beati appellantur diuites & fęlices, quia cęteris prodeſſe poſſũt & debent, l.bonorum, de verb. ſign.

Beguardus, & beguina, vel beguita, ſunt viri & mulieres tertij ordinis, qui etiam aliter vocantur fratres de pœnitentia.De his vide clemen.1. de relig.dom.vbi Hoſt.Et vide cle.ad noſtram, de hær. vbi damnatur ſecta talium beguardorum, & beuignarum. Item c.cum ex eo.de exceſ.præl. lib.6. & cle. cum ex eo. de ſent. excom.

Bellum iuſtum quod ſit,innuitur 23.q 2.per Arch.in ſum.& c. iuſtum bellum. Iuſtum videlicet eſt illud, quod fit de præcepto principis de reb. repetendis, vel propter iniuriam repellendam. Sunt autem ſeptem gña bellorũ, de quib. vide Archid. in roſario 23.q 1.c.iuſtum.Et ſciendum, ꝙ belli appellõ accipitur dupliciter, ſ pro ipſo conflictu, vt in ꝗ. bello,in princ. de excuſ tut & ꝓ tempore militiæ, vt Inſt de excut.in princ.

Belos, dictio Græca, quæ idẽ ſignificat, quod telum, l.ſi calumnietur.de verb ſig.

Bñficiũ ſumitur latiſſimè pro oĩ liberalitate. Minus latè pro liberalitate principis, & ſic ſumptum ſignat largè & ſtrictè. Largè vt contineat bñficium. ſtrictè ſumptum, & cum hoc reſcriptũ. & priuilegium Strictè ẽ bñficiũ, principis conceſſio facta a principe de aliqua re vel iure, quod eſt principis concedentis, & per hoc differt a reſcripto vel priuilegio,& licet ita ſtrictè ſumatur. tamen interpretatio latiſſima eſt l.fin. ff. de conſtit. princ. c. cum dilecti, in fi.de donat. & de verbo.ſign.c.olim, ſignificato ſumpto ex natura principis cuius eſt eſſe liberalẽ in his, quæ ſua ſunt,

v. g. Princeps alicui cõcedit domum aliquam delatã ipſi principi cum integro eius ſtatu. Hæc verba ſumuntur latiſſimè: ſ. cum his, quæ inſunt, & adiacentib. & oĩ iure ſuo, l. ſi qñ cum ibi no. C. de bo. vac lib. 10. Sed põne princeps cõcedit alicui domũ, nõ apponẽdo cum integro eius ſtatu, certe ſola domus conceſſa vr̃, q̃a verbum domus ad aliã nõ poteſt extendi videlicet curiã, viridariũ & adiacẽtia, facit l ſi qñ p̃al. niſi aliunde ſumeret̃ ſcia, ꝙ princeps de illis intellexerit. Nam ſola liberalitas non eſt ſufficiens ſigña tũ, niſi aliud ſignificatum concurrat, quia aliàs ſequeretur, qđ concedendo vnam rem videretur aliam concedere. 21.

Bñficium iuris eſt id, qđ a iure cõcedit̃, vel indulgetur. Et horum bñficiorum iuris q̃ ã ſunt ordinaria, quędam extraordinaria, vt illa, quæ ex ſpeciali priuilegio quibuſdam ſpecialiter indulgẽtur, ſicut beneficium reſtitutionis in integrũ ęccleſiæ, vel minori 25. annis conceſſum facit de in integ. reſt. c. & ff. de conſt. prin. l. fi. 32.

Beneficiũ epiſt. D. Adriani Require inf. in epiſtola.

Beneficium nouæ conſtitutionis de fideiuſſore. Require infra fideiuſſor.

Beneficiũ nouę conſtõnis, de duob. reis ſtipulãdi, vel promittẽdi eſt per quod ſubuenit̃ duob. reis debendi, vel promittẽdi, vt ꝑ ipſum poſtulare poſſint ſe nõ in ſolidũ, ſed ꝑ parte poſſe cõueniri, niſi ſe obligauerint, & huic bñficio renuntietur, & hoc adiecta noua cõſtõne in actione de duob. reis promittendi, & ſtipulãdi, q̃a vt dicit Azo. in ſum. C. eo. ti. effectus duorũ reorũ promiſſionis fuit, vt ſi duo, vel plures eandẽ pecuniã promiſerunt, aut ſtipulati fuerũt; ipſo iure ſingulis in ſolidum debeatur, & ſinguli debeãt. Poterat ergo ab vno eorum in ſolidum peti, quia vnuſquiſque eorum in ſolidum erat obligatus.

Beneficium cedendarum actionum Require infra cedendarum actionũ. Quomodo autẽ renuncietur his inſtrumentis, & beneficijs, require infra renunciatio, & de hoc in Spec. tit. de renunc. §. finitis partium, verſ. ſed no.

Beneficium eccleſiaſticum datur ratione officij, de præb. cum ſecundum Apoſtolum, 80. diſtin. ſi quis am. Beneficium ergo tale non confertur excommunicato c. cum bonę, de æta. & qualit. qui officiari non poteſt, nec fructus percipit ſecundum Gof. de cle. excom. mini. § ſi tamen quæris.

Beneficium feudorum Federici, & beneficium fęminæ, hæc duo require in lib. feud.

Bene meriti ſunt, qui aliquod inſigne ſeruitium fecerint, c. ſi quis Papa, 70. diſtin. Nam

pro

pro præmio remunerandus eſt ſeruus libertate,c.eps, §.in crimi nali,12.q.2.tamen bene meritus largè dicitur quicunq; non demeruit,l.ſeruos, ff.de manu.teſt. ſic quilibet dicitur dignus, qui non eſt indignus,cap.dudum,de præſumptione.

Berones ſunt ſacri,quaſi pero nes,a para dicti.Bud.

Berytus, vrbs eſt Metropolita na olim literarũ ſtudijs celeberrima, hodie vulgo dicit̃ lauitus.

Bes,i.octo vnciæ,§.hæreditas, Inſt.de hær.inſt.

Beſtias inquit Vlp.in l.j.de ſol. accipere debemus magis ex feritate, quam ex animalis genere.

Ad beſtias damnati dicebantur,qui in exercitationem depugnandi cum feris in theatro addicti erant,quæ pœna longe mitior erat, quam *beſtijs* obiectorum.Hi enim protinus laniabantur a feris quam primum beſtijs ſubiecti erant.

B ante I

BIarcha, vel biarchus dicitur princeps 40. militum, a bis viginti, & archos princeps dictus,vt colligit, C. de off. quęſt. vbi apparet,quod biarcha eſt mi nor dignitate quam centarcha, cui eſt poteſtas cẽtenarij, qui eſt dexcentum militum.

Adde, quod biarcha vel biarchus vocatur, qui comparet neceſſaria ad vitam totius domus principis Bios.n.Græce,vitam ſignificat, etharchos principem. Alias dicitur biarceus quod vitę neceſſaria curet.

Bibliopola eſt venditor librorum.ff.in procemio.

Bibliotheca, eſt locus, quo libri reponuntur,quod plenius explicat Vlpia. in lib.de leg.3.

Bidentes annumerat Vlpia. inter inſtrumenta ruſtica, l.inſtrumenta, defun.inſt. Eſt autem bidens inſtrumentum foſſorium, ſic dictum, quod duos habeat dentes.

Bifaria,i bis nupta.

Bigamus,ſecundum Hoſt dicitur,qui diuerſis temporib. & ſucceſſiue duas legitimas habuit vxores,3.q.1.operiam. Sed large, & interpretatiue dicitur,qui contraxit cum corrupta vel vidua. 32.d.ſeriatim, vel qui duas vxores habuit ante baptiſmum, vel vnam ante baptiſmum, & aliam poſt 34.d.c.ſi quis viduã, vel qui caſtitatem promiſſam violauit, 27.q.1.quotquot,vt ſubdiaconus vel monachus, qui contrahit de facto,cum de iure non poſſit, vel qui vnam de iure, alteram de facto, vel qui de facto duas duxit vxores, vel qui vxorem adulterã poſtea ſciẽter cognoſcit. Nã non põt promoueri ad ſacra,cuius vxor adulterata eſt, ẽt ſi eã virginẽ duxerit, dũ poſt adulteriũ eã cognouit,alias ſecus,34. diſ.ſi cuius vxorem. Sm̃ quoſdam ãt indiſtinctè bigamus cenſet, etiamſi

ignoranter cognoſcat eam, ſicut qui publicam pœnitentiam egit vel repudiatam duxit, 50. diſt capite ieiunij. Dr̃ autẽ bigamus ſecundum Inño iuxta vulgare pro uinciali\u0169 quaſi bis gamus. i. ſtultus vel fatuus, quia ibi ſtultus dr̃ gamus. Vel dr̃ bigamus a bis, qđ eſt binum, & gama, ꝙ eſt mulier, quaſi homo binæ mulieris, vel bini coniugij. Et licet bigamus ad ſacerdotium promoueri non poſſit, c. j. de biga. quia prohibentur bigami non propter culpam, ſed propter ſacramenti defectum. c. debitum, eo. tit. tamen in neceſſitate bigamus ordinatur ĩ ſubdiaconum, 34. diſt. ſubdiaconus. Et bigamus non eſt ille, qui contrahit cum vidua, ſi eſt incognita. c. debitum, pręall. Nec eſt bigamus contrahens cum vnica, & virgine, de cler coniug. c. ſanè.

Bigamia triplex eſt, vna videlicet, quando quis duas, vel plures habet vxores. Alia eſt cum quis contrahit cum corrupta. Tertia eſt, quando quis caſtitatem promiſſam per votum ſolenne violat, vel quando ſcienter cognoſcit vxorem adulteram, & cum talib. non diſpẽſatur, & qui tales ordinat, priuãtur officio & poteſtate ordinandi. Et ſimiliter ordinatus tali ordine priuatur, vt no. eod. tit. c. 2.

Bima. i. duorum annorum, de ann. leg. l. 3. & de vſufru. leg. l. ſi vſusfructus.

Biſſextus, hęc dies 66. vt not. in l. cum biſſextus, de verb. ſig. Et vnde dicatur, not. Ber. in c quæ ſi uit. de verb. ſig. & not. ſl. de ſtatu: lib. in l. cum hæres, §. Sticus.

B Ante L.

Bladum ſecundum Accurſi. in l. triticum, de ver. obl. dicitur omne, quod in area teritur, quæ diffinitio etiam Bart. placet in l. 1. ff. de ea opere: de aqua plu. arcen.

Blãdiri ſibi, apud Vlpia. in l. 3. de admin. tu. eſt, ſe ipſum fallere.

Blaſphemare q̃d ſit, docet Bar. in l item apud Lab. §. ait, de iniu.

Blæſi (teſte Budæo) ſunt, q̃ certam aliquam literam ex primere non poſſunt; mentio fit in l. item Offilius, de ædil. edit de quo & ſupra in verſi. Balbus.

B Ante O.

Boetij legiſtarũ adiutores eorum ſunt, qui rõnes publicas diſcutiunt. Et inde Boet. nomen accepit. Boeta. n. Græcè, Latinè dr̃, adiutor, ſecundum Acc. C. de tab. ſcr. & Boe. lib. 10.

Bolida, vel bolidis eſt maſſa plumbi, quam mittunt nautæ ad mare, ad experiendam pro funditatem. Vnde, Per bolidam plumbi, dic maſſam ſignificari; Per q̃ nauta ſolet maris explorare profundum.

Bobycina veſtimenta appellãtur, quæ ex bombycum verminũ

telis

tel is cõfecta ſunt,l.veſtis, de au. & arg.leg

Bona dicuntur ſic a beando, eo quod beant,i.beatos faciunt, vel proſunt.Nam beare idem eſt quod prodeſſe,& quod prodeſt, beat.l.bonorum,ff.de verb.ſigni. Sumitur autem hæc dictio pro omnino bono vtili,delectabili,vel honeſto ſpirituali,vel temporali,vt de anima. In iure autem hæc dictio,bona in plurali, & neutraliter ſignãt res nras, quæ ſunt in dominio noſtro,vel quaſi,in d.l. bonorũ, & ipſa res ex ſuo ꝓprio ſignãtu cõiter accepto, ſignat deducto ære alieno, Qnq; aũt non deducto ſignare concluditur, v.g. Teſtor legat alicui certam partem bonorum, & ibi bona dñr ære deducto alieno,l.cum aũt,ff. de le.2 Nam ſenſus eſt,ꝙ per hrdem deducto oĩ ære alieno de hęreditate legatarius hẽat quartã in bonis,q̃ ſuperſunt, i.quotam ſibi legatã & ſine onere creditoris,vt in l.præalle. Sed vbi teſtor hærede inſtituto legat Titio omnia bona,vel per fideic.vult reſtitu,ſignat æs alienum non deduci imò tranſire ad legatarium vel fideicommiſſarium, & ita idem ſignificat,quod hæreditas,l.nam quod §.fin. cum ſeq. ff. ad Treb. Finaliter ergo hæc dictio, bona, ſignificat latiſſime omne, quod quovis modo poteſt prodeſſe. Et prout in iure accipitur in communi ſignificatu, ſignificat q̃ ſunt in noſtro dominio,vel quaſi,deducto ære alieno.Etiam ſignificat hæreditatem, quando probabile medium commodius hoc declarat. Et ſic bonorum appellatio, aut eſt ciuilis,aut naturalis:Ciuiliter. n. ſignificat ſicut lex, & eius ſignificatum ſe adaptat, & in bonis annumeratur, ſi quid eſt in actionibus petitionib.perſecutionibus, l. bonorum.ff.de verb.ſign.

Bona aduetitia,caſtrenſia,quaſi caſtrenſia,profectitia,quę ſint vide in ver.Peculium.

Bona ciuitatis abuſiue publica dicta ſunt. Sola.n.publica ſũt, quæ populi Romani ſunt,vt l.bona,ff.de verb.ſign.

Bona materia, & materni generis ſunt illa, quæ ex matre,vel auia debentur filijsfamilias, vel emancipatis deferuntur,& quandoque pronepotibus puta res auiæ ipſorum.

Bona vacare eſt ipſa dominum non habere.

Bonorum poſſeſſor dicitur ille,qui de iure prætorio alteri ſuccedit, quia bonorũ poſſeſſiones a prætore ſunt inuentæ.Et eſt differentia inter bonorum poſſeſſorem,& hæredem,quia bonorum poſſeſſor de iure prætorio ſuccedit, Inſtit. de bonorum poſſeſſion.§.1. & ff.eo. tit. per totum, & eſt nomen iuris, vt not. Ber. de cau.poſſ.& proprieta.in gloſ. 4. & ff.de verbor. ſignifi. l.hæreditas. Aliud eſt poſſeſſor bonorum, duæ dictiones non nomen

compoſitum, ſignificans factũ, & non ius, ſed hæres ſuccedit de iure ciuili.

Bonorũ poſſeſſio ponitur pro vna dictione ſecundum Azo. & ſignificat ius recipiendi proſequendiq. & retinẽdi illud, quod in bonis illius erat, cui ſuccedit de iure prætorio, & differt a petitione hæreditatis, quæ eſt de iure ciuili, vt Inſtit. & ff. præall. Item eſt ius, quod proſequimur & in hoc differt ab actione hæreditaria vniuerſali, ſ. poſſeſſoria hæreditatis petitione. Et quando ponitur pro vna dictione, vt bonorum poſſeſſio ſignificat hoc ius. Si autem dicitur poſſeſſio bonorum, tunc ſignificat factum. Diuiditur autem bonorum poſſeſſio, quia alia eſt ordinaria, alia eſt extraordinaria. Alij diuidunt bonorum poſſeſſionẽ in has duas ſpecies, ſ. bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti, & bonorũ poſſeſſionem cõtra tabulas teſtamenti, vt infra dicetur.

Bonorum poſſeſſiones extraordinariæ ſunt duæ ex teſtamento, ſ. ſecundum tabulas, & contra tabulas. Et quatuor ab inteſtato, ſ. bonorũ poſſeſſio, vnde liberi, bonorũ poſſeſſio, vnde cognati, bonorum poſſeſſio vnde agnati, & bonorum poſſeſſio vnde vir & vxor, quarum deſcriptiones ſubijcientur.

Bonorum poſſeſſio extra ordinaria duob. modis ſumitur. Vel quia non eſt ſtabilita certa parte edicti, ſ. ex teſtõ tñ. vel ab inteſtatõ tñ, ſed vt vaga, qñq; ex teſtõ, qñque ab inteſtato defertur, & competit tñ his, qui vocantur ex nouis legib. vt ecce mater alijs in teſtõ inſtitutis, poſtea in puerperio deceſſit, & filiũ, quẽ geſtabat in vtero præterijt. Præſumitur. n. filius hic inſtitutus, & habet bonorũ poſſeſſionẽ ſecũdũ tabulas & ſeptimã partẽ extraordinariã. Cuius bonũ eſt exemplum ſecundum leg. Corneliã, tam ex teſtõ quã ab inteſtato, quæ fingit eum qui moritur in captiuitate, deceſſiſſe ipſa hora captiuitatis. Et ideo q̃libet põt ei noua. l. Corn. ex teſtõ ab inteſtato ſuccedere, vt Inſtit. de bonorum poſſ. §. 7. Dicitur autẽ extraordinaria poſſeſſio, quia ius nõ tribuit, vt Carboniana, & quę datur vẽtri, & quæ datur gratia litis agnoſcendæ, vnde & extraordinaria datur ſine cauſæ cognitione, quæ in ordinarijs, quia omne ius tribuit neceſſaria, eſt. Itẽ bonorũ poſſeſſio aliter diuidit; q̃a alia dr̃ bonorũ poſſeſſio edictalis, vt quæ ex edicto prætoris mortui decernitur. Alia vero bonorũ poſſeſſio decretalis, quæ a viuo prætore decernitur. Vel quia hodie non eſt neceſſarium eam decerni vel dari. Dicitur decretalis ſiue iudicialis a iudicis pſẽtia, q̃ in eius agnitione exigitur ſecundũ Azo. poſſet & illud dici vnã eſſe bonorũ poſſeſſionẽ, edictalẽ, & eãdẽ appellari decretalẽ vel iudicialem ex eo, quod accipit

pit efficaciam ex præſentia iudicis. Nec eſt differentia inter decretum, & decretale, licet quidam dicant contrarium. Repellũtur autem a bo. poſſ. qui amiſerunt libertatem vel ciuitatem, vt ff. eod. l. edicto. Petitur autẽ bon. poſſ. a liberis infra annum vtilẽ, ab agnatis autẽ, & cognatis inf. centum vtiles dies, & ſi plures ſint in eodem gradu, omnes admittuntur. Si autem repudiauerint vel emptores ſint excluſi, ſtatim poſſunt admitti ſequentes infra eadem tempora, vt Inſtit. eod. tit. § liberis itaque.

Adde quod bonorum poſſeſſiones edictales appellantur illę, quas ordinarias vocant, quæ quidam ius tribuunt; decretales vero ſunt, quæ vulgo dicunt extraordinariæ: & hæ ſunt facti, qualis eſt Carboniana, & quæ ventris nomine decernitur, & his ſimiles quæ omnẽ vim ex decreto Prætoris accipiunt, vt elegãter docet Alciatus in l. delata, de verb. ſig.

Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt ordinaria ex teſtamento. Et dicitur eſſe ex teſtamento ſecundum Azo non quia iuuatur ex voluntate defuncti: ſed quia non habet locum niſi exiſtente teſtamento, & datur ſcriptis hæredib. & eis deficientib. vocantur ſubſtituti. Et inde ſubſtitutis deficientib. vocantur ſubſtituti eis. Petuntur autem ex originalib. tabulis tantum, & non exemplo. Item ſi fiat quæſtio de tabulis, debet probari cuiuſcunq; intentio per ſeptem teſtes, & nõ per duos tm̃ ſecundum Azo. licet quidam dixerint contrarium. Si autem teſtator non facit teſtamentum in ſcriptis, ſed in verbis, vel nuncupatione rerum vel hominum, datur bonorum poſſeſſio ſecundum nuncupationem teſtamẽti.

Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur, ſecundum Spec. in tractatu de libel. titu. de teſt. §. ſequitur videre, vbi dicit, eſt & alia bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, quæ datur filio, vel nepoti præterito contra teſtamentum patris, vel aui, qui filium, vel nepotem in teſtamento ſuo, vel vita præterijt, & datur et in tabulis, ſi filio, vel nepoti legauit, ipſe tñ legatũ nõ agnouit, & ſecũdũ Azo. in ſum. eo. tit. defertur liberis naturalib. & legitimis tantum, puta adoptiuis. Item natis & naſcituris. Item emancipatis præcipue & his, qui erant in poteſtate defuncti, & dãtur illis, à quibus potuit aut hæreditas, aut bonorum poſſeſſio peti de iure communi: datur autem a patre naturali, & in adoptione non habet locum hæc bonorum poſſeſſio, niſi inſtituantur ab eo hæredes, & alius eis committat edictum. Item alia eſt bonorũ poſſeſſio contra tabulas ſecũdum Spec. ibidẽ, quę dat patri vel matri, auo, vel proauo, ſi ſint præteriti ex teſtã filij vel nepotis emãcipati gratis, & ſine pecunia,

tilhia, cum quod non eſt factum pactũ, ne pater, vel auus inquietaret ſua iudicia, nec receptum eſt ab eo, quantum ſatis eſt, qui etiam nec miles, nec in militia deceſſit. Item ſecundum eundem ibidem eſt alia bonorum poſſeſſio contra tabulas, quæ datur patrono præterito contra teſtamẽtum liberti, ſi ſit maior centenario ad recipiendum per patronũ tertiam partem ſibi debitam de iure, & datur patrono, ſi ſit præteritus omnino, vel etiamſi ſit ſibi minus tertia parte legatum, & tunc datur pro ſupplemento vſque ad tertiam partem. Et differt in hoc ſecundum Azo. a bonorũ poſſ. quæ datur liberis, quia tunc hæc demum datur, ſi hæreditas liberti ſit adita ſaltem ab vno de hæredib. Sed illa, quæ datur liberis, ſatis eſt quod quis potuit eſſe hæres, licet non potuerit petere ſecundum tabulas bon. poſſ. Item notandum, quod querela inofficioſi teſtamenti fere hoc idem operatur, quod bonorum poſſeſſio contra tabulas, quia teſtamentũ reſcinditur de facto. Sed Spec. dicit, quod de iure ſciſſum & irritum eſt. Sed in hoc differunt, quia bonorum poſſeſſiones omnes prætoriæ actiones ſunt, vel edicta prætoria. Querela autem inofficioſi teſtamen. ciuilis eſt. Et præmiſſæ bonorum poſſeſſiones ordinariꝫ ſunt, & competunt ex teſtamento. Aliꝫ bonorum poſſeſſiones cõpetunt ab inteſtato.

Bonorum poſſeſſio vnde liberi, ſecundum Spec. vbi ſupra, §. viſo, datur filio emancipato, quãdo pater decedit ab inteſtato, & eſt ordinaria, & eam non habent liberi in linea materna, l. quoties, C. de ſuis & leg hær.

Bonorum poſſeſſio, vnde agnati, vel vnde legitimi ordinaria eſt, & ſecundum Spec. ibidem datur proximis cognatis coniunctis per virilem ſexum poſt liberos ab inteſtato. Et nota, quod bonorũ poſſeſſio vnde legitimi non eſt caput ſpaciale, ſed generale, concurrens cum alijs ſpeciebus bonorum poſſeſſionibus, ſcilicet cum vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde ex lege, & ſenatuſconſulto.

Bonorum poſſeſſio vnde cognati ſimiliter ordinaria eſt, & ſecundum Speculatorem datur his ab inteſtato, qui per fœmineum ſexum coniuncti ſunt, vt ſi neque liberi, neq; legitimi exiſtant cognati proximi ſuccedãt.

Bonorum poſſeſſio vnde vir, & vxor ſimiliter ordinaria eſt, & datur viro muliere ab inteſtato decedente, agnatis, vel cognatis non exiſtentibus, vel econtra datur mulieri, viro ab inteſtato decedente agnatis & cognatis non exiſtentib. Et hæ omnes ordinariæ quatuor bonorum poſſeſſiones competunt ab inteſtato. Aliæ verò quæ ſequuntur, ſunt extraordinariæ.

Bonorum poſſeſſio extra ordinaria

naria eſt, quæ nomine caret ſecũ dum Spec. ibidem, & competit his, qui ex lege, ſenatuſconſulto, & conſtitutionib. principũ, tã ex teſtamẽto, quam ab inteſtato veniũt, ſ. vt cum aliquis vult ſuccedere patri ſuo, quem ab inteſtato deceſſiſſe inuenit, cum ab hoſtibus redit, vel cum a captiuitate fuerit emancipatus, & ſic iu re ciuili cum cognatis in ſucceſſione iure poſtliminij petit ſibi hanc bonorum poſſeſſionem.

Bonorũ poſſeſſio ex lege Cornelia eodem modo datur filio emancipato de iure ciuili incogni to, cum vult ſuccedere patri de cedenti ab inteſtato [apud hoſtes in captiuitate.

Bonorum poſſeſſio extra ordi naria ſeptima datur vno modo patrono volenti ſuccedere liberto, ab inteſtato decedenti ſine liberis: Alio modo filio volẽti ſuccedere in bonis matris, vel ẽ cõ uerſo. Et datur alio modo infanti vel curatori eius, volenti ſuccedere ex teſtamento matris; quæ teſtamentum mutare non potuit prænenta morte cum in puerperio deceſſit, & alios filios cohæredes inſtituit. Datur autem hæc bonorum poſſeſſio filio adoptiuo, vel arrogato volenti ſuccede re patri adoptiuo, vel arrogatori ab inteſtato decedentis. Omnes autem bonorũ poſſeſſiones præmiſſæ ius tribuunt, ſed quæ ſequuntur ius non tribuunt, licet facti ſint.

Bonorum poſſeſſio Carbonio na eſt illa, per quam filius impubes volens ſuccedere in bonis patris ab inteſtato tanquam proximior, vel rumpere teſtamentum, poteſt per contra tabulas, vel dicere ipſum nullum ipſo iure cum fuerit præteritus cum obijcitur ſibi controuerſia bonorum, & filiationis, vel mouetur ſibi quæſtio ſtatus; puta quod ſit ſeruus, peti per Carbonianum poſſeſſor inſtitui per controuerſiam motã de bonis, & filiationem quæſtionum ſtatus vſq; ad tempora pubertatis ſuæ differri. Et datur ſolum cognitione luminaria: Require infra Carbonianum.

Bonorũ poſſeſſio nomine ventris datur mulieri prægnanti in bonis mariti, in quibus ſecundũ dignitatem ſuam ſibi & familiæ ſuæ alimenta conſtituuntur.

Bonorum poſſeſſio ex edicto diui Adriani toll. datur alicui volenti ſuccedere in bonis alicuius ex teſtamẽto, in quo inſtituitur, vel inſcriptus eſt ex eo, quod oſtendit teſtamentum non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua parte ſua abraſum, ſecundũ Alb. Et datur volenti ſuccedere ab inteſtato ſecũdum Gof quod probat ſecunda pars rub. quæ dicit deſcripto hærede. Sed ratio Gof. dicit contra in ſumma. Hoc tamen notandum ſecundũ Spec. de bon. poſſ quod bonorum poſſeſſiones olim fuerunt vtiles, ſed hodie ſunt inutiles preterquam in

in quinq; caſib. Primus quando viuo teſtatore poſthumus pręteritus deceſſit, quaſi videatur teſtamentum ruptum iuris ſolemnitate, cum nihilominus hæres ſcriptus ex iſto teſtamento petit bonorum poſſeſſionem, vt in l. poſthumus, ff. de iniu. rup. & irrit teſtamen. Secundus eſt in l. filius, eod. titu. Tertius Inſtitut. quibus mod. teſtamen. infirm. §. 1. Quartus in l. hæres, ff. de decre. ab eo. facien Quintus in l. ęquiſſimum, §. 2. eo. tit. & l. filius, C. de inoffi. teſtamento.

Bonorum poſſeſſio ex teſtamẽto militis in militia decedentis, non datur patri, vel auo, vel proauo, vel contra tabulas, vt C. de teſtamento milit. l. ne quidam, & l. milites.

Bonæfidei emptor dicitur qui ignorauit rem alienam eſſe, vel putauit venditorem habere ius vendendi, ſcilicet eſſe procuratorem, vel tutorem, ff. de ver. ſign. l. bonæfidei.

Bonę fidei poſſeſſor eſt, qui credit ſe aliquam rem iuſte retinere ſed malæfidei poſſeſſor eſt, qui ſcit ſe iniuſte aliquam rem poſſidere, vt in reg pol. de reg. iu. libr. 6. & Inſt. de vſucap. per totum.

Bonum & ęquum teſte Budęo abſolutam bonitatem, æquitatemque ſignificat, & ceu iuris medullam.

Bos cornupeta, eſt bos, qui facile cornu petit, i. cornib. pungit.

Boues non continẽtur ſub appellatione iumentorum, ſed pecudum, vel armentorũ, ff. de ver. ſign. l. boues vnde ſi lego armentum, continẽtur boues, ff. de leg. 3. §. armento. ſed ſi lego iumenta, non continentur, l. legatis, §. iumentis, eod. tit. ff. de ædil. edi. l. ædiles.

B ante R.

Brabautę, latine deſignatores appellantur, l. athletæ ex quibus cau. infa. irro. Sunt autem qui conſtituendis pompis præſunt, vni cuiq; incedendi locum & ordinem præſcribentes, nõ diſſimili munere eorũ, qui Romæ vocãtur magiſtratus ceremoniarum.

Bractearij in l. 1. C. de exc. tu. ar. dñr, qui aurũ malleis tuſum, & ad quamuis tenuitatem dũctile, reb. inaureandis inducunt. Nã bracteæ ſunt auri tenuiſſimæ laminæ. Bud.

Brauium victoriæ præmium.

Brephotrophus appellatur gubernator infantium, pauperum, & orphanorum, & brephotrophium locus, vbi hmõi infantes publicę aluntur.

Breuiter no. Io. Cal. in conſil. ſuo ſuper decreta, cum dilectus, de cau. poſ. & propo. Et Io. And. de teſt. c. 1. lib. 6.

Breuis, breue, breuiarum, dãr epitomæ ſiue commentarioli rerum ſummas complectẽtes, quæ vocantur ſummaria.

Breuiatores qui ſint, nota in

auth.de conſu. vlt.col. & ſunt etiã in curia Ro. officiales,qui ſic dñr, qui ſcribunt, & dictant reſcripta curiæ Ro.

Breuiloqua, hæc dictio ſignãt ſubſtõnem,quæ breuibus verbis continet ſubſtitutionem,cumulationem,ſeu multiplicationem.Etiam breuijoqua eſt illa ſubſtõ, qua ſubſtõnis vnius perſonæ ad aliam fit repetitio.Item breuiloqua illas tot, & eodem modo ſignificat ſubſtitutiones, vt ſignificant eius verba,vel quæuis aliũde ſumpta ſignificata. Et dicitur breuiloqua, quia breuib. verbis fit,& breuib.verbis comprehendit plures ſubſtitutiones, vt not. Ac.& Bar.ff.de vul.& pup.ſubſt. De hoc vide inf.ſubſtõ breuiloqua.

Brocardica materia dicitur, quæ eſt contrariarũ opinionum rationibus inuoluta.

Brutus dicitur quaſi obrutus, quia ſenſu caret,& eſt ſine ratione, & prudentia ſecundum Iſid. vnde brutire.i.infatuare.

B ante V

BVbulcus dicitur tam qui bobus arat, quã qui boues paſcit.l.cũ delanionis,de fun. inſtr.

Bubulus eſt magnus, & ſilueſtris bos, vnde bubalinæ ſtragulæ,ex bubulorum pellibus confectæ,ſed buculus eſt paruus bos.

Bucus eſt garrulus, qui cæteros oris loquacitate, non ſenſu ſuperat ſecundum Iſid.

Buccellarij ſunt latrones, qui ponũt in ore captiuorum lignũ, vt non clament.C.ad l.Iul.de vi. l.vl. vel melius dicebantur equites cataphracti per orientem,qui ſuberant magiſtro militum, author Alc.l.1.C.de ero.mil.an.

Buccellarius, vt ſentit idem Alci.in præall. l. 1. C.de ero.mi. an.appellatur id genus panis,quẽ vulgo vocant bis coctum, nimirum ad diuturnitatem vſus excoctum.

Buccinum, ſpecies purpuræ l. ſi cui.de leg.3.

Bulla eſt ſigillum Papæ,vel litera,quam dat Papa,vel ornamẽtum ſchedulæ.

Buproſtis animal eſt valde noxium,haud abſimile ſcarabeo, cuius mentio fit in l.3. ff.ad l. Cor. de ſic.

Burdo, partus eſt ex equo, & aſina,l.item legato,de le.3.

Burgos vocant crebra per limitem habitacula conſtituta.

C ante A

CAballatio munus alendi equos publicos.

Cacabos annumerat Paul. in l.cum delanionis,de fun.inſt. inter inſtra fundi. Sunt autem vaſa in quib. coquitur pulmẽtarium.

Cadat ab omni iure ſuo, iſta verba important per ſententiam. Fel.in c.Rod.in 18. verſ.cadit ab omni iure ſuo,de reſcr.

Cadu-

Caduca glans, quæ ex arbore cecidit, l. Syl. de verb. ſign.

Caduca bona, quæ ad fiſcum deferuntur, l. pen. de his quæ in teſta. delen.

Caducum legatum ſecundum Azo. in ſum. de cad. tol. eſt, quod deficit, poſt mortem teſtatoris quacunque ratione. Et quia quibuſdam modis, & rationib. iniquis olim legata fiebant quãdoque caduca, ideo lex ponit vnam rub. C. de cad. tol. Et differũt pro non ſcriptum quaſi caducum & verè caducum. Vnde legatũ pro non ſcriptum eſt, quãdo legatur alicui damnato in metallum, vel non exiſtenti rerum natura, puta non nato. Quaſi caducum eſt, quando non omnino cadit, ſed verè caducum eſt, quando legatarius vixit poſt mortem teſtatoris, & ſuperuenit ei conditio, propter quam efficitur incapax legati. Sed in alio caſu legatur illi, qui eſt in rerum natura, ſed moritur ante mortem teſtatoris. Primum accreſcit ſine onere, ſecundum vero cum onere.

Cadus vas erat vinarium, in quo vinum diffuſum ſeruabatur, l. penult. de vino. tri. & ole. leg.

Calamitas eſt infelicitas, vel miſeria, quæ euacuatur omni bono, vel eſt pœna, vel labor immenſus.

Calatacomitia, de quibus fit mentio. Inſtit. de teſt. or. q. olim eſſent, enarrat elc. Anl. Gel. libr. 15. c. 27.

Calcaria eſt locus vbi calix conficitur, leg. aut damnum, de pœn.

Calcearium, quod pro calceis impenditur.

Calcitioſus equus eſt, qui ſolet calce ferire, id eſt pedibus retro ſe percutere.

Calculator ſecundum Iſid. dicitur à calculis, i. lapillis minutis, quos antiqui ĩ manib. habuerunt, componendo numeros.

Calculus, i. Computus, C. de erro. calc. l. vnica. Item eſt cauſæ cognitio, & enumeratio. vt C. de iud. l. rem non nouam. Item prima ſententia diffinitiua. C. de ap. ſi actor. Vide aliquid de calculo & fide inſtru. cum dilectus.

Calendæ, & calendarium, vide in litera K.

Caligatus, i. miſerrimus. Inde caligatus miles, dicitur, qui habet ferreas ocreas, vel calligas de corio. Etiam idem eſt quod infirmus vel obſcurus, has expoſitiones facit gloſ. in l à caligo. C. de nup.

Calliditas, require infra dolus malus. Eſt n calliditas dolus adhibitus tacendo, vt ff. de do. ma. l. 1. in gloſ. inde callidus, i. fallax vel aſtutus.

Calumniæ ſecundum Hoſt. in ſum. eſt. cum quis ex certa ſcientia iniuſte agit, vel reſiſtit, ff. ad Turp. l. 1. §. calumniari. Vel eſt petitio iniuſta ex certa ſcientia in iudicio facta, & iuſtæ petitioni iniuſta reſponſio, vel eſt falſi criminis

minis impoſitio,ff.de ver. ſign.l. ſi quis calumnietur.

Calumniari ſecūdum Azo. in ſum C. de cal. eſt falſa crimina ſcienter intentare, & alicui opponere vel imponere. Et ex eo, quod quis non probauit crimen, calumniari videtur, licet tex. videatur ſonare in contrarium, q talis non ſit calumniatus, 2 q.3. §.nouandum, vbi dicitur Calumniari eſt falſa crimina intentare, ſeu intendere. Præuaricari vero crimina abſcondere. Tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Sed non vtique qui nō probat quod intendit, calumniari protinus videtur, ſimilis tex. in l.1.ff.de ſenatuſconſ.Turpi.

Calumniator eſt, qui ſcienter aliqua falſa crimina imponit vexādi occaſione, vt ff. ad Tur.l.1.in prin Vnde ſecundum Iſid. Calūniator a calumniando, i.fruſtrando, vel decipiendo dictus eſt. Et inde dicitur iuramentum calumniæ, ſ. vitandæ. Et eſt aſſertio veræ petitionis, vel repulſionis, ſecundum Goff. cum quis iurat, ſe bona fide, & non calumniandi animo cauſam mouiſſe, vel quod venerit ad reluctandum, putans ſe bona iuſtitia vti.C. de iur.cal. l.1.§.1,& habet quinq; c. vt cap. 1.eo.tit vbi gl.

Camelarij ſunt ductores, curatoreſq; camelorum, & camelelaſia munus agendi, ac curandi camelos, nam cameli iuramentum operam præſtabant impedimentu exercitus comportandis.

Camerata arca eſt vehiculum contectum, quo matronæ, & valetudinarij geſtantur, l. ſed addes,ff.loc.

Cannium potio eſt, quæ fit ex hordeo & alijs frugib. & eſt ſpecies ceruiſiæ, vt meminit Vlp. in l.ſi quis vinum,ff.de vino trit.& oleo leg.

Canapis herba notiſſima, ex cuius cortice funes fiunt, l.1. de exer.actio.

Cancellare eſt ſcripta tranſductis lineis inſtar cancellorum delere,gl.in l.ſi quis libertatem,de pet.hæred.

Cancellario nomen accepit a cancellando, cuius officium eſt reſcripta vel reſp. Imperatoris,& mandata inſpicere, & mala ſcripta cancellare, & bene ſcripta cum ſignaculo ſuo ſignare, & ſigillum eis imprimere. Inde etiā venit archicācellarius quaſi princeps cancellariæ ſecundum Azo. in ſumma.

Cancelli dicūtur ligna inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum connexa.l.quæſitū,de fun.inſt.

Candidati principis erant ex Quæſtorib.qui orationes epiſtolaſq; principis in Senatu recitabant,l.1.de off.Quæſt.

Canon Græce,eſt regula Latine 3.d. can, Et in vna ſignificatione eſt id, quod in concilio generali, vel prouinciali ſtatuitur, & ſic capitur de conſ. canonum ſtatuta. In alia ſignificatione videtur

detur eſſe, id quod ab emphyteuta dr̃ re emphyteutica ſoluitur, & ſic videtur ſumi ab Azo. in ſu. de iu. emph. ver. ex hoc autem contractu. Etiam dicitur illud, q̃ ſumitur pro pedagio, vel vectigali, vt in rubr. ff. de pub. & vecti. Vnde & canonica illatio in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. pro ordinaria tributi præſtatione.

Canonum quidam eſt latę ſententiæ, quidam ferendæ. Et primum exprimitur per verbum innodatus, vel eoipſo. Secũdus per verbum innodetur, vt eſt gl. in c. quicunq. de hær. lib. 6. Item canõ habet ſub ſe quatuor ſpecies 25. q. 3. ſi quis dogmata.

Canon frumentarius vrbis Rom. eſt certus numerus menſurarum frumenti, quæ ſingulis annis mittebantur Rom. l. 1. & 2. eod. titu. lib. 11. quod erat etiam de oleo.

Canon largitionalium titulorum, eſt ſumma tributi, & præſtatur de regulari præſtatione a prouincialibus fiſco. Et dr̃ tituli, qui ex ſpecialibus titulis, i. literis, breuibus ve chartis leguntur. C. de anno. & trib. l. 3. & l. 1. de canone larg. tit. lib. 10. ſecundum Accur.

Canonia eſt ius, quod prouenit ex electione, & receptione in fratrem, vel eſt ius percipiendi fructuum præbendæ, ſiue reditus, c. relatum, de præb.

Canonia eſt nomen tit. & iuris Præbenda vero nomen facti, & cadit in extraneũm, ut no. Innoc. in c. cum M. de conſt. quære infra, Præbenda.

Canonica monitio eſt quãdo interuenit citatio cum tribus monitionibus, uel una peremptoria tres continens, de qua in c. conſt. quam de ſen. excom. lib. 6.

Canonica portio eſt a canone deputata eccleſiæ parrochiali de relictis a parochiano, defuncto illi eccleſiæ, vbi elegit ſepulturã cum alibi quam in parochiali elegerit eam, & ſecundum varias cõſuetudines alia, & alia. Nam alicui medietas, alicui tertia, alicui quarta datur, de ſep. c. certificari.

Cantare, & legere differunt, not. pro ſtatutis, qui tenetur cantare, non ſatisfacit diſpoſitioni legendo, ſed cui permittitur legere, permittitur cantare. Abb. in c. quod inte. de pœ. & remiſ. & in c. vt quiſque in 2. not. de vita, & hon. cler.

Cantharus, vt quibuſdam videtur, appellatur illud aquę conceptaculum, vnde ſalientes aquę erumpunt, l. cætera de leg. 3.

Cantharis animal eſt venenatum, l. 3. ff. ad leg. Cor. de Sic.

Capere eſt ita accipere, vt id, quod capis, tuũ fiat. Vnde aliud eſt capere, & aliud accipere, quia capere eſt cum effectu id, quod ſecum remanſurum eſt, ideo non videtur quis capere, quod erit reſtituturus. Sed accipere eſt, ſi qs non ſi accipiat, vt habeat, & ſic accipere potes illud quod nõ ſit

tuum

tuum accipiendo, ff. de verb. ſig. leg. aliud eſt capere.

Capiendis, i. diſtrahendis pignoribus, tributorum, require infra, pignus.

Capitale crimen quod ſit vide ff de pęnis, l. rei capitalis, de bon. poſ. l. edict. §. rei capitalis.

Capitalem fraudem admittere, eſt tali quid delinquere, propter quod delinquens capite puniendus ſit, l. cum autem, §. excipi tur, de ædil. ed.

Capitales inimicitię ſunt, cum quis alicui minatur mortem, cũ odit, vel ad mortẽ deſiderat, vel qui eum accuſauit criminaliter, & idem dic. quando eſt quæſtio de omnib. bonis, vel maiori parte, argumento in capitulo, infrequens, de reſt. ſpol. lib. 6. Nam bona temporalia ſunt vita hominũ, l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iu. vbi eſt gl. vitam, facit text. in l. 2. C. de conſt. pec. quem tex. Bald. alle. in c. cum cauſa, de re iudic. ad hoc, quod pecunia deſeruit neceſſitati humanæ, de hoc vide Pan. in c. cum oporteat, num. 2. de act.

Capitales pœnæ tres ſunt; Prima eſt mors corporalis, leg. capitalium, ff. de pę. Secunda eſt damnatio in metallum, l. quidam, ff. de pęn. tertia eſt deportatio? ex tali non perditur libertas, ſed ciuitas, de hac materia vide Fel. in c. qualiter, & quando 2. de accuſ.

Capitales trium viri carceris cuſtodiam habebat, vt cum animaduerti in aliquem opus eſſet, eorum fieret interuentu, l. 2. §. cõſtituti, de orig. iur.

Capitalia iudicia dicimus, quę vltimo ſupplicio homines afficiunt, vel libertatem, aut ciuitatẽ eis adimunt. l. 2. de pub. iud. & Inſtit. de pub. iud. in prin.

Capitalis cauſa intelligitur ẽt vbi tractatur de exiſtimatione, l. licet capitalis, de verb. ſign.

Capitalis inimicus quis dicatur, vide Accur. ff. de arb. l. licet autem in gl. 3. Bar. ff. de quęſtion. leg. 1. §. ſi quis dicatur.

Capitatio eſt genus tributi, ꝙ pro cuiuſque capite infertur, nulla habita ratione facultatum.

Capitatio ciuium cenſib. eximenda capitatio, i. cenſus capitis. Vnde dicebãtur ciues Romani, per excellentiam exempti, & quædam orientales prouinciæ, l. vnica, C. eod. tit. lib. 11.

Capite cenſeri dicitur, qui dat cẽſum pro capite, C. in quib. cau. colo. cen. do. acq. poſſ. lib. 11.

Capitis diminutio eſt ſtatus commutatio, vt qñ liber efficitur ſeruus. Et eſt triplex diminutio capitis, ſ. maxima, media, & minima. Minima capitis diminutio eſt, qñ quis nec ciuitatem, in qua moratur, nec libertatem amittit, ſed tñ patitur contra ſe ſtatus cõmutationem, vel minorationem circa familiam; vt qui iuris ſui eſt alieno iuri incipit eſſe ſubiectus; veluti per arrogationẽ, aut cum quis emãcipatur, qui primo

erat in aliena poteſtate. Et debet intelligi prædicta deſcriptio cũ permutatur ſtatus hominis facto eius interueniente, vt in condemnando, vel in emancipando, vel arrogando, vel adoptando, vel etiam in reuocando ex ingratitudine, vnde licet patre alicuius mortuo mutetur eius ſtatus quia ſui iuris eſt factus, non tamen ideo capite diminutus eſt. Et ſtatus hic ponitur ſecundum Azo. pro ciuitate, & libertate, vel ciuitate tantũ, vel patria poteſtate, ſeu propria poteſtate, ſeu media aut aliena. Tria.n. ſunt, quæ habet hõ.ſ. ciuitas, libertas, & familia, & ſecundum hæc tria ſunt tres capitis diminutiones. Media capitis diminutio eſt cum ſalua libertate ciuitas amittitur, vt cũ quis deportatur, ſeu relegatur ad exilium per quinquennium, vel bannitur. Maxima capitis diminutio eſt cum ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, vt cũ quis in metallum damnatur, & ſic etiam bãnitur in opus metalli, vel ſi maior 20. annis patitur ſe venundari ad pretium participandum, vel ſi manumiſſus in ſeruitutem ex ingratitudine reuocetur, vide, Inſ. de ca. di. per totum. Speculator, in tit. de tutor. §. tutela. Effectus autem capitis diminutionis maximus eſt. Nam ſi quidem fuerit capitis diminutio maxima, vel media, certũ eſt taliter capite minutũ hri pro mortuo. Ergo nõ cõuenitur a creditorib. nec agit cõtra debitores, niſi pro relicto legato in alimenta vel ꝓ habitatione legata, quæ legata potius conſiſtunt in facto, quam in iure. Eius .n. bona publicata ſunt, vel in alium deuoluta, datur tñ actio in eos, ad quos bona eius peruenerunt. Item nõ vocabitur ad tutelam, vel curã, vt ff. eo. l. 2. & l. tutelas, §. vult. Si aũt fuerit capitis diminutio minima, per eã nõ expirant publica iure. Remanet etenim taliter capite minutus magiſtratus, & ſenator, & iudex, & in quolibet officio priſtino. Itẽ nec per ea expirant tutelæ, niſi ſit legitima. Illa.n. expirat, q̃a defertur agnatis, ſm̃ Azo.

Capitum eſt mulierib. capitis tegmen. l. veſtis, de aur. le.

Capitularia, i. libri ſtatutorũ, aut. caſſa. C. da ſacroſ. ecc.

Capituleuſes populi ſunt Italiæ, l. fi. de cenſ.

Capitulum vno mõ eſt locus vbi res capitales firmantur. Secũdo ſignificat lectionem. Tertio diſtinctionem, vt ille titulus habet quinque capitula. Quarto ſignat congregationem multorum, & præcipuè virorum eccleſiaſticorum, vt no. Io. An. in c. capitulũ, de reſcr. quandoque particulam operis, l. 1. de mil. teſt.

Capſarij dñr. qui in balneis veſtimenta ſuſcipiunt cuſtodienda. Vel aliter ſunt illi, qui portant alijs libros ad ſcholas.

Ceptare (inquit Alc. lib. 2. Parer) eſt illecebris, obſequo, donis ſpe

ſpe maiorum aucupari. Hinc captoriæ inſtitutiones appellantur, quæ ideo factæ ſunt, vt ab aliquo quis inſtituatur, hæres inſtituatur, aut legatum conſequatur.

Captare verba legis, eſt aliter interpretari, quam ſenſerit legiſlator, l. pen. ad exhibend.

Captio, i. deceptio. Inde captioſum, i. deceptorium, vel deceptioſum, aut doloſum; vt not. Io. And. de off. de leg. l. ſi duo. lib. 6. in gl. 1. in fin.

Captio cauſa mortis, aliàs capio ſecundum Azo. eſt quando per mortem alicuius occaſio capiēdi obuenit alicui, exceptis his capiēdi figuris, & cauſis, quę certis, & proprijs noībus nuncupantur vt hæreditas, legatū, & fideicommiſſum, quia .ſ. talis captio, vel capio non incidit in naturam captionis hæreditatis, legati, vel fideicommiſſi. Et cauſa mortis captio, ſeu capio ſecundum Azo. in ſum. C. de don. cau. mor. eſt cum poſt mortem alicuius aliquid datur alicui. cauſa conditionis implendæ, vel aliquid peruenit ad aliquem mortis occaſione, nec tamen aliquo certo translationis, vel acceptionis nomine nūcupatur v. g. fundum tibi commiſſi, vt Titio dares, cum tu poſt mortem meam non haberes fundum dare Titio, dediſti Sticho, qui fortè eſt hæres, Et Stichus tunc cauſa mortis capit, cum fundus ei donatur cauſa mortis, quia donatio meram obtinet voluntatem, vel liberalitatem, & non emptam, vel conditionatam.

Caput eſt membrum honorabilius inter cætera membra. Interdum ponitur pro ſtatu, vt Inſtit. de c. dim. in princ. & caput aquæ illud eſt, vnde aqua naſcitur, l. 1. §. caput. de aqua quot. & æſt.

Carbonianum require ſup. de bonorum poſſeſſione Carboniana. Vnde ſecundum Azo. dicitur a Carbonio inuentore, vel auctore. Et datur ſolo nato, & non naſcituro, in quo differt ab edicto de ventre in poſſeſſionem mittēdo, quod ſubuenit naſcituro.

Carbonum appellatione quid contineatur, vide ff. de verb. ſig. l. carbonum.

Carceraticū, merces, quę præfecto, carceris datur ob cuſtodiā, l. pen. de bo. dam.

Cardinales dicti ſunt a cardine, quia ſicut oſtium regitur a cardine; ſic per eos regitur eccleſia vniuerſalis, 34. de presbyteri. Dicuntur etiam quandoque cardinales, id eſt principales, quia per eos debet officium eccleſia regi.

Cardinalatus eſt de iure diuino, quia per ſacerdotes leuiticos intelliguntur Cardinales, vt in c. per venerabilem, quam filij ſint legit. & ibi Abb. in 2. col. & idem Abb. & Hoſt. in cap. ex geſtis, de cler. non reſid. Bart. latè in tract. Car. in 3. col.

Careat virib. importat neceſſitatem ipſo iure. Fel. in c. Rod.

erat in aliena poteſtate. Et debet intelligi prædicta deſcriptio cũ permutatur ſtatus hominis facto eius interueniente, vt in condemnando, vel in emancipando, vel arrogando, vel adoptando, vel etiam in reuocando ex ingratitudine, vnde licet patre alicuius mortuo mutetur eius ſtatus quia ſui iuris eſt factus, non tamen ideo capite diminutus eſt. Et ſtatus hic ponitur ſecundum Azo. pro ciuitate, & libertate, vel ciuitate tantũ, vel patria poteſtate, ſeu propria poteſtate, ſeu media aut aliena. Tria.n. ſunt, quæ habet hõ.ſ. ciuitas, libertas, & familia, & ſecundum hæc tria ſunt tres capitis diminutiones. Media capitis diminutio eſt cum ſalua libertate ciuitas amittitur, vt cũ quis deportatur, ſeu relegatur ad exilium per quinquennium, vel bannitur. Maxima capitis diminutio eſt cum ciuitas amittitur, nec libertas retinetur, vt cũ quis in metallum damnatur, & ſic etiam bãnitur in opus metalli, vel ſi maior 20. annis patitur ſe venundari ad pretium participandum, vel ſi manumiſſus in ſeruitutem ex ingratitudine reuocetur, vide, Inſ. de ca. di. per totum. Speculator, in tit. de tutor. §. tutela. Effectus autem capitis diminutionis maximus eſt. Nam ſi quidem fuerit capitis diminutio maxima, vel media, certũ eſt taliter capite minutũ hri pro mortuo. Ergo nõ cõuenitur a creditorib. nec agit cõtra debitores, niſi pro relicto legato in alimenta vel ꝑ habitatione legata, quæ legata potius conſiſtunt in facto, quam in iure. Eius .n. bona publicata ſunt, vel in alium deuoluta, datur tñ actio in eos, ad quos bona eius peruenerunt. Item nõ vocabitur ad tutelam, vel curã, vt ff. eo. l. 2. & l. tutelas, §. vult. Si aũt fuerit capitis diminutio minima, per eã nõ expirant publica iure. Remanet etenim taliter capite minutus magiſtratus, & ſenator, & iudex, & in quolibet officio priſtino. Itẽ nec per ea expirant tutelæ, niſi ſit legitima. Illa.n. expirat, quia defertur agnatis, ſm Azo.

Capitum eſt mulierib. capitis tegmen. l. veſtis, de aur. le.

Capitularia, i. libri ſtatutorũ, aut. caſſa. C. de ſacroſ. ecc.

Capituleuſes populi ſunt Italiæ, l. fi. de cenſ.

Capitulum vno mõ eſt locus vbi res capitales firmantur. Secũdo ſignificat lectionem. Tertio diſtinctionem, vt ille titulus habet quique capitula. Quarto ſignĩat congregationem multorum, & præcipuè virorum eccleſiaſticorum, vt no. Io. An. in c. capitulũ, de reſcr. quandoque particulam operis, l. 1. de mil. teſt.

Capſarij dñr. qui in balneis veſtimenta ſuſcipiunt cuſtodienda. Vel aliter ſunt illi, qui portant alijs libros ad ſcholas.

Ceptare (inquit Alc. lib. 2. Parer) eſt illecebris, obſequio, donis ſpe

ſpe maiorum aucupari. Hinc captoriæ inſtitutiones appellantur, quæ ideo factæ ſunt, vt ab aliquo quis inſtituatur, hæres inſtituatur, aut legatum conſequatur.

Captare verba legis, eſt aliter interpretari, quam ſenſerit legiſlator, l. pen. ad exhibend.

Captio, i. deceptio. Inde captioſum, i. deceptorium, vel deceptioſum, aut doloſum; vt not. Io. And. de off. de leg. l. ſi duo. lib. 6. in gl. 1. in fin.

Captio cauſa mortis, aliàs capio ſecundum Azo. eſt quando per mortem alicuius occaſio capiēdi obuenit alicui, exceptis his capiēdi figuris, & cauſis, quę certis, & proprijs noībus nuncupantur vt hæreditas, legatū, & fideicommiſſum, quia .ſ. talis captio, vel capio non incidit in naturam captionis hæreditatis, legati, vel fideicommiſſi. Et cauſa mortis captio, ſeu capio ſecundum Azo. in ſum. C. de don. cau. mor. eſt cum poſt mortem alicuius aliquid datur alicui. cauſa conditionis implendæ, vel aliquid peruenit ad aliquem mortis occaſione, nec tamen aliquo certo translationis, vel acceptionis nomine nūcupatur v.g. fundum tibi commiſſi, vt Titio dares, cum tu poſt mortem meam non haberes fundum dare Titio, dediſti Sticho, qui fortè eſt hæres. Et Stichus tunc cauſa mortis capit, cum fundus ei donatur cauſa mortis, quia donatio meram obtinet voluntatem, vel liberalitatem, & non emptam, vel conditionatam.

Caput eſt membrum honorabilius inter cætera menbra. Interdum ponitur pro ſtatu, vt Inſtit. de c. dim. in princ. & caput aquæ illud eſt, vnde aqua naſcitur, l. 1. §. caput. de aqua quot. & æſt.

Carbonianum require ſup. de bonorum poſſeſſione Carboniana. Vnde ſecundum Azo. dicitur a Carbonio inuentore, vel auctore. Et datur ſolo nato, & non naſcituro, in quo differt ab edicto de ventre in poſſeſſionem mittēdo, quod ſubuenit naſcituro.

Carbonum appellatione quid contineatur, vide ff. de verb. ſig. l. carbonum.

Carceraticū, merces, quę præfecto, carceris datur ob cuſtodia, l. pen. de bo. dam.

Cardinales dicti ſunt a cardine, quia ſicut oſtium regitur a cardine; ſic per eos regitur eccleſia vniuerſalis, 34. de presbyteri. Dicuntur etiam quandoque cardinales, id eſt principales, quia per eos debet officium in eccleſia regi.

Cardinalatus eſt de iure diuino, quia per ſacerdotes leuiticos intelliguntur Cardinales, vt in c. per venerabilem, quam filij ſint legit. & ibi Abb. in 2. col. & idem Abb. & Hoſt. in cap. ex geſtis, de cler. non reſid. Bart. latè in tract. Car. in 3. col.

Careat virib. importat neceſſitatem ipſo iure. Fel. in c. Rod.

cum ſuſcipere velit baptiſmum.

Categorica propoſitio notatur,ff.de acq.re.dom.l.quęſitum, in fi.& ibi gloſ.

Catedra ſecundum Hoſt. eſt Græcum, & ponitur pro excelſa de iudicis præſidentis.Ponitur etiam pro ſede doctoris, ita dicit gl.in cle dudū.de ſep. vnde: Rex ſolium,doctor cathedrā,iudexq; tribunal.

Cathedralis eccleſia,i.epiſcopalis, vel regularis & collegiata, ext. de elec. ne pro defectu. per Inn.& Hoſt.& vide Arch. de reſcr.c.ſtatutum ſuper verbo cathedralibus.

Cathedraticum eſt, ꝙ ſoluitur annuatim epo a ſuis clericis ſuæ diæceſis in ſignum ſubiectionis, vel obedientiæ, & etiam ſuſtentationis. & eſt duorum ſolidorū, vt 10.q.2.placuit,Dr̄ autem catedraticum,quia ſoluitur ad honorem cathedræ epiſcopalis.

Catholicianus,i.vniuerſaliter deſeruiens, vt C.de iud.l.antep. & vl.& in auth.de iud.§.his, qui cauſas præparant,& de defen.ciuit.§.ex prouinciali.

Catholicanos Alc. ait dictos apparitores præf pręt.Orientis, nam is propter ampliſſimam iuriſdictionem catholicus,i.vniuerſalis dicebatur.

Cathomus eſt flagellū ex virgis factum in modum ſcopæ, & tali vtūtur religioſi in capitulis.

Catillus eſt ſuperior pars molæ,ff.de fun.inſt.l.cū dolanionis.

Catulus, i.ſapiens media producta, ſed media breui eſt animal. Vnde, Eſt animal catulus, fruitur ratione Catulus.

Cauere varie accipitur; nam idem ſignat, quod ſecurum facere. Securus autem quis fit non ſolum fideiuſſorib. ab aduerſario præſtitis,vel hypotheca, l.habere,de verb.ſign. ſed quandoq; & nuda promiſſione,l.ſancimur.C. de verbo.ſign.qua de re copioſè Alc.in d.l.habere,& in l.ſatiſdationis,eod.titu.Interdum cauere idem ſignat quod diſponere, vel ordinare, vt l.epiſt.ff.de pac.At cauere ab aliquo ſignificat cautionem exigere l.ſi ſcienter,ff.ad l.Pompeiam de parricid.

Cauillari varijs modis in iure ſumitur. Cauillatur calumnioſè agens,& cauillatur is, qui breuiter, & falsè aduerſarium ſermone captat, aut irridet.Cauillatur item, qui ſcien. vt ſuam ſcientiā tueatur,falſa producit,ſpecialius vero cauillari dicitur, vt infra in ver.cauillatio.

Cauillatio eſt. quando ab euidenter veris tranſitur ad euidenter falſa per quandam verborum inuolutionem,vel ſophiſtriam,c. venerabilis,de iud.

Caupo eſt qui cauponē exercet,eiuſq; inſtitor.l.1.nau. caup. ſtab.

Caupone quomodo differt a taberna, vide ff.de ri.nupt.l.palam.

Cauſa eſt, ex qua aliquid produci-

ducitur, vt pater eſt cauſa filij, & contractus cauſa obligationis, l. & an ea, §. actiones, ff. de excep. rei Iud Item cauſa eſt finis, ex quo impulſio datur faciendæ diſpoſitioni, & ita ſumitur in titu. de cond. & demon. & cauſis, & modis earum; vbi patet, quod cauſa differt à modo, qui eſt de futuro, & à conditione, quæ etiam eſt de futuro, & ſuſpenditur a demonſtratione, quæ tantum declarat rem, vel perſonam, v.g. Patronus poteſt compellere libertam; vt nubat, vt ciuitates repleantur. Iſte finis, vt ciuitates repleantur, eſt cauſa cōdendę legis. Ideo dr̄, quod ceſſante cauſa, ceſſat lex, vt l. adigere, §. quemuis, ff. de iure patr. Et vtimur promiſcue illis verbis ceſsāte cauſa legis, vel ceſſante ratione legis differunt tamen cauſa, & ratio, quia ratio eſt oculus cordis diſcernens rē per medium. Sed cauſa eſt, quod in facto accidit, per quod ratio diſcernit quid iuris. Dicitur etiam cauſa efficiens, i. cōditor legis in contractibus contrahendis. Cauſa materialis in legib. eſt materia de qua in illis diſponitur. Et cauſa formalis eſt modus tractandi, & forma contrahendi, vel diſponendi, quæ additur cōtractui, vel diſpoſitioni. Dicitur etiam cauſa inſtr̄alis, vt eſt teſtamentum artificis. Et breuiter quicquid ad eſſe alicuius rei concurrit, cauſa dicitur, aliter, & aliter tamen. Et ſignificatur cauſa per dictionem ſi, vt dicendo; dono, vel lego illi, ſi negotia mea geſſerit, l. demōſt. §. i. de cond. & dem. Item per dictionem quia, Inſt. de leg. §. longè magis; & dictionem quoniam nam exponitur per quia. Item ſignificatur cauſa in dictionib. illatiuis; vt dicendo: Titius negotia mea geſſit, ideo vel idcirco ipſi lego. Item in dictione, cum, vt dicēdo: Cum Titius negotia mea geſſerit; lego ipſi, &c. Etiam in dictione ſiue, vt: ſiue Titius negotia mea geſſerit, ſiue aduocatus fuerit, &c. Itē in præpoſitione pro, vt tibi lego vineas pro alimētis, l. fi. §. i. ff. de ali. & cib. lega. Vnde ſenſus eſt, quod ex cauſa alimentorum lego vineas. Item ſignificatur cauſa per dictionem nomine, vt dicendo; lego vxor. 40. nomine dotis, l. cum quidam vxor, ff. de leg. 2. Cauſa dicitur a caſu, quo venit. Nā caſus eſt materia, & origo negotij nedum diſcuſſionis examine patefacta, quę dū proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur, iudicium, cum diffinitur, iuſtitia, c. forus de verb. ſig. vbi Ber. dicit in gl. Cauſa eſt res in dicendo poſita cum interpoſitione certarum perſonarum, ſ. actoris, rei iudicis, & teſtis, & dicitur a caſu, q̄a caſualiter occurrit, pręter hominum voluntatem. Et differunt cauſa, & actio. Nam cauſa eſt negotium, vel contractus, ex quo quis mouetur ad petendum, vel litigandum, vt eſt venditio, vel locatio rei, ex qua oritur obligatio,

& eſt cauſa proxima obligationis, quæ obligatio parit actionē, cum obligatio mater ſit actionis. Et eſt duplex cauſa, ſ. proxima, & remota; quæ differunt in actione reali, & perſonali. Nam in perſonali remota eſt ipſum factum, proxima eſt, ipſa obligatio, & in perſonali non ſufficit exprimere cauſam proximam, dicendo, ago contra te, quia obligaris mihi in decem, ſed oportet exprimere cauſam remotam, vt dicendo, cōuenio te, quia mutuaui tibi decem. In reali proxima cauſa eſt dominiū. Sed remota eſt, ex qua conſequitur quis dominium, & non eſt neceſſe exprimere remotā, vt dicendo ago contra te, quia emi domum a Bert. ſed ſufficit exprimere proximam cauſam, dicēdo, ago contra te, quia ſum dñs domus illius, & hæc not. in gl. & per Doc. in c. dilecti filij, de iu. De diuerſis ſpecieb. cauſarum vide bonam gl. 11. q. 1. in ſum. Eſt. n. quædam cauſa ſpūalis vel annexa ſpirituali, vt illa, quæ fit de iu. patr. quædam ciuilis, vt cum agitur ſuper rei vend. in cauſa pecuniaria, quædam criminalis, vt cū agitur directè de crimine, quędā mixta, vt cum agitur de crimine ciuiliter, vt de adulterio ad ſeparationem tori. In his trib. vltimis caſib. iuratur de calumnia. In primo non iuratur de calumnia, ſed tantum de veritate dicenda.

Cauſa minima eſt duorum aureorum, vel 10. aureorum, vel 50. ſolidorum, vel illa, quæ non ſufficit ad ſumptus iudiciales.

Cauſę cedere dicitur, qui malè agēdo cauſam amittit, § ſi quis agens, inſt. de act.

Cauſam dicere eſt defendere, vnde cauſam dicere ex vinculis, in l. 1. de cuſt. reo. i. iterim dū qō criminis per agitur, in carcere detineri atque ibi defendi.

Cauſę criminales dñr, in quibus agitur ad vindictā ſiue ad pęnam. Dicitur igitur criminaliter agi, quando agitur ad viudictam publicam: Ciuiliter verò dr̄ agi, quādo agitur ad pęnam per modum inquiſitionis, denunciationis, vel ad intereſſe partis per viā accuſationis, de quo, & ſupra in ver. actio criminalis.

Cauſæ fauorabiles ſunt, 4. ſ. libertate, matrimonio, & dote, & teſtamento, c. duob. de re iud.

Cauſaria miſſio in re militari eſt, quæ propter aduerſam valetudinem indulgetur, l. 2. ff. ex quibus cau. inf. irrog.

Cauſor cauſaris, i. conqueror, Aliquando cauſari eſt in excuſationem, defenſionemq; aliquid allegare, l. gnal. §. planè. de fideic. li. & l. 1. §. vis. ff ſi quis caut.

Cautela eſt diminutiuū à cautione, & tamen quādoque ſuperabundantiam importat; vt cum dicitur, abundans cautela nō nocet, l. teſtamentum, in fi. C. de teſtam. Quinetiā quæ propter cautelam fiunt, no. Arch. d. l. presbyteros. Inde cauteloſus, i. prudens

quando iuro ſolemniter me debere aliquid, vel impleturũ promitto.

Cautio nudo pacto eſt, cum aliquis fidem tantam habet de me, quod contentus ſit nulla promiſſione mea. Et hoc proprie dicitur pollicitatio, vel pollicita cõuentio. Sed ſatiſdatio propriè eſt cũ duo paciſcentes duas ſcripturas ſub eadem forma verborum inter ſe cõficiũt, & mutuo tradũt & pollicitatio, & ſatiſdatio cautelæ dici poſſunt propriè loquẽdo.

Cautio pigneraritia, ſiue hypothecaria, eſt cum pignus traditur, aut hypotheca ſupponitur, & dicitur etiam ſatiſdatio.

Cautio de euictione dicitur, quando ſecuritas præſtanda, vel præſtita emptori a venditore fit ea conditione, vt ſi ab eo res euincatur, venditor ei reſtituat æſtimationem rei in duplum, vel in ſimplum, prout inter eos prius conuentum eſt.

Cautio de damno infecto, eſt quæ præſtatur, cum tua domus ruinoſa ruinam minatur domui meæ, vel etiam præſtatur ſecundum quoſdam, cum timeo, quod aliquis mihi inſidietur, quia poſſum agere, vt mihi præſtet cautionem, ne me offendat.

Cautio de opere demoliendo eſt, quam pręſtat ille quandoque cui nuntiatur opus nouum, ſcilicet, vt ipſum opus demoliatur, ſi conſtiterit eũ iniuſtè ædificaſſe.

Cautio de vſufructu, in qua de duob. cauetur, I. vt vſufructuarius re non male vtatur, & vt etiã vſufructu finito reſtituat, quod ex ipſa ſuperextat.

Cautio, qua haeredes cauet ipſi legatario eſt illa cum hæres dat fideiuſſores legatario de pręſtãdo.

Cautio qua legatarius cauet hæredi eſt illa, qua legatarius ſatiſdat hæredi; vt, ſi Falcidia locũ habeat, quod amplius nomine legati recepit, quã ratio legis Falc. patitur, id hæredi reſtituat.

Cautio arrogatorum eſt, quã arrogator ſtipulatur ſeruo publico, vt reſtituat arrogato, quæ ab eo habuit, vel eis, ad quos peruentura ſint, & vt det ipſi quartam partem de bonis ſuis, cum ſine cauſa emancipauerit, ſeu exhæredauerit.

Cautio, qua cauetur ei, cui reſtitutio fieri debet, eſt per quam rogatus reſtituere bona alicuius, ſi ſine liberis deceſſerit, quicquid poſt mortem ſuam de hereditate extabit, cogitur cauere illi, cui debet fieri reſtitutio, quod ſeruabit ei quartam partem.

Cautio Mutiana a Mutio Iuriſ cõſulto dicta eſt, & fit in vltimis voluntatibus, (vt communiter ſecundum Doct. non in contractib.) nec non in conditionibus negatiuis, puta, ſic dicendo; Si Titius capitolium non aſcenderit, ſi ſeruum non manumiſerit, lego ei 10. l. Mutianæ, cautionis, ff. de condit. & demonſtr.

Cautionum autem aliæ multę poſ-

poſſunt eſſe ſpecies, prout diuerſis materijs applicantur, vide Spec. in tract. lib tit. de pig. §. ſequitur, vbi quaſdam alias ſpecies cautionum proſequitur.

Cautoria inſtrumēta ſunt inuſtoria, quib. bituminationes, & fortiores quæque conglutinatiōnes coquuntur, & de his intellexit Iuriſc. in l. pictoris, ff. de fun. inſtr. quamuis apud eum mendo ſe legatur cauteria; cauterijs etiā vtuntur medici in remedijs, quibus morbi alioquin inſanabiles inuruntur. Hinc illud notum diui Hier. prouerbium. Putridæ carnes ferro curantur, & cauterio.

C ante E.

Caecitas morb. eſt vt ff. de ædil. ed. l 1. §. ſed ſciendum.

Cæcus, dicitur & de naturali, de eo, qui eſt caſu vtroq; lumine orbatur, & is non poteſt facere teſtamentum Inſt. de exhæredatione liberorum, §. cæcus autem.

Cæcus dicitur, qui ſupernæ cōtemplationis lucem ignorat 49. diſt. hinc. Quandoque exponitur cæcus, i. indoctus, & talis non eſt ordinandus 49. diſt. c fi.

Cædere cum diphtongo eſt nō ſolum occidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa l. 5. arb. fur. cæſa.

Cædua ſylua eſt, quæ ſucciſa repullulat, & quæ in hunc vſum habetur, vt cædatur, l. ſylua de verb. ſign. & eod. modo appellantur etiam arbores cæduæ.

Cælare eſt inſculpere, vnde cælatura, quæ propriè fit in metallis, ſculptura vero etiam in marmore, ebore, ligno, gemmis, & vitro, l. & ſi. §. quid ergo. de au. & arg. leg. & l. ex argento de cond fur. At celare ſine diphtongo aliam habet ſignificationem, de qua in l. 1. ff. de act. empt.

Cecrops fuit primus Atheniēſium Rex, qui anni 40. regnauit, hic Athenas inſtaurauit.

Ceda idem eſt quod charta. Inde cedula parua charta.

Cedendarum actionum beneficium eſt, quod poſtulare poſſunt fideiuſſores, & alij, qui obligati ſunt in vna obligatione, ſibi cedi in alio contra fideiuſſores, & alios, qui ſunt obligati, alioqui niſi cedatur eis, poſſunt recuſare ſolutiones, vt Inſt. de ſatiſd. §. ſi autem, & ff. de ſol. l. Stichum, aut Pamphilum, §. pen. De hoc vide in Spec. tit. de renun. §. finitis, ver. poſtremo dicendum. De beneficijs, & alijs require ibidem. §. parum autem, verſic. & not. & vide infra in ver. renunciatio.

Cedere actioni, eſt ius actionis mihi competentis, in alium transferre, & ipſum quaſi in locum meum ponere, ita vt dicta actione poſſit vti aduerſus eos, cōtra quos actio talis poterat intentari.

Cedere bonis eſt ab vniuerſitate bonorum ſuorum recedere, & eis abrenunciare, veluti quando

do aliquis oneratus debitis, vel obligatus eſt pluribus, non habens, vnde ſoluat, vt ſatisfaciat omnibus creditorib: abrenunciat bonis ſuis vniuerſis, cedens illis, vide infra ceſſio. Etiam cedere eſt in alium transferre: vt cedere poſſeſſionem. vſumfructum, & huiuſmodi alia l. ſi dubitanter, ff. de ſi. inſtr. & hoc nota pro ſtatutis: Et cedens bonis nõ liberauit etiã a ciuili obligatione, l. qui bonis, ff. de ceſ. bon. vbi nõt. Acc. licet contrarium tenuerit gl. & male in l. vbicunq; ff. de fideiuſſorib. Item non auditur debitor fiſci, vel reip. volens cedere bonis ſecundum Ber. in l. is qui ff. de ceſ. bo. quamuis videatur tenere oppoſitum, in l. 3. iuncta gl. C. de ceſ. bon. & beneficio ceſſionis renunciari non poteſt, ſecundum Bar. in l. alia. §. eleganter, ff. ſol. matrim. licet Cyn. videatur tenere contrarium in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Et bonis cedi poteſt, nõ tantum in iure, ſed etiam contra ius, & ſufficit per nuncium, & per epiſtolam id declarari, l. fin. ff. de ceſſ. bon.

Cedere diem eſt incipere diẽ debiti, vt ſi mihi promiſeris centum in feſto Ioã. Bap. adueniente feſto dicitur venire dies debiti, l. ce. ff. de verb. ſig. Itẽ cedere diem leg. vel fideicõmiſſis dicimus reſpectu transmiſſionis, vt docet Acc. in l. 1. §. cũ igit. C. de cad. tol.

Celebris ciuitas, i. inſignis, & frequens hominib. l. ſi in aliquã. de off. procõſ. & celeberrimus, i. plurimorum ſermone idoneus habitus, l. ſi res pupillaris, de admi. tutel.

Celeriter. i. ſummariẽ. Bart. in l. ſi quis. C. depo.

Celebs dicitur ille, qui non vult contrahere matrimonium. Et hic ſecundum Azo. forte orbus dicebatur, quia ſine matrimonio, & ſine liberis erat. Et illi olim non poterant cauſa mortis donare, qđ hodie per leges corrigitur, vt patet. C. de infirmãdis pęnis cœlibatus, & orbitatus. Dicitur autem cęlebs. quaſi cœlo beatus, quia talis eſt, ſecundũ Iſid. qualia ſunt lumina in cœlo, quæ abſque connubijs ſunt.

Cœlibatus venit inde, & eſt ſtatus, vel modus permanendi ſeu viuendi, ſine coniugio. Vnde prout dicunt theologi, cœlibatus Ioannis. i. virginitas, vel caſtitas, nõ pferebatur cõiugio Abrahę.

Cœlicolæ dñr, qui cælum, vel planetas cœli. i. Solem, & Lunã, & ſtellas quaſi Deum colunt, vt C. de iud. & cęli. l. cęlicolatum, & quaſi per tot. tit.

Cœlum, i. cœleſtis altitudo imperij, vel expone aliter, vt no. C. de ſum Trin. l. vlt. in princ. ſuper ver. cęlum. i. vniuerſalis eccleſia, extra de maior. & obed. c. ſolitæ. Vel cęlum. i. aer. ff. de vſufr. l. æquiſſimum.

Cœnobium eſt locus religioſorum, & dicitur à cęnon. i. commune, quia ibi omnia debet eſſe com-

Cenſorius vir, qui cenſor fuit vel qui dignus eſt, vt cenſor ſit propter morum grauitatem, qui alios vindicet.

Cenſorium eſt, quod ad cenſorem pertinet.

Cenſura eccleſiaſtica, quid ſit vide ext. de ſep. c. vlt. & vt li. non cont. c. tuæ. Item quid importet, vide ext. de verb. ſign. c. quærenti, & in clem. de iud. c. 2. de foro comp. c. 1.

Cenſus, tributũ, & penſio publica idem, vt C. in quib. cau. pignus tacitè contr. l. 1. & C. ſi propter penſionem publicam, l. ſic accipitur. Vnde cenſus idem eſt, quod penſio, quæ ſoluitur de prouentibus. Cenſus etiã dicitur patrimonium, l. de creationibus. C. de epiſ. aud. olim erat recognitio ciuium per capita, & quantum quiſque haberet in bonis.

Centenarij dicũtur duces, vel magiſtri centum militum, quorum poteſtas dicitur centena.

Centeſima vſura dicitur, quæ centeſimo quoque menſe ſortem æquat.

Centeſimus calendis dare ſpõdes, ſermo eſt ex fœneratorum cõſuetudine deductus pro eo ac ſi dicatur. Intra centum menſes, a quo & centeſima vſura.

Centones ſunt cilitia ſiue panni craſſiones ex lana diuerſorum colorum, de quib. in l. quæſitum. §. item centones, de fun. inſtr.

Centumuiralia iudicia dicta ſunt a centum viris. Nam cum eſſent Romæ 35. tribus quæ & curiæ dictæ ſunt tertiæ ſingulis ex tribu ſunt electi ad iudicandũ qui centum viri appellati ſunt, & licet quinq; ſuper centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, centumuiri dicti ſunt.

Centuria in re militari cẽtum continet homines, qui ſub vno centurione ſunt, quorum centenarius iuſtus eſt numerus; ſed cẽturiæ in agris ſignificant ducenta iugera; cẽturia a centum iugerib. vocabatur, ſed mox duplicata nomen retinuit.

Centurio eſt, qui præeſt centum militibus gl. de vulg. & pup. ſubſtit. l. centurio.

Centuſſis, i. libræ centum, dicitur a centum aſſibus, qui erant numeri breues ex ære, vt centuſſe licet, i. centum libris vendit per auctionem.

Cepiſſe quis dicitur, quamuis alij acquiſiuerint, l. cepiſſe, de verb. ſign.

Cerdo dicitur vilis homo, qui artes exercet illiberales, quodlibet lucrum ſectans, Cerdo enim Græcè lucrum Latinè dicitur, de eo meminit iureconſul. in l. cerdonem, ff. de nou. op. nun.

Cereales ædiles, ſic dicti a Cerere, eo qđ frumẽto præeſſent, l. 2. §. deinde. C. Iulius, de orig. iur.

Ceremonia eſt ritus ſacrificandi Dicuntur. n. ceremonia ſacrificia & ſolemnitates Iudæorũ, quę cereris exercebantur, & ſic in veteri teſtã peccata purgabantur.

Cere-

Ceremoniæ præcepta ſunt, quę ad cultum Dei pertinēt, de quib. ratio reddi non poteſt ſecundum to. theu. di. 6. §. his itaque reſpondetur, quia ad literā fuerunt mandata, vt: Non arabis in boue, & aſino; Non indues veſtem lino, lanaque contextam, & Non feres agrum diuerſo ſemine.

Ceroferarij acolyti ſunt 21. diſ. cleros. 23. diſ. ſi quis. poſt. §. deſeruientes.

Certare, i. pugnare, quaſi certū ſe dicens habere, quod ſit, etiam diſputando, C. de poſthum. hæred. inſtitut. l. quod certum, de leg.

Certatores dicuntur monachi, in auth. demon. §. cogitandum.

Certum dicitur non dubium: vnde aliàs diffinitur certum eſſe quod apparet, quod quale quantumque ſit, l. certum, ff. ſi certum petat.

Certi condictio competit ex omni obligatione, & ex omni cauſa, ex qua aliquid certū, & de terminatum petitur, ſiue ex contractu, ſiue ex cauſa legati, ſiue ex ſuo nomine, ſiue obligetur hæreditario, & ſunt duæ certi condictiones; vna generalis in omni cōtractu vbi certū petitur, alia ſpeciales in contractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifeſtè dicat, poteſt tamen colligi ex tex. Inſt. qui. mod. re. cont. obl. §. 1. in fi. ibi, ex eo contractu, ſ. mutui naſcitur certi condictio, qua ſi pronomen eo, demonſtret ſpecialitatem in mutuo. Poſſet etiam probari ex rub. ff. de reb. cred. & ſi cert. petat. & cont. Quæ rubrica habet tres partes, vbi in ſecunda tangitur certi condictio ſpecialis, & eſt gl. Inſti. §. præalleg. ſimilis gl. in l. certi cō dict. in princ. ff. ſi cert. pet. & in l. 1. in princ. ff. de triticaria, &c. Et no. quod in libello non procedit certa condictio generalis, quia nō inſtituitur aduerſarius an debeat contendere, an liti cedere, dicendo; te conuenio, qui 1 ad centum mihi teneris.

Cerui ſunt animalia de numero habentium naturam feram, licet quidam ita manſuetos habeāt vt in ſyluam ire, & redire ſoleant Inſt de rerum diuiſione, §. ceruos quoque.

Cereuiſia vini appellatione nō continetur. ff. de vino, & oleo leg. l. ſi quis vinum.

Cericia dicuntur a Græcis, quę Latini vocant caducea, l. ſanctum de re diuiſ.

Cæſa, quæ dicantur, enarrat Iuriſconſul. in l. fundi, & l. ſequ. de act. empt. & in l. in rutis, de verb. ſignific.

Ceſſim ire, i. retro ire. l. ſi ex plagis, ad leg. Aquil.

Ceſſio eſt iuris, & actionis tranſlatio. Nam per ceſſionem iura, & actiones in eum, cui ceſſæ ſunt, transferunt, quia ſicut in venditione, vel quolibet titulo alienationis rei corporalis neceſſaria eſt traditio, quantū ad dominij tranſlationem ita ad tranſlationem rei

rei incorporalis, ſ. iuris & actionis vtimur ceſſione, quæ reputatur pro traditione. Item ceſſio ſecūdum Iſid. lib. 6. etymo. propriè eſt conceſſio, ſicut eſt illud Ruth. 4. Cedo iuri propinquitatis. Nam cedere dicimus quaſi concedere, vtpote ea, quæ propria ſunt. Nam aliena non concedimus. Cedere etiam propriè dicitur, quam contra veritatem alteri conſentit, vt Cic. Ceſſit Emiliſſe auctoritate viri, i. potius paruit Et eſt ſciendū, quod in inſtrumento ceſſionis dicitur, quod cedens eum, qui cedit conſtituit procuratorem in rem ſuam. Ad cuius euidentiam notādum. Si cum Titio ex mutuo contraxiſti, tibi competit contra eum actio directa & perſonalis, quia cum eo in tua perſona contraxiſti. Tibi etiam competit actio vtilis, qua vtiliter & cum defectu debitum ipſum, tanquam rem tuam proſequeris. Si autem mihi iura & actiones contra debitorem tuū ex cauſa venditionis, vel ex alia commiſeris, transfertur in me vtilis actio, qua vti poſſim, ad ipsū debitum tuum, tanquam meum, exequēdum. Directa verò, & perſonalis remanet apud te, cum a te per ceſſionem non poterit ſepari, etiamſi velis, adeo tibi adhæret, ff. pro ſocio. l. 3. Et ſic patet, quod in directa actione, & perſonali ſum procurator tuus, quia aliter non poteram vti. Licet m. directa non poſſit cedi, poteſt tamen mandari eius exercitium. Et nota, quod ceſſio actionum præſumitur ſimulata ex trib. quæ not. Acc in l. 1. & pe. C. de man. & ibi. Doct. & c. fin. de alieu. mut. iud. cau. fa.

Ceſſionarius dicitur ille, in quē transfuſa eſt obligatio, vel nomē, & debet certiorare debitorem, ꝙ nomen eius in ipſum transfuſum ſit, notificando, vel oſtendēdo inſtrumentum & legendo, & copiā ſi velit habere, dando, vt l. nomen C. quæ res pig. obl. poſſ. alias alteri ſoluere poſſet debitum, non credens ſe obligatum ceſſionario, l. 1. §. 1. ff. de nou. op. nunc. & l. 1. C. de obl. & actio. per Bar.

Cætera, hæc dictio importat in contractu ea, quæ veniunt, quæ ſunt de natura ipſius contractus, hoc eſt, de conſuetudine, vt not. in l. ſi duo patroni, § ſi quis iurauerit, ff. de iureiur. & per hoc inſerunt doct. vt ſi in protocollo alicuius notarij inueniantur hęc verba, &c, intelligantur ea veniſſe in contractum, quæ de natura, vel de conſuetudine eius ſunt. Et dicit. Bald quod per verbum, cætera, nunquam intelligitur, vt veniat promiſſio cum pęna. Ratio, quia pœna dicitur eſſe, quid extrinſecum ab ipſo contractu, ideo non intelligitur venire niſi expreſſe appareat, argumento ex hiſ quæ nō. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & l. 2. C. de fal. ſi tamen ſecundum Bal. contractus eſſet conceptus ad conſilium ſapiētis, & in ipſo verbum, &c. reperiretur,

quæritur, §. exercitu, ff. de locati. Ceterum. no. Io. Cal. in commento decr. veſtra. de cohab. cle. & muli. Pau. in commento decr. nobis, de iure patr.

Cetus, vide, ff. ad l. Iul. de vi. l. qui cetu, & in cle. de ele. c. hi qui. Et quid ſit cetus, & vnde dicatur vide 15. diſt. can. in fi. Item, quod homines faciāt cetum, vide Bart. in l. prætor, ff. vi bon. rapt.

C Ante H.

CHaracter propriè eſt ſignaculū quoddam, quo aliud inſignitur, vt ordinetur in aliquem finē, ſicut charactere inſignit denarius ad vſum commutationis. Et milites charactere inſigniūtur quaſi ad militiam deputati.

Chariſticon pro remuneratione. l. pen. de bon. dam.

Chartæ appellatione venit charta papyri, negant membranā l. chartis, & ibi Bar. ff. de leg. 3

Charta ſeu inſtrumentum, ſeu reſcriptū dr̄ falſa, ſeu falſum bene, 14. modis, ut no. in c. in memoria, diſt. 19. gl. uerb. falſam.

Chartophylacium eſt armarium, uel locus in quo chartæ reſeruantur. Et dicitur a charta, qđ eſt inſtrumentum uel ſcriptura, & phylare conſeruare, quaſi, &c. ut no. in cap. 1. de prob. & c 2. diſtin. 90.

Charcoprati, chartę uēditores.

Chartularij iudices dicebantur olim illi, qui ab Imperatore habebant p̄tātem iudicandi, & illos ſolum, qui coram eis eligebātur litigare, poterat eligere ſine conſenſu propriorum iudicum ſicut traditur in gl. l. 1. ff. de iudic.

Chaſma. i. hiatus terræ, l. fi. in uend. de peri. & con. rei uend.

Chiliarcha eſt princeps ſuper mille homines.

Chirebolum in l. 1. ff. nau cau. ſtab. dicitur manus immiſſio, qđ Alc. in Paret. interpretatur.

Chirographum eſt, cum duo paciſcentes duas ſcripturas ſub eadem forma uerborum inter ſe conficiunt, & mutuo ſibi tradūt, uel dr̄ inſtrumentum, ſeu illa litera, in qua debitor confitetur ſe eſſe obligatū creditori, idē q̄ antapocha, & chirographa dū uenifit nomen, ſiue corpus uenilſe uidetur, l. ſeruum filij, §. cum qui chirographum, ff. de leg. 1.

Clamys eſt ueſtis militū, purpura regūm, ſtola ſacerdotum, toga aduocatorum, birrus ruſticorum, uel cuſtodum, cucullus monachorum, ut C. de ueſt. holo. & aura. lib. 11. & C. qui mil. poſ. uel non lib. 12. l. ſi clariſſimi, prout no. Azo. in ſum. ff. de offic. præf. præt. Sed in l. ueſt is. de ali. & arg. leg. connumeratur inter ueſtimenta puerilia.

Chomata dicūtur aggeres, qui ſolent aquam Nili continere, l. ſaccularij, ff. de extraord. crim.

Chorus quid ſit, uide l. ſi chorus, de leg. 3. & l. cum eiuſdem de ædil. edic.

Chreſis ponitur pro vſu. l. ſi

habitatio, ff. de vſu, & hab.

Chriſma fit ex duobus liquoribus, ſcilicet oleo, per quod puritas mentis, & nitor conſcientiæ intelligitur, & ex balſamo, per quem odor famæ figuratur, vt eſt text. in capitulo vnico, de ſacra vnctione.

Chryſamos, velut alij legunt chryſoma, vas eſt, in quo aurum infnndebatur vt exponit Alc. in l. prima, C. de met.

C Ante I.

Cibariorũ appellatione neq; habitatio, neq; veſtiarium, neq; calcearium continentur, ſed tantum cib. l. cibarijs. de alim. & cib. leg. cibi vero appellatione potum quoq; contineri. Anch. prodidit, cap. in quibus, de conſecr. diſt. 2

Cicatrix dicitur, quę vultũ excæcat vel deturpat, & poſt ſanatum vulnus remanet. Bart. in l. ſi quis in metalium, C. de pœnis.

Cicera eſt omne, quod bibitur 33. q. 2. admonere. circa medium inprin.

Cidonium vnum dicitur quod ex cidonij mali ſucco confectum eſt. l. ſi quis, de vino leg.

Cilicium textum ex lana caprina; vnde cilicina vela in l. quæſitum, de fun. inſt.

Cimdiarcha, ideſt cuſtos vaſorum, & aliarum rerum pretioſarum eccleſiæ, C. de ſacr. ſan. eccl. l. iubemus, in gl.

Cimdiarchium locus eſt, vbi reponitur theſaurus, C. de bon. auth. iud. poſſ. l. fin. §. ſin autem, & C. de agr. & cenſi. l. litibus.

Cimiterium, vide cęmiteriũ.

Cingulum quandoq; exponitur. i. adminiſtratio, in auth. vt liceat matr. & auiæ. §. quia verò quædam. Quandoque pro enſe, vel p titulo dignitatis. C. de præpo. ſa. cu. l. vlt. lib. 12.

Circa eſt ſignificationis reſtrictiuæ, non aũt ampliatiuæ. vt in l. Rutilia polla. ff. de contrah. empt. & hoc no. pro ſtatutis. Et quid dictio circa operetur in teſte, vide Bart. in l. Celſus, ff. de vſuc. Et circa, pertinet ad tempus, circum ad locum, circiter ad numerum.

Circenſes ludi ſunt, qui Romæ in circo maximo fiebant.

Circuitores dicuntur, qui circumeunt, vel circundant patrias à nundinis ad nundinas deferentes res venales. Et dicuntur alio nomine circumeatores.

Circulatores, dicunẽ q ſerpentes circunferunt, & proponunt, l. fin. de extraordin. crim.

Circunferanus ſecũdum Iſido. lib. 10. dicitur, qui ad modum rotæ circumfertur.

Circumſeptus eſt circundatus vel vndique cinctus, ut not. in prooem. clem.

Circunducere literã, eſt eam circumducta linea dãnare, & ſic differt a cancellare & ſuppunctare.

Circumſcripto quid ſit, uide Bar. in auth. ex cã. C. de lit. præſ.

Cir-

Circumſtantia alicuius loci intelligitur per 30. pedes, vt dicit Bart. in l. item apud Labeonem. §. conuitium, ff. de iniu.

Circumuenire eſt adhibita calliditate decipere, l. prima. ff. dolo.

Ciſiarius eſt auriga ciſij, quod genus eſt vehiculi geſtatorij. l. item quæritur, ff. loca.

Ciſta, pro capſa, ſumit. l. 1. de po.

Ciſterna eſt locus, in quo congregantur aquæ pluuiales, & ibi collectæ vſui referuantur, l. 4. ff. de fon.

Citatio eſt in ius vocatio, vel inuitatio, cum quis de aliquo conqueritur, & querimonia ſua coram iudice depoſita, iudex emiſſo citationis edicto, ad eius inſtantiam vocat, vel inuitat illum ad ſe, in quem agere deſideratis, qui conqueſtus eſt. Si vero in edicto iudex, vel pretor adijciat hanc clauſulam, ſi in die præſcripto non veneris, quaſi contumax condemnaberis, vel reputaberis, tunc edictum olim dicebatur peremptorium. Hodie autem ſufficit quod dicatur. Citamus talem peremptoriæ. Et eſt quadruplex modus citandi ſecundum Gul. de Mont. Lau. Primus per nuntium literis citatorijs. Secūdus per præconem. Tertius per edictum clem. 1. de iud. Quartus fit ex iuris diſpone. Itē quædam citatio fit ad monitionem iudicis, c. conſuluit. de off. de leg. Item quædam eſt verbalis, quædam realis, vel actualis ducēdo ad iudicem. Item citationis ſunt tres actus. Primus eſt impoſitio, cum iudex imponit nuntio, vt citetur reus. Secundus manifeſtatio, cum nuntius denunciat citato vt veniat. Tertius relatio, cū nuntitius refert iudici talem in tali loco citaſſe. Additur etiam quartus, ſ. cōparitio citati, & quod citatus teneatur comparere, & ſi non comparet, mulctetur, no. per Doc. in c. præterea, de dila. Et de illis actib. in c. ſi de ferijs. Et nota, quod citatio eſt de iure naturali, vt in clem. paſtoralis, de re iud. Et citatus ad locum morboſum, ſeu vbi aer eſt peſtilentialis, vel corruptus, non tenetur ire, cum ſaluti hominum ſit ratio adhibēda. l. ſed ſcien dum, ff. ad Treb. & ibi per Doct. Nec citatus perēptoriè poteſt dici contumax ante libelli oblationē l. ſi finita. §. ſi plures, ff. de dam. infect.

Citò aduerbiū, i. infra 20. dies, in auth. de man. prin. §. ſed & ſuſcipientes.

Citra quandoque ponitur pro præter, de cal. l. vlt. quādoque hēt effectum priuationis, vel negationis ff. fam. ercifc l. ſi filia. §. Papa. Quandoque ponitur pro fine, in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. quod autem a nobis. Quandoque exponitur citra quam, i. aliter quam in auth. iuſiuran. quod præeſt. ab his. §. iure quoque. Quādoque exponitur citra, id eſt contra, ff. de noua. l. ſeruus. Aliquando, ideſt ante, extra de teſtam. c. dilecto.

Citreæ menſæ, ex citri arboris ligno confectæ, l. ſi ſterilis, de ac. emp.

Ciuilis actio. Require ſupra actio.

Ciuile debitum, vide in gl. 1. c. ſi. de ſol. Et quandoq; ciuile, idem eſt quod vrbanum & elegans, vt in gloſ. in l. ciuile eſt. C. de fur. & econtra in ciuile, ideſt inurbanum, vel indecens, l inciuile, ff. de leg.

Ciuitas dicitur quaſi ciuium vnitas, & murorum ambitu terminatur, de ſent. exc. ſi ciuitas, cuius appellatione etiam comprehenduntur burgenſes, ff. de verb. ſign. l. 1. Item ciuitatis appellatione comprehenduntur mille paſſus a muro ciuitatis, ff. eod. tit. l. mille, & ff. de pe. l. quod liquidè §. ſi ita legitur. Item comprehenduntur horti. arg. ff. de proc. l. præſens. Item ciuitatis nomine non comprehenduntur diœceſes, nec econtra. Vocatur autem propriè ciuitas, quæ habet epiſcopum, vt 80. diſt. in illis.

Ciuis eſt natus in ciuitate, l. ci. C. de appel. vbi in comitatu. Dicitur in auth. quibus mod nat. effic. ſui, §. ſi vero non ciues, col. 7.

Ciuium appellatione veniunt nō ſolum illi de comitatu, ſed ēt illi de territorio. Fel. in c. Rod. 9. col. verſ. 9. concl. de reſ. Adde, ꝙ ciuium applōne veniunt illi, qui ſunt de ciuitate, diœceſi, vel comitatu. Doct. in rub ff. ſol. mat. licet gl. aliter ſentiat in d. c. Rod. Bart. in l. 1. ff. ad mun. Adde, quam Bar. in l. 3. C. de nat. lib. dicit ibi per illum tex. ꝙ ille, qui ex vico eſt, ſortitur originē ex ipſa ciuitate, cui ſubeſt vicus, & an repræſaliæ cōceſſæ contra ciues, comprehendant conciuitarenſe. Bald. in l. fi. ubi alij, ff. de offic. proc.

C Ante L.

Cladis, i. calamitas, l. 1. C. de iure emphy.

Clam poſſidere, i. occultè poſſidere.

Clandeſtinum coniugium eſt deſpectu perſonarum pœnitentia uel iuris ſolemnitate, vel denunciatione non promiſſa, ſine ſacerdotis benedictione, ocultum matrimonium.

Clandeſtina electio dicit̄, quę in cameris per occulta conuenticula fit, vel illa, quam canonici inter ſe ſecretum tenent.

Clariſſimns, eſt dignitas, C. de prox. ſacr. ſcr. l. peculiari. Aliquādo accipitur pro conſulatu, C. de eque. pig. l. 1. & ibi no. & de doni. & prot. l. 2. lib. 12.

Clariſſimus dicitur etiam qui eſt ſpectabilis, eo quod claram habeat dignitatem. C. de priuil. agen. in re. l. fina.

Claſſis, i. nauis, inde claſſicus. i. numerus claſſalorum, i. nauiū ad bellādum. Et qui cenſetur, uel uoluerit ſe huic miniſterio deputare, dicebatur incenſitus, ut C. de claſ. lib. 11.

Clauſtrum dr̃ quaſi claudẽs, ſiue caſtrans, i. priuans habitantes in eis, ne euagentur 7. q. 1. §. vlt. & no. per Arch. de ſtatu reg. c. 1. §. verum, lib. 6. ſuper verbo moræ, & eſt locus religioſus, ext. de con ſtit. c. 2. in prin. Aliqñ clauſtrum dicitur inſtrumentum ad claudẽdam domum, vel partem eius. ff. act. empt. l. fundi.

Claui in re veſtiaria quid ſint, facile eſt intelligere ex cum aurum, in fi. & l. ſeq. & veſtis, de au. leg. Sunt. n. vt puto fibulæ, & veluti clauiculi quidam, qui veſtib. inſuuntur, vel ad ornatum, vel ad illas annectẽdas, quod ferè fit in ea parte, qua pectus contegitur.

Clauus præter notum ſignificatum, ponitur pro genere morbi, l. clauum, de ædi. edi. & quibuſdam videtur id tuberculum eſſe, quod digitis tum pedum, tũ manuum plerumque innaſcitur, ab Italis vel porrus, vel callus nuncupatum.

Clauſi dicuntur etiam vincti, ſi ita vincti ſunt, vt vincula erũpere non poſſint, l. ſi quis in grau i. §. clauſo. ad Syllan.

Clerica dicitur corona clericorum rara, vt no Io. Andr. de vi. & hon. cler. c. clerici.

Cleros Græce, eſt ſors Latine, vel hr̃ditas. Sunt ergo dicti clerici, quia de ſorte dñi ſunt 21. diſt. cleros, vbi ponuntur noĩa oĩum graduum in eccleſia Chriſti deſeruientium. Et appellatione clericorum ẽt intelliguntur monachi, licet non econtra, qui ſunt ẽt electi in ſortem domini, 12. q. 1. duo ſunt genera. Et hoc maximè in cauſis fauorabilib. ſed in odioſis ſecus, vt not. in c. 1. de iuram. cal. vbi etiam appellatione clerici non venit monachus, quia ibi poſtea ſpecificat, vide cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præben. & c. cleros tit. præalleg.

Clerimonia, idem eſt quod hæreditas diuina.

Cliens dicitur ille, cuius cauſã aduocatus tuetũr, & defendit. Inde clientulus, diminutiuũ, & idẽ eſt ſecundum Iſid. Vel dicitur quaſi colens a colendis patronis.

Cliui appellantur foſſæ terreſtres per gyrum, ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſeruitutes, §. ſi domo, vel verius dicuntur in loca ſublime ſurgentia, eiuſmodi ſunt aſcenſus montium, l. ſi ex plagis, §. in cliuo. ad l. Aq. Vnde cliuoſam viam, & planam, vt oppoſita diſtinxit. Vlp. in l. 1. §. deteriorem, ff. ne quid in loco publ.

Cloaca dicitur locus cõcauus, vni ſordes confluunt ex quocũq; vili loco, vel efluunt de vijs, & plateis; vel vbi ſtercora recipiuntur, ſ. latrina, ff. de clo. l. 1. Vel cloaca eſt locus cauus, per quem colluuies quædam fluit, & ponitur prętor ibi duo interdicta de cloacis. Primum eſt prohibitorium, quo prohibet vicinis facere vim quo minus cloaca purgetur, & reficiatur. Secundum reſtitutorium,

Eſtq; duplex cloaca, priuata, & publica; & appellatione cloacæ cubæ, & fiſtulæ continentur ex l. 1. præall ff. de cloacis. Inde cloacarius eſt, qui cloacæ curam habet, & cloacarium, quod ob cloacarum purgationem ſoluitur, l. ſi pendentes, de vſur.

C ante O.

COactilia, in l. argumento, ff. de au & arg. leg. dicũtur pelles, ſeu lora, quib. inuoluuntur, alleganturve veſtimẽta, quæ omnia ſunt inſtrumenti viatorij, l. 5. §. fi. de ſup. leg. a cogendo. i. aſtringendo, coarctandoq; dicta.

Coactio eſt duplex abſoluta, & conditionali. Coactio abſoluta eſt, cui reſiſti non poteſt, vt cũ quis violẽter trahitur ad aliquid faciendum, quo caſu quis omnino excuſatur 50. diſt. presbyteros & 1. q. 1. conſtat. Coactio conditionalis eſt, quę metum cruciatus, vel aliquid graue minatur, quæ ſi excuſat a tanto, nõ tamen a toto, c. ſacris de his quæ vi me. ve. cau. fi. in gl. verbi attenuet ſecundum Gof. in ſum. eo. tit. & etiam in c. cum dil. eod. tit. vide Bart. Brix. in gl. verbi multa, diſt. 5. ad eius verò, vbi bene diſtinguit. Et coacta voluntas etiam voluntas eſt 15. q. 1. meritò, ff. quod met. cau. l. ſi mulier, §. ſi metu.

Coalere eſt cohærere; & quẽadmodum Vlp. ait vnitatem inter ſe habere, l. non amplius, de dam. infec. Aliquando eſt coñcreſcere, l. per omnes, C. de deſen. ciui.

Coarctare, i. reſtringere, ita exponunt Hoſt & Arch. de reſcr. c. diſpendia, in prin. lib. 6. & habetur hæc dictio ext. de imm. ecc. c. 1. in fi. & de offi. deleg. conſuluit.

Coccum non continetur appellatione purpuræ, l. ſi cui de leg. 3. A cocco coccinus, vnde coccina veſtimenta, i. cocco fruticè infecta de quo apud Pli. & Dioſc. videre eſt.

Coccus venit appellatione artificis, quia cocum eſſe, & ars, l. ſi quis venditor, §. 1. & 2. ff. de ædi. edi. Imò cocus imperatoris habet dignitatem ad quod Bal. allegat tex. in l. 1. quis cocorum, de vſib. feud. hæc Lud. de Ro. in ſin. ſuis.

Codex eſt quilibet liber, qui continet in ſe diuerſos libros partiales, & hoc generaliter. Sed proprie eſt liber, qui cõtinet diuerſa præcepta Imperatorum. Vnde ante tempus Iuſtiniani erant tres codices, ſ. Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus, & multæ conſtitutiones extra illos diuagantes. Videns ergo Iuſtinianus tantã legum multitudinẽ, de iſtis trib. codicib. extrauagantib. fecit fieri vnum codicem, quem ſuo felice nomine nuncupauit codices Iuſtiniani.

Codicilli dĩr codices parui. i. libelli, in quib. cum aliquis impeditur aliqua neceſſitate, ne faciat

teſtamentũ de reb. ſuis diſponit in vltima voluntate ſecundũ Az. in ſum. C. de codicillis in hoc aũt a teſtamento differunt. In codicillis n. hǽditas, neq; dari, neq; adimi pôt rectè, ne confundatur ius teſtamentorum,& codicillorum. Nec in eis pôt exhęredatio ſcribi nec conditio hæredi inſtituto poteſt adijci, nec ſubſtitui in eis directè poteſt; ſed per fideicommiſſum in eis hæreditas directè relinquitur, vt Inſt. eo. §. codicillis, & §. directo. & plura alia, quæ no. Azo. & Hoſt in ſum. tit. de teſtam. & Spec. tit. de inſt. edi. §. viſo.

Codicillus eſt ſcriptura, vel litera, in qua teſtator voluntatem figurat ſuam nulla indigens ſolemnitate, ſed ſola teſtatoris volũtate qualicumque ſcripturæ ſignificatione expreſſa, cuius beneficio ſubuenitur voluntatib. defunctorum propter deficientem ſolemnitatem verborum legaliũ, vel certe propter neceſſitatem adhibendorum ſolemnium, quia minor eſt numerus teſtium, &c. vt ex modernis Doct. Guil. de Cu. tenet cum gl. in l. fi. C. de codi. Hæc ponit Bal. de Peru. in quodam conſ.

Cœmiteriũ eſt locus, vbi mortuorum corpora conduntur.

Cœnaculum præter vulgatam ſignificationem, de qua ſupra in ver. cęnaculum, appellatur locus ſuperior domorũ, ad quem ſchalis, aut cochleis aſcenditur. Cęnacula antiquitus incolebãt tenuiores, & inquilini. Hinc cęnaculariam exercere in l. ſi vero, de ijs, qui deie. hoc eſt domos totas conducta per ſingula cęnacula inquilinis locare, & cęnacularius eſt cænaculorum locator. Item cænacularium dicitur penſio, quæ ſoluitur pro conducto cænaculo.

Coetanei ſunt homines paris ætatis ſecundum Iſid.

Cœtus, vide cetus.

Cogere exponitur, i. congregare, ff. de vi bon. rap. l. 2. in princ. & §. dolo.

Cognati dicuntur, qui per fęmineum ſexum coniuncti ſunt.

Cognatio conſanguineæ vxoris, eſt coitus cum conſanguinea vxoris.

Cognatio legalis ſecũdũ Hoſt. eo. tit. eſt quædã proximitas proueniens ex adoptione, vel arrogatione, vt no. in rub. eiuſdem tit.

Cognatio ſpiritualis eſt ꝓpinquitas vel attinentia, quæ prouenit ex ſacri datione, vel ad ſacramentũ recipiendũ atteſtatione, vel attentione. Vnde ex cognatione ſpirituali, quæ in baptiſmo cõtrahitur, nouę propinquitates naſcuntur. Prima filiatio inter ſacerdotẽ baptizantẽ, & baptizatum. Secunda cõpaternitas inter ſacerdotem, & patrem baptizati. Tertia cõmaternitas inter eundẽ, & matrem baptizati. Quarta inter filios ſacerdotis, & baptizatum, ſ. fraternitas. 30. q. 1. omnes, & q. 3. ita diligere. Quinta filiatio inter

baptizatum, & ſuſcipientem de baptiſmo. Sexta filiatio inter eundem & vxorem ſuſcipientis. Septimo fraternitas inter baptizatũ & filios ſuſcipientis. Octauo compaternitas inter ſuſcipientē, & patrem ſuſcepti. Nona maternitas inter eundem, & matrem baptizati, 30. q.1. per totum.

Cognomen dicitur a cognatione, ff. de lib. & poſth. l.1. & inſtit. de leg. §. ſi quis in nomine, & C. de teſt. l. ſi in nomine.

Cognomina debent poni, quādo ex nominibus proprijs reſultari poteſt incertitudo, Bar. in cōſtit. 1. ff. de ver. quęro nunquid ſit neceſſe.

Cognoſcere inſtrumēta eſt ea relegere, & recognoſcere.

Cohors, i. ſocietas, ff. ad l. Iul. rep. l.1. de off. præf. l.3. in princ.

Cohortalis eſt apparitor, qui obnoxius eſt cohorti. l. ſi cohortalis, C. eod. tit. lib. 12.

Coire tam in bonam, quam in malam partem accipitur, vt coire ſocietate, & coire, i. conſpirare, l.2. de concuſſ.

Collactaneus dicitur, qui eiſdem mammis nutritus eſt.

Collaterales dicuntur, qui ſe attingunt, vel ſibi attinent tranſuerſaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam aſcēdentem vel deſcendentem, vt cōſanguinei, vel conſimiles. Dicuntur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter quaſi lateribus conſidentes.

Collatio ſecundū Azo. in ſum. C. de col. eſt ius, quo res quædam nō hæreditaria fit hæreditaria, i. redigitur in commune. Et dicitur collatio quaſi in communē latio. Nam quod erat proprium, dicitur ibi medium, & confertur, id eſt communioni ſubijcitur. Vel eſt confuſio, ſiue coadunatio rerum conferentis in res communes, ſeu cum rebus communibus diuidentis, vt not. in l. ſi ſoror. C. de collatione.

Collatio inſtrumentorum eſt, quando duo inſtrumenta inſpiciuntur, & examinantur ſimul, vtrum in vno ita ſit, ſicut in altero, vel vt videatur per modum & formam ſcripturæ effectus eius.

Collatores dicuntur a conferendo, quia conferunt in fiſcum, ſiue ordinaria ſit collatio, ſiue extraordinaria.

Collectari appellantur capſores, l. quiſquis, C. ſi cer. pet. ſecundum Alc. lib.4. diſp. c.12.

Collectiua dictio dicitur, quæ ſignificat collectiuè ex ſua impoſitione, quandoque etiam ex ſignificatu ſumpto aliunde, ex quauis alia materia ſubiecta ſignificationi, v.g. Ibi omnes ferunt lapidem, vel trabem, ſignificat collectiue, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aqui. Sed ibi omnes ſtudent auaritiæ, ſignificat diſtributiuè. Ratio, quia in primo exēplo ex vnitate lapidis ſumit ſignificatū verbi; ſed in ſcd'o exēplo ſenſus eſt, ꝙ quilibet homo ſtudet auaritię.

Colle-

Collega ſecũdum Iſid. dicitur a colligatione ſocietatis, vel com plexu amicitiæ, & eſt idem quod ſodalis in officio alterius paris poteſtatis.

Collegarius etiam eſt vnus ex talibus ſocijs.

Collegiati dicuntur, qui ſunt de aliquo corpore, i. congregatione, vel artificio hominum, veluti piſtorum, fabrorum, monachorũ, & quorundam aliorum collegiũ habentium.

Collegium eſt congregatio, quam ad minus tres facere poſſunt. Nã duo faciunt cõgregationem, collegiũ tres, populum 10. turbam 25. gregem 5. porci, vel 10. oues, vt not. Ber. de elec. c. 1.

Colles intelliguntur homines inferioris vitæ, C. de ſum. Tri. l. fi. in prin. ſuper verbo collis.

Colliſum argentum quid ſit vide, ff. de auro & arg. leg. l. Quintus, 2. §. cum aurum.

Collobium eſt toga, vel veſtis ſine manicis.

Colluctatio fit, dum aliqui ſimul luctantur, pugnis, vel calcib. vel verius, quando pugnantes nõ ſtant certo loco, ff. ad leg. Aquil. l. qua actione, §. ſi quis in colluctione, in gl.

Colluſio ſecundum Ber. in gl. in c. audiuimus, de colluſ. detegẽ. & c. cum clerici, de cenſi. eſt inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio, per quam alter iudicio ſuperari ſe permittit.

Collyrium eſt vnguentum ad oculos, Inſt. de rerum diuiſ. §. cũ ex aliena.

Colonia ciuitas eſt a matrice ciuitate deductis, i. metropoli, quãdoq; agrum colono locatum ſignificat, l. ſi in lege. ff. loca.

Colonus eſt, qui prædium habet agricolendi cauſa. Differt autem colonus ab inquilino, quia hic in rure, iſte autem in ciuitate moratur, & habentur plures ſpecies agricolarum, ſecundum Az. quia alij vocantur coloni conditionales, alij coloni inquilini, alij originarij, alij coloni ſimpliciter nuncupari, &c. de quib. infra patebit. Differentiam coloni ab vſufr. vide in gl. Inſt. de re. diu. §. is vero.

Colonus ſimpliciter ſecundũ Ioan. is dicitur, qui ſub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda accipit. Nam ſecundum eum non eſſet locatio ſine pecunia, ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis ſeruum.

Coloni cõditionales dñr quaſi ex ſua conditione prædium, vel agrum colere debentes, & ſcdm Io. ſic conſtituuntur, quod primo in ſcriptis, vel ſine ſcriptis perpetuo iure colonos ſe eſſe in fundo promittunt, vt poſtea p 30. ann. in fundo permaneãt. Et licet quidã putẽt hoc eſſe aſcriptitios cõditionales; tñ ſcdm Io. male putãt, q colonus tpis tráſcurſu põt liberari, aſcriptitius vero minimè, vt C. de agric. & cenſi. l. cũ ſcimus. lib. 11. Require ſupra aſcriptitius.

Coloni dominici dicebantur, qui colebant agros Imperatoris, vt C. de pręd. & omnib. re. lib. 12.

Coloni illyrici, alias, & melius illyciani, de Illyrico, i. de Sclauonia dicuntur; & habetur in l. cum quærebatur, C. vnde vi. vbi dicitur inter illyricianam ad uocationem, glo. 1. inter aduocatus de illyrico, cap. de col. Illyri. lib. 11.

Colonus inquilinus, licet ſecundum quoſdam inter colonos conditionales, & inquilinos nulla ſit differentia, pro quibus videtur facere, l. diffinimus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. tamen ſecundum Io. hæc eſt differentia, quia inquilinus minus aſtrictus eſt, q̃ colonus conditionalis. Vnde inquilinus bene poteſt in alia parte cuiuslibet ſuburbij domum conducere, & inhabitare, ſi conditionalis colonus non audet cũ ſua familia recedere a fundo, quẽ colit, nec alibi habitare.

Colonus originarius ſecundũ Ioan. dicitur coloni conditionalis filius ex eo, quod originaliter conditioni colonariæ ſubiectus eſt, nec refert ſecundum Ioan. ſiue in ſolo fuerit natus, ſiue extra ſolum; quia tãquam originarius ad terram illam reducendus eſt, quam pater ſuſcepit colendam.

Coloni palatini, habentur in C. eo. tit. lib. 11.

Coloni paleſtini ſunt de paleſtina prouincia dicti.

Coloni partiarij dicuntur illi, qui terram colunt pro communi damno, & commodo. Et competit contra eum actio pro ſocio.

Colonus ad nummum conductus eſt ille, qui ſtatim, cum fructus fuerint a ſolo ſeparati, vt vſufructuarius intelligitur, ſecũdum Io. ff. de fur. l. ſi apes.

Colonus ſuperficiarius eſt, qui aream conducit ea conditione, vt ſibi liceat in eã ędificare, & domum tollere cum voluerit.

Color ſumitur pro prætextu, l. 2. de inof. teſt. vnde color quæſitus in l. ſed Iulia, ff. ad Maced. cum id, quod verè agimus, ſimulatione aliqua obtegimus.

Colum niuarium ſecundum Nebriſ. eſt inſtrumentum argenteum ad percolandam aquã, ſeu vinum ex niuib. quod ex viminibus, ſaccoque fieri ſolet.

Comes eſt, qui comitatur, & ſequitur, l. item, §. apud comitẽ, de iniur.

Comes domorum, Iuſtiniano eſt prefectus domeſticorum principis.

Comes horreorum, de quo in poſterioribus, lib. C. curator erat priſtini principis, qui habebat mancipia quædã purgandis horreis, coquendoque pani principis aſcripta.

Comes orientis ſecundũ Azo. in ſum. eod. tit. fortè erat procurator rerum Cæſaris, quas habebat in oriente.

Comites Palatinus dicitur, q̃ curam gerebat præcipuam, vt miſſo-

miſſorum notariorum, & iudicũ negligentiam argueret, & a prouincialibus tributa exigeret, conſuetaq; de poſceret, ita quod nõ in prouincialibus, ſed præcipuè iuſſus eſt vt in iudicib. & eorũ officialibus præcepto immineret, & ſupereſſet. C. de off. commiſſ. ſacrarum largitionum, & de off. rec. pro.

Comes rerum priuatarum, ſecundum Azo. erat fortè procurator Cæſaris in priuatis reb. Alij dñt, quod priuati commodi & fiſcalium rerum habuit adminiſtrationem, vt eas conſeruaret, & in eis negotiaretur.

Comes ſacrarum largitionum ſecundum Azo. erat ille, per quẽ principes ſua ſtipendia largiebantur, & hic fortè erat procurator reipub. qui Græcè logiſta nuncupatur. Alij dicunt, quod per hunc Imperator liberalitatem ſuam, & magnificentiam exercebat, & largitudinem agebat.

Comes ſacri patrimonij erat, qui Imp. procurabat patrimonium, qui in hoc differt a comite rerum priuatarum, quia hic tenet cuſtodiam rerum priuatarũ, & exercet negotiationem circa mobilia, ſed ille patrimonium, & immobilia procurat. Et hæc differentia ſumitur ex verbis, C. de off. com. rer. pri. & de off. procon. Cæſ. l. 1.

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in principis conſiſtorio, qui dici meruerunt etiã ſpectabiles, & proconſulibus æquiparantur, C. de conſ. lib. 12. l. 1. Vel conſiſtoriani dicebantur, qui prεerant caſtris Principis ordinandis, & erant plures, & eligebantur decani de conſiſtorianis, & miniſterianis, vt eod. titu. præalleg. Alio modo cõſiſtoriani dicebantur caſtrenſiarij, & apud nos hodie caſtellani vocantur, licet apud alios vocentur omnes, quibus prouiſum eſt de certis reditibus, vt in caſtro aliquo pro defenſione, & cuſtodia commorentur de com. re mil. & qui prouincias regunt, &c. vide C. lib. 12. cum ſuis titu.

Comites iudicum, qui intelligendi ſint in alla comites, ad leg. Iul. repet. explicat ibi eleganter Bud.

Comites ſcholarum, vt tradit Hegend. dicuntur comites locorum, in quibus tyrones ad opera bellica exercentur, qui & tribuni ſcholarum appellantur.

Comeſtor, vel commeſſor idẽ eſt quod guloſus.

Comitatus propriè de Imperatoria aula dicitur, hodie & territorium appellatur, cuius rei rationes affert Alc. in l. pupillus, de verb. ſign.

Comitatenſes milites dicũtur milites ſtipendiarij, in comitatu ſic dicti, quia militant non ſoli, ſed in comitatu. Sed ſecundum Alc. dicuntur palationes, qui eũ ti Imperatori aſſiſtunt.

Comi-

Comitium, locus eſt, in quem populus ſuffragiorum cauſa conueniebat, inde calata comitia dicta, quod populus vocatus ad ferenda ſuffragia, eo ſe conferebat.

Commata, id eſt aggeres, ff. de extr. crim. l. penult. §. pen. & ibi not.

Commeatus eſt, quod vulgo dicitur conductus liber, i. tranſitus a commeando deſcedens.

Commeatus etiam dñr, quecunq; ad publicum victũ attinet.

Commenda eſt cuſtodia eccleſiæ alicui commiſſa, c. nemo deinceps, de elect. lib. 6. vbi gloſ. de commendis.

Commendare eſt deponere, de verb. ſign. l. commendare. Etiam capitur pro laudare, vt in gl. præalleg.

Commendatarius dicitur nullus miniſter, vt patet in l. Lucius, ff. depoſi.

Commendatitiæ literæ ſunt dimiſſoriæ, quib. clericus dimittitur, & abſoluitur a poteſtate ſui epiſ. in quib. perhibetur de vita, & ordinibus illius teſtimonium.

Commendo eſt verbum importans fideicommiſſum, Bar. in l. fideicommiſſa, §. ſi ita, ff. de lega. 3.

Commentarienſis dicitur cuſtos in carcere poſitorum, vt C. de cuſt. reo. l. ad cõmentarienſes. Alias ponitur pro eo, cui cõmiſſa ſunt acta. l. in fraudem, de iur. fiſ.

Commentarius ſeu commentarium liber eſt, quem ſibi quiſq; priuatim conficit, in quo capita tantum, & ſummæ rerum, quas agit memoriæ cauſa annotari ſolet. Huiuſmodi libellus ſibi conſcripſiſſe Rom. princeps obſeruauit diligentiſſ. Bu. in l abeſſe, ex quib. cau. ma.

Commentum ſignificat deceptionem, vel occultum ſeu malitioſum tractatum, de reſt. in inte. c. 1. lib. 6.

Commentitium ius, i. nouum & redens introductum, quod recentiores ius poſitiuum vocant, l. ſi pęna, de pęnis.

Commercium ſecundum Iſid. l. 5. eſt deriuatum à mercib. quas res venales nuncupamus, & eſt commercium quaſi commutatio mercium. Etiam dicitur copula, dicendo, carnale commercium.

Cõminationes ſunt minæ per iudicem impoſitæ, nec tamen habent auctoritatem rei iudicatæ ſecundum Azo.

Comminus, i. ſtatim vel adminus, ff. de pig. act. l. ſi qua. & de rei vend. l. fin. a bonę fidei, & de verb. obl. l. communis. Aliquando communis exponitur, l. tota ea die. C. de fru. & lit. expen. l. terminato, & ibi no. vel comminus, i. præſentialiter, C. de leg. ſi imperialis, in prin.

Commiſſoria lex, vide lex cõmiſſoria.

Commiſſum delictum non ſoluti veſtigalis, l. Imperatores de publica.

Committere modo ſignificat delinquere, aliàs ad contentionē, & concertationem exhibere, vt in l. qua actione ad l. Aquil. interdum, quod vulgo confiſcare dicitur, l. debitor de nego. geſt. Accipitur, & pro irritate ad pugnam, l. 1. §. cum arietes, ſi quadru. pau. fe. dic ſæpe pro concedere, ſeu tradere, vt in l. 1. de offic. præfe. vrb.

Commodare eſt rem ad vſum alicuius, quandiu velit, concedere.

Commodatarius eſt ille, cui res aliqua datur vtenda, vide licet ipſum commodatum.

Cōmodati actio require ſup. actio commodati.

Commodum ēſt alicuius certæ rei ad aliquē ſpecialem vſum gratuita facta conceſſio. Adde ad certum tempus tacitum, vel expreſſum ſecundum Io. And. in c. vnico de commo. & differt a præcario per vſum ſpecialem, item quia precarium poteſt reuocari, ſed commodum non poteſt reuocari, niſi expleto vſu, ad quem datur.

Commodum ſecundum Iſid. lib. 5. eſt illud, quod eſt noſtri iuris, & etiam ad alios temporaliter translatum eſt, cum modo tēporis, quandiu apud eos ſit. Vnde commodum dicitur etiam ab alio nomine commodatum.

Commodum cum erit, qualiter intelligantur hæc verba, tradit in l. nepos, de verb. ſign.

Commonitorium pro conuentione tacita, & facta abſq; ſcriptura, l. 1. C. de ſuffr.

Communi diuidundo ſecundū Iſid. lib. 5. eſt inter eos, quib. res communis eſt, require ſupra actio communi diuidundo.

Communi dñr, quæ cum ſint in vſu oīum animantium occupātib. conceduntur, vt lapilli, &c. Inſt. de rer. diui. in gl. ſupra §. littorum, & quomodo differat commune in publico, quære ibidem.

Comparare, & emere differunt, vt no. in l. 1. §. pen. ff. de cōtrah. empt. & vendi. C. de rerum permul.

Comparatiuus capitur interdum propoſitiuo, vt latius, i. latè, cap auaritiæ, de elect. lib. 6. Sicut interdum poſitiuus capitur pro comparatiuo, vt in Pſ. 117. Bonum eſt confidere in Domino quam in homine Bonum eſt ſperare in Deo, &c. ibi bonum, id eſt melius.

Compeditus, qui compedibus quæ genus ſunt vinculi, coercetur, §. fi. Inſt. de lege Aquil.

Compendium, pro lucro, & vtilitate, ſiue pecuniæ, ſiue temporis, ſiue operæ, vel alterius rei. l. Titum. de admin. tut. & l. eundē, de leg. Inde & pro breuitate ſumitur, l. Mæuius, de leg.

Compendioſa ſubſtitutio dicitur, quia ſub verborū compendio plura complectitur tempora, & quandoq; plures ſubſtitutione. Vñ infra ſubſtitutio cōpendioſa.

Com-

Compenſatio ſecundum Azo, in ſum.eo,tit.eſt debiti, & crediti ad inuicem, i. ab vtraq; parte intra ſe contrahentes, contributio. Dicitur.n. quaſi communis compenſatio, vel eſt debiti ad debitum hinc inde facta deductio, vt debeo tibi 40. tu mihi cētum, dum peto a te centum, tu deducis 40.

Competenter not. gl.24. q.3. votum,& vide,quod not.de verbor.ſign.c fin. lib.6.ſuper verbo contempſerit.

Cōpetere dicitur, cum ius eſt ad petendum illud,quod petitur no.in gl. ff.de dam.infect.l.damnum in princ. Item competit exponitur,i.conuenit,vt in auth.de æqua.dot. §.his conſequens.

Competitores ſunt,qui in magiſtratibus officij, & honoribus petendis concurrunt, l.3. §.pen. de decur.

Compilare leges, ſeu componere,eſt leges ab alijs ſcriptas in vnum volumen redigere, alias compilare eſt furari,l.ſacrileg.ad l.Iul.pe.

Compilator ſecundum Iſid.li. 10. eſt ille, qui aliena dictis ſuis permiſcet. Et ſic ſolent pigmentarij in pictura diuerſa mixta cōfundere. Vnde illud Horat. Pictoribus atque poetis. Quidlibet audendi ſemper fuit equa poteſtas. Hoc ſcelere quodam accuſabatur Mantuanus ille vates,cū quoſdam verſus Homeri transferens ſuis permiſcuiſſet, & cum compilator veterum ab æmulis diceretur, ille reſpondit, magnarum eſt virium,clauam a manu Herc. extorquere.

Compita dicuntur loca, vbi plures viæ conueniunt ſimul. vt 13. q.2. de viro in princ.& ibi per abrupta itinera, & compita.

Complexus,vel copulatio dicitur plurium, item in vnitate ſermonis coniunctio. Et fit ab homine,vel a lege. Ab homine fit tripliciter,vt l.triplici,ff.de verbor. ſign. Nam aut eſt complexus, vel copulatio nominū tantum,ſ.verbis quando vnum nomen ſequitur aliud immediatè cum copula,vel ſine;verbi gratia,Titio, & Seio lego fundum pro æquis portionibus,l.reconiuncti, i.reſpon. ff.de leg.3,lib. iſti non ſunt re cōiuncti,ſed verbis tantum,quia vnum ſequitur aliud immediate cum copula, & idem eſſet ſi ſine copula, quia tunc intelligitur, l. triplici præalleg. in §.videamus. Aut ſecundum rem tantum,quādo per rem tantum fit complexus,vt Titio lego fundum,& eundem fundum Mæuio lego.l.præalle.re coniuncti.in princ.Tertio re,& verbis ſimul complectendo & res, & nomina, vt Titio, & Seio lego fundū Sempronij. Vbi Titius, & Seius ſunt coniuncti verbis propter verbum complexum, & re, quia eadem re copulantur. Et ſic teſtator cēſetur cuilibet inſolidum legaſſe eam rem, vt §.ſi eadem res.Inſtit.de leg.Et

ex complexu prædictis modis fa ℂto habetur hæc differentia,quia ex complexu re tantum,vel re,& verbis,ſi vnus coniunctorum deficit, vel quia repudiat, vel alias nō admittitur in perpetuum, vel interim, alter in totum admittitur,iure non decreſcendi, l.ſi ſeparatim,ff.de cond.& dem.Nam non poteſt partem agnoſcere, & partem repudiare,l.neminem, ff. de leg.2.& l.vnica,§.ſinautem ad deficientis perſonam, C.de cad. tol. & res in ſolidum cuiq; aſſignatur,d.l.vnica,§.ſi vero.Sed in coniunctis verbis tantum,ſi vnus cōiunctorum,repudiat, vel alias deficit, alter admittitur ad partē deficientis iure accreſcendi, & cum onere impoſito, ſocio deficiente,vt l.plane,§.ſi cōiunctim, ff.de leg.1.& l.vnica,§.ne autem hoc,de cad.toll.præall.Item ſi ſocius interim nō admittitur,l.ſpes alter iterum ad hanc partem non admittitur,l.ſi duob.in prin.ff.de leg.1. Sunt & aliæ differentiæ ex complexu,vel coniunctione prouenientes, de quibus in tract. de verb.ſign.qui incipit verbum Finaliter ergo complexus,vel coniunctio ſignificat diuerſimodè,ſecundum quod ſunt coniungendi modi, vel quoduis aliud ſignificatum ſignificare declarans Coniūctio autem legalis dicitur, quæ lege inducitur, & ſignificat id,ꝙ ipſa lex,vel alia ex ſuis, vel alterius legis, aut verbis; aut aliter quocūq; modo ſignificare deat.

Complices quam dicantur, vide Bar.in l.1.ſi rector prouinciæ.

Compromiſſarius dicitur, cui ſimpliciter, vel ad tempus committitur,vt eligat vice eorū, qui compromittunt;vt extra de elec. c. quia propter. Nec eſt per omnia idem arbiter,& compromiſſarius ad eligendum datus,vt ibidem,cap.ſicut cum per formam, ibidem de re iudi.c. cum ab vno, lib.6.

Compromiſſum, i.arbitrium.

Cōpromittere eſt cauſam executoriam, vel executiuam ad dictamen arbitrorum dare,& eandem ſecundum dictamen rectæ rationis pro vtraque parte appoſitam ab ipſis velle explicari.

Concameratio, ſtructuræ genus arcuatum,leg.fi.cui ædes, de leg.3.

Conceptio pro formula ſumitur,l.libellorum,de acc.Vnde cōceptis verbis iurare, i. dictatis a deferente iuramentum.

Concha apud rubrum mare, & creſcit, & coaleſcit, l.& ſi.de au.& arg leg.

Conchylia æ,concha dicūtur. Vnde conchylegulus legens conchas vel conchylia, C. de muri-leg.l.qui aut a patre,lib 11.

Concilium eſt conuentus aliquorum,tractantium arduas cauſas, totam Chriſtianitatem concernentes.Et dicitur a verbo concalare, i. conuocare. Vel a communi intentione dictū eſt, quod exiſtentes in concilio, in vnum diri-

dirigant omnem mentis obtu-tum. Vel dicitur quaſi concidium d, in l, literam tranſeunte, 15. diſt. cap. 1. vbi etiam ſynodus, cætus, & conuentus exponitur. Concio nare eſt aptè componere; hinc cō cionatoria vaſa, in l, pen. de pe. leg. 1. ad concionandum apta, & & concionatores cauſarum, in l. nec quicquam, de offic. proconſ. qui ſimulas captionibus cauilliſque in longum lites ducere moliuntur, cum iure agere non poſſint.

Concipere eſt exprimere, l. quicquid, de verb. oblig. & propriè ad certam formulam. Vnde concipere iuſiurandum, eſt iuraturo certam iuramenti formulā præſcribere.

Conclaue dicitur cella, vel thalamus ſecretus, ad quem per multas claues venitur, vide gl. in verbo conclaue, l. quod conclaue, ff. de dam. inf. & ideo in elec. Papæ Cardinales intrant conclaue.

Concluſio eſt terminus excluſiuus probationum, & allegationum, Pan. in c. cum dilectus, de fide inſtr. in fi.

Concratitius paries in l. ſi fratres, pro ſoc. dicitur paries ex cratib. inſertis factus, ſeu ex aſſerib. arrectis tranſuerſiſq; in modum cratis. Alci. in l. quantum, de verbor. ſign.

Concubina ſumitur duob. modis. Primo dicitur illa, quam quis cognoſcit fornicario affectu, & talis non impedit ordinis promotionem. Secundo dicitur illa, quā aliquis cognoſcit vxorio, ſiue maritali affectu, & talis impedit promouēdum ad ſacros ordines, 33. diſt. ſi quis de laicis. de præſump. cap. illud de clande. deſpon. per totum.

Concubinatus eſt crimen mere eccleſiaſticum, vnde debet etiam puniri per iudicē eccleſiaſticum, non per ſecularem. Fel. in c. eccleſia S. Mariæ in col. 50 alias 43. ver. 17. de conſt. quia ſecundū leges non eſt crimen, l. concubinatu, ff. de conc.

Concuſſio interprete Alberico eſt, cum officialis a ſubditis, per metum aliquid extorquet, aut non facit iuſtitiam, niſi pecunia recepta, vel aliquid vltra debitum ſalarium extorquet, vel cū quis accuſat, vel ab accuſatione deſiſtit propter pecuniam.

Condemnare aliquando ponitur pro condemnari facere, l. furti, §. mandati, de iis, qui not. infa.

Condicere eſt rem ſuam in iudicio petere, perſonam pulſando, vel inquietando, & ipſam dicendo obligatam ſibi eſſe ad aliquid dandum, vel faciendum. Vnde dicitur indebiti condictio, & tractum eſt hoc verbum a veteri obſeruatione, quia olim erant in vſu ſolemnia verba, quæ oportebat actorem cum litigabat, corā iudice condicere, i. ſimul dicere quando litigaret, vt ſi caderet a ſyllaba, caderet a tota cauſa. Et quia in perſonalibus actionibus

hoc obſeruabatur, ideo perſonales actiones dicebantur cōdictiones. Deinde præfata ſolemnitas in deſuetudinem tranſit, hoc tñ nomen adhuc remanſit, vt perſonales actiones adhuc dicantur condictiones, quamuis nō ſit neceſſe hanc ſolemnitatem obſeruare, & hęc verba conducere. Et ex hoc intelligitur, quod condictio nō eſt aliud, niſi perſonalis actio. Et cōdicere aliquid, eſt illud per actionem perſonalem petere.

Condictio multiplex eſt. Nam quædam eſt conditio certi, quæ competit ex omni cauſa, & omni obligatione, ex qua aliquid certū petitur, ſiue ex certo contractu, ſiue ex l. A qui. agatur, ſiue ſuo nomine, ſiue hæreditario quis obligetur. Vnde manifeſtū eſt, quod iſta condictio concurrit cum actione mandati depoſiti, & cæteris, vbi quid certum petitur. Et iō ſecundum diuerſitatem cauſarū nunc re, nunc verbis, nūc literis, nunc conſenſu contrahitur, nunc etiam ex contractu, nunc ex quaſi contractu, nunc ex delicto cōpetit, in mutuata tamen pecunia ſola illa competit.

Condictio ea lege ſecundum Azonem, eo. tit. locū habet quando ex noua lege ſurgit obligatio, nec in eadem lege cautū eſt, quo genere actionū quis experiatur, quæ pro varietate cauſarum, nūc ex contractu, nunc ex delicto naſcitur, & ſic non ſtatuitur, vel cauetur, qua actione agatur.

Cōdictio furtiua competit domino rei contra furem, eiuſq; ſucceſſores ad ipſam rem perſequēdam, vel ęſtimationem eius, quāti plurimi fuerit poſt quam ablata fuit, eo quod fur ſemper eſt, & fuit in mora.

Condictio indebiti competit ei, qui per errorem indebitam pecuniam ſoluit alicui, credens ſe ei teneri, cum non teneatur, vel cum a procuratore ſuo ſoluta eſſet ipſo ignorante. Eſt ergo condictio indebiti ſecundum Azo. in ſum. eo. tit. poſtquam ſoluta indebita repetuntur, ſiue per ignorantiam facti etiam non probabilem, vt quia errauit quis in facto ſuo, ſiue per ignorantiam iuris talia indebita ſoluātur, quia ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno vitando, vt ff. de iu. & fac. igno. l, iuris ignorantia.

Condictio liberationis competit ei, qui, quod omninò non debuit, promiſit.

Condictio ob cauſam datorū ſecundum Azo. eo. tit. competit, & locum habet vbicunq; hi contractus innominati interueniunt ſ. do vt des; do, vt facias; facio, vt facias. In illo autem contractu innominato, ſ. facio, vt des, datur actio de dolo. Et prout alij dñt, competit ad rem petendam, quæ ob cauſam honeſtam (vt pote in cauſam futuram, vel pręteritam) data eſt, cā non ſecuta. Pōt. n cōdici cauſa nō ſecuta, ſi pęnituerit dantem, re integra. Si vero dediſti mi-

ſti mihi decem, vt Bononiam irẽ, & aliquid erogaui ad profectionem, præparandam habes condictionem, ita tamen, vt præſtetur mihi iudemnitas.

Condictio ob turpem cauſam eſt, per quam repetimus ea, quæ dedimus alteri, cauſa non ſecuta ob quam data ſunt, ſi turpitudo tantum in parte accipientis verſetur. Alioquin ſi in parte dantis, & accipientis, repeti non poteſt, quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis, c. in pari. de reg. iur, lib. 6. & ſecundum Azo. e. tit. ponitur exemplũ. Ego dedi tibi, vt ſacrilegium non faceres, ab hoc. n. debuiſti abſtinere, & cauſa ſecuta poſſum petere, quod tibi dedi.

Condictio ob cauſam, hanc cõdictionem parit res apud alium cõſtituta, ſiue ab initio, ſiue iam, ſiue poſtea peruenit ad eum ex iuſta cauſa, poſtea ad inſtantiam rediјt, vt chyrographũ apud creditorem debitor poſt debiti ſolutionẽ repetit. Sed hanc condictionem ob cauſam putant quidã ex cõtractu prouenire, quia non cõpetit, niſi alij contractus precedant. Alij ex quaſi contractu credunt deſcendere, ad ſimilitudinẽ condictionis indebiti, quia qui ob cauſam condicit actori, primum contractum diſſoluit.

Condictio ſine cauſa competit, quãdo aliquid primò ex iuſta cauſa eſt apud alterũ, ſed poſtea per aliquem effectum eſſe nõ debet, v. g. mutuaſti mihi 100. fecit tibi inſtrumentum, in quo cõfeſſus ſum, me tibi teneri, ſoluo tibi, modo inſtrumentum obligatorium eſt apud te, ſine cauſa, per quam repetam ipſum. Competit ergo condictio, ſine cauſa, finita cauſa, ex qua res ad aliquem peruenit ex contractu, qui iam finitus eſt, vnde videtur deſcendere. Item ſi ſine cauſa penes te res eſt quam non habes per cõtractum, & ita nec ex cõtractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiam l. cum habet vbicumque ſine cauſa aliquid, quod apud te eſt, mea intereſt me habere.

Condictio triticaria generalis eſt, de alijs reb. omnib. cõpetens, preterquam de pecunia numerata, ſiue mobiles, ſiue immobiles ſint: Iõq; fundus, & vſusfructus, &c. ſeruit. pręd. per ipſam repetũtur. Rem autem ſuam nemo petit hac actione niſi ex certis cauſis, vt ex cauſa furti, vel rapinæ.

Condictio eſt diſpoſitionis ſuſpenſio ex euentu incerto futuro ei appoſito, in quem euentum eius diſpoſitionis facta eſt collactio. ff. ſi cer. pet. l. itaque, v. g promitto, vel lego, ſi Titius fuerit cõſul, hæc diſpoſitio eſt conditionis, ex in certo appoſito, ſi Titius, &c. Et per hoc diſpoſitionis fit ſuſpenſio, & eueniente caſu, quo Titius fit Conſ. purificatur, & non plus ſuſpenditur, Inſt. de verb. oblig. §. ex conditionali, ff. de cond. & demon. per totum po

teſt

reſt autem capi conditio dupliciter, vno modo pro temporis ſuſpenſione, quod ſolet apponi in contractib. aut vltimis volũtatib. de quo in ti. præalleg. de cond. & dem. & in tit. de cond. inſt. Secundo modo, quando aliquid ſolutũ eſt, & illud intendimus repetere, & appellatur condictio quaſi ſoluti repetitio, de iſta tractatur in tit. de cond. ob cau. datam, & tit. ſeq. Et not. quod conditio differt a modo, & a cauſa, & a demonſtratione ſecundum gl. in rub. ff. de cond. & dem. Bart. ſic diffinit. Conditio eſt quidam euentus futurus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, & intelligitur de euentu in facto, vel in iure, l. multum intereſt, ve cond. & dem. ſiue conditionis affirmatiuę, vel negatiuę, l. in teſtã, eod. tit. Et dicit futurus, quia de præterito, & pñti ,ppriè non eſt conditio, quia nõ ſuſpendit, l. cum ad pñs, cum duab. ſeq. ff. ſi cert. pet. Bal. vero ſic diffinit. Et adiectio quædam, per quam diſpoſitam hẽt in ſui eſſe pendentiam, & exiſtentiam, vel defectũ. Et hæc gñalis eſt ad omnem conditionem inductiuam, & extinctiuam, de preterito, preſenti, vel futuro. Petrus de Peruſio ſic diffinit. Conditio eſt verborum adiectio in futurum ſuſpendentium, ſecundum quam diſponens vult diſpoſitum regulari. Significatur autem conditio per dictionem ſi, vt in exemplo, lego ſi Titius fuerit Conſul. Item per aduerbium, cum, vt dicendo; cum Titius Cõſul fuerit. Sed eſt differentia inter ſi, & cum, non quo ad conditionem faciendam, ſed quo ad modum ſignificandi, quia dictio, ſi ſignificat principaliter conditionem, vel ſuſpenſionem; & per cõſequens tempus dilationis, & diſpoſitionis in euentum futurum. Et quia ille eſt incertus, ideo conſecutiuè ſuſpẽſionem ſignificat. l. ſi Titio, l. ſi quando dies le. ced. & l. qui promiſit, ff. de condit. & demon. Item dictio niſi, ſignificat conditionem, vt vendo tibi librũ pro 10. ita, vt venditio valeat, & perficiatur, niſi alius conditionem meliorem, infra menſem faciat, l. 2. cum ibi no. ff. de in diem adiect. Item dictio, alioquin, cõditionem facit, vt promittis mihi ſcribere librum infra mẽſem, alioquin decem nomine pœnæ; Nam ſenſus eſt, ſi non ſcripſeris, &c. l. ſi finito, §. ex hoc edicto, ff. de dam. infect. Item in dictione alias, quia eodem modo exponitur, id eſt ſi non ſcripſeris. Item in dictione ſiue, dicendo; promitto, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius Conſul fuerit. Et quæ illarum conditionum diſiunctiuarum prior fuerit, purificat diſpoſitionem. Itam in alternatiua, vt dicendo, aut relinquas prædia propinquis, aut libertis, l. cum pater, §. pen. ff. de lega. 2. Nam ſenſus eſt, ſi non ſint propinqui, veniant liberti, & hoc ſignificato ſumpto ex maio-

ri affectione propinquorum, qui bus teſtator primo relinquere voluit, vt patet ex ordine ſcripturæ. Item in aduerbio quandiu, vt tibi promitto, vel lego ſingulis annis 10. quandiu res meas, vel hæredis mei geſſeris. Nam ſenſus eſt, ſi geſſerit habeas 10. l. pater, §. fin. ff. de cond. & dem. Item in dictionib. quoad, donec, quouſq; quia idem ſignificat. Item in dictione, dum dicendo, lego vxori dum cum filio meo erit, l. qui cōcubinam, §. vxori, ff. de leg. 3. Itē in dictione quandocunq; vt vir legat vxori quandocunq; filios habuerit, l. cum vir. ff. de cond. & dem. tem de quando, vt lego pupillæ, quando nupſerit. Item de vbi dicendo, lego filio, vbi nupſerit. Item de quatenus, vt lego qua tenus hæres meus erit, quia ſenſus eſt, ſi in toto, vel in parte, l. Stichum, ff. de leg. 1. Item de poſtquam, & ad, vt lego ad tempus liberorum, l. ſi vir vxori, ff. de cōd. & demon. Item de præpoſitione cum, vt ancilla cum liberis libera eſt, intelligendo, quod ancilla libera non ſit, niſi cum liberis, l. ſi ita fuerit, ff. de man. teſt. Item de in, vt lego Titio in diſciplina, l. nec ſemel, §. ſi in habitatione, ff. quando dies leg. ce. Item in nomine, vt promitto tibi partum Agnetis, vel fructus fundi talis, l. interdum, ff. de verbor. oblig. & l. 1. in fin. de condit. & demon. & pendet diſpoſitio ex incerto futuro euentu, i. ſi pariat, vel fructus creſcant. Item promitto centum nomine dotis, i. ſi matrimonium ſequatur, l. ſi ſtipulationē, ff. de iure do. quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, ergo ſic intelligitur. Item de donat. cauſa mortis, l. ſi mortis cauſa, ff. de donat. cauſa mort. & hoc ex natura huius contractus, qui procedit ex communi modo ſic agendi. Item in pronomine, vt veſtē, quæ mea erit, lego. l. nuper. ff. de leg. 3. Item de quiſquis, vt quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo. ſ. qui li. §. hæc verba, ff. de vulg. ſubſtit. Item de quiſque, vt Titium, & Seium pro quanta parte quiſq; hæredem me fecerit, ipſum inſtituo, l. hoc arg. ff. de hær. inſt. Idem de qui, vt qui prius aſcenderit capitolium, l. ſi fuerit, ff. de reb. dub. Item de quicunq; vt quicunq; profeſſus fuerit, &c. l. edicto, ff. de in. fiſ. & hoc de ſignificatu non tantum pronominis, ſed etiam verbi futuri temporis, l. 2. ff. de hær. inſt. Similiter ibi; lego piſces, qui capientur, legatum eſt conditionale. Idem de participio, vt acceptis centum a Titio, inſtituo eum hæredem, l. a teſtatore, ff. de cond. & dem. Nā licet acceptis ſit præteriti temporis, tamen ſignificat ibi futurum, ſ. ſi accepero, &c. Item ibi; lego Stichum futurum meum, argu l. Stichum, ff. de leg. 1. Item in gerundio, vt ſum inſtitutus adeundo repudiante Titio, l. ſi tu ex parte, ff. de acquiſ. hær. Item in ſupino,

nō, vt lego, vel promitto euntibus ſpatiatum in Dominico, & ſic de ſimilibus.

Conditionalis creditor quis ſit, habetur in l. conditionales, de verborum ſignificatione, conditionalis autem ſtipulatio. Require infra, ſtipulatio.

Conditura, quod ferculis condiendi gratia adhibitur, l. ſi quis de vi. triti. & oleo lega.

Conducere dicitur ille, qui rē aliquam ab aliquo data mercede, vel promiſſa accipit vtendā. Vnde; Conducit qui dat, ſed qui locat accipit illud. Interdum tamen per contrarium euentum euenit, vt locator dicatur qui precium dat, conductor qui accipit, vt in l. 2. in pr in. ad leg. Rhod. de iac. & alias ſæpe, vt ibi annotauit Bud.

Conducti actio. Require, ſupra actio conducti.

Confeſſio eſt duplex, ſcilicet iudicialis, & pœnitentialis. Et ad hoc, vt confeſſio iudicialis præiudicet, debet habere hæc ſex. Vnde, Maior ſpontè, ſciens, contra ſe, ius ſit, & hoſtis; Nec natura neget, fauor, aut lis ius ve repugnet. Vide hæc cum allegationibus ſingulorum, in gloſ. cap. nos in quenquā 2. q. 1. in verbo cōfeſſum, & de confeſſione. Confeſſio autem iudicialis eſt certa, & clara aſſertio, id eſt reſponſio eius, de quo quæritur in iure coram legitimo iudice facta. Et fit in iure tripliciter, ſ. ore, facti euidentia, & interpretatiuè, ſ. contumacia, c. nullus dubitat. de præſ. Et præiudicat dum fit in iure, i. in iuditio coram iudice competente, & aduerſario pñte, quod intelligitur per dictionem hoſtis, ſupra poſitam. Item fit per lit. conteſt, nec fit contra naturam, vt eum occidiſſe, qui viuit. Item de re litigioſa, nec in cauſa fauorabili ſecundum Ber. in gloſ. præalleg. Et confeſſio facta in pñia ſacerdoti non facit fidem coram iudice ſeculari. C. de epiſc. aud. l. archigerontes, & ibi per Doct. Sicut nec præiudicat confeſſio extra iudicium facta, niſi cauſa adijciatur, vt confiteor me debere tibi centū ex cauſa mutui. C. de nō num. pec. l. generaliter gloſſ. not. 3. quæſtione nona, cap. teſtes, §. de his.

Confeſſoria actio. Require ſupra actio confeſſoria.

Confeſtim intelligitur cum prius, vel quam prius poterit. l. 2. §. pen. ff. ad Treb.

Confinia dñr ea, quæ adeò ſibi proxima ſunt, vt nullus medius paries interponitur, ſed vt bona prædia parietib. diſtinguū conſueuerunt. Et ideo non ſunt confinia, ſed magis dicuntur vicina, ff. fin reg. l. 4. §. hoc iudicium.

Confirmare eſt alicui iuri, vel facto firmitatem præſtare.

Confirmatio eſt iuris prius habiti corroboratio, vt colligitur de fid. inſt. c. inter dilec. Alio mo-

do eſt ſacramentorum admini-ſtratio,ſ.in fronte chriſmatis aſſi gnatio. Et fit confirmatio primo modo dicta his verbis. Confirma mus te ſicut: itè poſſides, vel ſi-cut ſine prauitate facta eſt ele-ctio,vel ſicut prouide facta eſt.

Confiſcari eſt fiſco applicari, vel in fiſcum induci. Vnde fiſcus eſt regius ſaccus, in quem redu-cũtur bona damnatorum,& pro-ſcriptorum. Vnde dicitur: Facta eſt omnium bonorum confiſca-tio.

Conflatum vas,i.factum, §.cũ ex aliena.Inſt.de rer.diui.

Confundere eſt commiſcere, §.ſi duorum, Inſtit. de rer.diuiſ. Nonnihil tamen inter ſe differũt, vt not.gloſ.in §. quod ſi frumen-tum,eo.tit.

Congiarium prçter alia ſigni-ficata, genus eſt menſuræ vinariæ, l.tabernæ,de fun.inſtr.

Cõgregatio apud Canoniſtas dicitur etiam de duob. cap. 1. de elec. quod an generaliter verum ſit tractat Alc. in l.deteſtatio, §. ſi.de verb.ſign.

Cõiectiura eſt veriſimilis rõ, ſuſpitionem inducens,non de ne ceſſitate perſonarum veniens.

Conijcere eſt perpendere, vel præſumere.

Cõiugium idem eſt,quod ma-trimonium,& dr̃ coniungiũ,quia communi iugo, & æquali coniu-ges vitam trahere debent, licet aliquando diſſipari tractu.

Coniunctio quandoque poni-tur pro diſiunctione,vt cum dici tur mihi,hærediq; meo.ff.de ver. ſign. l. coniuncti, & diſiunctio, quandoq; pro coniunctione ſu-mitur,vt ff.eo.l.ſæpe.

Coniũctionis materia quæ ſit vide ſupra in ver.complexus.

Cõniuere eſt oculos claudere, & interdum ponitur pro diſſimu lare,vt cum dicitur, conniuenti-bus oculis. Quandoq; idem eſt, quod conſentire, vt conniuens conſentiens dicitur, & conniuen tia, conſenſus, l.quiſquis, C.de poſth. Qui mihi conniuet oculis ſignum mihi præbet.

Conſanguinei dicuntur, qui inter ſe ſanguine coniuncti ſunt, l.1.§.pen.de ſuis,& leg.hær.

Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quod vna deſcendit ab alia, vel ambæ ab eadem, vel eſt vinculũ perſonarum ab eodem ſtipito de ſcendentium, carnali compagi-ne contractum. Vel eſt conuen-tio vnius perſonæ ad aliam,pro-ueniens ex parentela, & dicitur conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas.

Conſcripti patres dicebantur quorum nomina ſcripta erant in aliquo loco, vt in corona capitis eorum,vel alias vt gl. Inſt. quib. mod.ius pa.po.ſol.§.patritiatus.

Conſenſus, & authoritas tuto rum. Require ſupra authoritas præſtanda. Et conſenſui eſt qua-druplex, ſ. negligentiæ, conſilij, cooperationis, & authoritas,vel defen-

defenſionis. Et primo, & ſecūdo conſentiens minus punitur quā faciens, tertiò æqualiter vero plus. De hoc gl. optima in c. 1. de offi. deleg. ſuper verſ. pari pœna.

Conſenſu dicitur obligatio contrahi, velut in emptione, locatione, condictione, permutatione, mandati pro ſocio, & ſimilib. In quibus dicitur ideo obligatio contrahi conſenſu, quia abſq; eo, quid rei in præſentia dari nō poteſt. Hinc inde naſcitur, & erit actio, & obligatio vtilis, & efficax ad agendum.

Conſequens, i. conforme, Inſt. de dona. §. eſt & aliud.

Conſequentia literarum dicitur conſequens ordo ſcripturæ, ſ. quando ſcribitur ſine titello, vel titellis, i. ſine omni abbreuiatione Et dicitur tenor literarū, ſeu tenorem dicimus textum literarum, quamuis titullis ſcribatur.

Conſeruator eſt iudex datus ad defendendum aliquos contra manifeſtas iniurias iudiciali indagine non vtens, de offic. deleg. c. ſtatuimus, lib. 6. Et non ſunt niſi epiſcopi, vel eorum ſuperiores, abbates, vel dignitates aut perſonatus in cathedralib, eccleſijs obtinentes, de off. deleg. c. vlt. lib. 6. vbi ponitur differentia inter conſeruatorem, & delegatum.

Conſiliarij dicuntur, eo quod alter alteri ſuum præbeat conſilium.

Conſilium eſt de aliqua re facienda, vel non facienda excogitata deliberatio. Vnde dicitur autem locus, quo plures conſultandi gratia conueniunt, gl. in §. eadem. Inſt. quib. ex cau. man. non lic. ſæpe tñ ponitur pro ijs, qui conſilij capiendi grā vnum in locum conuenerunt. Item conſiliū dicitur hoīs intentio, ſeu propoſitum, vt ff. eo. ſi quid fur. §. 1.

Conſiſtoriarii. Require ſupra comites.

Conſiſtorium idem eſt, quod prætorium, vel tribunal, locus, ſ. in quo ius redditur ex more. Et eſt vulgare Italorum, ſeu Lombardorum. clem. paſto. de re iud. 2. q. 6. anteriorum; de app. ex inſinuatione. Et dicitur a conſiſto, conſiſtis.

Conſobrini dnr duarum ſororum filij, quaſi conſororini. Etiā poſſunt dici ex duobus fratibus nati, licet propriè dicūtur fratres conſanguinei, vel patrueles, Inſt. de grad. §. quarto gradu.

Conſortes eiuſdem litis dicuntur illi, qui ſimul agere, vel conuenire poſſunt.

Conſortium idem eſt, quod matrimonium, & dicitur, quia omnes ſocietas inter eos communicari debet, vt not. per gl. Inſtit. de pat. pot.

Conſpiratio eſt quædam fraudulenta cōfederatio facta in præiudicium alicuius perſonæ, vel dignitatis; & dicitur a ſimul ſpirendo, quando. ſ. plures ſpirant, flant, & tendunt in vnū, & fit ſine iuro, a ſpiritu ſuperbiæ, & ela-

tionis, omnis talis eſt illicita ſecundum gl. in l. exhibita. de iud. Eſt tamen quandoq; licita, iuſta, & approbata, vt ſi canonici conſpirent de non obediendo prælato excommuuicato, vel de nõ eligendo indignum; in dubio tamẽ præſumitur illicita, vide 11.q.3. c.coniurationem, &c. conſpirationum. Nam coniuratio eſt plurium in vnum iuratio.

Conſtituere poteſt quilibet, qui ſe pro alio obligaturum promittit, vel obligat ſecundũ Azo. in ſum.de conſt.

Conſtitutio ſpeciali vocabulo dicitur Imperatoris, vel alterius principis, qui conſtitutionem facere poteſt, & deſcribitur ſic; Eſt ius relatum in ſcriptis redactum; Vel ſecundum Goffr.eſt ius ſcriptum diſt.1.§ cum itaq;. Dicitur autem conſtitutio quaſi commune ſtatutum. Nam Papa cum fratrib.ſuis cardinalib.& cæteri prælati cum capitulis, & canonicis ſuis conſtitutiones faciũt, de ſen. exc.inter alia; & de his, quæ fit a prælat. per totum. Item legatus ſynodus prouincialis, ſynodus epiſcopalis, princeps cum procerib.præfectus prætorio, populus Ro.collegium approbatum, capitulum, facere poſſunt conſtitutiones ſecundum Goff. in ſum.eod. tit.§.namque Papa.

Conſtitutor dicitur, qui pro alio ſe ſoluturũ promittit, vel aliquid facturum, & alterius in ſe trãsfert, vel ſuſcipit obligationẽ.

Conſuetudo dicitur ius quoddã moribus.i.aſſiduis actib.inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, cũ lex deficit. Conſuetudo autem ſi in ſcriptis redacta eſt; vocatur lex ſiue conſtitutio; ſi verò in ſcriptis non eſt, retinet nomen ſuum, & dicitur, conſuetudo, diſt.1 §.cum itaque quæ ideo ſic appellatur, quod ſit quaſi communis aſſuetudo gl.Inſt.de iu.nat.gen. §.ex non ſcripto, & ad hoc vt confirmata ſit, requiritur vſus decem annorum, vt ff. qui & a quib. manu lib. non fi. l. ſi eum fideicom. §.ariſt.

Conſul olim dicebatur ſenatus, magiſtratus, vt Inſtitu de iu. nat.gen.& ci. §.lex. Hoſt. tamen conſul ſumitur à conſulẽdo, quia reipublicæ conſuluit. Ex actis.n. a Romana ciuitate regib, conſtituti ſunt cõſules, vt reip.cõſulerẽt.

Conſularis dicitur qui conſulatum geſſit. Cõſulares aũt fœminæ vocentur vxores cõſulũ, & cõſulariũ, non ẽt mr̃es, l.1. de ſenat.

Conſultatio dicitur, in qua alicui Papa de iure reſpondet. Item deliberatio futurarum rerum rectè conſultatio nuncupatur.

Conſultus, i. interrogatus, ſic ff.de pac.l. item quia. Vnde Conſulo te, quæro; tibi conſulo, conſilium do. Conſultor poſcit, quod conſultus bene nóſcit.

Conſumptum vel conſumptio eſt raſio, videlicet quãdo dictio, vel ſyllaba abraditur, & alia ſcribitur.

Cõn-

Conteſtari litem patet ex dictis.

Cōteſtatio litis ſecundū Hoſt. eo.tit. eſt per petitionem in iure propoſitam,& congruam reſpōſionem ad eam ſecutam animo conteſtandi litem facta narratio; vel eſt actoris narratio, & rei reſponſio in iudicio facta,l.1.C.de lit.conteſt.

Contexta luna dicitur; cui tantum deeſt prætextus, quam vulgo cimoſiam vocamus, vt a textrinis inſtrumētis detrahi poſſit; l. veſtimentum,de aur.& arg.leg.

Contignatio dicitur lignorum vel tignorum,vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoque dicitur tegmen; vnde duæ ædes dicuntur eſſe ſub vna contignatione,hoc eſt;ſub vno,& eodem tegmine.

Continentes prouinciæ dicuntur,quæ Italiæ coniunctæ ſunt,l. notionem.

Continentia vrbis appellantur ſuburbia;inde dicta, quod cū ipſa vrbe ſe teneant, contiguaq; ſint, l. qui in continentibus, de verb.ſig.

Continuè recipit quandoque interuallum,per Bar.in l. Celſus; ff.de vſucap. Etiam qualiter continuè intelligatur, ponit Bar.in l. ſi quis ita,ff.de cond.& demonſt. Nam qui tenetur cum aliquo cōtinue morari;non tenetur quolibet momento cum eo morari. Facit hoc ad quæſtionem, ſi teſtes debeant probare, quod Titius decem annis continue poſſedit fundum, ſufficit deponere, quod viderunt eum omni anno colligere fructus; vel arare,&c. Licet enim non continue ſteterint in conſpectu Titij, & fundis tamen intelliguntur cōtinuè per decem annos vidiſſe.

Continuo,i. ſtatim, l. ſtipulatus ſum de verb obl.

Contractus eſt duorum vel plurium in idem conſenſus. Et ponitur quandoque pro omni pacto,conuentione, vel quaſi contractu;vt ſi quis geſſit alterius negotia, vel tutelam. De hoc vide Arch.in c.contrahentes,c.Romana,de foro comp lib.6. in gl.verbi mitis. Ideoque dicimus, quod paciſcendo diuerſas in vnum trahimus voluntates. Et nota; quod etiam aliquæ obligationes dicuntur oriri ex quaſi contractu, in quibus fingitur tacitè conſenſus interceſſiſſe; dato quod non interceſſerit expreſsè; vtpotè hæres adeundo hæreditatem obligatur creditorib. hæreditarijs,& legatarijs Et in pluribus alijs caſibus de quibus infra.

Contractus etiam eſt nomen iuris, quando naſcitur obligatio, & eſt nomen facti, quando non naſcitur obligatio l. Labeo. §. contractum. ff. de verbor. ſign. & ibi per Bar. ſicut in ſimili dicimus de teſtamento.l. tabularum,ff.quemadmodum teſta.ape.& ſecūdum alios in auth. ſacramēta impuberū.C. ſi aduerſus

ſus vend. Et in ſuo generali nomine contractus prolatus continet tam innominatos, quam nominatos contractus, vt eſt gl.ſuper verſ. in ſuo nomine, in l. ius gentium.ff. de pact. Et hoc valet pro ſtatutis, Bar.no.triplicem eſſe cõtractum, ſcilicet proprium, improprium, & improprijſſimũ. Primus eſt, quando vltro citroque, id eſt, hinc inde ex vtraque parte oritur obligatio. §. contractum, in l.Labeo, præalleg.vt in emptione & locatione. Secundus, ſcilicet improprius eſt, quando ſolum vna pars obligatur, vt in donatione ſolum donans ad tradendum, & aliquando de euictione, vt no.l. Ariſto.ff.de donat.cauſa mortis, & in mutuo ſolummodo recipiens obligatur ad tantundem reſtituendum, ff. ſi cert.petat.l. 2. & in ſtipulatione, quando ſolummodo vna pars obligatur. Nam tunc non eſt propriẽ contractus, & ita intelligitur gloſ. Inſtit. de diui. ſtipul.§.conuentionales, ſuper verbo contrahendarum. Tertius, ſ. improprijſſimus eſt, quando ex nulla parte oritur obligatio, ſed potius diſſoluitur obligatio facta vt eſt tranſactio facta nudo pacto, ex qua non agitur anno complementum conditionis, de hoc Sal.in l.ſiue apud acta. C.de trãſ. vt etiam eſt liberatio per acceptilationem, Inſ.quib mo.tol.ob.§. 1.& in l.vbi pactum, C.de tranſ. per Bar. Quapropter ſi ſtatutum facit mentionem cõtractus, intelligitur de proprio tantum, quia verba ſtatutorum ſunt propriè intelligenda, l. 1.§.ſi is, qui nauem. ff.exerc. act. niſi diceret omnem contractum, vt in gl.§.contractũ præalleg. Item contractus appellatione intelligitur cõtractus validus, non inualidus, vt in d.auth. ſacramenta impuberum pręall.& continetur inſtrumentum, ff. de duob re.l.eandem. Item continetur donatio, C.quod me.cau.l.ſi donationẽ. Et generaliter omne illud, ex quo naſcitur obligatio, appellatione contractus intelligitur, l.ſi ab eo.ff.de leg.

Contradictor quando dicatur legitimus ad contradicendum alicui actui de mittendo aliquem in poſſeſſionem, vide Bar.in l.a Diuo Pio.§.ſi ſuper reb.de re iudic. & Inn. in c.cum ſuper. de re iud. & Spec.in tit.de ac.§.ſuperect,& contradicere ſibi ipſi, quãdo quis dicatur, vide in verbo, Variare.

Contubernales appellantur, quicumq; ſimul habitant, vt tradit Alc. in l.inde de verb. ſign. Quapropter in re quoq; militari contubernales dicuntur, qui in eiſdem tabernaculis, ſeu tentorijs militant. Nam tabernam omnem habitationem complectitur, idem fit, vt conturbenales ſeruorum intelligantur eorum vxores & nati.l.quæſitum, §.contubernales.de fun.inſt.leg.

Contubernium eſt matrimonium cõtractũ, & propriè ſeruorum,

rum, Inſtit. de nupt. in gloſ. ſuper verbo, ciues.

Contumax contemnendo dicitur, & ſecundum Iſido. eſt, qui comparere debet in iudicio, & non comparet. Et dicitur quandoque verè, quãdoq; fictè, vel præſumptiuè. Verè contumax dicitur, qui expreſsè dicit iudici, vel eius ſeruienti, ſ. nuntio ipſum citanti, quod non comparebit coram ipſo, vel qui dum comparet, a licentia ius recedit. Ficte verò contumax eſt qui citatur, non tamen venit, vel latitiat, aut facit vt citatio ad ipſum non veniat, aut eum non apprehẽdat, vel qui vocem iudicis audire negligit. Sed iſto vltimo caſu potius dicitur verè contumax.

Contumacia eſt erga iudicem vel prælatum commiſſa inobedientia. Et eſt multiplex. Aliquãdo. n. committitur in non venien do. Aliquando in non reſpondendo. Aliquando in latendo, ab ſentand o, vel procurando ne ad citatum veniat citatio. Aliquando in non reſtituendo. Aliquando in non emendando delictum. Aliquando in non exhibendo, vi de Goffr. de ſent. excomm. §. excommunicatio fieri habet, in ſumma, & Guil. in Specul. tit de cont. §. 1. verſ. & no. vbi diſtinguit duplicem contumaciam. Primo ſ. veram & præſumptam. Secundò triplicem, ſ. veram, euidentem, & præſumptam, vt in gl. iro. in clem. vnicam, de don. & cont. quæ eſt gl. fi. & per Inno. in c. querela, de proc. Bar. in l. fi. ff. de integ. reſtit. & in l. ex conſenſu. §. 2. ff. de appel. Cyn. & Pet. poſt Iac. Butr. in l. properandum, §. ſin autem reus. C. de iu.

Contumelia a contẽnendo dicta eſt, capitur ſæpe pro iniuria, Inſt. de iniur. princ.

Conturbare interprete But. in l. quicunq; de inſtit. act. eſt decoquere, & matrimonium diffidare; propriè autem dicitur de ijs, qui ſoluendo nõ ſunt, quod a dominis acceperunt, l. quidam, de in rem verſo.

Conuenire eſt ſimul in vnum locum venire. Etiam dicitur conuenire, quod alicui competit ſecundum conditionem ſuam, vt illud conuenit illi. Item conuenire capitur quandoq; pro conuentione, i pacto, ex conſenſu de aliqua re facienda.

Cõuenire etiam quandoq; ſumitur pro alium in iudicium uocare, vel facere euocari. Item eſt placere. Vnde conuenire inter aliquos eſt complacere inter eos, vt conuenit inter te & me, vt des mihi hoc.

Conuenire mihi eſt congruere mihi, vel adeſſe mihi quod me decet, honeſtum eſt.

Conuenire me, eſt alloqui me ſuper aliquo facto.

Conuenticulę, pro illicitis con gregationib. ſumuntur.

Conuentionis nomen generale eſt, ad oĩa pertinens, de quib nego-

ſus vend. Et in ſuo generali nomine contractus prolatus continet tam innominatos, quam nominatos contractus, vt eſt gl. ſuper verſ. in ſuo nomine, in l. ius gentium. ff. de pact. Et hoc valet pro ſtatutis, Bar. no. triplicem eſſe cōtractum, ſcilicet proprium, improprium, & improprijſſimū. Primus eſt, quando vltro citroque, id eſt, hinc inde ex vtraque parte oritur obligatio. §. contractum, in l. Labeo, prælleg. vt in emptione & locatione. Secundus, ſcilicet improprius eſt, quando ſolum vna pars obligatur, vt in donatione ſolum donans ad tradendum, & aliquando de euictione, vt no. l. Ariſto. ff. de donat. cauſa mortis, & in mutuo ſolummodo recipiens obligatur ad tantundem reſtituendum, ff. ſi cert. petat. l. 2. & in ſtipulatione, quando ſolummodo vna pars obligatur. Nam tunc non eſt propriè contractus, & ita intelligitur gloſ. Inſtit. de diui. ſtipul. §. conuentionales, ſuper verbo contrahendarum. Tertius, ſ. improprijſſimus eſt, quando ex nulla parte oritur obligatio, ſed potius diſſoluitur obligatio facta vt eſt tranſactio facta nudo pacto, ex qua non agitur anno complementum conditionis, de hoc Sal. in l. ſiue apud acta. C. de trāſ. vt etiam eſt liberatio per acceptilationem, Inſ. quib mo. tol. ob. §. 1. & in l. vbi pactum, C. de tranſ. per Bar. Qua propter ſi ſtatutum facit mentionem cōtractus, intelligitur de proprio tantum, quia verba ſtatutorum ſunt propriè intelligenda, l. 1. §. ſi is, qui nauem. ff. exerc. act. niſi diceret omnem contractum, vt in gl. §. contractū prælleg. Item contractus appellatione intelligitur cōtractus validus, non inualidus, vt in d. auth. ſacramenta impuberum prçall. & continetur inſtrumentum, ff. de duob re. l. eandem. Item continetur donatio, C. quod me. cau. l. ſi donationē. Et generaliter omne illud, ex quo naſcitur obligatio, appellatione contractus intelligitur, l. ſi ab eo. ff. de leg.

Contradictor quando dicatur legitimus ad contradicendum alicui actui de mittendo aliquem in poſſeſſionem, vide Bar. in l. a Diuo Pio. §. ſi ſuper reb. de re iudic. & Inn. in c. cum ſuper. de re iud. & Spec. in tit. de ac. §. ſuperect, & contradicere ſibi ipſi, quādo quis dicatur, vide in verbo, Variare.

Contubernales appellantur, quicunq; ſimul habitant, vt tradit Alc. in l. inde de verb. ſign. Qua propter in re quoq; militari contubernales dicuntur, qui in eiſdem tabernaculis, ſeu tentorijs militant. Nam tabernam omnem habitationem complectitur, idem fit, vt conturbenales ſeruorum intelligantur eorum vxores & nati. l. quæſitum, §. contubernales. de fun. inſt. leg.

Contubernium eſt matrimonium cōtractū, & propriè ſeruorum,

rum, Inſtit. de nupt. in gloſ. ſuper verbo, ciues.

Contumax contemnendo dicitur, & ſecundum Iſido. eſt, qui comparere debet in iudicio, & non comparet. Et dicitur quandoque verè, quādoq; fictè, vel præſumptiuè. Verè contumax dicitur, qui expreſsè dicit iudici, vel eius ſeruienti, ſ. nuntio ipſum citanti, quod non comparebit coram ipſo, vel qui dum comparet, à licentia ius recedit. Ficte verò contumax eſt qui citatur, non tamen venit, vel latitat, aut facit vt citatio ad ipſum non veniat, aut eum non apprehēdat, vel qui vocem iudicis audire negligit. Sed iſto vltimo caſu potius dicitur verè contumax.

Contumacia eſt erga iudicem vel prælatum commiſſa inobedientia. Et eſt multiplex. Aliquādo. n. committitur in non veniendo. Aliquando in non reſpondendo. Aliquando in latendo, ab ſentand o, vel procurando ne ad citatum veniat citatio. Aliquando in non reſtituendo. Aliquando in non emendando delictum. Aliquando in non exhibendo, ;vi de Goffr. de ſent. excomm. §. excommunicatio fieri habet, in ſumma, & Guil. in Specul. tit de cont. §. 1. verſ. & no. vbi diſtinguit duplicem contumaciam. Primo ſ. veram & præſumptam. Secundò triplicem, ſ. veram, euidentem, & præſumptam, vt in gl. in d. in clem. vnicam, de don. & cont. quæ eſt gl. fi. & per Inno. in c. querela, de proc. Bar. in l. fi. ff. de iuteg. reſtit. & in l. ex conſenſu. §. 2. ff. de appel. Cyn. & Pet. poſt Iac. Butr. in l. properandum, §. ſin autem reus. C. de iu.

Contumelia à contēnendo dicta eſt, capitur ſæpe pro iniuria, Inſt. de iniur. princ.

Conturbare interprete But. in l. quicunq; de inſtit. act. eſt decoquere, & matrimonium diffidare; propriè autem dicitur de ijs, qui ſoluendo nō ſunt, quod a dominis acceperunt, l. quidam, de in rem verſo.

Conuenire eſt ſimul in vnum locum venire. Etiam dicitur conuenire, quod alicui competit ſecundum conditionem ſuam, vt illud conuenit illi. Item conuenire capitur quandoq; pro conuentione, i. pacto, ex conſenſu de aliqua re facienda.

Cōuenire etiam quandoq; ſumitur pro alium in iudicium uocare, vel facere euocari. Item eſt placere. Vnde conuenire inter aliquos eſt complacere inter eos, vt conuenit inter te & me, vt des mihi hoc.

Conuenire mihi eſt congruere mihi, vel adeſſe mihi quod me decet, honeſtum eſt.

Conuenire me, eſt alloqui me ſuper aliquo facto.

Conuenticulę, pro illicitis congregationib. ſumuntur.

Conuentionis nomen generale eſt, ad oīa pertinens, de quib nego-

negotij contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt ij, qui inter ſe agũt, ſi quidem nullus eſt cõtractus, nullaq; obligatio, quæ in ſe conuentionem non habeat, l.1.de pact. Conuentionum autẽ tres ſunt ſpecies, de quib. in l.conuentionum, & ſeq. de pact.

Conuerſi & oblati differunt, quia conuerſi portant habitum religioſorum, & profitentur ſolenniter, ſed non ſunt clerici; oblati verò aliquando portant, aliquã non, & poſſunt recedere, niſi ſint perpetuo oblati, quo caſu æquiparantur alijs profeſſis. Do. de s.Gem.in c.per exceptionem, in 2.col.de priuil.in 6.

Conuerſi veniunt appellatione monachorum, & gaudent immunitate religioſorum. Fel.in c. non dubium, de ſent.exc.

Conuitium dicitur quaſi conuotium, ſ.quando in vnum plures voces conferuntur, & iniuriã eſſe. Labeo ait. ff. de iniur.l. item apud Labeonem.§.conuitium.

Copiarum negotium, in l.ob negotium, de comp.dictũ vr̃ pro mercimonijs rerum victualium, quæ ad exercitum deferuntur.

Copulatiua orõ dr̃, in qua plura copulantur, ut in oĩbus verificetur, & ideo ad verificationem ipſius, omnium concurſus exigit ex proprio ſignificatu. Sed hunc concurſum qñque diuerſimodè ſignificat, prout materia, vel alius quamuis modus ſignificãdi ſignificare declarat, vrg.ibi, lego Stichum & Pamphilum, ſignificat vtrumq; eſſe in ſtipulationẽ vel diſpoſitione. l.inter ſtipulantem, §.ſed ſtipulante, ff.de verb. oblig.l ſcire debemus, in princ. eod.tit.& l.quoties, ff.de leg.2.

Copulatiua etiam quandoq; ſignificat concurſum alterius tãtum, prout ex ſignificandi modo concluditur; nam quandoque ponitur pro diſiunctiua, vt l.ſæpe, de verb.ſign.

Coracinum colorem, cuius meminit.l.quæſitum, §. cocum.de l. 3.Alc. in Pater.interpretatur nigrum.

Coram, no.Pau.in comment. de confeſſ.ex parte, de cler.vt circa, lib.6.Et intelligitur ita, vt pręſentes intelligant, ff. de arbitr.l. diem, §.coram.

Corbis refertur inter ea fundi inſtrumenta, quæ fructus colendi gratia parantur, l.inſtrumenta, de fun.inſt.leg.

Coreþi hi remoti ſunt ab eccleſia, vt 67.diſt.§. presbyteri verò, & poterant conſtitui in villis, vel caſtris; Epiſcopi verò non niſi in ciuitatibus, conferebant tamen minores ordines.

Corniculari.dñr illi, qui gerebant cornua, vel aciem in bello, vel qui in aures iudicum vota pertulerunt ſua.

Sed in l.2.C.de prox.ſacr.ſcr. accipiũtur pro adiutoribus principis cuſtodis, vel officialis, vt eo in eo loco atteſtatur Alc.

Cornupeta, req.ſupra bos.

Corona, quæ etiam clerica di-
citur, eſt ſignum regni & perfe-
ctionis, cum ſit circularis, carens
angulo in ſignum carentiæ ſor-
dium, quia vbi angulus ibi ſordes
Se igitur, & alios virtutibus re-
gere, & a ſordibus mundare de-
bent, qui corona gerunt, & ſic in
Deo regnabunt, 12.q.1. duo ſunt,
& quomodo raſura, tonſura &
corona differant, & quid ſignifi-
cent, vide gl. in ver. tonſuram, in
cle. 2. de vita & hon. cler. Et diffe
rentiam inter diadema, coronam
& ſertum, vide in clemen. vni. de
iureiur.

Coronarium aurum appella-
tum eſt, quod ciuitates, & oppi-
da nouis Imperatorib. offerebãt
de quo extat tit. lib. 10. aurum.

Corpore vitiati dicuntur, qui
ſunt mutilati in membris, vel de-
bilitati propriè, ſicut qui mem-
brum habẽt, ſed inefficax, vt ocu
lum cæcum, manum aridam, crus
confractum, &c. ſic mutilatus
propriè dicitur, qui caret aliquo
membro.

Corporati, i. collegiati, require
ſupra collegiati.

Corporatus vrbis Romanæ di
citur, qui in aliquo corpore, &
præcipuè vrbis ſcribitur, ſicut ꝙ
libet membrum hominis dicitur
corporatum, vel ciuis factus, vel
incola, vt C. lib. 11. de priu. cor.
ur. Ro.

Corpus quãdoq; dicitur colle-
gium, ſiue uniuerſitas, cuius ca-
put eſt prȩlatus, noui. de his, quȩ
ſiunt a prælatis. Et tale corpus po
teſt habere unum ſigillum, de ex
tenſ. prȩl. c. dilecta. Dicitur etiam
congregatio cuiuſcunque ciuita-
tis uel uillæ uel caſtri habere cor
pus. Item quælibet congregatio
pro iuſtitia facienda, ut congre-
gatio Sabinorum, uel totius uni-
uerſitatis. Item ſocietas cauſa
religionis, cui permiſſum eſt cor
pus habere, debet ad inſtar rei-
publicæ habere res communes,
ſcilicet actorem, ſiue ſyndicum
communem, per quem agere
poteſt, &c. ff. quod cuiuſ. uni. not.
agatur l. 1. Item epiſcopus cum
cap. ſuo facit unum corpus, cu-
ius ipſe caput eſt; ſed cum clero
ciuitatis, uel diœceſis non dici-
tur facere unum corpus, ſic nec
abbatiſſa cum clericis ſuis, licet
ſit caput, unum corpus facit.

Corpus etiam unum dicitur
quod uno clauditur ſpiritu, ut ani
mal. Etiam dicitur quod habet
partes integrales, ſiue ſibi cohæ-
rentes, ut domus, ſiue diſtantes,
ut grex, populus, collegium ſe-
cundum Ber. de exceſ. præl. lib. 6.

Corriuales Vlpiano ſunt, qui
per eundem riuũ aquam ducunt,
l. 1. de aq. quoti. & æſti.

Corrogare eſt quaſi ſimul ro-
gare, & ſimul colligere, uel adu-
nare.

Corrumpere hoc uerbum la-
tè patet, ut Inſt. de Aqui. §. capi-
te, & l ſi ſeruus ſeruum, ff. eo. tit.
Et quandoq; ſignãt ſtuprare, ut
in l. ſi quis aliquid, de pȩ. Seruus
etiam

etiam multis modis corrumpi dicitur, vt intelligere licet ex tit. de ſeruo corrupto, ff. & C.

Corruptela eſt peruerſa conſuetudo ſacris canonib. inimica, de conſ. c. cum venerabilis, de vi. & honeſt. cleric. cap. cum decorem, &c.

C ante R.

CRaſſari eſt quaſi crudeliter gradi. n. Reg. vlt. Ceſſet interfectio, quæ craſſatur in populo; facit 23. q. 2. militare, ff. de pę. l. capitalium ad medium. Et no. Ioan. An. in clem. 1. de pę. in ver. craſſantib.

Craſſaturæ dicuntur, quæ fiũt a latronib. in itinere, dum crudeliter contra tranſeuntes craſſantur, de pę. diſt. 1. a craſſaturis. Et craſſatores ſunt, qui prædæ cauſa aliquid faciunt, & proximi latronibus habentur, & ſunt ad malum nitentes, vt eſt tex. iuncta gl. in l. capitalium §. craſſatores, ff. de pęn. dicitur a craſſor, craſſaris alias graſſor, idque rectius.

Creditor eſt, qui alienam fidẽ ſequitur mutuatam pecuniam numerando. Generaliter verò creditor dicitur, qui ex cauſa quacumq; alienam fidem ſequitur. Et dicitur ideo creditor, quia credit debitori.

Creditores dimittere, eſt ſoluere, quod illis debetur, l. idem, de leg. 2.

Creta eſt terræ ſpecies, qua ſinguli præcipuè vtuntur, l. ſi cretæ, ff. de fur.

Cretio, ideſt, aditio. l. cretionum, C. de in. deliber.

Crimen eſt peccatum querela, ideſt, accuſatione, & damnatione digniſſimum. Vnde & pro accuſatione ipſa ſumitur, vt in l. 2. de cri. expi. hæ.

Criminum alia ſunt priuata, vt illa quorum executio, i. accuſatio, vel denunciatio pertinet tantum ad illos, qnib. inferuntur, vt furta, damna illata, & iniuriæ. Alia ſunt publica, quorum accuſatio datur cuilibet de populo, quoniam ad publicam vtilitatem ſpectat, ne maleficia maneant impunita, vt ſunt homicidia, parricidia, adulteria, poſt quadrigeſimũ tamen diem, vt l. iure matri, C. de adult. Item crimen læſæ maieſt. Item ſunt quædam crimina excepta, i. ad quorum accuſationem & teſtificationem etiam laici cõtra clericos admittuntur, ſi bono zelo procedant, & ſunt iſta; crimen ſimoniæ, hæreſis, & læſæ maieſtatis, & ſacrilegij, de quib. vide concordantias in gl in ſum. 2. q. 7. vbi additur crimen dilapidationis, & c. cum P. menconella de acc. Et nota, quod crimen dicitur quinque modis. Primo ſumitur, pro quolibet peccato, ſiue illud mortale, ſiue veniale ſit. Secundo pro crimine irrogante infamiam, quod eſt accuſatione. & damnatione dignum. Tertio pro peccato, quod euenit ex deliberatione,

ſtione, ſiue illud mortale, ſiue veniale ſit, quod non deletur niſi per pœnitentiam. Quarto, quod ſemel commiſſum ſufficit ad condemnationem non tamen infamat. Quinto quod irrogat perpetuam infamiam, vt no. 25. diſt. c. vnum orarium §. nunc autem, & 81. diſt. apoſtolus, vnde. Si quilibet eſt peccator, non tamen quilibet eſt criminoſus.

Crimen concuſſionis cōmittit is, qui prætextu officij ſibi commiſſi extorquet comminando aliquid ab inuito, & tali crimine punitur quis pœna quadrupli. 1. q. 7 ſancimus, in fi. & tam laicus quam clericus punitur pœna cōcuſſionis. 23. q. 1. militare. Cuius contrarium tenet gl. in ver. quadrupli, diſt. 18. § porro.

Crimen eccleſiaſticum eſt, quod pertinet ad iuriſdictionem eccleſiæ, vt hæreſis, ſacrilegium, ſimonia, periurium, vſura, adulterium.

Crimen merè eccleſiaſticum eſt, quod principaliter ortum a canonib ſumpſit, & ſolum corā iudicib. eccleſiaſticis cognoſcitur de cuius cognitione iudices ſæculares ſe nullatenus intromittere poſſunt, vt eſt crimen hæreſis. Sed crimen merè ciuile per oppoſitum eſt delictum legibus ciuilib. prohibitum, alias in ſe non peccatum, vt in ciuitate ire de nocte poſt ſonum campanæ, vel conſimile. Crimen verò mixtum eſt, quod ſpectat ad forum vtrúque, vt eſt ſacrilegium, quod ſpectat ad forum eccleſiaſticum, & poteſt etiam iudex ſecularis de pęna eius cognoſcere, & ſacrilegium punire, ſecundum gloſ. in verbo audiuimus, in capitulo ſelicis, de pe. lib. 6. & de hoc eſt gl. in ſum. 11. q. 1.

Crimen expilatæ hæreditatis eſt, cum res hæreditariæ ſubtrahuntur, antequam hæres earum poſſeſſionem adipiſcatur.

Crimen fraudatæ annonæ, eſt cum portiones furantur victualia à republica ad exercitium miſſa.

Crimen fraudati cenſus committitur, cum quis furatur publicam pecuniam ſibi acommodatam.

Crimen hæreſis in multis conuenit cum crimine læſæ maieſtatis, & huiuſmodi ſecundum can. eſt proprie læſæ maieſtatis, quia lædit rempubl. Imperatorem etiam diuinum, & cęleſtem.

Crimen læſæ maieſtatis eſt, vbicumque quis contra vrbem aliquid molitur; aut, qui profugit ad hoſtes, vel illos iuuat qualicumque cauſa, ſ. armis, cōſilio, vel pecunia, vel qui ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel ſeditiones, aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatum, magiſtrum vel principes occidit, vel qui contra latus eius militat, vel arma fert, & occupat contra rem publicam. Et idem dicitur crimē perduellionis, i. hoſtile. Nā perduellio-

duelliones dicuntur hoſtes. Secus ſi committatur hoc crimen non contra rempublicam, quia tunc non dicitur perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis. Et nota, non ſubditus crimen læſæ maieſtatis non committit, ut in §.rurſus, in clem.paſtor.de re iud. ubi rex Siciliæ Robertus nō eo modo ſubfuit Henrico Imperatori, quod crimen læſe maieſtatis in eum commiſerit.

Crimen peculatus, ſecundum Az.eo.tit.locum habet pro pecunia publica intercepta, uel quocunq;modo contaminata, ut ſi in aurum, uel argentum, uel æs publicum aliquis ferrum, uel ſimile aliquid inducat, i.adijciat. Idem eſt in ſacra re, ut in uaſis eccleſię. Idem eſt in religioſis ornamentis ſepulchi, &c.

Crimē piaculare eſt quod morte expiatur.

Crimen ſacrilegij ſecundum Azo. & ſecundum ll fit proprie, quando ſacrum de ſacro auffertur. Ac etiam ſecundum eum ſi quis non ſacrum de ſacro recipit, uel ſacrum de non ſacro. Sed ſecundum ll.tunc ſacrilegium non eſt, quia quando res priuatæ auferuntur de ſacro, tunc actio furti locum habet, Hoſt.tamen dicit quod, ſi accipiatur ſacrum de ſacro, uel ſacrum de non ſacro, ſemper ſacrilegium fiat, ut 18, quæſt. 4.quiſquis, uerſic.ſimpliciter. Et ſic ſecundum ll.requiruntur duo ut fiat ſacrilegium. Primo, ut auferatur res ſacra. Secundo de loco ſacro. Quorum alterum ſufficit ſecundum can. Sed pone ſtatutum eſt, ut faciens ſacrilegium ſic puniatur, quęro an intelligatur hoc ſecundum ius ciuile uel canonicum Solutio; Si ſtatutum ſit a ciuitate, intelligitur ſecundum leges.l.omnes populi. ff.de iuſt. & iu. ſi fit per epiſcopum intelligitur ſecundum Canon. D. Cato putat, quod etiam primo caſu intelligatur ſecundum can. quia diſponit de reb eccleſiaſticis, ergo debet intelligi ſecundum materiam ſubiectam.l.1.C.de ſucceſſ. edict.ubi eſt caſus a contrario, quod gradus computantur ſecundum leges, exceptis cauſis matrimonialibus.

Crimen ſtellionatus ſecundū Azo.eo.tit. dicitur a quodam animali reptili, quod dicitur ſtellio, & eſt quaſi ſimile ſerpenti, ſtellionatum, quaſi diuerſis colorib. pictum, ſicut cœlum ſtellis. Et cō mittit hoc crimen, qui ex uarietate animi rem aliquam alteri pignori obligatam, ſiue pignoratā, alij poſtea obligat, & dicitur a ſtellione, quia ſicut ille uermis eſt uarius in colorib. ſic ille, qui committit hoc crimen, eſt uarius in ore, & inconſtans in monte: Tamen illud crimen locum habet generaliter, quando deficiente in criminib. alia ſpeciali actione, æquum eſt alicui ſubueniri cō tra delinquentem. Sicut n. in pecuniarijs cauſis actio datur de

dolo

dolo in ſubſidium: ita in criminibus quibuſcunque, vbi titulus deficit criminis, crimen ſtellionatus obijcitur, vt ſi quis vendidit tibi maſſam electri pro argento, vel ſimili, aut aurichalcum pro auro.

Crinales faſciæ debent quib. crines coercentur, ne euagentur, l.argumento, de au. & arg. leg.

C Ante V.

CVbicularij dicuntur ſerui, qui cubiculum domini ſui procurant.

Cubicularij officium quid ſit, & an ſit dignitas, vide Barto. in l. prima. C. de præp. ſac. cubi. libro 12.

Cubitus propriè eſt menſura pedis cum dimidio.

Cucuma genus vaſis, vnde cucumella. l. ſi quando, ſi ſer. vend.

Cucurbita ſecundum gloſ. in l. ſi inimicitiæ, de ijs quib. vt indi. eſt verbum iniurioſum. Inde verbum cucurbitare, in cap. quib. mod. feud. amit. in vſibus feud.

Cucurnia quid ſit, declarat Accur. in l. 1. C. nulli lice. in fre. lib. 11.

Culcitra generali nomine dicitur omne ſtragulum, in quo aliquid quieſcendi cauſa poſitum ſit l. 3. de ſup. leg.

Cullei ſunt ſacci de corio, ff. de pig. act. l. vlt. §. fi. & C. de his qui patrem, vel fil. occ. l. vnica. Et pro ceſſit illa pœna a Tarquino Rege Ro. vt patet Val. Max. lib. 1. capit. 14.

Culleus vel culcipenus eſt idē, quod ſaccus, in quo portatur triticum, & maximè de corio, qui ſupra equo penitur. Vel dicitur ſaccus; ille; ex corio factus, in quo ponuntur interficientes parentes, l. vnica. C. de his, qui pat. vel fil. occ. vbi dicitur in ſutu culleo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia. Erat item culleus menſura vinaria capiens 20. amphoras, cuius meminit. l. legatum ; de anu. leg.

Culpa, dolus, & fraus quomodo differant not. 50. diſt. §. dolus. Item quotuplex ſit culpa, quæ ſit leuis, leuior, & leuiſſima, itē quæ lata, & latior, vide Bart. latiſſimè in l. nerua. ff. depo. & infra in ver. dolus.

Cum accipitur interdum pro, vt ff. de leg. 1. l. Titiæ. §. nihil, & de verb. obl. l. quodcunq; §. non ſolum. Etiam interdum accipitur pro ſi, & principaliter notat tempus, & non conditionem; niſi in conſequentia l. centeſimis. in fin. ff. de ver. obl. Etiam facit adiunctum videri acceſſorium, nō principale, ſicut coniūctio, vt l. in cui fundū. ff. de fun. inſtr. Et no. quod dictio, cum inuenitur in duabus partib. orationis. Vno modo eſt præpoſitio, & conſtituitur cū ablatiuo. Alio mō eſt aduerbiū tpis Primò modo ſignif. dupliciter. ac

ceſſoriè, & principaliter. Acceſſoriè, vt: lego ſeruum cum veſte, equum cum capiſtro, fundum cũ eius inſtrumento.l.1.ff. de pe.l. ſi cui fundum.ff.de fun. inſtr. & inſtr.leg. Idem in contractu, vt, depono ſeruum cum veſte.l.1.§.quę depoſitis, ff. depo. Et ibi not. per glo.& Doc.& eſt effectus, quod non debet depoſitarius reſtituere acceſſorium ſine principali, & ſi ſeruus moritur ſine culpa depoſitarij, veſtis per ſe peti poteſt, alias locupletaretur depoſitarius ſine cauſa cũ iactura aliena, quod eſſet iniquum, de reg.iur. locupletari, lib.6. Principaliter autem ſecũdo modo coniungit, quando res coniungit, quarum vna non eſt alteri acceſſoria, vel cum perſonas coniungit, vt patrem, aut matrem l.3.& 4.ff.de pec.& §.ſi eius. Inſt. de leg.& licet inter filium,& matrem, aut patrẽ non ſit æqua principalitas quo ad honorem debitum,& reuerentiam, quæ debent parentib.a liberis, & nõ econtra: eſt tamen principalitas æqualis inter eos quo ad effectum iuris. Nam ſi extinguitur legatum in patre vel matre, non ſequitur ergo, quod in liberis etiam extinctum ſit, quia anima, quæ principalius eſt in perſona, eſt à Deo, & non a patre, vel matre. Item ex communi modo loquendi dictio cum, ſignificat acceſſionem honoris. Inter perſonas,& dicendo, veni me cum, ſignificat te mihi accedere alociaudo acceſſoriè. ſecus in dictione, & vt dicendo, ego, & tu eamus, quia ſignificat vtrumque principalem Sed ibi Dominus vobiſcum, non poteſt ſignificare, quod Dominus accedat vobis, quia hoc non patitur ſumma, & immutabilis maieſtas. Et non refert ſi præponatur acceſſorium, ſic dicendo, depono capiſtrum cũ equo: lego inſtrumentum cũ fundo, arg.l.præpoſteri.C. de teſt.niſi eſſent aliæ coniecturæ, ex quibus concluderetur voluntas teſtantis, legantis, vel contrahentis. Item dictio cum, poſita circa numerum non includit, v.g. Teſtator depoſuit apud Selum 200. & legãdo bona dixit, Seio 300. cum 200. quæ apud eum depoſui lego, non includuntur cum 300.l. ſi is, qui ducenta, in princ.ff. de reb. dub. Sed cum pro vt, eſt aduerbium, ſignificans tempus, & dilationem quandoque ex conditione, quandoque etiam accelerationem temporis, & dilationem, vt ibi promitto cum Titius morietur.l.nam, & ſi ff. de conditione, & demonſtrat. tempus, & conditionem ſignificat ibi: lego Titio impuberi cum 14. annorum erit. l.ſi Titio.ff.quando di.leg. ced.fa. Item ſignificat tempus, & non conditionem ibi; lego Titio, cum ipſe morietur, l. hæres meus, in princip. ff. de condit. & demonſtrat. Quandoque nec tempus, nec dilationem ſignificat, vt ibi; promittis decem, cum petiero, vbi ſtatim cum petit ſoluere tenetur

netur, Quandoque etiam nihil ſignificat, & fruſtratoriè ponitur, vt ibi; lego cum haberes adierit hæreditatem, Bart. prædicta ponit in l.Gallus. §. j. ff. de liber. & poſth. vbi ponit differentiam inter &, & cum, vt no. in l.Stichum quam meus. ff. de leg. 1. An inducat conditionem, vel demonſtrationem, de hoc text. ſingularis in l.ſi ita fuerit, §.fin. ff. de manumiſ. teſt. & quandoque inducit copulam, in l, illi cum illo, ff. de vſufr. leg. & quandoque eſt coniunctio non faciens conditionem, in l.demonſtratio, ff. de condit. & demonſtrat. & quando eſt aduerbium, tunc iungitur verbo futuri temporis, & principaliter notat tempus, & in conſequentia conditionem, vt not. Bart. in l, 1. ff. de condit. & demonſt.

Cumulatio ſecundum Bart. in l. edita. C. de edend. eſt vnius actionis cum alia coadunatio. Verbi gratia; Egi tecum actione depoſiti, & quia dubito non poſſe me probare depoſitum, volo cumulare aliam actionem in libello, per quam probare poſſum intentionem, hoc eſt cumulare, id eſt plures actiones ad idem ex diuerſis cauſis competentes coaceruare.

Cuniculus eſt riuus coopertus. ff. de damn. infect. l. Proculus. Eſt etiam animal minus lepore, & ei ſimile.

Cuppæ ſunt vaſa facta cauſa portandi fructus.

Curator dicitur, qui curam alicuius gerit defendendo ipſum, à prætore ſecundum leges, legitimè datus. Vel ſecundum alios eſt qui res adoleſcentis adminiſtrat. Datur autem, ſecundum eos, curator principaliter rebus, & ſecundario perſonæ, tutor verò primò, & principaliter datur perſonæ, & ſecundario rebus, vel patrimonio. Et hæc eſt differentia vna inter tutorem, & curatorem. Alia eſt differentia, quia tutor datur pupillis infra 14. annum exiſtentibus. Sed curator datur eiſdem vlterius ad 25. annum maſculis, quidem ab ætate decimaquarta, ann. & fœminis ab ætate duodecim, Et ſimiliter datur adultis, furioſis, vel ſimilibus. Inſtitut. de cura. in 1. & §. furioſi, & §. ſed & mente captis.

Curia media breuis, eſt locus, vbi redditur ius, vel habitatio principis. Sed media longa eſt meretrix, vnde curia ius curat, meretrix eſt dicta curia. Appellabantur curiæ, & 30. illæ partes, in quas Romulus populum Ro. diuiſiſſe fertur, vnde, & curiatæ leges dictæ, vt diſſerit Pomp. in l. 2. de orig. iur.

Curialis dicitur ille, qui eſt de officio curiæ, vel iudici obnoxius, i. obligatus. Vnde curialis, vel curiales debentur omnes, qui quacunque conditione obligati ſunt curiæ alicuius publicæ poteſtatis, ſiue milites, ſiue aduocati ſint, ſiue iudices, ſiue officiales, ſiue

-hiſtoriones, & breuiter vnuſq; ſiue habens officium honeſtum, ſiue inhoneſtum.

Curioſi ſunt, qui in curia principum, vel magiſtratuum commiſſa delicta denuntiant. l. 1. C. de decurio. libro decimoſecundo, alias curioſi dicuntur nimium diligentes, vt in l. 3. §. pen. de in rem ver.

Curioſitas ſumitur pro ſubtilitate nimia cura exquiſita, de renun. cap. 1. lib. 6. Nam curioſi de his, quæ non multum expediunt, ſæpe diſceptant, de re iud. abbate ſane, lib. 6.

Curſor propriè eſt, qui pedib. celeriter literas defert. l. ſeruis vrbanis, de leg. 3.

Curſus publicus, vt tradit Bud. erat vehicularis. Antiqui, enim non equis ſingulis, & expeditis, vt hodie, quos poſtas quaſi poſitos collocatoſque certis in locis vocamus, ſed vehiculis vtebantur.

Curules equi not. C. de ſpecta. l. nemo, lib. 11. Aediles curules quare ſic dicantur, vide ff. de ædil. edic. l. 1. in princ.

Curuus dicitur, qui non habet corpus rectum, de ædil. edi. l. 3.

Cuſtodia, & exhibitio reorũ, vt dicit Azo. ſecundum legiſtas eſt cuſtodia, quæ fit in carcerib. publicis, & etiam ponitur pro carcere, & pro ipſis perſon is in carcere incluſis, l. ad commentarienſem. C. de cuſt. reo.

D Ante E.

DActylotheca eſt vas, in quo annuli reponuntur, ff. de lega. 3. l. argento. Dalmatica eſt veſtis, qua utuntur omnes diaconi ex conſuetudine in ſolemnitatib. vt 76. diſt. de ieiunio Antiquitus tamen ſine conceſſione Papæ, nec Epiſcopis, nec Diaconis licebat hæc veſtis, diſtin. 23. cap. communis filius.

Damnare, & reprobare differunt. Nam damnare eſt reum ſine remedio ſubleuandi tormentis, ſeu ignominiæ ſententialiter deputare. Reprobare uero eſt rationib. euidentibus reum facere. Iſtã differentiam aſſignat Panor. in c. damnamus, in 1. notab. de ſum. Trin. & fide catho.

Damnas in iure ciuili quandoque eſt nomẽ adiectiuum omnis generis idem valẽs, quod damnatus, ut in l. damnas eſto, ff. de uſufru. leg.

Damnum eſt diminutio, uel ademptio patrimonij, & dicitur à demo, uel diminuo ſecundũ Hoſt. ff. de dam. infec. l. 3. Etiam quandoque damnum eſt lucrum ceſſans. Et diuiditur damnum, ſicut actio, quia alia eſt de damno dato, alia de damno infecto; & actio de damno dato cõpetit ex l. Aq. Require ſupra actio legis Aquiliæ. Differtque damnum a periculo, quod damnum propriè refertur ad res, ſeu pecunias, periculum

culum autem ad perſonam. Et de duplici damno, circa rem, & extra rem, vide infra damnum infectum, vbi complura de damno.

Damnum infectum ſecundum Spec. de nou. oper. nũtia. in tract. libellorum, §. nun dicamus, dicitur ſi ædificium alicuius ruinam minatur ædificio, vel prædio alterius vicini. Tunc enim ædificij illius, vel prędij dominus a domino ædificij ruinam minantis petere poteſt, vt ſibi caueatur nomine damni infecti, quæ ſtipulatio continebit totum intereſſe illius vicini, ff. eo. tit. l. in hanc ſtipulationem, & l. ſed & ſi conducere, & l dam. infec. Et damnum pateris, quando rebus tuis aliquid decreſcit, non qñ accreſcit. Quando autem lucrum amittis, damnum non pateris. Etiam quoddam damnum ſiue intereſſe eſt circa rẽ, vt ſi ſubtraxiſti mihi inſtrumenta, quib. poſſeſſio firmatur, teneris mihi ad damnum, quod contingit propter ablationem inſtrumẽtorum. Et quoddam damnum extra rem. Differunt etiam damnum, & iactura, vt no. Io. And. in nouella, de elect. quia ſæpe, libro *6*.

Daphne erat ſuburbanum iuxta Antiochiam, valde amænum quod 80. ſtadiorum ambitu continebatur. In eo erant ſpectatiſſimæ lauri, a quib. nomen ſumpſit. Erant ibid. & cupreſſi miræ amænitatis, de quib. non excidendis, uel uendendis ſpeciali titu. cautum eſt libro 11.

Dapifer dicitur ferens dapes, & eſt nomen officij magnæ dignitatis in curia Imperatoris, vn de inter proceres eligentes Imperatorem computatur.

Dapſillus eſt ille, qui liberaliter ſecundum menſuram cõicat.

Dardanarij dicuntur a Grecis propolæ, qui omnia præemunt, vt poſtea carius vendant vulgo reuenditores appellantur.

Dare in arte notariatus dupliciter capitur. ſ. propriè, & impropriè. Propriè quando res data tranſit in dominium accipientis, vt in inſtrumentis, in quibus agitur de rerum alienatione, & dominij translatione, in quibus trãs fertur dominium ſi tradens erat dominus, alias nõ. Vnde dare propriè eſt accipientis facere. Aliter. n. non datur, niſi ſic detur vt in ipſum, cui datur, ſtatim dominium transferatur. Impropriè capitur in inſtrumẽtis emphyteuticis, & feudi, & locationis, vbi ille, qui locat, vel concedit, licet dare dicatur, non tamen dominium tranſfert. Et eſt differentia inter dare, donare, & tradere. Nam tradere dicitur, qui ſolum poſſeſſionem transfert, & non dominium. De hoc not. 23. q. 6. §. vlt.

Dare intelligitur, qui remittitur, l. & generaliter, ff. de calu. & l. ſi mulier. ff. de cõd. ob. cau. Bar. in l. Modeſtinus, ff de ſol.

Data, vel datum eſt caracterizatio in fine conſtitutionum

 vel

vel literarum inſcripta, ex qua cognoſci poteſt, quo anno, menſe, vel die inſtrumentum. vel quæ libet litera emanauit; & a quo tẽpore obliget conſtitutio ; uel profit gratia in ſcriptis facta vide de hoc Io. Andr. in fi. lib. 6. ſuper verbo data.

Datio in ſolutum eſt datio pro ſolutione, & ſatisfactione. v. g. Cum Petrus deberet Ioanni centum, agitur inter ipſos, vt Petrus det ei in ſolutum. i. pro ſolutione & ſatisfactione eiuſdem vnam domum.

Datiuus quãdoque reſoluitur in ablatiuum per præpoſitionẽ, vt ei. i. ab eo. l. 2. de condit. trit. ff. vſu. quemadmodum c. l. huic. ſi cer. pet. l. fi. de don. cau. mor. l. ſenatus, §. ſi duob. vbi exponitur vti eorum, id eſt a quo.

Datiuus quod importet, vide Bart. in l impuberem, §. fin. ff. de falſis.

D ante E.

DE, iſta præpoſitio quandoq; auget, vt indictione depoſitum. vt no. ff. depoſi. l. 1. in prin. Aliquando priuat, vt 35. diſt. Epiſcopis. Item quandoq; exponitur de. ideo propter, vt de re familiari, i. propter rem familiarem. C. quando ciui. ac. prælu. cri. l. vnica in princ. Aliquando. i. pro, vt ff. de aqua plu. arc. l. poſt venditionem. Aliquando ponitur pro a. l. ſi is, qui rem. §. fin. ff. de fur. Aliquando de, mutat. ex toto ſignificatum dictionis, cui adiungitur, vt deſtruo, dedecus, degener. Aliquando nec addit, nec minuit, vt detergere, i. tergere, in auth. de tho. in princip. Et regulariter ponitur declaratiuè. ff. de arbitr. in l. ſi de meris, cum alijs concord. Interdum ponitur pro ſuper. C. ſi non comp. iud. l. 3. Interdum ponitur pro valde, vt deproperat, id eſt, valde properat, C. de ver. iu. enu. l. 2. §. ſed quia diuinæ. Aliquando ponitur pro ſecundum, vt de libellis, ſecundum libellos, 20. diſtin. de libellis. Aliquando pro turpiter, vt de pactus, ff. de calum. l. & generaliter. Aliquando ſubaudi- tur a iure. ff. de adul l. 2. §, lenocinij. in fin. Aliquando denotat cauſam materialem, vt ff. de cunium. cum eman. lib. l. 1. §. nunc videamus. Item an iſta præpoſitio, de, ſignificet cauſam proximam, vel remotam, vide Bart. in l. ſi finita, §. deinde. ff. de damn. infect.

Debet, & oportet, aliquando dicunt neceſſitatem, aliquando honeſtatem, vide Io. And. in c. fi. de iuram. cal. ſuper verbo per te ipſum, & no. in c. intelleximus, in verbo, debet, de iud.

Et nota, quod verbum debet, in propria ſignificatione importat neceſſitatem, vt eſt gloſ. in clemen. attendentes in verbo debeant. de ſta. regular. Sed honeſtatem ſignificat, vbi æquitate

ſua-

ſuadente verba poſſunt impropriari. C. de pig. l.3. No. tamen vbi materia eſt indifferens, verbum, debet, regulariter importat neceſſitatem, gl. in cle. attendentes, de ſta. reg. Item deberi id dicitur, quod quacunque actione debetur, l. pecuniæ verbum, §. fi. de verb. ſign.

Debiti diem venire, eſt debitum poſſe petere.

Debitor eſt, qui accipit pecuniam a creditore. Item ſecundũ Mar. dicitur, qui nactus eſt exceptionẽ iuſtã, nec a naturali æquitate abhorrentem, id eſt diſcrepã tem, ſecũdum Accur. in l. Marcellus, ff. de reg. iur. Sed propriè is eſt, a quo inuito exigere poſſumus. l. debitor, de verb ſign.

Debitum eſt, in quod aliquis alteri, & naturali, vel ciuili obligatione tenetur. Et debitum intelligitur remitti in redditione chirographi, vel inſtrumenti, non autem ſic in redditione pignoris. Item debitum eſt, quod exigitur ab inuito ff. de verb. ſignific. l. debitor. & eſt gloſ. in clem. 1. de deci. Et debitum ciuile poteſt capi duobus modis. Vno modo efficaciter, & propriè prout eſt in chirographo poſt biennium, vel obligatione ciuili reſultante ex ſentẽtia. l. Iulianus. ff. de condit. ind. Secundo modo improprie, & inefficaciter, prout eſt in omni debito regulariter, cui obſtat exceptio, vel etiam po ne exemplum ſecundum gl. in l. 1. ff. de condit. indeb. ſ. in chirog. ante biennium.

Debitum grauius, quod dicatur, vide Bar. in l. ſi quid ex famo ſa. ff. de ſol.

Decanica dicuntur carceres, in auth. apud quos opor. §. pe.

Decanus nomen dignitatis eſt eccleſiaſticæ, ſic dictus, quod forte ab initio decam præerant decem clericis, ſicuti, & in re militari decani appellantur, qui decem præſunt militibus vt accipitur in titu. C. de de ca. lib. 12. Significantur tamen quandoque hac appellatione etiam archipresbyteri, vt in c. in capite, 50. diſt. Interdum & clerici eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. l. non plures. C. de ſacroſ. eccl. eo quod in decanis eſſent diuiſi.

Decaprotia, i. decem primatus annumeratur inter munera ciuilia mixta. l. fin. ff. de mu. Erant n. decaproti, ſeu decem primi ex decurionibus, qui tributa exigebãt fiſcalia.

Decedere aliquando ſignificationem habet contrariam verbo accedere, vnde & deceſſio pro diminutione. l. pecuniæ verbum. §. 1. de verb. ſig. Magiſtratus autem decedere dicuntur, qui ei, qui ſucceſſor miſſus eſt, cedũnt.

Decemprimi vide Decaprotia.

Decemuiri quando primum creati, & qua de cauſa, vide l. 2. §. & cum placuiſſet, de orig. iur.

Deceſſio, vide Decedere.

Deceſſor dicitur, qui obijt nullo medio; præceſſor qui ante deceſſorem, anteceſſor, qui ante prędeceſſorem. 93. diſt. c. 1. per Arch. Apud Iuriſcõſulum eſt, cui e prouincia abeunti ſucceſſor miſſus eſt. l. 4. de offic. proc.

Decidere eſt tranſigere. l. cum hæreditas, de adm. tut.

Decima ſecũdum Hoſ. in ſum. de dec. §. 1. eſt omnium bonorum mobilium licitè quęſitorum pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita, vt colligitur de decim. c. 1. & c. parochianos. c. non eſt c. tua nobis. §. verum. c. cum non ſit. Et eſt danda de omnib. bonis iuſtè acquiſitis. eo. tit. c. ex tranſmiſſa, & c. commiſſum, ſ. de lana, fęno, & piſcarijs, nullis deductis expenſis c. paſtoralis, eo. tit. & c. cum homines, etiam de molendino ad ventum, c. cum ex tranſmiſſa. præalleg. Item de apib. & omni fructu. c. nuntius. eo. tit. & tenentur decimæ in ſignũ vniuerſalis dominij, nec ſunt retinendæ, ſed ſoluere compelli debent per eccleſiam, de app. re. tua nobis, 2. in fin. De hoc vide gloſ. in verbo præmoniti. in cle. 2. de iud.

Decimarum tres ſunt ſpecies ſecũdum Hoſt. in ſum. ſ. quędam perſonales, quæ debentur ex opere perſonali, vt ex artificio, ſcientia, militia, negotiatione, &c. Quædam prædiales, quæ proueniunt ex prædijs, vt vinum, oleũ, fructus arborũ, &c. Tales. n. dandæ ſunt illi eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prædia. de deci. ad apoſtolicæ. Etiam decimas prædiales tenentur ſoluere Iudęi in c. de terris, eo. tit. Item debent ſolui de diuerſis ſeminib. vnius agri, non tantum de vno, ſi fuerint ſucceſſiuè ſeminata. c. ex parte canonicorum. eo. tit. Etiam Ciſterienſes, & alij, qui nullo gaudent priuilegio, dare tenentur decimas de terris nouo acquiſitis, licet eas proprijs manibus excolant. c. nuper. eo. tit. Quædam ſunt decimę mixtę, ſecundũ Hoſ. ibidem, & põt dici hę, de quib. dubitatur vtrum ſint prædiales, vel perſonales, vt de agnis, & fœtibus aliorũ animalium, quæ ſunt in paſculis, & gregatim paſcunt.

Deciſio eſt lex Imperatoris, de quo vide C. de contrah. & cõmit. ſtip. l. veteris, & de emẽ. iuſt. de cod. in pri. ſuper verbo deciſ. & inſt. de nup. §. vnde quæſitum. Aliquando ponitur pro tranſactione. l. ſi hæres. ad leg. Fal.

Declinare ſententiam eſt paulatim illam infirmare, & ideo niſi ſententia declinetur, rebus iudicatis ſtabitur.

Decoquere eſt conſũmpto patrimonio creditores ære credito fraudare; vnde decoctores, quos vulgo vocamus fallitos, vt opinor, quod creditoribus fidem fefellerint.

Decolorari, pro infamia notari. l. eum qui. C. de epiſ. & cle.

Decretalis bonorum poſſeſſio quæ-

quæ ſit, vide ſupra bonorum poſ ſeſſio extraordinaria.

Decretalis epiſtola eſt, in qua Papa ad conſultationem alicuius reſpondet. de reſcr. c. 1. ſiue ſolus ſiue de cōſilio fratrum, vt de electione bonæ memoriæ. 1. Vnde decretum ſtatuit, decretaliſque reſpondet. Et differentia horum nominum decretalis epiſtola, decretum, canon, dogma, mandatum, interdictium, & ſanctio eſt, gl. ſum. diſtinctione 3.

Decretum ſecundum Spe. dicitur multis modis, vt in tit. primo, & ſecundo decreto, §. dicitur ergo. Qñque dicitur ſententia diffinitiua, vt ff. de re iud. l. decreta, vel interlocutoria, vt ff. de ſucceſſ. l. 1. in fi. Qñque dicitur id, quod Papa conſtituit ſeu ſtatuit, de cōcilio Cardinalium nulla facta cōſultatione, & tunc in ſcriptis redigitur, vt de reſcr. præſenti. 20. diſt. decreta, & c. ſeq. Quandoque eſt conſequens conſenſus eligentium in ſcriptis redactus, vt 2. q. 1. legum, & de elect. c. innotuit. Quandoque eſt illud, quod capitulum, vel ordo, vel vniuerſitas, vel maior pars ordinauit, vt ff. quod cuiuſ. vni. no. l. planè, & quaſi per totum. Quandoq; eſt iudicis auctoritas in alienationib. rerum præcipuè minorum interpoſita, vt C. de præd. mi. l. inter. & per totum. Qñque decretū dicitur auctoritas principis in reſcriptis beneficialibus interpoſita, vt de reſcr. c. gratia, li. 6. ſcd'm Azo. illud decretum eſt confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps inſinuat ſuam voluntatem, quæ ſeruanda eſt, etiam ſecundum eum ligat ignorantes. Eſt etiam quoddam decretum de curionum, quod in inuitos ſuper munerib. rerum tribui poteſt, exceptis eis, qui in liberaliū ſtudiorum laboribus ſunt, & qui medēdi cura funguntur. C. de dec. de. l. exceptis. lib. 10. Qñque decretū eſt iuſſus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam poſſideri, & illud diuiditur in primum & ſecūdum decretum primum eſt primus iuſſus iudicis, quo mandat bona propter contumaciam in pœnam contumacis detineri. Vel ſi deſcribitur: Primum decretum eſt alicuius rei prohibitæ, vel permiſſæ regulariter in certo caſu facta prima prohibitio, vel permiſſio, referendo ſingula ſingulis. Secundum decretum eodem modo deſcribitur, niſi quod ibi ponatur ſecunda prohibitio, vel permiſſio, & taliter dicitur primum reſcriptum ſecundi. Quandoque interponitur primum decretum, & non ſecundum, quia in aliquib. non eſt opus ſecūdo, vt no c. qm frequenter. §. in alijs, vt lit. non conteſt. ſuper verbo, conſtituitur. Et illud decretum habet locum in actione reali, vel perſonali, licet diuerſimodè, vt d. §. & §. ſeq. & interponitur ante litem, & poſt, quotieſcūque aliquo cōtumace

mace exiſtente adhuc non ita liquet de cauſa, quod diffinitiua ſententia valeat determinari, vt in d. c quoniam præal. Drecretũ ſecundum eſt ſecundus iuſſus iudicis, quo licet bona alicuius pro pter contumaciam poſſideri, quę prius ex primo decreto detinebantur, vt de eo, qui mit in poſ. c. 1. in gl. vlt. Et habet locum ſecũ dum quoſdam in actionibus perſonalib. tantum, quia ſecundum Ber. in gl. vbi ſupra in realib. ſolum lapſus anni conſtituit miſſum ex primo decreto verum poſſeſſorem, nec eſt opus ſecundo, ſecundum alios tamen habet locũ tam in realibus, quam in perſonalibus de hoc plenè Bar. in c. cõtingit, de dol. & cont. in gloſ. vlt. Vel ſic ſecũdum Lud. Ro. Eſt prima iudicis aggrauatio punitiua contumaciæ, & ſic ſuo modo diffinitur ſecundum decretum. Et ſecundum non poteſt interponi niſi contra latitantem, latitatio autem eſt debitoris abſconſio fraudulenta, in damnum creditoris, l. Fulcinius, §. ſi quis poſſidet, ff. ex quibus cau. in poſ. eatur, quod eſt verum niſi periculũ ſit in mora. Tunc n. interponitur ſecundũ decretum contra non latitantem debitorem, vt rem no. Io And. in c. conſultationibus. de off. deleg. in nouellæ & Bal. dicit in capit. 1. de mi. va. qui cont. in vſib. feud. Sed vtrum ſecundum decretum ſit ſententia interlocutoria, vel diffinitiua, effectus eſt magnus, vt in cap. cum ceſſante, de app. & l. quod iuſſit, ff. de appel. vbi per Bart. & C. de epiſc. aud. l. 2. per Bal in l. ſi finita, §. ſi fortè, ff. de dam. infec. vbi per Dy. Sed Lud. de Ro. dicit, quod ſecundum decretum eſt ſententia interlocutoria, allegat gl. ſingularem in præſenti, §. cum autem, in verbo admod. C. de his qui ad eccleſiam confu. no. Ioan. And. in gloſ. magna, in fin cap. 1. de rebus eccle. non alien. lib. 6. & ibi vide iura de hoc.

Decubuerit, ideſt in lecto iacuerit, ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi non propter valetudinem.

Decurio dicitur, qui decimam partem de bonis ducit, vel qui eſt ſuper decem milites conſtitutus in curia dominorum vel principum, ſicut centurio ſuper centum, qui aliàs etiam vocatus eſt centenarius. Et vtuntur illo vocabulo theologi, quia dicitur, 1. Machab. 3. quod Iudas conſtituit duces populi tribunos, & centuriones. Beda tamen dicit ſuper illud Luc. 23. & Matt. 15. Ioſeph. nobilis decurio, quod decurio vocatur ideo, quia eſt de ordine curiæ, & officium curiæ adminiſtrat. Qui etiam ſecundum eum dicitur curialis, a procurando, quia procurat munera ciuilia, & curialia. Vide de hoc, ff. de decurio & filiorum. Quidam autem dicuntur decuriones appellari ex eo, quod cum ciuitates, & municipia conſtruebantur, cuiuſque loci gratia

conſilij, decima pars hominum colligebatur, vt ff. de verb. ſign. l. pupillus, §. de curiones. Etiam quidam dicunt decuriones eſſe ex eo dictos, quod cum Coloniæ ducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur in conſilium publicum, conſtituebantur, & decuriones vrbis Romanæ in muneribus excuſabantur, vt C. eod. titu. lib. 11.

Decuſſare, hornare.

Dedecus, quando aliquid dicatur fieri cum dedecore, vide Bar. in l. 2. §. ſi mancipatus, ff. de bon. poſſ. contra tab.

Dederit, i. dare voluerit, ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatus ſum damnum. Aliquando dederit exponitur, i. reddiderit, ff. loca. l. in naue Saupheli.

Deditia libertas, ſecundũ Azo. in ſum. eo. tit. hodie ſublata eſt, ſed olim eorum dicebatur deditia libertas, qui ſic ſeruiebant, vt toto tempore vitæ ſuæ ſeruili iugo detinerentur, poſt mortem verò eriperentur in libertatem, colligitur in l. vnica, C. de la. lib. tol. & Inſt. de ſucceſſ. li. §. vlt. & l. vnica, C. de dedi. lib. tollenda.

Dedititij liberti olim erant, & dicebantur hi, qui ſe dedebant timore deſtructionis ſuæ. Et ſic deſtructione ſua talem libertatem conſequebantur, & dicebantur liberti, forte propter ſpem libertatis, vel verius liberti vocantur, quia verè liberti erant, licet ſerui te cogerentur. Hodie verò non ſunt. Azo. in ſum. C. de dedi. libe tol. Erant autem hi peſſimæ conditionis, quia toto tempore vitæ ſuæ erant ſerui, & in morte liberi, vt dictum eſt, vt Inſt. de lib. §. libertinorum autem. Et dicunt Docto. quod tales non erant ſerui, ſed coacti erant ad ſeruiendũ, & erant inducti ex l. alia ſciẽtia, quæ etiam multa alia, (ſcilicet mala,) induxit, vt in gl. Inſt. titu. prælle. Sed de dedititijs aliter, & verius Theophilus, & Caius, in Inſtit.

Deductio eſt defalcatio.

Defalcare idem eſt, quod deducere, & detrahere.

Defendere eſt vicem domini ſubire, vel illud facere, quod faceret dominus in lite, & pro eo reſpondere.

Defenſio quotuplex ſit, vide Bar. in l. de pupillo, §. 1. ff. de no. oper. nun. & quo iure ſit introducta, idem Bar. in l. vt vim, ff. de Iuſt. & iure, & quot modis ſumatur defenſio, Bart. in l. liberto in fi. ff. de neg. geſt. Quando aliquid dicitur fieri ad defenſionem, vide Bar. in l. 1. C. vnde vi. Interdũ ſumitur defenſio pro excuſatione, vt l. ſed & ſi. de vſur. Aliquando pro exceptione, vt l. ſi quidẽ, C. de excep.

Defenſor eſt ille, qui ſine mandato cautione præſtita de iudicato ſolui, alium defendit, vel eius defenſioni ſe offert, vt ff. de proc. l. ſi procurator, §. fin.

Defenſores ciuitatum ſecũdũ Azo.

Azo.in ſum.eo.tit. ſunt hi,qui in omnib. tanquam patres potius, quam vt iudices, ſe habere debent, vt ita nominis ſui vtantur officio. C eo.tit.l.3. & auth.vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. eos

· Ineſt autẽ officio defenſoris huius præbere authoritatem his, quæ aguntur apud eum ex volũtate partium, vt adoptionis, emãcipationis, manumiſſionis teſtatorem inſinuationis, vt in auth. eo. tit. §. ſed neque proprias. Itẽ donationis inſinuationis. In contentioſa autem iuriſdictione habet cognitionem vſque ad 300. aureos, vt in auth. præall. §. & iudicare.

Deferre aliquem eſt eum accuſare, ſed deferre alicui, eſt grates & reuerentias ſibi facere, ff. de acc.l.libellis. Et ſic dicimus plus Deo deferendum eſt, quam homini. Deferre autem appellationi, eſt illam admittere. Differunt tamẽ deferre, & accuſare in hoc, quia deferre fit reo abſente, ſed accuſare fit reo præſente.

Deferre iuramẽtum eſt aliquẽ arctare, vel aſtringere ad iurandum, & quandoq; defertur à iure, quandoque a iudice, quãdoq; a parte, quandoq; etiam declaratio a parte parti defertur, de omnib. his no. C. de iureiur.l.1.

Deferueſcere iram alicuius dicimus, cum ex irato mitis redditur, l. quis ſit, § idẽ ait, de ędi.edi.

Deficere dñr, qui ab ijs, quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, & in hoſtium numerum ſe conſ[?]cunt, l. amiſſione, de cap. dim.

Definitio eſt plurium rerum ſummatim facta traditio: quod idem eſt cũ Regula, l. omnis definitio, iuncta l.1. de reg. iu. Diffinitio autem eſt propria, & dr cõprehenſa rei ſubſtantiæ enunciatio; quę cõſtat ex genere, & drijs, Bar. in l.1 de teſtamentis.

Deflorare virginem quid ſit no. per Arch. extra de deſpon. im pub.c.vnico, lib.6.

Defructum, muſtum eſt, quod decoquitur quouſque tertia pars relinquatur.

Defunctio eſt a debito liberatio, inde defunctus, i. liberatus Secũdo idem eſt, quod mortuus. Et fortè dicitur ideo mortuus defunctus, quia liberatur a miſeria conditionis humanæ.

Defunctoriè, & perfunctoriè, idem ſonant, quod tranſitoriè, vel curſoriam, & negligenter.

Deglubare ſeu deglubere eſt corticem eximere, l. cædare, ff. arb.fur.cæſ.

Degradare eſt deponere de ordine, vt 81. diſt. dictum. Qualiter autem fiet degradatio, no. de pę. cap. degradatio, lib.6. Nam deponere fit ſimplici verbo, ſicut ſuſpendere; degradare autem cum ſolemnitate.

Deierare eſt falsè iurare, cap. in literis de teſt. & c. literas, de præſu.

Deinceps, i. de cætero, C. de epi. aud. l. nemo deinceps.

De-

Deinde,vide Inſtit. de re.diui. §.inſula.

Delata hæreditas intelligitur, quam quis adeundo cōſequi poteſt,l.delata,ff.de ver.ſign.

Delator eſt,idem, quod accuſator, vel qui bona aliqua tanquā vacantia fiſco denuntiat,i.manifeſtat.Et no.quod deferre dicitur multis modis, primo, i. afferre ſeu offerre, vnde dicitur hæreditas deferri: vt l.2.C.de carb. edi. Item accuſare de quolibet crimine,l.iubemus, C.ad l.Iul. repet. Item delator,i.bonorum nuntiator,l.intra,ff.de diuer.& tēp.præſcr.& Bart. in rub. de dela. Et de hac materia vide plenè per Bart. in dicta rub.de delato. lib. 10.C.

Delegare plura ſignificat.Primò eſt aliquem iudicem loco ſui, & authoritate ſui iudicaturum conſtituere, vel ſubſtituere; vt l. præcipimus,C.de appellationib. circa medium, & l.ſeq.in fi.Quādoque eſt in locum ſuum vel vice ſui alium reum creditori dare, vel cui iuſſerit creditor. Et hoc modo inter delegatum, & eum, cui fit delegatio,oportet interuenire ſtipulationem,vel litis conteſt. His.n.modis fit hæc delegatio, vt l. delegare, ff. de not. Et Azo.in ſum.eo tit.de no. Delegare n.poſſum,i.vice mea debitorē meum dare creditori,& ex delegatione liberor. ego a creditore meo, & extinguitur ipſa delegatio,qua tenebar, vt quando tibi ſum obligatus,& aliū habeo debitorem mihi obligatum, & iſtū tibi aſſigno,vt debitum ab eo recipias te,& ipſo volentibus, hæc eſt delegatio quædam. Interdum delegare eſt deſtinare,ſeu aſſignare,vnde in l.2.ad l.Iul.pec.pecunia delegata,id eſt deſtinata.

Delegatus eſt, cui cauſa committitur terminanda,vel exequēda,vices delegantis repñtans, & in iuriſdictione nihil proprium habens,vt,ff.de off.eius cui mād. eſt iuriſd.l.1.in fi. & extra de offic.deleg.ſanè quia, & cap. cum olim,& Hoſt.in ſum. eod.tit vel ſic Delegatus eſt is,cui a ſummo Pontifice, vel ordinario, vel delegato principis cauſa committitur.Item inde venit ſubdelegatus,qui dicitur, reſpectu delegati. Item is, cui principium cauſæ, vel modum committitur, & ſic iudex propriè dici non poteſt,vt c.ſuper quęſtionum,§.porrò,eo. tit.Delegatus tamen propriè delegare pōt principium, medium, & finem, in §.intētionis, c.ſuper quæſtion.præalle.Vel ſecundum Spec.eo. tit.in prin.eſt is, qui ex alterius commiſſione recipit alicuius cauſæ iudicialem cognitionē.Nā & ſubdelegatus eſt, cui ꝑ aliquē hñtē iuriſdictionē demandatur in iudicio aliquid,vel extra iudicium faciendū, non iure proprio,ſed de iure mādantis. Et differt a ſurrogato, & cōſeruatore. Nā ſurrogatus hēt iuriſdōnē iure proprio,et merū imperiū,ſicut iudex principalis,cui ſurrogatur; ſed

ſed conſeruator nullam habet iudicialem cognitionem, ſed tãtum poteſtatem ſuper notorijs, & manifeſtis, cap. ſtatuimus, de offi. deleg. lib. 6. Iudex autem delegatus habet iuriſdictionem in eccleſiaſticis perſonis, non propriam, ſed a ſuperiore cõmiſſam. Vide Goffred. in ſum. eod. tit. Et delegatus in cauſa ſibi delegata maior eſt ordinario, de offi. deleg. ſanè 2. & de offi. ordinar. paſtoralis, quia talis vices gerit delegantis.

De liberare eſt factum diligenter tractare, vel in mente reuoluere, vel cum amicis ſuis explorare, an expediat ſibi illud admittere, de quo quæritur, puta hæreditatem agnoſcere, vel adire, vt l. ariſto, in princ. ff. de iure deliberat.

Deliberatio eſt prouida cauſæ circumſpectio, cum qua ratio totum agit, & furor ſibi nihil vendicat. 2. q. 3. illa præpoſitorum. & cap. ſequ.

Delictum dicitur quaſi derelictum, & nota, prout ſupra tetigi in verbo contractus, quod ſicut actionum quædam proueniunt ex contractu, vel quaſi contractu; ita actionum quędam proueniunt ex delicto, aliæ verò ex quaſi delicto. Ex delicto proueniunt actiones, vbi delictum perſonæ, verè, & directè comprehenditur, vt eſt videre in furto, rapina, homicidio. Ex quaſi delicto, vbi perſonæ delictum verè, & directè non cõprehenditur, ſed interpretatiuè, vel iuris fictione, vt ſi iudex per imperitiam ſuam malè iudicauit, tenetur parti, quam læſit ex quaſi delicto. Item ſi tenes in domo, vel officina aliquem prauum hominem, qui damnum dedit mihi, teneris ex quaſi delicto, eo quod in culpa ſis vtendo malorum hominum ope. Et eſt delictum deſertio boni. Peccatũ vero prauus actus, Sed crimen eſt peccatum graue, accuſatione, & damnatione digniſſimum. Hæc eſt differentia ſecundum Aug. 81. diſt. c. 1 & no. de pę. diſt. 1. ſi peccatum, & per Io. And. in regula peccatum. Et pro differentia inter delictum, & peccatum, eſt bona glo. in l. 1. C. ſi ad deli. vbi dicit Acc. Delictum eſt genus generaliſſimum, ſiue veniat ex animo, ſiue non. Crimen verò genus ſubalternum. Continet. n. ſub ſe furtum, adulterium, & alia, quæ ex animo proueniunt, i. ex conſcientia. Adde, quod delicta quædam ſunt publica, quædam priuata, de quib. infra in verſ. priuata. Item aliud eſt delictum generale, aliud ſpeciale. Generale eſt, quod certa appellatione pluri ma eiuſdem naturæ crimina complecti poteſt, vt furtum, homicidium, falſum: quod Doctor noſtri nominatum delictum appellant. Speciale verò delictum Iuriſconſulti intelligunt, quod Docto innominatum dicunt, vt cum quis in ius vocatus non paret, cum temerè appella. Hæc. n. facta plurib. ſpecialib. verbis deſignantur,

tur,nō vno generali, vt copioſius declarat Alc. in l. aliud eſt fraus, de verb.ſign.

Delinimenta pro blanditijs,l. 4.de inoffic.teſtam.

Deludit,i.decipit, & ſic deluſio non approbatur a iure, ext. de alie,iud.mut.cauſa fa.c.1.& ff. de iud.ſi præter.ibi,deluſoria eſſent prætor.decreta.

Demens eſt,qui neſcit vel non poteſt exprimere quid velit, aut nolit c.paſtoralis,de cler.ægrot. lib.6.vbi bonus tex. & gl. ibi ſuper ver.remittit.

Demoliri eſt diſſipare, vel deſtruere. Matth. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi tinea non demolitur.Vnde demolitio, i.deſtructio,l.ſtipulatio, de ope no.nunc.

Demōſtratio idem ſignificat, quod oſtenſio. Nam omne verbum, vel factū, per quod aliquid oſtenditur, demōſtratio dicitur. Ideo dicit text in l. certum, ff. ſi cer.pet.Certum eſt, quod nomine proprio, vel alia demonſtratione,quæ vice nominis proprij fungitur,oſtēditur,& ſequitur.Nō refert an proprio nomine res appellentur, an digito oſtēdantur. Et licet falſa demonſtratio non ſit demonſtratio; tamen ex ea quandoq; ſumitur ſignificatum ad inualidādum actum,qui alias, ea non expreſſa, eſſet validus,v.g.Teſtator dicit, lego vxori meæ veſtem,quę cauſa eius parata eſt. Hæc verba, quæ cauſa eius, &c. ſunt demonſtratiua. Sed pone,ꝙ nihil eſt paratum cauſa eius, tūc demonſtratio eſt falſa, & dicit text.in l. Quintus Mutius, ff. de aur.& arg.lega. quod nullum eſt legatum. Secus ſi diceretur; Veſtem meam purpuream ego,quę cauſa eius facta eſt,quia licet demonſtratio ſit falſa;tamen apparet de re legata per verba præcedentia, vt in l. Quintus Mutius præall. Et ſi vis ſcire pleniſſimè, an & quando falſa demonſtratio vitiet diſpoſitionem,vide Bar.in l demonſtratio,ff.de cond.& demon.Porro demonſtratio ſic differt a conditione, quod demonſtratio plerumq; factam rem oſtendit,conditio verò futuram,l. ſi nominatim,eod.tit.

Dena,i.decem, ſed diſtributiue, vt ſi legem Titio, & Seio dena,intelligitur ſingulis decem legaſſe,ff.de verb.obl.l. ſi ita ſtipulatus,& ff.de leg.1.l. ſi quis teſt.

Denarius dicitur a numero decem, de conſec. diſt.5.ieiunium.

Denique, not.Arch.3.diſt.denique.

Denunciare eſt crimen alicuius ſuperiori nunciare,vt præpoſitio,de,augeat nunciationem,vt in ſimili,ff.depo.l.1.in prin.Hoſ. autem in ſum.tit.de acc.& rubr. de denun.§.1.dicit, quod denunciatio eſt criminis alicuius, apud iudicem ſine inſcriptione facta delatio,ad pœnitentiam agendā, vel aliam legitimam pœnam imponēdam,vel etiam ad vtrumq;,

& in

Et in §.ſeq. ipſe diſtinguit denunciationem dicens, quod quædam eſt denunciatio principalis, & Euangelica, & ad illam quilibet admittitur. Quædam verò iudicialis, & canonica, & ad illam nō quilibet admittitur. Vide ibi de illa, & in reportationib. Io. And. cap. nouit. de iud. Eſt, & denunciatio ſpecies proteſtationis, quę ad alium mittitur, veluti cum aliquem admoneo, ut ab emptione deſiſtat, vt defendendæ cauſæ adſit, vt a matrimonio cauſa legis Iuliæ exercendæ abſtineat. Alc. in l. deteſtatio, de verb. ſign.

Denuo, i. de nouo, vel iterum.

Depeciſci eſt turpiter paciſci. Inde depectus, i. turpiter pactus. l. 3. de calu.

Dependere, i. ſoluere, & pręſtare. l. 3. §. in ijs, de vſu.

Deperditum dicitur, quod deſijt eſſe in rerum natura. l. deperditum, de pet. hær.

De plano aliquid dicitur fieri, quod iudex ſine figura, & ſtrepitu iudiciario facit, de cuius verbi ſignificatu habes hodie plenè, de verb. ſign. in cle. ſæpe. Arch. de elect. cap. indemnitatib. lib. 6. ſuper verbo ſtrepitu, & figura. Dicitur ergo iudex aliquid facere de plano, quando, ſ. non eſt in conſiſtorio, vt, ſ. reſidens in loco, in quo iudicare non conſueuit, & aliqualiter inſtructus ſine iuris ſolemnitate aliquid facit, ſtatuit, aut determinat.

Deportare eſt aliquem perpetuo exilio damnare, ſed relegare eſt ad tempus, ff. de interdic. l. relegatorum, hæc eſt differentia. Et in glo. Inſt. quib. mod. iuſ. pa. po. ſo. §. relegati.

Depoſitum eſt, quod ad cuſtodiendum alicui datum eſt. l. j. ff. eo Et dicitur a de, & poſitum ſic, quod præpoſitio, de, augeat, vel dicitur a de, i. deorſum poſitum, alias ſeorſim poſitum, ſ. à deponente, vt oſtendatur totum ſidei eius commiſſum, apud quem ponitur quo ad cuſtodiam, & uidetur ſeparata cuſtodia a deponente. Eſt ergo aliud pono, aliud depono, vt ff. eo. l. 1. Quid ſit actio depoſiti directa, & contrariè, require ſupra actio depoſiti.

Depoſitarius eſt is, apud quem res aliqua deponitur cuſtodienda. Et differt, a ſequeſtro, quia depoſitarius ad hoc præcisè tenetur, vt depoſitori rem reſtituat, tenetur etiam maximam diligentiam adhibere. Sed ſequeſter neutri litigantium tenetur præcisè rē reſtituere, ſed indeterminatè illi, qui vicerit. Alia differentia habetur in l. licet. ff. depoſi-

Deprecatio dicitur a deprecari, quod eſt præcipuè rogare. l. deprecatio, ff. ad l. Rhod.

Deprehendere aliquem, eſt quod Barbari dicunt, in ipſo facto capere, l quod ait. ff. ad l. Iul. de adul.

Deprimere nauim eſt demergere, l. cum depreſſa, ad l. Rho.

Derelictū dicitur illud, qđ caret

ret poſſeſſore, vel quod in nullius eſt poſſeſſione, vt Inſ. de rer. diu. §. hoc amplius circa ſi.

Derogare eſt dimittere, vel in parte tollere, vel detrahere, vt ff. de verb ſig. l. derogare, & differt ab abrogare ibidem, req. ſupra Abrogare.

Deſcribere eſt exemplum ſumere, quod Barbari dñt copiare.

Deſertores dicũtur clerici, qui propriæ eccleſiæ miniſterijs deſtitutis, ad aliam vitio fugæ ſe transferunt, vel confugiunt, vt 21. q. 2. placuit, & hoc ſecundum canones. Sed ſecundum leges deſertores dicuntur milites vitio fugæ ſuam militiam deſerentes, vt l. 3. de re milita.

Deſertum eſt locus, non habitus penitus, neque cultus vltra memoriam hominum, vt c. 1. de verb. ſign. lib. 6. vnde & deſertus pro neglectus ſumitur, l. 3. C. de agr. cenſi. li. 11.

Deſerta cauſa dicitur, cum altera parte abſente fertur ſentẽtia.

Deſidia ſimilis eſt imperitiæ, C. de teſt. l. ambiguitates, & quid ſit deſidia no. per Archi 30. q. 1. inde deſides, id eſt negligẽtes, C. de anno. & trib. l. iudices, lib. 10.

Deſignatus, i. electus, l. Barbarius, de offic. præt.

Deſignatores qui, vide ſupra in ver. Brabeutæ.

Deſinere propriè eſt in perpetuum, vt rurſus non redeat, l. fin. de aſſign. lib. Deſinere autem res abeſſe quando dicatur, explicat Iuriſconſ. in l. mulieris, de verb. ſign.

Deſiſtere, eſt a negotio iam ſuſcepto abſtinere, l. deſtitiſſe de iudic. & ad Tur.

Deſtitutum teſtamentum, i. deſertum, ex quo nullus eſt hæres: Inſt. de hær. quę ab inteſt. §. cum autem.

Deſuetudo, & conſuetudo differunt ſecũdum Bar. in l. de quib. ff. de legit. Nam conſuetudo eſt, quando fit contra legem per ipſam conſuetudinem, ſed deſuetudo eſt, quando nõ vtimur aliqua lege in iure poſita.

Deſultores erant, qui in ludis duos equos abſq; ephippijs agitantes, ex altero in alterum mira pernicitate deſiliebãt, l. apud, de præſcr. ver.

Detegere, i. publicare, vel teſtibus probare, C. de malefi. l. & ſi excepta.

Deterrere, pręter vulgatum ſignificatum eſt, a propoſito remouere, l. quod ſi. §. qui mancipia. de ædil. edict.

Deteſtari eſt abſenti denuntiare teſtib. adhibitis, vt l. ſub ſignatum, §. 2. ff. de verb. ſign. in l. ſeq. Aliter autem deteſtari eſt facta alicuius abrenuntiare, ſpernere, vel abominari.

Deteſtatio eſt cum teſtib. facta denuntiatio.

Dextera lana dicitur, cum perfecta eſt, & a textrinis inſtrumentis detrahi poteſt.

Detractare, pro vitare, fuge-

re,& auerſari ſumitur. Vnde detractio, l. qui cum, §. qui poſt, de re mili. & l. ſi maritus, ad leg. Iul. de adul.

Detruſus in l. quicunq;. C. de epiſ. & cler. eſt quem canoniſtæ vocant depoſitum latini verò exauctoratum.

Deunx eſt vna pars aſſis, quæ ex 11. vncijs perficitur, Inſtit. de hær. inſt. §. hæreditas.

Dextans eſt pars aſſis, quæ ex 10. vncijs perficitur.

Deuſdedit eſt propriũ nomen, c. tanta de ſim. Similiter Deodatus, eo. tit. c. 3.

D ante I.

Diabathrarij in l. 1. C. de excuſa. artif. ſunt coriarij. Alijs tamen ibi aliter legẽdum placet; de quo vide Alc. ibidem.

Diacatharotia, in l. quicunq;, C. de omni agro deſer. eſt id munus, cum Imper. priuatis fundos concedit, vt purgentur, quod latius explicat ibi Alc.

Diacatoche (vt quidam legunt in præall. l. quicunq;) ſignificat titulum poſſeſſorium prædij.

Diaconus Græcè, dicitur miniſter Latinè, quia ſicut in ſacerdote conſecratio; ita in diacono miniſterij diſpenſatio habetur. Et hypodiacones Græcè, dicuntur ſubdiaconi Latinè, quia ſubiacẽt præceptis Leuitarum. Et apud Hebræos Nathanei vocantur: vt habetur 21. diſt. cleros.

Diadema propriè eſt corona imperialis.

Diçta in vna ſignificatione eſt cęnaculum, in quo die magis quã nocte ſolent homines reſidere, vt ff. de don. l. Lucius, vel domuncula conſtructa in hortis pro colligendis fructibus, ſeu oblectationis gratia, ita capitur in l. ſenatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1. In alia verò ſignificatione dicitur ſpatium vnius diei, vel lapſus. Quartò eſt vnius diei certa, & determinata comeſtio. Continet autẽ diæta legalis 20. milliaria Italica. Diæta vulgaris dicitur illa, quæ habetur ſecundum conditionem regionis.

Diætarij dicuntur, qui in cęnacula aliena ſe dirigunt aĩo furandi a diæta ſecundum primam ſignificationem ſic dicti, & ſic exponitur in l. ſaccularij, in prin. ff. de extraord. cri. licet, ibi legatur in tex. directarij. Sunt, & diçtarij ſerui, deſeruiẽtes in diæta. l. quęſio, §. oſtiarij de fun. inſtr. Item cuſtodes nauis, non pretio aliquo conducti, ſed ob ſolum victum, l. 1. nau. caup. ſtab.

Diarium pręter ephemeridis ſignificationem, refertur etiam ad vnius diei cibum, vel ad id, quod alicui datur, vt ſingulis diebus ſe alat, quo ſenſu plerunque in iure accipitur, l. diarijs, de adminiſt. leg.

Diaſtoli vel diaſtoleæ dicuntur, cum aſtu diactatores vel diſtinctores logon, hoc eſt, publicę ratio-

rationis. Et ſecundum hoc accipitur in gl. de tabu.ſcri. logo. C. lib.11.l.4.

Diatretum Græcè, tornatile, aut factum torno ſignificat. Vnde apud Vlpianum, in l.ſi ſeruus, ad l. Aquilia. calix diatretus, & diatretarijs tornatoribus, in l. 2.C.de excuſ.arti.

Dictare actionem vel iudicium, eſt intendere actionem vel agere.

Dictatores olim dicti fuerunt, qui ſummum magiſtratum gerebant, & quorum erat in maiorib. cauſis ſententias ferre, vel dictare, vt ff.de orig.iur leg.2.

Dicticæ ſunt columnæ eccleſię, in quib. imagines patrum in ſuo catalogo ponuntur. Vel ſunt tabulæ, ſcribendi vel pingendi, a dicto dictæ.

Dictum a promiſſo eleganter diſtinguit Vlp.in l.ſciendum, de ædil.edil.

Didragma eſt denarius valens duos denarios, ſtater valet duo didragmata, vnde Valet nummos didragma duos ſtater duplicat, idem notatur per Arch.11.q. 1.magnum.

Diducere, eſt diuidere, & diſtinguere, Inſt.de obl.

Dienſes, populi Macedoniæ, quorum mentio fit in l. vlti. de cenſib.

Dies eſt duplex, naturalis, & artificialis Naturalis eſt quæ more Romanorum incipit à media nocte, & altera ſequenti media nocte finitur, l. more.de ferijs. Ecclesia verò Romana exorditur diem ab occaſu ſolis, & finit in ſequentem occaſum. Hæc Alc.in l. 2.de verb.ſig. licet Acc.aliter diffinire, videatur in d.l.more. Artificialis vel ciuilis eſt, ab ortu Solis vſque ad occaſum.

Diem cedere, vel venire obligationis quando dicatur, declarat apertè Iuriſc. in l. cedere, de verb.ſign.

Diem deffundi, vel (vt quibuſdam placet) diffindi olim dicebatur, cũ res, de qua erat controuerſia, in ſequentem diem cognoſcẽda reijciebatur.

Diffamator quis ſit, & quis dicatur diffamare, vide Bar.in l.tur pia, ff.de leg.1. & quãdo quis diffamari dicatur de maleficio, ſufficiat in gñe, vel in ſpecie an maliferi requiratur, vide ibid. Bar.

Difficile dicitur quandoque quod nullo modo fit, 2. q. 6. biduum, ver.ſi aduerſus, & gl.ſi.de teſt.c. præſentium exponit nõ de facili, i. nullo modo. Adde quod difficile interdum exponitur, i.raro, vt ff.de leg.3.l.Seio, & l.heres meus, §.vxori. Aliquando difficile, i.nunquam, 1 q.1.ſi quis neq:, & c.principatus, & ibi no. Aliqñ difficile exponitur, i.laborioſum, in auth.vt hi, qui ob.ſcha.per res mi.§.quoniam autem. Aliquãdo, i.vix.47.diſtin.quamtumlibet, & ibi no Item qualiter difficile, & facile intelligantur, vide de hæred.inſtit.l.ſeruus.

Difficultas, & impoſſibilitas ſæpe parificantur vt pulchrè ponit Fely. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, in 39. col. ver. ſecundũ notabile eſt, quod eccleſ. de conſt.

Diffinitio, vide Definitio.

Diffinitiua ſententia. Require infra, Sententia.

Diffundere vel diffindere diẽ, quid ſit, vide ſup. in ver. diem.

Diffundi vina propriè dicuntur, quæ ex vaſis, in quibus defer buerunt, poſtea quam defecata ſunt, in alia vaſa transferuntur, l. cũ vinũ, de trit. vino & oleo leg.

Digeſtum ſecundum Azo. in ſum. de ver. iur. enuc. dicitur legalis liber, qui alio nomine vocatur pandecta, ſeu liber pandectarũ, ex eo qđ omnes diſputationes, & deciſiones legitimas in ſe habet, quem in 50. libros partiales digeſſit Imp. Collectus autẽ fuit iſte liber ex veteri iure, quod ab vrbe Roma condita, & a Romuli temporib. vſq; ad tempora Iuſtiniani fere per 400. ann. cõfuſe ſtatutum obtinuit. Et extendebatur in duo millia penè librorum, & tricies centena millia verſuũ vel reſponſorum, vt patet, C. de vet. iu. enu. l. 2. § ſed cum omnia Et dictum fuit digeſtum eo, quia omnia ibidem decidentia digeruntur, & ſoluuntur, ſecundum Acc. in proœ. Inſtit. Dicitur autem pandecta, a pan quod eſt totum, & decta, doctrina, quia ibi eſt tota doctrina omnium Iuriſ. vt in §. præall. & cum omnia decidentia ibi digerantur, & ſoluãtur, ſecũdum Azo. ac Dy. in prin. Inſt. Et not. Io. And. in proœ. cle. quod digeſtum capitur alibi pro decoctum, de conſecr. diſt. 5. ne tales &c. præce. Quidam dicuntur, quod iſte liber olim per duplex dd, ſcribebatur, vel per d, & g, & quod poſtea per vitium ſcriptorum corruptum ſit. Sed ratio videtur melior, ſ. quod digeſtum ſcribatur contra morem omniũ legalium librorum per duplex. ff. quamuis illæ duæ literæ, nec in principio, nec in fine huius nominis digeſtum ponãtur. Ideo quia ille liber fuit digeſtus ſecũdariò per duos Federicos Imperatores a quorũ cuiuslibet nomine ſumpta eſt prima litera f, ſic erunt duo, ff. licet iſta ratio alijs nõ placeat, quia neuter illorum Imperatorum aliquid fecit, exceptis paucis conſtitutionib. poſitis in vſib. feudorum. Dicunt ergo eſſe vitium ſcriptorum. Et vnus illorum librorum nominatur eſt Inſortiatum, quia cum Romæ eſſet ſtudiũ amiſſum, & Bononiæ inoleret, eius recuperatione facta Rauennæ, cum eſſet amiſſum ius eſt redditum forte, cum multa adſint, quæ deerant, & ſic ſumitur in. pro valde. Alij dicuntur, ꝙ fortes leges in eo ſunt, ſed certe, & in veteri. Alij ab inuẽtore ſeu auctore ſic nominatum dñt. Vel dicitur, quod nomina magiſtralia ſunt, quare nõ eſt de eis diſputandum, ſed relinquitur pertinacibus

cib. ſecundum Tullium, & quia plura ſunt negotia, quã vocabula, ff. de prçſc. verb. l. natura enim Aliæ ab inforciaſim Chaldeo vocabulo, quod eſt diſpoſitio dictũ volunt, quia vltimæ diſpoſitiones in eo ſunt. Vnde Sum liber fortis, diſponens ſpolia mortis. Et clauſis portis, me diſcat lector in hortis. Hæc in gl. huius libri. Adde aliam rationem meliorem, quare libri Digeſtorum ſcribãtur per duo, ff. quam ponit Alcia. in lib. Diſp. Nam Græci Pandectas per , cum accentu circũflexo notabant, quod poſteriores per ignorantiam Græcarum literarum putantes eſſe duplex, ff. hoc ſigno abuſi ſunt.

Digitus nõ eſt membrum, ſed membri officium, ff. de ſta. ho. l. non ſint liberi. Adde Bart. in l. 2. ff. de pub iud. in verſ. ſed quæro quid appellatur. Adde Fel. in ca. ego. n. in 3. col. ver. digitus, de iu reiur. vbi limitat in ſex. caſib. & fallit ſecundum Bar. ad hoc, quãdo quis eſſet notabilis artifex, q̃a ſi amittit digitum, dicitur amittere membrum, & iſta confirmat Bar. vide Io de Anan. in c. iniuncto. de hær. in 6. Fel. in c. cum illorum, de ſen. exc. in 3. col. ver. & no. limita. Vide ibidem latè per eum. Adde, quod digitus eſt etiã genus menſuræ, l. Lucius, de ſer. ruſt. præd. Eſt autem 16 pars pedis, ſecundum Alc. in l. mille. de verb. ſign.

Dignitas quid ſit, ſecundũ Archi. patet de conſec. c. 1. lib. 6. in gl. Dignitas quandoq; idem eſt, quod ptãs, vel conditio, vel prçrogatiua ſecularis, vt 23. q. 5. adminiſtratores, & C. de dig. lib. 12. Et ſic iudex dicitur hr̃e dignitatẽ vt ff. de albo. ſcrib. l. vlt. De hac etiam not 3. q. ſi teſtes in prin. tẽ dignitas eſt quædam præeminentia eccleſiæ, vel in eccleſia, c. quãuis de verb. ſign. Et quot modis ſumatur dignitas, no. de reſcrip. ſedes apoſtolica, in gl. ſuper verbo, maiores, quç incipit, ſed quas perſonas, & Bar. in l. 1. C. de dig. lib. 12. Quandoque autem ſumitur ſtrictius pro eminentia prærogatiuæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ prærogatiua etiam dicitur perſonatus, qui cognoſcitur quãdo habet aliquis prærogatiuam in choro vel capitulo in omnib. in proceſſionib. in vocib. dandis, & ſimilib pluſquam canonici ſui ordinis, vt in d. c. i. de conſu. cum ſim. Et illa cognoſcitur his modis. Primò, quãdo quis habet adminiſtrationem rerum eccleſiæ cum iuriſdictione. Secundo, quãdo habet nomẽ dignitatis, & prælationẽ, ſeu prçrogatiuam, tã in choro, quam in capitulo. Tertiò, quãdo ex conſuetudine eccleſiæ hr̃ aliquis in dignitate. Vide Arc. vbi ſup. Etiam dignitas ſignificat latius & ſtrictius ſecũdum vſum eccleſiarũ. Nam quod in vna eccleſia continetur ſub nomine dignitatis, in alia cõtinetur ſub nomine officij, & è contra, prout ca

L 3 iuſuis

iuluis eccleſiæ vſus habet. Reperitur etiam latiſſima ſignificatio pro quauis excellentia. Sed de his omnibus, & alijs huc pertinentibus latiſſimè Bart. in d.l. 1. C.de dign.

Dilapidare eſt res, vel bona prodigaliter,& indifferenter erogare,ſecundum quod not. Arch. de reſcr.ſtatutum, lib 6.& de elect.quia ſæde.eo.tit.Et ſic ſumitur in l.ſi pro ea.C.mandati,& ff. de mino.l.verum,circa finem.

Dilatio eſt temporis in cauſa prorogatio; & dilationum ſecundum Hoſ.in ſum.tit.de dilat.§.1. aliæ ſunt citatoriæ, quæ dantur vocato ad cauſam,ad veniendum ad iudicem ante litis conteſtationem inf.quas citatus pparabit,ut veniat in termino, & nihilominus poſt mortem,ut extra de off. deleg.cõſuluit,de quib.ff.de iud. l.ad peremptorium, cũ ſeq. vſq; ad l.de qua iure.Aliæ ſunt reſtitutoriæ,quæ dantur his, qui ſpoliati fuerunt,ſeu ſunt,uel dantur ad appellandũ,quę ſunt 20.dierum, vel ad reſtõnem in integrum petendam, quæ olim infra annũ vtilem, hodie intra quadriennium continuum dantur,ut C.de in integ.reſtit.l.fi. Aliæ ſunt deliberatoriæ,quæ dantur reis adde liberandum,de quib.C. de li.cont.in auth.offeratur, hodie canonizata.3.qõ.3.§. offeratur. Aliæ ſunt reparatoriæ, quæ dantur uolenti probare,de quib.in l.1.C.de edil. Aliæ ſunt executoriæ, quæ dãtur condẽnato ad hoc, vt ſatisfaciat de his,l 2.C.de vſu. Aliæ ſunt reuocatoriæ,quæ dantur habentib. ius reuocandi domum, de quib. habetur, l.2.§.legatis, ff.de iud. Aliæ ſunt vacatoriæ ſiue feriales, vt in l.j.ff. de fer. & 25. q.3. per totum, Aliæ ſunt proſecutoriæ,quæ dãtur ad appellationem proſequendam,de quib. in auth. ei,qui appellat. C. de temp app. Aliæ ſunt ſaluatoriæ,vt principales. Aliæ præceptoriæ, de app. c. præterea. Aliæ electoriæ, vt de conuer. coniug. cap. ex publico, de elec.ne pro defectu. Aliæ exportatoriæ, vt extra de frig. & mal.laudabilem. Aliæ exemptoriæ,vt qui matr.accuſ.poſſ c.fin. & C.de ing.mã.l.diffamari. Aliæ ſunt repreſentatoriæ, vt de app. c.perſonas,& c.2. req. & c.ſæpe. de elec.dudum.j.de renun.c.veniens. Aliæ exceptoriæ. l.ad proponendas exceptiones conceſſas a iure, de exce.pacto. Hos modos, & ſpecies latius proſequitur Hoſtien.ibidem, & Spec.eo. titu. & plures addit.Spe. Vide ibi. & gl. ſum 3. q. 2. declarat notabiliter quinq; ſpecies induciarum, vel dilationum.Spec. autem enumerat quindecim in titu. de dilat. §. 1.& Hoſt.in ſum.eo.tit §.2.Nam reſtitutoriæ induciæ dabantur olim ſpoliatis,vel eiectis, & tandem reſtitutis,quas a iudiciorum infra ſtrepitu quieſcebant, & erant nõ minores ſex menſib. nec maiores annõ 3. quæſt. 2. eiectis

Vel

Vel verius erant arbitrariæ, cap. ſi epiſcopus,ea.q. Deliberatoriæ dantur ante lit.cont. Cum.n.citatus venit ad iudicem, porrigitur ei libellus, quo oblato dantur a iudice induciæ 20.dierum,in q̃b. deliberat reus, an cedat, vel contendat,ſiue iudicem recuſet. Et talis exceptio dilatoria eſt, ideo ante lit cont.proponenda,de re iud. c.cum inter monaſterium, & exceptio recuſatoria iudicis debet prima eſſe inter dilatorias, qua omiſſa ſi alię proponantur,ad ipſam rediri non poteſt niſi ex noua cauſa. Dantur etiam ante lit. cõt. quæ principales adiectiones induciarũ dicuntur,vt 5. q.2.præſenti. Præparatoriæ, vero dantur poſt lit.cont.probare volentib.infra quas præparẽt ſuas probationes, quarum ſpatium moderandum eſt,vt dicit tex.3. q.3.§. ſpatium. Et dantur tam actori,quam reo,& tantum ſemel, vt in §. ſpatium,pręalleg.niſi caſus emergat inopinatus,Iudicatorię autem dã tur condemnatis,& ſunt quatuor menſium,de re iud.c.ad conſultã tionem.Nec habent locũ in cauſis crimin. in quib. executio non differt niſi in quatuor caſi. vt no. Goff.de iud.§.partib. Et no quod in ciuilib. cauſis pro qualibet cauſa neceſſario datur vna dilatio in criminalib.verò tres ſunt reo, & duæ actori. Hæc Gof.in ſum.e.ti.

Dilatio poteſt etiam ſic deſcribi ſecundum Bal. Eſt tempus, q̃ habet certum principium,& certum finem.Vel ſic:Eſt tempus datũ a lege, vel iudice partibus ad veniendum. Et talis eſt duplex.ſ. prima,quę datur ab homine, vel a iudice; ſecunda quæ datur a iure,vel a lege, vt patet in rubr. de ferijs.

Diligenter verbum,exponitur ſecundum ſubiectam materiã ſecundum Corſ.ſingulari inci. verbũ diligenter,in litera D. vbi dicit, quod aliquando refertur ad oculum intellectus, & ad ſubtilẽ modum inueſtigandi, & optime reprobatur ſecundum eum, in c. quam graue, & cap. licet. de cri. fal.

Diminutio capitis, require ſupra capitis diminutio.

Diminutum intelligitur,quod vſucaptum eſt.l.deperditum, de pet.hær.

Dimiſſorię literę ſũt,per quas cauſa ad iudicẽ appellationis dimittitur,quę vulgo dicuntur apoſtoli,l.dimiſſoriæ,de verb.ſign.

Dimittere pro relinquere, in authen. de eccleſ.tit.§.ſi quis autem.

Dimittere creditores,eſt eis ſatisfacere.

Dięceſis ſecundũ Arch. de reſcr.ſtatutũ,li.6. dr̃ diſtinctio, vel diuiſio,ſiue gubernatio, quia diuiſa, & diuerſa eſt ab eccleſia alterius epiſcopatus,& cõmiſſa gubernationi vnius, vt patet.10. q. 1.epm.Aliquando ſumitur pro regione, vel prouincia, & ſic fortè capitur in l. præſides C. de

off.rec.prouin. Aliquando ſumitur pro parochia. Vide de hoc Arch. ibid. Et nota, quod appellatione diœceſis non comprehēditur ciuitas, quia dignius ſub minori comprehendi non debet, ſed appellatione ciuitatis bene diœceſis compræhenditur, vt not. in c. Rodulphus, de reſcrip. Et, quod nomen ordinarius plura comprehendat, quā nomen diœceſanus, vide glo. cl. 1. de vi. & hon. cle. & melius gl. in verdo diœceſanus, in cle. 1. de iure pat.

Diplomata ſunt, quas literas patentes, vulgo appellamus, cuiuſmodi ſunt bullæ Pontif. Iuriſconſultus autem vſus eſt pro itineris duplicatione, in l. continu. §. cum ita ſtipulatus, de verbor. oblig.

Dipondius eſt genus ponderis leuiſſimi ex duob. aſſibus compoſiti, vt dicit Beda ſuper illud Luc. 12. Nonne quinque paſſeres venerunt dipondio? vel eſt as dupli catus, videlicet 24. vnciæ, vt not. Inſt. de hær. inſt. §. & ſi plures vnciæ.

Directarij, vide diætarij.

Directa actio, vide actio directa.

Directū verbum, eſt, qn̄ ſignificat illū, cui relinquit, vel in quē diſponitur, vt ſua manu recipiat. Sed obliquum verbū eſt, quod ſignificat, vt de manu alterius accipiatur. Et cōe verbū eſt, quod vtramque ſignificationē habet, v. g. directū verbū eſt inſtitutio, q̄ ſignificat, q inſtitutus ſua, & non alterius manu accipiat, ff. de hær. inſt. per totum Idem in verbo hæres eſto. e. ti. & in verbo accreſcat vt in tit. C. qn̄ non pet. par. petentib. accreſcunt. Idem in verbis accipit, lego, capiat, quia ſunt directè ſignificantia. Obliquum verbū eſt reſtituo. l. reſtituta, & per totum tit. ff. ad Treb. Item ibi, volo, vt talem hæredem recipias, quia tunc per fideic. pars hæreditatis eſt illi reſtituēda. l. pater filium, §. fin. ff. de leg. 3. Item ibi, rogo, vt Titium hęredem facias, ut l. ex facto, in princ. ff. ad Treb. Nā per hoc videtur velle intelligere, ut hæreditatem ſuam ſibi reſtituat, & ſic non directè hęredem illum facit. Idem in verbo detur, l. fundi Trebatianni, ff. de vſufr. leg. Et breuiter, omne verbum ſignificans, ut quis de manu alterius accipiatur, eſt obliquum de communi uerbo, ut ſubſtituo. Nam ſi paganus ſubſtituit filio impub. quandocumque deceſſerit, per uerbum ſubſtituo, hæc ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, vt not. in l. Centurio. ff. de vulg. ſubſt. Si autem ſubſtituit filio, ſi hæres non erit, ſubſtitutus admittitur ex directo ſuo iure. Eſt ergo commune, quia habet vtramque ſignificationem; & rationem, quare non ſit directum, ſicut illud verbum, inſtituo, ponit Bart. in præalleg. l. Centurio. quia magis generale eſt. Nam in loco alterius qualitercumque poſitus, dici-

dicitur ſubſtitutus etiam in ſingularibus legatis, ſecus de verbo inſtituo. Idem in his verbis, perueniat, habeat, retineat, remaneat, reuertatur, deuoluatur, conuertatur, ſuccedat. Et breuiter, quodcunque uerbum ſignificat ſic vtroq; modo, ut quis ſua manu habeat, vel ab alia, dicitur cõmune, vt not. Bar. in l. Centurio. præalle.

Diſceptare eſt ambigere, contendereque, ut in iudicio fieri ſolet. Aliquando ſignificat iudicare, cap. forus §. iudex, de verbor. ſignificat. Inde diſceptator apud Iuriſconſultos, pro iudice, & arbitro.

Diſcretio, i. differentia. C. de ſacroſ. eccl. l. fi. in prin. & diſcretũ, i. diſtinctum. l. diſcretis. C. qui teſtamenta fac. poſſ.

Diſcrimen, i. damnum. C. de fide inſtr. l. 2. & dic. vt ibi, & extra de elect. vt quis duas, li. 6. Aliquãdo diſcrimen, i. differẽtia. Inſt. de lib. §. fin. & ibi not. Aliquando i. periculum, ff. de iniur. l. prætor edixit, & C. de pœn. iud. qui malè iud. l. 2.

Diſcutere eſt diſijcere, & diſturbare; vnde diſcutere matrimonium in l. 2. de don. inter vir. & uxo. pro dirimere, & diſſoluere, & diſcuſſum periculum in l. nihil. de nau. fœno. hoc eſt ſublatũ.

Diſcuſſor, require infra inſpector.

Diſertus eſt idem, quod facundus, inde uenit ſuperlatiuus diſertiſſimus, ut C. de aduo. diuerſo. iud. l. petitionem.

Diſiunctionem appellant veteres Iuriſc. quam recentiores alternatiuam vocant, qualis eſt, aut, vel, ve, ſeu, l. alienationis, & l. coniunctionem, de verb. ſign. interdum tamen diſiunctiuè ponũtur pro coniunctis. l. ſæpè. eod tit.

Diſpendium dicitur damnum vel detrimentum. Aliter dicitur longum, & inutile, compendium verò breue, & vtile, de accuſ. cap. qualiter, & quando. 2. ad fin. & c. diſpendia de reſcrip. lib. 6. in gl. 2. & clem. diſpendioſam, de iud. facit regula, quod ob gratiam, de reg. iur. lib 6. Inde diſpendioſus, id eſt damnoſus, clem. præalleg. de iud. vbi concor. in glo. Quandoq; diſpendium dicitur idem, quod tædioſum, abſque tamen vtilitate, vt in iur. præalleg cap. diſpendia, & c. qualiter.

Diſpenſare idem eſt, quod diſponere, unde diſpenſatores dicerentur eo, quod domum alicuius, vel res diſponunt, & ita accipitur in l. diſpẽſatorem, ff. de ſol. Et dicitur diſpenſare quaſi diuerſa penſare, uidelicet vigorem iuris relaxare per eum, qui hoc facere poteſt. Et ſi aliter fit, non eſt diſpenſare, ſed diſſipare.

Diſpenſatio eſt iuris communis prouida relaxatio, utilitate, ſeu neceſſitate penſata, ſecundum Guil. in Spec tit. de diſp. Vel ſic eſt rigoris iuris per eũ, ad quẽ ſpectat, canonicè facta relaxatio. 1. q. 7.

niſi reg. & cap.ſeq. Quandoq. n. diſpenſatio ſumitur impropriè, ſ. pro iuris declaratione, vt in c. Quintauallis, de iureiu. prout ponitur in Spec. tit leg. rub. de diſpen. §. 1. rem ſecundum Io. And. (quem ſequitur dominus Ant. de But.) diſpenſatio eſt quædam communis menſuratio ad ſingula, & eſt de iure cōceſſa, propter impoſſibilitatem prouidendi de omnib. particularib. ſicut nauigantes quædam proijciunt, vt alia ſalua ſint. 1. q. 7. diſpenſationes. Et traxit originem a Deo, qui ex ſola miſericordia, & diſpenſatione vniuerſa creauit, & ea ſubiecit homini. Inſt. de re diui. §. in pecudum. Et diſpenſatio eſt quadruplex. ſ. ſemiplena ad minores. 1. q. 1. ſi quis hæreticè. Plena ad ſacerdotium. 1. q. 2. conuenientib. Plenior ad epiſcopum 12. diſt. nos ad conſuetudinem. Et pleniſſima ad primatum, omnes ordines, & dignitates. 23. q. 4. ipſa pietas, vt not. Ioan And. in glo. c. prælleg. nos conſuetudines. Et debent tria mouere diſpēſantem, neceſſitas, vtilitas, & euidens prærogatiua meritorum. 1. q. 7. tali coniugio, & c. exigunt. Item diſpenſatio non conceditur cuiquam, niſi habenti legem concedere, & tollere, & ſic per Principem, & Papam, vel eorum auctoritatem fieri poteſt.

Diſpungere eſt conferre data, & accepta, vt in l. cognoſcere, §. 1. ff. de verb. ſignific.

Diſputare eſt allegare, uidelicet intentionem ſuam per probationem in iudicium deductam oſtendere, & eam pro virib. aſſeuerare, & roborare, ut 9. q. 3. aliarum, & 23. q. 8. conuenior. & de fide inſtrum. inter dilectos, & de re iud. c. abbate ſanè. lib. 6. cum ſim. Quod autem huiuſmodi allegationes, & diſputationes fieri debeāt ſuper teſtib. & alijs actib. patet in c. cauſis de teſtit. De hac materia vide Specul. tit. de diſp. §. all.

Diſſidere eſt diſcordare, unde diſſidium pro diuortio. l. milles, §. vlt de adult.

Diſtrahere eſt uendere, ut ff. de contrah empt. l. ſi ita diſtrahatur, & l. rem alienā, & l quoties, eo. tit. cum multis ſim. Generaliter tamen ſignificat diſſoluere, vnde diſtrahere matrimonium in l. 2. de diuor. & diſtractu, pro reſolutione contractus, §. pe. Inſtit. de oblig. quæ ex contra.

Diſtractio ponitur pro diuortio, Authen. de nup. §. nuptias, & ibi in glo.

Diſtribuit, non eſt verbum directum in ſubſtitutionib. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & eſt verum, quod dicit Bar. de verbo diſtribuantur; quia eſt obliquum, ſi eſt ſimpliciter prolatū, ſecus ſi cū adiunctione. ſ. per fidei cōmiſſarios, ſeu executores: quia tunc eſt directum: vt ibidem per Bart. in verſic. ſed, quid ſi teſtator dicit, &c. & melius per

Bar.

Bar.in l.fundi Trebatiani. in fi.ff. de vſuf.leg.dum loquitur de verbo:dentur. De natura diſtributiui,vide Bar.in l. ſi Stichum,§.ſtipulatio,ff de verb.obliga. & in l. ſi quis in fundi vocabulo, §.1.ff. de lega.1.& in l.qui ſillabus, §. fin.eo.tit. Et quæ ſint nomina diſtributiua, Bar.in l. hoc articulo, ff.de hæred.inſtit.

Diſtributiuũ dicitur, quod diſtributionem ſignificat, & hoc diuerſimode, prout diuerſitas ſubiectæ materiæ, vel aliud mediũ probabile habet diuerſificare, v.g. ſic dicendo, quilibet fert lapidē:ſenſus eſt, quod vnuſquiſque per ſe in ſolidum fert lapidem. Ideo ſi teſtator dicat,quilibet hæredum meorum debet Titio decem,tunc quot ſunt hæredes, toties Titius habebit decem.l.ſi pluribus.& ibi not.glo. ff. de lega.2. Si autem teſtator oſtendens duos, uel tres cum digito,& dicat,quilibet veſtrum hæres mihi eſto, ſenſus eſt, quod quilibet ſit hæres,in parte non inſolidum.l hoc artic.in fi.de hær.inſt. Nam materia ſubiecta non patitur de pluribus quemlibet in ſolidum hæredem eſſe,cum impoſſibile ſit,cuilibet eandem hæreditatem in ſolidum attribui. Item ibi,quiſquis mihi hæres erit, det Titio centum,ſiue vnus ſolus hæres ſit, ſiue plures, Titio debentur centum ſolum,l. ab omnibus,in principio. ff. de leg. primo, & l. ſi quis in fundi vocabulo, in fin. eo.tit.

Et ſi in eodem caſu teſtator poſtea prohibet vnum hæredem dare Titio, vel eximit eum a dando, adhuc centum debentur Titio ab alijs. l. ab omnib. in princip. præalleg. Item ibi, quicumq; primo ingreſſus fuerit caſtrum, habebit centum; duo ſimul ingrediuntur, quilibet admittitur, quia hæc diſtributiua verificatur in uno ſolo, & etiam plurib. vel omnib. concurrentib. quia primus eſt, qui alium ante ſe non habet, & actus primi verbi diſtribuitur cuilibet in ſolidum, ideo etiam actus ſecundi verbi, ergo quilibet, qui primo ingreditur habet centum.l. qui filium, §. 1. ff.de leg.1 Sed ſi dicatur,quicũq; ingreſſus fuerit primò, habebit illum equum, vel hunc fundum, tunc pluribus ſimul ingredientibus nullus debet habere in proprio ſignificato verbi, quia vnũ tantum requirit.Item ibi quicunque, ceperit vexillum Bohemorum, habeat centum, duo ſimul capiunt,hi duo ſimul centum tantum habebunt. Ratio Bart. quia actus primi verbi,ſ. capiendi uexillum,non competit cuilibet in ſolidum, ideo nec actus ſecundi verbi,ſ.habendi centum: & huic eſt ſimile, ſicut cum duo ſimul portant trabem,& nullus eorum per ſe ſit vulneratus, §. 1. ff.ad l. Aquiliam.

Diſtrictius idem eſt,quod territorium. clem. ne Rom. de elec. licet non deſint, qui exiſtiment

latiorem habere ſignificationem verbum diſtrictius, quam territorium, ut tradit Alc. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſign.

Ditio eſt idem, quod poteſtas, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. capta. inde iuriſditio.

Diu ponitur pro biennio. ff. de re iup. l. fi. & ff. loca. l. cum domini. Quãdoque ponitur pro tribus menſib 63. diſt. lectis. in glo. Aliquando pro decem, Inſt. de obli. §. fi. & ff qui & a qui. l. ſi cũ fideicommiſſaria. §. Ariſto. Ponitur ẽt aliis modis; vt ibi no. Aliquando pro triennio. ff. de vſucap. l. 1. & l. quamuis aduerſus. Aliquando ponitur pro anno. ff. de ſucceſſ. edi. l. j. §. largius, & §. quibus. Aliquando momentum ſignificat. C. de acq. poſ. l. 2. Item quãdiu fieri intelligatur, vide extra de elec. quia propter, & c. 1. de mut. peti. cum multis iurib.

Diuertere eſt diſcedere diuortio, i. contractum matrimonium ſeparare; vnde dicitur; Mulier diuertit ſe a viro ſuo, vt l. 3. ff. de diuor. & l. ſi filia, ff eod. tit.

Diuiſio, autore Accur. in § 1. inſtit. de obligat. eſt innumerabilis materiæ breuis cõpoſitio. Et propriè diuiſio eſt generis in ſuas ſpecies. Partitio verò totius in partes. Nonnumquam tamen accipitur pro altero, ut l. ſtipulationes non diuiduntur, de uerbor. oblig.

Diuinus aliquãdo exponitur, ideſt Imperius, vt in l. ad inſtructiones C. de ſacroſan. eccle.

Diuinatio accipitur tripliciter. Primo pro ſententia theologiæ, a qua theologi dicuntur diuini. Secundo pro ſcientia infuſa a Deo, & ſic accipitur, Prouer. 16. Diuinatio in labijs regijs, in iudicio nõ errabit os eius, &c. Tertio pro ſcientia magica, vel fallaci prophetatione, vel prophetizatione, quia falſi prophetæ, & magi fingunt ſe præuidere, vel præſcire futura; vt capitur in l. nemo. C. de male. & mathe. &c. ſic dicitur diuinatio a diuino, as, are, i. vaticinari, vel futura prædicere. Genus autem diuinationis a Perſis fertur eſſe allatum. Et diuini, diui ſunt quaſi Deo pleni. Sunt autem duo genera diuinationis, cuius quidam quatuor dixerunt eſſe genera. Et habentur hæc omnia 26. q. 3. c. 1. in prin.

Diuortium ſecundum Gof. & Hoſt. in ſum. eo. tit. §. 1. eſt inter virum, & mulierem legitimè facta ſeparatio. Et dicitur legitimè, quia quos Deus coniunxit; homo non ſeparet, ſ. violenter, & abſq; ratione. Non enim homo ſeparat quos pęna damnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat. 32 q. 2. ſolet, & de conſan. & affin. c. de infidelib. Et dicitur a diuerſitate mentium, quia illi, qui matrimonium diſtrahunt, in diuerſas partes eunt, ut ff. eo. tit. l. 1. & l. 2. ff. de uerbor. ſignific. l. inter ſtuprum, & l. inter diuortium.

Diuturnum quomodo intelligatur, tradunt interpretes in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natu. gent. & ciui. & l. diuturna, de leg.

Diuus, idem eſt, quod ſacer, vel diuinus.

Diualem accipere. i. epiſtolam imperialem, per quam reuelata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari in ordinatione Pontificis.

D Ante O.

DO, lego, perinde ſignificat ac lego, vel do, ſolum, l. 1. ad l. Falc. & de proprietate verbi da, uide in dictione Dare.

Docibilis propriè dicitur liber ſed docilis eſt homo doctrinalis, ponitur tamen unum pro reliquo, 23. diſtin. qui epiſcopus, in princip. Et Petrus in epiſtola. Erunt omnes dociles Dei 36. diſt. §. ecce.

Dodrans ſunt nouem unciæ.

Dolare eſt verbo fabrorum, cũ lignorum aſperitas cõplanatur, l. ferri, de verb. ſignifi.

Dolia vaſa erant tã vino, quam & alijs reb. condendis apta. l. uinaria, de uerb. ſig. Hinc vinũ doliare. in l. j. §. vltimo. de peric. & com. rei uendit. quod in dolijs cõditum eſſet. In dolia. n. veteres muſtum conditum conijciebant efferueſcendi cauſa, ubi uerò deferbuiſſet, ac defecatum eſſet, vel vendebatur, uel amphoras, aut cados, ut melius inueteraſceret, diffundebatur. l. pen. in fi. de vino ol. & trit. leg.

Dolones ſunt flagella quædã, intra quorũ uirgã latet pugio, de quibus meminit iuriſconſul. in l. ſi ex plagis, § 1. ad l. Aquil.

Dolus malus ſecundum Hoſt. eo. tit. in ſum. & Gof. eſt calliditas, fallacia, aut machinatio ad circunueniendum, decipiendum, ſeu fallendum alterum adhibita. vt ff. eo. ti. l. 1. §. 1. & committitur calliditas talis in tacẽdo, uel diſſimulando Vnde Solo. Qui diſſimulat iniuriam, callidus eſt Proui. 12. & poteſt poni exemplum in uenditore, qui ſi ſciebat ſeruitutem deberi, vel rem alienam, vel alij obligatam eſſe, nec certificauit emptorem, tenetur ei, quia dolo malo verſatus eſt. De hoc de reſcr. c. ſuper literis. Sed fallacia committitur in mentiendo, & falſum aſſerendo contra conſciẽtiã. Vnde Aug. Mẽdacium eſt falſa uocis ſignificatio cum intẽtione fallendi 22. qõ 2. §. ille ergo. Machinatio committitur ex parte uerborum, 22. quæſtio 5. quacunq; arte uerborum Nam machinatio eſt occulta inſidiatio. Dicitur autẽ dolus malus ad differentiam doli boni. Nã dolus bonus eſt, quando aduerſus latronẽ vel inimicum quis machinatur, multo fortius in hoſtem publicum, 22. q 2. vtilẽ. & c. quæriẽ, & 23. q. 8. vt pridẽ, ff. de leg. 2. l. cum pater, §. Titia, ad fi. & talis dolus fraudem excludit, ff. de legat 2. l. præ-

l. præalleg. Et tamen hoſti fides ſeruanda eſt fidem ſeruanti. 38. q. 1. non exiſtimare. Sed frangenti fidem, fides frangatur eidem, vt C. de pac. l. cum proponas, 1. gl. Acc. Vnde veteres dolum bonum vocabant ſolertiam, vt ff. eo. tit. l. 1. §. non fuit. Vnde dicimus: Iſte eſt bonæ indolis, quaſi bonum dolum intus habens. i. ingenium & ſolertiam. Vnde & Salomon in iudicando meretrices bonum dolum adhibuit, i. ingenium, de præſum. c. afferte. Item dolus bonus fraudem excludit præalleg. l. cum pater. Ita dolus, fraus, & ſimulatio ſunt nomina reatuum, quæ nunquam permittuntur à canone, & qui peccat, non peccat de legis auctoritate. 13. q. 4. qui peccat. Et vtilis ſimulatio eſt de his, quam vi, metuſue cauſa fiũt. Vnde; Nil refert armis contingat palma, doloue. Nam dolus eſt virtus, quam quis in hoſte requirit. Et quomodo ex dolo detur actio doti, quæ dicitur ſubſidiaria, cum nullum aliud remedium ſupereſt, vide Goffr. Et nota differentiam inter iſta quinque nomina, dolus, lata culpa, leuis culpa, leuiſſima culpa, & caſus fortuitus. Nam dolus eſt inſidioſa vel ſtudioſa machinatio ad aliquem decipiendum, vt ſup. dictũ eſt de dolo malo. v g. Depoſuiſti penes me librum, & ego doloſè Titium, (quem ſcio furem eſſe, & qui vult furari librum tuum) in domum meam intrare facio, dimittens oſcium apertum, vt intret, & furetur, ego teneor depoſito ſubtracto; quia commiſi dolum malum. Sed lata culpa eſt non intelligere, quod omnes intelligũt, vel neſcire, quod omnes ſciunt, vel quod maior pars ſcit. Leuis culpa eſt deſidia, vel negligẽtia. Sed leuiſſima culpa eſt, quę aliquo modo potuit præuideri. Et caſus fortuitus eſt inopinatus rei euentus, qui a nullo diligenti potuit præcaueri, vt inundatio, naufragium, ruina, incendium, tẽpeſtas, incurſus latronum, de quibus Inſtit. quib. mo. cont. obl. §. item is cui. & ibi melius quam aliqua alia lex, & C. de pig. act. l. quæ fortuitis. Item dolus eſt fraus, & nõ econuerſo. ff. de pac. l. iu. gen. §. dolo. Sed contra, ff. de re iud. l. fraudem, vbi dicitur, q̃d fraus non fit ſine dolo. Fraus fit dupliciter; Vno modo de re cum conſilio, & ſic fraus nunquam fit ſine dolo. Alio modo de re ſine conſilio, vt quando aliquis decipit aliquem re ipſa ignotanter, & ſic fit ſine dolo.

Doli capax eſt proximus pubertati, ſcilicet quando maſ. habet 13. annos & dimidium. Tunc enim poteſt delinquere, præterquam in adulterio, ſecundũ Acc. Fœmina vero quando habet 11. & dimidium ann. vt no. ff. de re. iu. l. pupillum. Auguſtinus verò dicit in Epiſt. ad Renatum, quod puer dicitur doli capax cum eſt ſeptem annorum, quia tunc men

tiri & verũ loqui poteſt, de hoc no. in c. vtriuſque ſexus, de pœ. & remiſſione.

Domeſticus quis dicatur, vide Bar. in l. 1 in princ. ff. ad Sylla. & in l. 2. C. de teſt. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccl. confu. & bona gl. 3. q 5. in ſumma. Fel. in c. cum oporteat, col. 3. verſic. nec obſtat. de accuſ.

Domicilium alicuius eſt ibi, vbi maiorem partem fortunæ ſuæ conſtituit, vel magnam partem bonorum ſuorum; vel ſi ibi habet larem. i familiam, vt C. de incol. l. ciuee, lib. 10. vel nihil ibi habet, aſſidue tamen conuerſatur ſola tamen domus non conſtituit domicilium, ſed magis ibi erit, vbi ſummam rerum ſuarum conſtituit, vnde rurſus diſceſſurus nõ ſit, vnde cum profectu fuerit, peregrinari videtur, & ad quem locum cum redierit, peregrinari de ſinit, de hoc Inno. de fo. comp. ex parte. Abbas tamen non poteſt habere domiciliũ niſi in ſuo monaſterio, licet alij ſeculares clerici, ſicut & laici benè poſſunt plura habere domicilia, ſi diuerſis locis ſe ita inſtruxerint, vt non minus in vno, quam in alio ſe collocaſſe videantur. Poteſt etiã quis eſſe ſine domicilio, ſecundum Gof. de fo. comp. Et quãuis Goff. ſcripſit, quod clericus ibi habeat domicilium, vbi larem cõſtituit, & non ſemper vbi eccleſiam habet. Arch. tamen not. quod locus, vbi clerici, ſeu loca, in quibus clerici tenentur ad reſidentiam, ſemper debent, pro domicilijs reputari, licet etiam aliqui contradicant, & ſic etiam no. Inn Hoſt. de priu. c. ex ore. Vide de hoc Archi. de reſcr. ſtatutum, lib. 6. in gl. ſuper verbo, actor, & reus.

Dominij appellatione, quæ contineantur, docetur in l. 1. ff. ad Syl.

Domini minores magiſtratus ſic dicti, quia domini recti: quia ſuffragio duorum eligebantur, vnus conſtituebatur a plebe, alter a maiorib. vt C. de iud.

Domini recti erant quidam officiales defenſores ciuitatum, vel mancipiorum.

Dominium directum ſecundũ Azo. in ſum. de iu. emp. circa fi. dicitur habere ille, qui poſſidet ciuiliter tanquam dominos, & illud dicitur dominiũ directum: quia ſolus dominus directus habet ciuilem poſſeſſionem, vt no. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſ. Vel ideo dicitur habere dominium directum, quia ſine omni alia obligatione liberam poteſtatem habet rei, qualis non eſt in illo, qui habet dominium vtile, vel mixtum.

Dominium merum fortè idem eſt, quod directum, licet de illo dominio, & ſequenti rarò legatur: dicitur tamen, quod illa duo dominia merum, & mixtum ſint potius duę differentię, quę diuidũt hoc genus imperium, vt ſi omne imperium, aut ſit merũ, aut mixtum,

tum,vt in l.Imperium,ff.de iuriſd. omn.iud.

Dominium mixtum eſt illud, quod partim conuenit cum directo dominio, & partim cũ vtili.

Dominium vtile ſecundũ Azo. dicitur habere ille, qui ſolum naturaliter poſſidet, & nõ ciuiliter, vt emphyteutæ, vſufructuarius, & feudatarius, quod Io.non placet, vt l.3. §. ex contrario, ff.de acq.poſſ.Sed quidam, vt Azo.refert in ſum.C.de iu.emph.dicunt emphyteutam, habere quandam ciuilem poſ. vtilem rei vendicationem.ff.ſi ag.vec.l 1. Et differt dominium a poſſeſſione, vt l. ſi quis,ff.de acq.poſſ. in §.differentia, & ibi no Bart quid ſit dominium;& quotuplex. Et quamuis communiter dominium tradatur rei traditione;datur tamen caſus, quo dominium traditur ſine rei traditione ſaltem noua, quando videlicet qui prius habet rem aliquo titulo, l.pignori obligatam, ex locato,vel conducto, & creditor dicit debitori, placet, vt habeas pignus inſolutum, & aliter reſpondet placet, vt no. in l. cum dominam,C.de pign.

Domus ſumitur quãdoque pro agnatione,l.cum vnus, in prin.ff. de ali.& cib. leg.& ad Syl. l. 1.in prin.Item pro omnibus cohabitãtib.in domo.C.ne lib.po.pat.liti. præ.l.1.in fi.Accipitur etiam pro omnib. gerentibus eadem ſigna, vel arma. Etiam communiter domus eſt, quæ conſtat ex parietibus,recto,& fundamento, protegens nos, a chaumatibus,& imbribus. Si omnes de domo nobilium dicunt quæritur, an baſtardus conprehendatur;Et reſpondetur, quod capiendo pro agnatione non comprehendatur. Si pro deſcendentib. ex eodem ſanguine ſumatur, tunc comprehenditur, vt l.pronunciatio, in fi.ff.de verb.ſign. Si capiatur pro habitatione,tunc attenditur, an ſit habitans,nec ne.Similiter accipiendo pro portantib. idem ſignum eſt videndum,an portet,nec ne.Et dicit Bar. quod ſecundum communem modum Lombardiæ dicendo omnes de domo,intelliguntur omnes de eodem ſanguine deſcẽdentes,ſed quando ſimpliciter fit mẽtio de domo,tunc capitur pro loco.De hoc vide Bart.l. tutelas. ff.de cap. dim. Nam appellatione domus, ſecundum Bar.non comprehenditur porticus,niſi fiat extenſio vocabuli, & ſic ſtatuta de domo non comprehendunt porticum.Alij contra, in l.cętera,ff.de leg.1.in §.ſed & ſi quis ad opus. Stante ergo ſtatuto, vt puniatur repertus ſine lumine in nocte extra domum, ſecundum illos non punietur repertus ſub porticu domus ſuæ.

Domum reuocare,eſt dicere te non debere litẽ pati eo loco, quo conueniris, ſed ibi, vbi domum habes.Vnde legatus, qui mittitur Romam, vel vocatur a Principe pro neceſſitate, vel vtilitate reſp.

non

non tenetur ibi tunc reſpondere, ſed habet ius reuocandi domum. De hoc uide quod legitur,& not. de for.compet. cap.ult. & de di-la.expoſuit,& ff.de iud. l.2. §.legatis.

Donaria ꝑ donis. l. ſancimus. C.de ſacroſ.eccl. iuncto, §. ſacræ Inſtitut.de rer. diuin. Interdum pro donatiuo,l. qui excubias, de re militari.

Donatio ſecundũ Azo.in ſum. C. de donat. & ſecundum Hoſt. in ſum.eo.tit.§.1.eſt rei licitę nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio, vt ff.eo.tit.l. donati. Nam illicitæ rei donatio non tenet, vt d.l §.ſ. & dicitur donatio quaſi doni datio, vt ff. de don. cau mor.l. ſenatus, §. donatio. Donationis autem diuerſæ ſunt ſpecies, prout no, Azo.& Hoſtiẽ. ibidem, quia alia eſt inter viuos, alia eſt cauſa mortis,& hæc ſunt duo genera donationum;vt Inſt. eo.tit.in prin.Item, donationum inter uiuos, alia eſt ob cauſam interpoſitam,alia ſimpliciter,& illarum ſimplicium alia eſt ſimplex, puta, & perfecta; alia imperfecta ſeu conditionalis,& ſub hac ſpę donationis ob cauſam, fortè cadunt donationes inter virum,& uxorem:imò quandoque ſunt ſimplices, & tunc regulariter ſunt prohibitæ propter cauſas,quæ no.C.de don.ante nupt. l.fi.ante medium ibi t ſimplices. Interdum,n. donationes illæ fiũt ob cauſam honeſtam, & licitam, & ſunt permiſſæ; vt in caſibus qui ſunt,ff.de don.inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus. §. conceſſa, vſq; ad §. ſi maritus, & quæ in illo. §. etiam conſueuerunt notari per Doct. ſ. caſus plures inter quos caſus ſunt aliqui, in quib. etiam ſimplex donatio ualet, ideo dictum eſt regulariter. Et ſponſalitia donatio ſemper in dubio ob cauſam futuri matrimonij præſumitur facta, vt no. in l. cum veterum, C.de donat.ante nup. Donationum ẽt cã mortis tres ſunt ſpecies, non tñ ſecundũ ordinem regularem, ſed ẽt ſecundum ordinem alphabeti, ut in tit de don. propter nup. A quo iure vero deſcendãt, vide Inſt.in gl.de do.§ j.

Donatio ante nuptias, vel propter nuptias ſecundum Azo. in ſum.C.eo.tit. eſt illa, quam facit ſponſus, vel aliquis nomine eius, ſponſæ, vel alteri nomine ſponſæ,& hęc donatio eſt ob cauſam. Forte tamen ſic dicitur, in fi.C.eo. tit. vbi hoc expreſsè habeť, quod non ut donatio ſimplex, quia ſicut ſine matrimonio dos eſt nulla; ita hæc donatio ſine matrimonio nulla eſt. Hinc eſt, quod illa donatio uocatur antipherna, quaſi cõtraria donatio, & dr̃ ab anti, qď eſt cõtra, & pherna donatio, ut præalleg.l.fi.C.eo.tit. Maritus enim ab vxore accipit dotẽ.i. donationẽ ob matrimoniũ, ſic e contrario ipſe donat vxori propter nuptias, & ideo licet olim diceretur donatio ante nuptias;

M tamen

tamen quia hodie conceditur fieri poſt nuptias, ideo hodie vocatur donatio propter nuptias, vt Inſtit. de don. §. eſt & aliud genus, & d l fin.

Donatio cauſa mortis ſecundũ Azo. in ſum. eo. tit. eſt cum quis vult magis ſe habere, quam eum cui donat, ſubaudi tradendo, vel ſe obligando, ne hæc diffinitio legatum cõtineat per verba ibi poſita. Dicitur. n. tradendo vel ſe obligando, vt non referantur ad teſtatorem. Differt aut hæc donatio, ſ. cauſa mortis, a legato, iuxta ea quæ no. Inſtit. de donat. §. 1. Hoſt. autem eo. tit. in ſum. §. 1. eã ſic diffinit, Donatio cauſa mortis, eſt timore mortis imminentis vel futuræ alicuius rei prouide, & liberaliter facta collatio. Et huius tres ſunt ſpecies ſecundum Hoſt. tit. de don. in ſum. quas ponit ſub §. quot eius, ſub ver. donationum. Nam donationum cauſa mortis prima ſpecies eſt, cum quis donat metu mortalitatis futuræ, & non inſtantis. Secunda eſt, cum donat metu mortalitatis inſtantis, de ſperans omnino de conualeſcentia, & hæc donatio comparatur ei quæ eſt inter viuos. Tertia eſt, quãdo magis vult ſe habere, quam eum cui donat, & magis donatarium, quam ſuum hæredem. Prædictæ ſpecies poſſunt colligi ex l. ſenatus. § mortis, iuncto l. 1. ff. eod. titu. & ſunt expreſſæ in l. 2. eod. titu.

Donatio inter vir. & vxo. ſecundum Azo. in ſum. C. eod. titu. eſt, quæ fit conſtante matrimonio, quæ ſecundum leges eſt prohibita, ideo ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur donationem non temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate abutentes, nec eſſet eis ſtudiũ liberos potius educandi, & illa eſt ratio ſecundum Azo. quia ſæpe futurum eſſet, vt matrimonia ſepararentur, ſi non donarent hi, qui poſſent, & matrimonia venalia eſſent. Omnia prædicta habentur, eod. titu. l. 1. & 2. Aliter tamen accipitur, de hoc vide Hoſtien. in ſum.

Donatio inter viuos ſecũdum Azo. in ſum. eſt, quando rem. quã dono, malo habere illum, cui dono, quam me. Hæc diffinitio colligi poteſt, ex l. 1. in princip. ff. de don. Et hæc quinq; cauſis poteſt reuocari, gloſ. Inſtit. de dona. §. ſciendum.

Donatio inter parentes, & liberos, vide Azo. in ſum. C. de don. inter vir. & vx. vbi dicitur, quod omnia illa, quæ dicuntur de don. inter vir. & vxo. intelligãtur etiã de donat. inter parentes, & liberos. Hęc. n (vt no. C. eo. tit. l. donationes) iuris impoſſibilitate prohibita eſt, cum vna, & eadem perſona iuris artificio æſtimetur pater & filius, genito, & genitus, vt C. de imp. & alijs ſubſtit. l. fin. ad fi. Si enim alter alteri donat, ſibi ipſi donare videtur, & ideo nulla eſt donatio, niſi in quibuſdam caſi-

caſibus; pura in dote,& donatione propter nuptias; vt ff. fam. erciſc. Pomponius Philadelphus, ff. de collat. bo. per totum, quæ æquis paſſibus ambulant; vt l. fin. C. de don. ante nupt. Item cum donat mobilia filiofam. eunti in caſtra; vt C. fam. erciſcun. l 4. Itē valet remiſſio vſusfructus in reb. aduentitijs, vt C. de bo. lib. l cum oportet, §. ſin autem res. Et de omnibus prædictis caſibus, ſ. in quibus teneat hęc donatio, eſt gl. no. C. de inoffic. donatio. l. 1. in verbo duabus. Item donatio facta in alimentum. Alias non tenet donatio, ſed tamen ſi facta eſt in filium, tanquam extraneum, vel collata in eum ſupremo iudicio, confirmatur eodem modo, & cum eadem determinatione, quia confirmatur donatio facta inter coniuges; vt l. donationes præalleg. C. de donat. inter vir. & vxor.

Donatio mera eſt eadem cum ſimplici, ſ. quando inter viuos donatio fit; quæ etiam dicitur pura liberalitate fieri, non ob cauſam ſecutam. Si vero fit ex cauſa præcedente, tunc dicitur remuneratio potius, quam donatio vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. cum autem.

Donatio facta ob cauſam interpoſitam ſecundum Hoſt. in ſum. eo. tit. §. quot eius ſpecies, eſt quędam donatio inter viuos, quæ fit ob cauſam interpoſitam, & denotat, vt aliquid fiat, vel non fiat, vel propter quid ſit donatio ſecuta, iuxta ea, quæ habentur. l. 1. §. 1. ff. de donat. vt etiam ſupra dictum eſt.

Donatio perfecta, & pura, eſt ſpecies donationis ſimplicis, & eſt quando ſtatim pura liberalitate transfertur dominium rei datę de iſta C. de dona. & ff. eo. tit. generaliter per totum, & maximè, ff. eod. tit. l. 1.

Donatio autem imperfecta, ſiue conditionalis, vel ſub modo, eſt etiam ſpecies donationis ſimplicis; ſecundum Hoſt. ibi. & eſt, quando ſtatim transfertur dominium rei datæ, & non niſi ſub condōne, vel mō, vel in diē vt; dono tibi, ſi Rex intrauerit Italiam vel dono ita ut tuum ſit hinc ad annum, uel aliquid huiuſmodi. De iſta materia require. C. de donat. quæ ſit ſub modo, & cond.

Donatio ſimplex eſt, quæ cauſam nō habet, & cum donans nullo caſu uult ad ſe redire id, quod dedit, uel ſimpliciter daturum ſe promiſit, ut ff. de do. l. 1.

Donatio ſub modo comprehēditur, ſupra ſub donatione perfecta, uel imperfecta.

Donatio ſponſalitia ſecūdum Az. in ſum. C. de do. ante nup. §. ſponſalitia, dicitur illa, quæ a ſpōſo ſponſæ fit uel econtra, licet raro accidat. C. tit. præall. l. ſi a ſpōſ. §. quod ſi ſponſa interueniente. Hæc donatio fit intuitu mulierum, & ideo non poteſt dici uerè propter nuptias donatio, ſed ſim-

pliciter. Conditio autem in eſt, ſi ſteterit per dantem, vt C. de donat. ante nupt. l. cum veterum ſententia.

Donatiuum largitio eſt Imperatoris in milites. l. qui excubias. de re.mili. Bud. ibi.

Donum eo differt a munere, quo genus a ſpecie. Nam munus eſt cum cauſa, puta natalitiæ, vel nuptiarũ, l. inter donum, de verb. ſignific.

Donec, no. Io. Cal. in commento decreta, poſt ceſſionē de prob. ſignificat diuerſimodè prout, quod vis medium probabile ſignificare declarat. v. g. Lego filiæ decem, donec nubat, ſignificat legatum eſſe annuum. l. legatum, ff. de ann. legat. Ratio, quia hæc dictio ſignificat limitationem, & ex hoc ſequitur, quod teſtator voluit facere multiplicationem, cuius ſit limitatio ad tempus nubendi, vt ex tunc non debeatur. Item ibi lego filiæ fundum Cornelianum, donec nubat, vel donec capitolium aſcendat, non ſignificat legatum annuum, quia ſubiecta materia nō patitur, quæ non eſt multiplicabilis, ſed tantum ſignificat extinctionem, adueniente tempore nuptus, vel aſcenſionis capitolij. Item ibi, donec inuentarium ſcribatur, non licet creditoribus & legatarijs hæredem conuenire. l. fi. §. donec C. de iure delibe. quia ſubiecta materia hoc declarat. Nam inuentarium debet incipi, & finiri infra certum tempus, vt in eadem l. dicitur. Item ibi, creditor facit debitori pactum de non petendo, donec Titius fiat Conſul, ſignificat limitationem exceptionis per euentum, & ſic etiam conditionem, vt ſi Titius fiat Conſul, finiatur exceptio pacti, ſi non, ſed moriatur antequam fiat Conſul, fiat perpetua exceptio, & l. ſufficit, ff. de condi. & demonſt. Nam ex euentu incerto futuro ſignificatur conditio. l. itaque, ff. ſi cert. petat. Item ibi; locus eſt condictioni furtiuæ, donec dominium a domino non recedat, ſignificat limitationem, & quod ipſo iure. dominio ab eo recedente, non eſt locus conditioni, l. fine. §. tamdiu. ff. de cond. furti. Item promitto decem ſingulis annis, donec Titius Conſul fiat. Titio exiſtente Conſule, adhuc obligatus ſum ipſo iure, ſed petentem repellam. l. eum, qui ita. §. qui ita, ff. de verb. oblig. Ratio, quia nōn eſt in poteſtate diſponentium obligationem limitare tempore, vt ipſo iure finiatur tempore. Item lego fundum, donec Titius fiat Conſul, ipſo exiſtente Conſule finitur legatum, & dominium ipſo iure ad hæredem reuertitur. l. fin. C. de leg. quia in poteſtate teſtatoris eſt facere legatum certo tempore finiri ipſo iure, vt ibidem. Item ibi, Dono tibi prædium, donec Titius fiat Conſul, Titio exiſtente Conſule, non finitur donatio ipſo iure, nec reuertitur dominium

minium ad donantem, argum.l. ea leges, C. de cond.ob cauſam. Ratio, quia non eſt in poteſtate contrahentium facere contractum finiri tempore, vel dominium transferri. Et ſic de conſimilibus.

Dos ſecundum Azo. in ſum.de iure dotium, eſt quod datur a muliere marito, vt l. ſi rem æſtimaſiam. de iu. dot. vel ab eius patre, vel extraneo, vt in §.accedit, l.vnica, de rei vxo.acto. C.cum infinitis alijs, in quib.dos ſemper marito datur, vel eius patri, vt l. fundus, ff.fam. erciſ.& l. ſi maritus, & l. ſi filia, §. hoc amplius, eod. titu.& hoc propter onera matrimonij, vt l.pro onerib. C. de iu. dot. vt perpetuo ſit penes eum; vt l.1 ff.de iu.dot.& durat quandiu durat matrimonium, niſi maritus vergat ad inopiam, hoc ideo dicitur, quia dos ſoluto matrimonio debet redire ad vxorem vel eius hæredes, ſicut donatio propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes C.de pact.conuen.ſuper do.l.pen.& in auth de ęqual.dot. & propter nup. don. vbi dicitur, quod bonũ eſt arg.de dote ad do. propter nup. Fallit hoc in caſibus in gloſ.vnica, circa medium in c. peruenit, de empt. & vend. Diuiditur autem ſecundum Azo. vbi ſupra dos in profectitiam, & in aduertitiam.

Dos aduentitia ſecũdum Azo. eſt, quæ non proficiſcitur a parente, vt ſi extraneus dederit patri, vt daret in dotem, l. profectitia, §. ſi quis certam, ff.de iu.dot. Vel ſi pater non tanquam pater, ſed vt extraneus dedit, puta, quia debebat filiæ, & eius voluntate dedit in dotem viro vt d. l. profectitia. §. fin.verſic cæterum.

Dos profectitia eſt, quæ a patre, & tanquam a patre, vel ab auo, vel a proauo paterno profecta eſt, ſcilicet de bonis eius, vel facto eius ꝓ filia, vel nepte eius, vel quam alius de mandato eorum conſtituit, vel præſens, aut curator dedit de bonis alicuius eorum, ſi erat parens prodigus vel furioſus. Nec refert an filia, uel neptis ſit in poteſtate conſtituta, uel emancipata. Non enim ius poteſtatis, ſed nomen parentis facit profectitiam. A parente ergo uidetur data, ſi ipſe dedit, uel iuſſit alium dare, uel præſes, uel curator eius dedit, ut dictum eſt. Idem eſt, ſi negotiorum geſtor eius dederit, & ipſe ratum habuerit, quæ omnia habentur in d.l.profectitia, in prin. iuncto.§.1.& fi.

Dotem legare, & pro dote legare, idem ſunt. l. 3. §. 1. de dot. præleg.

Dotalis fundus, qui ſit, docet Accur.in rub ff.eo.tit.

Dotalium, eſt donatio propter nuptias, uel res paraphernales, id eſt ultra dotem datæ. Doc.in cap. ex parte, de foro compet. & in capit.nuper. de donat. inter uirum, uxorem.

D Ante R.

DRomones dicũtur, qui præerant nauib. ad ſeruandum traiectum maris, in hoc reipub. militantes, & maris tranſitum tenentes, uel tuẽtes, C. de off. præt. aphri. l. 4. vnde etiam adhuc eorundem naues nomine uulgari dromones appellantur.

D Ante V.

DVbium eſſe non dicitur illud, de quo eſt regula, licet ſint aliqui caſus ſpeciales, niſi de caſib. ſpecialib. mentio fiat. Bart. in l. quoties. ff. ſi quis cautio.

Dubius in fide eſt infidelis, de hær. cap. 1.

Ducenarij debentur duces; vel magiſtri ducentorum militum, quorum dignitatem dicimus ſubſtantiuo nomine ducenãm.

Duces factionum, id eſt, malorum operum, ff. de appel. l. conſtitutiones.

Dudum, i. ante, in auth. vt li. de cæt. §. qua propter, & hæc dictio aliquando non reſpicit multum retro. in auth. de hæred. & Falc. §. ſi vero aut, & §. ſi verò nullus, & §. ſi vero nulla. Quãdoque dudum, id eſt, cum in auth. de non elig. ſecun. nub. §. Gregoria.

Duellum dicitur ſingularis pugna, quæ fit propter ꝓbationem alicuius, ita vt qui vicerit, probaſſe credatur, & uictus in probatione defeciſſe, & dicitur quaſi duorum bellum, factũ ad approbationem ueritatis, ac ſi per teſtes quis intentionem ſuam fundaſſet, vt c. 2. de purg. vulg. Quomodo autem ſit licitum, uel non no. gl. in l. qua actione. §. ſi quis, ff. ad leg. Aquil.

Dum idẽ quod donec, & quandiu, l. boues, de verb. ſign.

Dummodo, uide glo. in c. non poteſt, de præb. lib. 6.

Duntaxat, de hoc uide Archid. de reſcrip. ſtatutum, §. in nullo, li. 6. & de iureiur. c. 1. eo. lib. & Bart. in l. cum ita, de condition. & demonſtrat.

Duo rei ſtipulandi, & promittendi quomodo cõſtituantur, traditur per Imp. Inſt. tit. de duob. reis.

Duplicatio eſt allegatio, quæ datur reo ad infirmandum replicationem actoris, vt Inſt. de repl. §. rurſus, & no. in Spec. de exc. §. nunc de replicatione. Vel ſecundum alios eſt eliſio, annihilatio replicationis, & fit a reo contra replicationem actoris.

Dupla ſtipulatio cõmittit, cũ res reſtituta eſt peteñti, vel eſt damnatus emptor in litis eſtimatione, vel poſſeſſor cõuentus ab emptore abſolutus, l. euicta de euict.

Duplois, vel dyplos eſt dupla veſtis.

Duploma, vt hĩ, ff. de ver. obl. l. cõtinuus, § cum ita, eſt inter duplicatum, vel celeritas; ſecũdum gl. ibidem, nam tex. ibi exponit.

Dupon-

Dupondius, nummus erat bili ſtris, duos aſſes valens: hinc dupōdij iuuenes in proœ.ff. ſtudijs tantum initiati, quos vulgo pupillos dicimus. Sunt enim adhuc modici valoris. Dupōdius quoq; dicitur hæreditas in 24. vncias di uiſa, quaſi duo pondo, i. aſſes, §. & ſi plures. Inſtit. de hæredit. inſtit.

Duracinæ vuæ ſunt, vuę durio res, quæ eius duntaxat cauſa, non etiam vini habentur, l. qui pomū, de verb. ſig.

Duumuiri, ideſt magiſtratus municipij, qui curiæ præſunt, C. de decu. l. duum viris. lib 10.

De litera E.

E Præpoſitio aliquando excludit, extra de renunc. c 1. ibi emeritum, id eſt indignum: aliquando includit, vt in Lucano. Quæ ruta dabuntur emeritis, id eſt bene meritis.

Eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt eadem Bald. in l. neque leges, C. de leg.

Eatenus quot modis capiatur, vide Bar. in l. 1. in prin. ff. de nou. ope. nunc.

Ebrietas refertur ad ſuperfluitatem potus, & eſt immoderatus vſus vini, & duo ſunt effectus ebrietatis. Nā inducitur mētis exitium, & prouocatio libidinis, & ideo olim patres abſtinebant ab vſu carnium, & vini. c. ab exordio, & c. ante omnia, 35. diſt.

E Ante C.

ECce not. Pau. in Commen. c. tertio loco, de probat. Eccleſia ſecundam Arch. de elec. fundamenta, li 6. in prin. multis modis dicitur. Quandoque enim dicitur collectio ſanctorū, vt 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. 4. recurrat, in fi. Secundo eſt catholicorum, vel fidelium collectio. de conſec. diſt. 1. eccleſiā, & ſic ſumitur, vt 3 q. 4. engeltrudā. Et not. quod ſicut ex decreto Iulij Papæ, c 2. ſumitur eccleſia, eſt non ē Græcum, & dicitur Latinè conuocatio, propter hoc, quod omnes ad ſe vocat. Et de expoſitione huius nominis eccleſia vide c querelam, ne præla. 6 ſub an. cen conce. in gl vbi nota. Nā ſynagoga eſt congregatio, quæ proprie eſt Iudæorum. Sed conuocari propriè eſt vtentium ratione. Cōgregari autem ſolent pecora, vt dicit Hug. Et dicitur catholica, i. Vniuerſalis, quia per vniuerſum mundum eſt conſtituta ita exponit gl. C. de ſum. Trin. & fi. cath. ſuper rub. Vel vniuerſalis dicitur, i. generalis, in eadē doctrina ad inſtructionem, vel adminiſtrationem, ut in præalleg. c. Iulij Papæ. Tertiò eſt collectio malignantium, Pſ. Odiui eccleſiam malignantium. Quartò eſt murorum ambitus Et uide glo. in verbo matricem, in clem. 1. de ſen. ten. excomm. ibi concordantiæ. Et quandoque ſumitur pro materiali

riali eccleſia, & eccleſiæ parietibus. Quintò eſt corpus Chriſti. Sexto prælaturæ eccleſiæ. Septimò obuentiones eccleſiaſticæ ꝓuenientes ratione eccleſiæ. Octauò epiſcopalis eccleſia, & hanc deſpondet epiſcopus, quando cõſecratur. Nonò viri eccleſiaſtici. 63. diſtin. cap. 1. Decimò canonici matricis eccleſiæ. 12. quæſt. j. §. vlt. Vndecimò maior pars capituli. 65. diſt. apoſtolica. Duodecimò ſignificat epiſcopum tãtum. 7. q. 1. ſcire. Decimotertiò eſt quę libet eccleſia prouinciæ cathedralis, non Romana. Nam appellatione eccleſiæ matricis intelligitur eccleſia cathedralis, ſed non Romana; vt in cap. cum ſuper, de vſu pal vide glo. in c. cum clerici, de verb. ſign. & 10. quæſt. 1. cap. 1. Antiquo eccleſiæ cathedralis nomine etiam intelligitur epiſcopus, & capitulum illius eccleſiæ, & non alij clerici. Item eccleſia ſumitur pro iure patronatus, vt dicitur in ver. Iuſpatronatus, & eccleſiarũ bona ſunt Dei, licet omnia ſint eius, hæc tamen ſpecialius, & earum res, & humano iure ab exactionibus ſecularium perſonarum ſunt immunes, capitulo quamquam de cen. lib. 6. & eccleſia nõ debet citari cum aliena iactura 53. diſt. generalis, de pœn. ſua ff. de condit. indeb. l. nam hoc natura.

Eccleſia collegiata, quæ dicatur, & quomodo cognoſcatur, vide latè per Abb. in cap. nobis, in ſecunda, colum. ver. in glo. in verbo in conuentuali, de iure pat. & per Arch. in cap. monaſterium. 16. quæſt. 7. vide etiam aliquid per Card. in clemen. 2. de ætat. & qual. in 4. q. & per Fel. in c. accedentes in 2. col. verſ. dicit etiam Oldr. de præſcrip.

Eccleſiarum appellatione in materia odioſa, & pœnali non venit hoſpitale, niſi ſit religioſorum. Dom. de S. Gem. in cap. cupientes. §. j. de elec. in 6. in 3. col. Fel. in cap. de quarta in 6. colum. verſ. & quod omne hoſpitale de præſcrip.

Eculeus eſt genus tormentis, ad modum crucis diſpoſitum, C. de malefic. & mathem. l. & ſi excepta, in fin. de hoc 23. q. 1. cap. 1. per Arch.

E Ante D.

Edere, i. extra dare, quapropter, & partus edi dicitur, cũ naſcitur. l. Aretuſa, de ſta. ho. & rationes edũtur, cum exhibetur, & cõpia deſcribendi fit. l. ſi quis. §. edere, ff. de eden.

Edere actionẽ ſecundum Azo. in ſum. C. de eden. eſt exprimere, vel deſignare ius, quo quis expetit aliquid ab aliquo in iudicio. Fit autẽ editio actionum, vel per libellum iudici oblatum, ſ. vt per eũ reo detur, & ipſe deliberet, vel in alio, quem ipſe deſcripſit, vel ſine libello dictante autore, vel ſapiente ſuo, quid tunc eſt dictatũ.

ſtaturus, aut quo iure eſt vſurus, ff.eo.tit.l.1.§.edere.

Aedes ſecundum Azo. dicuntur ædificia vrbana, ſicut villæ ruſticanę ita exponitur, ff de verb. ſign.l.fundi, aliquando tamen accipiuntur pro omni ædificio, l.1. §.deinde, de cloa.

Editio inſtrumentorum ſecundum Hoſt.in ſum.de fide inſtr.§. an inſtrm edi poſſit, & qualiter fiat, poteſt dici copiato, vel cõicatio facta corã iudice, vel eo præſente, ſiue aduerſarius ſit pręſens ſiue non, ſaltem cum conſule, vt l.1.§.editiones, ff.de eden. vbi de editione inſtrumentorum, in gl. ibid. Nam edere eſt oſtendere, & copiam deſcribẽdi facere, vt not. in c.1.de probationibus.

Edictum quandoq; idem eſt, quod mandatum principis ſecundum illud Luc.2. Exijt edictum à Cæſare Auguſto, Quandoq; idẽ eſt quod generale ſtatutum principis. Vnde, Edicunt Reges, inducit feſta ſacerdos. Et differt à reſcripto, vt oſtendit Bart. in l. poſtquam, §. Imperator. vt leg. vel fid.fer.cau. Item differt a conſtitutione, quia conſtitutio poteſt eſſe generalis, vel ſpecialis, vt leg. 1.ff.de conſtit.princ. & ſic accipitur, C.de edi.diu. Adr.tol. & ſimilibus. Quandoque idem eſt quod datum, vel mandatum prætoris, ſicut omnia prætoria edicta, vt edictum de albo ſcribendo, & de in ius vocando, & de huiuſmodi, de quibus vide Spec.de act. ſeu peti. proponendis, §. poſtremo; verſic.nunc dicimus de edictis. Et quædam alia edictorum eſt diuiſio, quia quædam ſunt prohibitoria, vt edictum de teſtibus, & matrimonio, quædam permiſſoria, vt de iureiur.

Adde, quod edictorum aliud eſt monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium, de quibus per glo. in l.ad peremptorium, de iud.

Edictum prohibitorium eſt illud, in quo regulariter omnis permittitur, qui non prohibetur vt in procuratoribus, & in teſtibus, ff. de teſt.l.1.& de translatio. epiſ.c.inter corporalia.

Edictum permiſſorium ſecundum Io. Cal. de ſuppl.neg.præl. c.Romana, lib.6.eſt illud, quod regulariter eſt prohibitorium, & tamen in certis caſib. permittitur, vt in c.Romana præalle.

Edictum carbonianum, req. ſupra carbonianum.

Edictum diui Adr. ſecundum Azo.in ſum.C.de edic. diui Adr. tol. continebat, quod ſi ſcriptus hæres poſtularet, ſe mitti in poſſeſſionem, non aliter fieret miſſio, niſi viceſima pars daretur Reip. Et quia multæ erant interpretationes, & diſtinctiones circa hoc edictum factæ, ideo ſublato hoc edicto, fit miſſio in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, iuxta diſpoſitionem, quam ibi diſponit, ſeu ponit Azon. &

ideo

ideo ponitur vna rubr. de edi. di. Adr. tol in 6. lib. C.

Edictum ędilitium dicitur idē, quod actio ædilitia. Nam actio ædilitia ab edicto ædilitio deſcēdit, vt l. cum autem, §. hæ actiones, iuncto §. ædilitiæ. l. ſi tamen, ff. de ædil. edi. de hoc require ſupra, actio ædilitia.

Edictum prætorium eſt, quod prætor edicit iubendo, mandando, vel conſtituendo, vt facit in edicto, de dam. infe. vt ff. de dam. infe. l. prætor ait, ff nau. cau. ſtab. l. 1. & ne quid in flu. pub. l. 1. & in alijs plurib. Fortè pro eodem ſumitur hic mandare, & iubere, vt no ff. quod iuſſu. l. 1. in gl. ſuper verbo quemadmodum. Edictum ſucceſſorum ſecundum Azo. in ſum. C. eo. tit. eſt quo prouidetur creditorib. & dicit ibi glo. quod eſt, quod prioribus non petentibus ſequentib. petentib. permitti tur. Fit n. quandoq; ſucceſſio de gradu in gradum, & de capite in caput. C. de ſucceſſ. edi. l. 1. Nam illud edictum propter creditores inductum eſt, ff. eod. l. 1. vbi illa ſcripta quaſi de verbo ad verbū poſita ſunt; & hoc ideo, ne creditorib. longior mora fieret, dum bona hæreditaria vacua ſine dominio diutius iacerent. Bene igitur putauit prætor præſtituere tempus his, quib. bonorum poſſeſſiones detulit, & dare ſucceſſionē inter eos, vt citius poſſent creditores ſcire, vtrum habeant, cum quib. congrediantur, an bona vacantia fiſco delata ſint, an potius ad bonorum poſſeſſionē procedant, quaſi ſine ſucceſſore defuncti. Edictum perpetuū quid ſit vide Bud in l. 2. ff. de ſta. ho. & Alc. lib. 2. Diſput.

Edictum translatiuum, hoc eſt non nouum. Sed ab anterioribus prætorib. factum, & quaſi ex eorum albis translatum.

Edictum circumcidere eſt illud delere, l. & pov. de iud.

Edictales bonorum poſſeſſiones, lege ſupra in verſ. Bon. poſſ. extraordinariæ.

Aedicula, eſt ſacculum, i. ædis ſacræ appendix. l. ſacrilegi. ad l. Iul. pec.

Aedificium perfeciſſe dicitur, qui ita illud cōſummauit vt iam in vſu eſſe poſſit.

Aedilis olim dicebatur, qui nō ſolum conſtituebatur a plebe, ad hoc vt præeſſet ædibus vt. ff. de orig. iur. l. 2. §. itemque vt eſſent, ſed etiam præfuit plebiſcitis, qui etiam ædituus dicebatur, a nomine ædes, & verbo tueor, ris, quia tuebatur ædes, vt Inſt. de tuto. §. tutores autem. Proſpiciebat. n. ne in ciuitate eſſent domus ruinoſæ, vel inordinatè poſitæ in præiudicium reipublicæ.

Aedilis cerealis dicitur a Cere re, quia præfuit annonæ, i. frumēto diſtribuendo. Idem etiam dicitur præfectus annonæ, de quibus ædil. in præal. l. 1. & l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. hic tamen propriè, vel impropriè de edo, es, & non de ædib.

de ædib. ædilis dicitur Nec enim ſpectat ad eum cura ædium, ſed eduliorum.

Aediles curules ſunt conſtituti, poſtquam placuit creari etiã ex plebe conſules. Nam vt aliquo plures partes, quam plebis haberentur, placuit duos ex numero patrium cõſtitui, & ita facti ſunt ædiles curules, §. deinde cum placuiſſet, de orig. iur. Curules autẽ dicti ſunt a curru, quo ſellæ ſuperpoſitæ inſidentes vehebantur, vnde ſella curulis dicta. Qui etiam curabant de ædib. patrum, & negotiationib. curam habebãt vendendorum animalium, vt ſana venderentur, vt no. ff. de offic. præf. vig. l. 1. in gl & de ædil. edi.

Aeditui ſunt, qui præſident ædibus, & dicuntur quaſi, quod ædes tuentur, Inſtit. de tutelis, §. tutores.

Editus ponitur pro ſtercore ab edendo, hoc eſt extra mittendo, l. ligni, de leg. 3.

Educare eſt ad victum neceſſaria præſtare, ff. de ali. leg. l. vlt.

Edulium, i. comeſtio, ff. de offi. proc. & leg. l. ſolent. Sed melius ibi edulia pertinent, & in d. l. edulium eſt caſus genitiui.

E Ante F.

EFfeminati dicuntur quib. virilia excidũtur, vel ſodomitę.

Efferueſcere eſt ebullire. Vnde metaphoricè, efferueſcere ira cundiam in l. quis ſit, ff. de ædic. edi.

Effractores dicuntur, qui ſiue diuino, vel nocturno tempore furandi cauſa ſolent domos effringere, vt ff. de effra. & ex pi. l. 1. & 2. vel qui carcerem, vel aliquid aliud frangunt, vt euadant.

Effractura, eſt violenta diſruptio, l. 3. de offi. præf. v. g.

Effuſionis verbum abundantiam ſignificat, 15. q. 1. reuertimini 41. diſt. ſæpe, vide glo. de ſent. excom. c. cum illorum, in verbo, effuſionem ſanguinis.

Effuſio, & eiectio, require ſupra Actio de effu.

E ante G & I.

EGere ſecundum Bar. dicũtur qui non habent, vnde ſe alãt. Vnde egeſtas, cuius mentio fit in l. bona ff. de poſſ.

Eijcere verbum eſt ad immaturum partum pertinens, l. ſi mulier. ad leg. Aquil. Vnde electi, & eiectitij partus pro abortiuis.

Electa nauis dicitur, quæ ab vndis in littus delata impulſaq; eſt l. 3. de incen. rui. naufr.

E ante L.

ELectio ſecundum Io. eſt alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternitatem, ſiue ſocietatem ſeruata forma canonicè facta vocatio, & hoc modo electio ſumitur ſtrictè, quamuis eligere ad multa ſe habeat, vt etiam no. Goff. in ſum. eo. tit. §. 1. in prin.

in prin. Vnde ad electionem tria requiruntur, ſ. auctoritas, numerus, & zelus Auctoritas conſideratur in dignitatib. & meritis vitæ, zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali animo fiat, ſed ſecundum meritum perſonæ elegēdæ, 8. q. 1. ſi ergo de numero patet. Debet ergo electio fieri ſecundum iſta tria, habito reſpectu meriti ad meritum, zeli ad zelū, numeri ad numerum. Si tamē ex vna parte ſit dignitas, & zelus melior tā reſpectu eligentium, quam electi & ex alia parte numerus maior, certè prçualebit dignitas cum zelo ipſi numero, vt extra de elec. c. eccleſia veſtra. Item differunt electio, collatio, & præſentatio. Nā electio fit per collegium ad dignitates, & Papa confirmat, & quodlibet collegium debet eligere prælatum ſuum, niſi aliud ſit de conſuetudine vel priuilegio, vt extra de elec. pot. c. 1. Collatio fit ad beneficium ſimplex, & pertinet de iure communi ad epiſcopum per totam diœceſim cū conſenſu capituli, niſi aliud habeat conſuetudo, vel priuilegium, & dat plenum ius, nec indiget confirmatione. Sed pſntatio pertinet ad patronum, nec dat plenū ius præſentatio, ſed requiritur inſtitutio, & inueſtitura epiſcopi, vt per totum tit. de iure patr.

Electio canonica, quę dicatur, vide Io. And. in c. non poteſt, in verbo canonica, de præb. lib. 6. Spec. in tit. 2. §. videndum reſtat, ver. nunquid nocet, & debet fieri loco determino, alias eſt nulla, niſi cauſa ſubeſſet. c. venerabilē, de elect. gl. in c. in nomine Domini, in verbo fieri, 23. diſt.

Electrum genus eſt vaſis, vel ſpecies metalli, ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis, §. Neratius, & Inſtit. de re. diui. § ſi duorum.

Eleemporia, olei publicè emēdi cura, l. vlt. §. patrimoniorum, de mun. & hon.

Elementa prima ſunt quatuor ex quib. omnia corpora conſtituuntur, quorum virib. totus mūdus gubernat̄, ſ. Terra frigida, & ſicciſſima; Aqua humida, & frigidiſſima; Aer calidus, & humidiſſimus; Ignis ſiccus, & calidiſſimus, primum melanchonicum, ſecūdum phlegmaticum, vel fleumaticum, tertium ſanguineū, & quartū choleri cum. Vnde factū eſt, vt omnia principia dicantur elemēta, vt no. in gl. in proę. Inf. ſuper verbo, prima elementa.

Elenchus, ſpecies margaritæ, l. pediculis, de au. & ar. le.

Elices ſulci ſunt aquarij, per quos aqua educitur è liris, l. 1. de aqua plu. arc. Haloander tamen ibi aliter legit.

Elidere pro excludere, & perimere, l. ſi vnas, §. pactus de pact.

Elimatum, i. purgatum, C. de vet. iure enu. l. 2. §. ſed cum proſpeximus.

Elegium idem eſt, quod teſtamentum, vel dicitur etiam eulogium, vt infra dicetur.

Elogia,

Elogia,i.epiſtolæ,ff.de cu.reo. l.diuus,& de re.mil.l.3.in princ. Aliquando, i.generalis ſermo,de ædi.edi.l.ædiles,3.§.iumentorũ. Quandoq;.i.panis benedictus, 1. q. 1.non liceat.

Adde,quod elogium dicitur teſtificatio de aliquo honoris,vel vituperationis cauſa.Inde mittere reum cum elogio in d.l.diuus. & in d.l.3.i. cum informationib. & (vt vulgus Barbarorum forenſium loquitur) proceſſu.

Eluſcare eſt altero oculo aliquem orbare, l. 5. ad leg.Aquit. Vnde eluſcatio;licet quidam eluſcationem accipiãt,vbi homo lumine adhibito nihil videt.l.item, de ædi. edi. ſed Haloander ibi legit nuſcitionẽ, nõ eluſcationem.

Eluſorium, i.vanum, l.ſi præter.de iud.

E ante M.

EMancipatio ſecundum Azo. eo.tit.eſt relatio patriæ poteſtatis coram iudice facta, & dicitur quaſi extra manum,id eſt poteſtatem patris poſitio,quia quãdo filius extra manum patris ponitur,tunc emancipatus, eſt vt in tit.C.de emancip.lib.

Emancipatus dicitur filius,vel nepos,quia iugo & poteſtate,vel manu patris,vel aui eſt relaxatus & ſui iuris effectus,quia emancipare eſt a poteſtate, manu, & iure patrię poteſtatis dimittere vel liberare.Sed manumittere eſt ſeruum a ſeruitute eripere,vel emittere,ſeu finere,& ſic emancipatio pertinet ad liberos, & manumiſſio ad ſeruos.

Emãſor dicitur, qui diu vagus fuit extra caſtra, tandem rediens ad caſtra, vt ff.de re mil. l.3.§.emanſor.Vel dicitur,qui imminẽte lite fugit extra caſtra, & pace reformata redit.

Embatæ ſeu epibatæ naues, quæ vectorib. traijciendis aptæ ſunt,l.j.§.igitur,de exerc.act.vbi Bud. Nebriſſenſis autẽ legis Emphractæ, interpretaturque nauigia tecta,

Emblemata, ornamenta erant vaſorum apud veteres, quæ cum libitum erat, eximi poterant,l.ſi gemma.de aur.& arg.leg. & l.3. §.1.de vino leg. ſecundum Bud. in l.tigni ad exhib.

Embola felix appellatur, vel Romanorũ iuuẽtus excreſcẽs Vſi annus biſſextillis dr̃ emboliſmus vel emboliſmalis: quia creſcit in vno die. De hoc C.de ſacroſ.eccl. l.iubemus,in gl. Sed rectius Alc. ibi,& Bud.in l.3.de mino.

Emendicata ſuffragia in l. ſinguli.C de accu ſunt, quæ leuiter cauſam adiuuant, ſit potentium cõmendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta. A verbo emendicare, quod eſt mendicantium more aliquid petere.

Emergere eſt aliquid ſubitò euenire,vel accidere,& nota differentiam inter illa,quæ ſit quæſtio emergens,& incidẽs, & qũo differant,eſt gl. optima in c.1. de ord.cog.Et debẽt ibi Doct.quod inci-

Incidens reſpicit negotium principale, & tangit merita eius, ſiue ſit acquiſitum ante, ſiue poſt lit. cont. Emergens verò tãtum proceſſum reſpicit, & tendit ad ipſum impediendum, ſiue etiam ante, ſiue poſt litem conte. oriatur. Et dicitur emergens id, quod extrinſecus euenit, & nihil commune habet cum negotio principali. Sed incidens intrinſecus reſpicit negotium principale. Quamuis.n. vtrunque oriatur ex circunſtantijs; tamen in hoc intereſt, quia incidens eſt ex circunſtantijs cauſæ, vel negotij principalis, & emergens ex circoſtantijs iudicij, vel proceſſus. Vnde, Incidens perimit, emergens iurgia differt. Et ad ſaluandam gl. præal legatam, quæ videtur deficere in differentia, quam ponit, quia incidẽs etiam in iudicio poteſt oriri, f. opponendo pactum de non petendo, & emergens quandoq; ante lit. conte. vt ſi excipiatur de excommunicatione ante litis cõteſt. dicas, quod incidens dicitur habere cauſam vetuſtiorem ad negotium principale, ſed emergens dicitur de nouo oriri, quia tendit ad impugnandum, & ante proceſſum de nouo factum eſſe non poterat, cum non poſſet impugnare non ens, facit cap. ad diſſoluendum, de deſp. impu. & eſt glo. bona in l. quod iuſſit, ff. de re iud. quę dat exemplum, incidens, vt ſi actor dicitur ſeruus; emergens, vt teſtem non admittendo.

Emerita ſtipendia appellantur, quæ peracta ſunt, cum iam milites miſſione vt veterani impetrauerunt. Emerita verò numero plurali dicuntur etiam præmia veteranorum, quo ſenſu intelligenda eſt l. 3. §. ſed ſi. de re milit. vt alias annotauit Bud.

Emeriti dicuntur milites veteres, qui iam ſunt a militia ſoluti, vt in tit. ff. de vete. & mil. ſucceſſione.

Emiola, id eſt ſeſculpa, compoſitum ab hemi. i. dimidium, & holon; id eſt, totum quaſi continens totum, & dimidium, & eſt vſura; quæ continet totum, & alteram eius partem. vt ſi de quatuor ſolidis accipiantur, in ſin. an ſex.

Emiſeni populi in Emiſena reg. Syriæ, l. ſi de cenſib.

Emiſſa manus, pro cautione manu facta, l. quidam, de probationibus.

Emiſſarius dicitur, qui faciliter ſalit ſuper aquas, vel per aquas & foſſata.

Emologari, alias homologari eſt confirmari, vt dicimus, quod arbitrium emologatur; id eſt confirmatur ſilentio decem dierum tacitè vel expreſſe, ſecundum Goffr. in ſum. de arb. §. effectus.

Emolumentum capitur pro lucro, & vtilitate, l. Imperator. de leg. 2.

Empractæ, vide ſup. Embate.

Emphyteumata vel emponemata,

mata, ſecundam Azo. eo. tit. ſunt res melioratæ, & ita ponit text.l. 3.C.eo.tit. vel meliorationes, quibus ager labore ſic retinentis melior efficitur.

Empleumata debentur impoſitiones. Vnde emple Græcè, eſt impoſitio Latine, vel ſunt ſuperſtitiones, ſiue ſuperabundantiæ. Itẽ expleuma eſt eminens ſcriptura. Et dicit Accur. in l.tigni.ff. ad exhi. quod empleumata ſunt ornamenta vaſorum, vel ornatus, aut varietates colorum, vt ff. de uino, trit. & oleo leg. 13.§.1.

Imò verò emblemata legendũ eſt non empleumata, quod nihil eſt. Et dicitur emblema à Græco verbo emballo, quod eſt immitto, inſero, ſeu iniungo. Vide Bud. ff. ad exhi. l. tigni. Expleuma verò cuius author meminit, nuſquam legi.

Emphyteuſis ſecundum Azo in ſum. D de iu. emphy. & ſecundum Goffr. in ſum. rub. de loc. & cond. §. quid ſit emphyteuſis, dicitur, quod emphyteuſis Græcè eſt melioratio Latinè. Ab initio. n. ſterilia tantum per hunc contractum conc. debantur, vt is, qui acciperet, rem in meliorem ſtatũ deduceret, & ſterilem fertilem redderet. Poſtea tamen permiſſũ eſt de reb. fertilib. & fructuoſiſſimis emphyteuticari poſſe, vt C. de iu. emphy. l. 1. in prin. Et dicitur emphyteuſis, vel emphyteuticus contractus ille, qui in meliorationib. & in rebus ſolis tantum cõſiſtit. Eccleſiaſtica autem emphyteuſis conſiſtit in his immobilib. quæ ad hoc congrua uidentur æconomo, & alijs gubernatorib. ut C. de ſacroſ. eccleſ. in auth. perpetua, & auth. ſi quas. Et prout cõmuniter dicitur. Tunc emphyteuſis eſt media inter locationem, & vẽditionem. Et iſta definiuit Zeno Imperator, immo dicit dictum contractũ eſſe quoddam tertium genus ab emptione, & locatione ſeparatum, ut l. 1. C. de iure emphyt. quæ eſt lex Zenonis. Sed Hoſt. ſuam diffinitionem ſecundum hanc intellexit, ut puta quemadmodum Hoſtien. dicit, & eſt hoc ideo, quia decretalis potuit emphyteutam ponere ſub titulo de location. & conduct. quia magis ſimilis eſt emphyteuſis locationi, quam uẽditioni, cum dominium retineatur, & aliquid certum annuatim recipiatur, vide Spec. de loca. & condu. §. nunc aliqua. Inde emphyteuticus adiectiuum, unde dicitur emphyteutica conceſſio, & emphyteuticum inſtrumentum. Inde etiam emphyteutico, cas, care, i. in emphyteuſim concedere. Et eſt natura huius contractus, vt ſoluatur penſio, ſicut conuentum eſt, niſi res ex toto pereat. Item, quod licet domino authoritate ſua emphyteutam, & eius ſucceſſorem expellere, ſi per triennium ceſſauerit ſoluere penſionẽ, ſed emphyt. eccleſiæ repelli poteſt, ſi per biennũ nõ ſoluerit pẽſionẽ.

Emphy-

Emphyteuſis perpetua eſt regulariter prohibita in reb. eccleſiæ, & dicitur perpetua, etiamſi ſit ad 30.annos.Pan.in c. nulli.in vlt.no.de reb.eccle. non alien.

Emphyteuta vel emphyteuticarius dicitur ille, qui agrum conduxit, vel accepit ad tempus colendum ſub certo pretio. Cuius contrarium dominus Vuilradus tenuit, videlicet, quod nunquam ad tempus, ſed bene perpetuo tẽpore concludit, quamdiu viuet, hæreditario iure tenendum, & colendum, ſub certo pretio, & certis conditionibus, prout inter ipſos contractum eſt, per l.1.C. de iure emphyt.ibi perpetua ſtabilitate,ff. ſi ag. vect. vel emphy. pet.l.1.§.qui in perpetuum,& dicit hoc expreſſum eſſe,in l.1.& l. quicumque, C. de fun. patri. vel perpetua ſcriptura interueniente, & conſenſu vtriuſq; ideſt domini, & emphyteutæ adhibito; in hoc, ſcilicet, vt ſtatim dominus aliquid pro re accipiat, ſcilicet, quod inter eos conuenerit, vel pecuniam, vel aliam rem, puta prædium aliquod, vel ſimile, vt proprium ſit domini, item vt hic emphyteuta de cætero annis ſingulis, vel duos venetos, vel ſimiles ſoluat in ſpecie reditus, prout dicit Azo.in ſum. C.de iure emphyteu.

Emplaſtrum, vulgo vnguentum appellatur.

Emponeumata, vide Emphyteumata.

Emptio contrahitur, poſtquã de pretio conuenerit ea mente, vt pretium ſoluatur. Nam ſi imaginariè, & per ſimilitudinem de pretio conueniret, emptio nulla eſſet, & contrahitur ſolo conſenſu, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes per nũtium, vel per epiſtolam, vt probatur Inſtit.eo.tit. in prin.& ff.eo.l.1.§.vlt.& l.2.§. 1. & arræ datio eſt argumentum emptionis.

Emptor bonæ fidei dicitur eſſe, qui aut ignorauit rem alienã, aut putauit eum, qui vendit, habere poteſtatem vendendi.

Emptum hoc differt a parato, quod ſpecies a genere, l.quid de leg.3. Aliquando etiam emptum dicitur, quod ex permutatione, vel inſolutum datione conſecuti ſumus. Item & quod lite æſtimata retentum eſt, l ſciendũ, §.pen. de ædil.edi.& l.fi. quibus ex cau. in poſſ.ea.

Aemulatio, i.inuidia, & habet plures ſignificationes, vt 43 diſt. ſcimus.

Emunitas ſecundum Goffr. in ſum.eod.tit. eſt libertas conceſſa eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, rebuſque alijs ad eas ſpectantib. Vel eſt priuilegium eccleſiaſticæ libertatis, vel perſonarum, vel rerum ad eam pertinentium. dicitur emunitas quaſi extra. munera, i.officia vel onera, a quib.eccleſiæ ſunt immunes, vt eo.tit.c. eccleſiæ. Vnde locus cõſecratus, ſ.eccleſia habet emunitatem, i.libertatem,

bertatem, vt nullus inde trahatur per uim, niſi in quibuſdam caſibus ſ. ſi fugiens ad eccleſiam fit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum. i. deuaſtator fructuum agris, vel dicitur quaſi extra munia. i. munera. Non. n. eccleſia ſubit ſordida munera, ut calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & ſimilia. de quib. uide Hoſt. in ſum. eo. tit.

E Ante N.

ENcęnia erat feſtiuitas dedicationis templi; Græce enim καινον i. nouum.

Endiadis, vel (vt peritiores loquuntur) Endiadyo, figura eſt, cum ex duobus unum dicitur, id quod etiam Accu. annotauit in l. 1. §. 1. de pact. & Acc. lib. 4. de ver bor. ſign.

Energumini ſunt a dæmonib. obſeſſi, vel qui in defectu lunæ patiuntur defectum mentis, not. de conſec. diſt. 5. c. omni die.

Aenigma. i. ſubtilis dubitatio. C. de leg. l. fin. circa fin. & ext de reli. & uen. ſan. cap. 1. lib 6. alibi exponitur. i. figura. C. de ver iu. enu. l. 1. §. fi. aliter ſumitur in auth. de æqual. do. §. 1. verſic. ille autem.

Enim, i. certè, exponit gl. in auth. de nunt. §. nuptias. Aliquando exponitur, enim ideſt, quia. C. de crim. ſac. l. 2. Aliquando ponitur cōtinuatiuè cum ſuperiore, ut ff. de mit. teſt, l. neque enim.

Enormis læſio quando dicatur vide gl. in c. cum illorum, de ſent. excomm. quæ dicit, quòd ſtatur arbitrio iudicis. Fel. in cap. cum illorum, col. 4. uerſic. in ea gl. ibi, relinquitur.

Enplaſti, i. largo quodã modo. l. in ſumma. §. item Labeo. de aqua plu.

Entheca in Decretis Canonicis eadem ſignificatione ponitur, qua apotheca, & horreum.

Enucleare vetus ius, i. extrà nucleum obſcuritatis ponere. Nam prout Azo. dicit. C. de iure enu. ſicut in nuce inuenitur, quód eſt amarum: ita & in veteri iure erant tot multitudines, quod nemo eas habere, uel legere poterat; Nam ſicut in nucleo dura teſta inuenitur; ita ibi duræ, & iniquæ ſententiæ erant. Item ſicut nucleus cum inutili pellicula tegitur, & latet; ita & in illa multitudine tanta, ſublata ſuperfluitate antiqua, & neceſſarijs vtilib. uſque collectis, prout melius fieri potuit, ius uetus enucleatum eſt. Nam melius eſt pauca, & idonea effundere, quam multis inutilib. homines prægrauari; vt C. eodem tit. l. 2. §. ſed, & ſi aliquid. Item dicitur vetus, quia ab urbe Roma condita, & a Romuleis temporibus uſque ad tempora Iuſtiniani ferè per mille quadringentos annos confusè ſtatutum obtinuit, vt C. de uet. iure enucle. l. j. §. 1. ibi, reperimus autem, &c.

Enunciatio, pro clauſula vel oratione, ponitur, l. hæc enunciatio, de verb ſign.

Enunciatum verbum de ſe tantum ſignificat, quantum ſonat, ſ. enũciationem eius, quod eſt, vel quod non eſt, ſicut nuncius dicitur, quia refert voluntatem domini ſui, ſ. quid velit, & quid non velit, vt in l. & licet, ff. de cõſt. pec. Quandoque tamen verbis enunciatiuis ſignificatur diſpoſitio, quando hoc ſignificari concluditur ex quouis probabili ſignificato, prout latè declarat Bar. in l. ex hac ſcriptura, de donat.

E ante O,

EO, id eſt propterea, l. id. de conſt. pec.

Eo ipſo, iſta verba important abſque alia ſentẽtia, Fel. in c. Rodulphus 22. colon. alias col. 19. verſ. quoties, de reſcrip.

Eo loci, pro eo loco, l. ſed & ſi. de iud.

Eò potius, pro eò amplius, l. item ait, ex quib. cau ma.

Eo vſque, i. in tantum, §. illud Inſtit. de re. di.

E ante P,

EPhera, ideſt, aperire, de conſecr. diſtin. 4. cap. poſtea tanguntur.

Epibatæ, vide ſupra Embatæ.

Epidemia, acceſſus in vrbem, l. 4. de offic. proconſ.

Epidemitici dicuntur, qui habebant ſub ſe menſuratores, qui menſurabant hoſpitia, & in eminenti loco deſcribebant nomina eorũ, qui ibi habebant hoſpitari.

Epiſcopus dicitur ab epi, quod eſt ſupra, & ſcopus vel ſcopin intendere, quaſi ſupra intendens, quia habet curam ſuper intendẽdo ſuper omnes laicos, & clericos ſibi commiſſos, vt 8. q. 1. qui epiſcopatum, 21. diſt. cleros, vbi etiam interpretatur ſpeculator, eò quod ſpeculetur ſubiectorum mores, & vitam. Sed in iure ciuili epiſcopi etiã dicuntur, qui præſunt pani, & alijs rebus venalib. quæ quotidianum victum ſuggerunt, l. vlt. de mun. & hon.

Epiſcopi appellatio in materia odioſa, & valde exorbitanti intelligitur ſolum de conſecr. Fel. in c. eam te. in 4 col. verſ. nouiſſimè autem, de præſcr.

Epiſcopalis audientia eſt iuriſdictio ipſius epiſcopi.

Epiſtola decretalis Requ. ſupra decretalis epiſtola.

Epiſtola diui Adr. ſecundum Guiel. Spec. de renun. ver. in primis ergo, ſub §. finitis, locum habet inter fideiuſſores, mãdatores, & conſtitutores, item inter tutores, & eſt illius epiſtolæ officiũ, quod quamuis aliqui ſint inſolidum obligati; tamen per eius beneficium, ſi omnes partes ſint ſoluendo tempore litis, põt poſtulare, vt diuidatur actio inter eos, vt vnuſquiſque pro virili portione

conueniatur. Alioquin niſi dicto beneficio iuuarentur poſſet creditor, quem mallet, in ſolidū conuenire, vt C. de conſt. pec. l. fi. & Inſt. de fideiuſ. §. ſi plures, ff. de fideiuſ. inter fideiuſſores, & l. ſi dubitetur. Si ergo huic beneficio fuerit renunciatum poterit creditor quem maluerit conuenire. Quomodo autem renuncietur huic beneficio, vide ibidem.

Epiſtomia Græcè, Latinè oris obturacula. Sanè apud Iuriſconſultos capiuntur pro obturaculis ſalientium, quæ vulgo, vt Alc. ait, Spinæ appellantur. Epiſtomiorū meminit, l. fundi, de act. empt.

Epitaphium eſt ſcriptura, ſiue titulus in lapidibus ſepulchrorū ſculptus.

Epitheſis in l. lex Cor. de iniu. ſignificat inſcriptionem, factam in contumeliam alicuius.

Epitima, in l. ſcire, de tut. & cu rat. pro illabefacta nominis, honoriſque fama.

Epitimum eſt ſuſpenſio vnius ſeptimanæ, vel eſt quędam increpatio, vel genus pęnæ, ſecundum Io. Andr. in glo. 21. q. 4. omnis iactura.

Epitimio, i. voluntate teſtatoris, ff. de tu. & cu. da. ab his, l. ſcire oportet, §. ſed & ſi quis.

Epitogium eſt veſtis, vel tabardus ſuperior clerici, & dicitur ab epi, id eſt ſupra, & tego, quaſi ſuperius tegens, not. in gl. in clem. 2. de vita, & honeſt. clericor.

Epitome, & epitoma Latinè, breuiarium dicitur, vbi, ſ. res in compendium rediguntur, ſecundum Bud. in l. qui leuandæ, ad leg. Rhod.

E ante Q.

EQueſtris dignitas erat inhis, qui Romam cuſtodiębant. Nam & hi habentur pro abſentibus reipublicæ cauſa, & dicit Accur. quòd aliqui erant præſidentes, quia ſimplex militia non eſt dignitas. De hoc vide eod. titu. in rub. C. lib. 12.

Aequanimiter, ideſt æquo animo.

Aequitas eſt conuenientia rerum, quæ cuncta coæquiparat, & in parib. rationib. paria iura, vel iudicia deſiderat, vt C. ad l. Fal. l. fi. v. g. Dediſti mihi centum aureos mutuo; modo æquum eſt, vt iſti numerationi conueniat ſolutio ſecundum eandem qualitatē, & quantitatem, vt ff. ſi cer. pet. l. mutuum. Aequitas etiam dicitur quædam mitigatio, temperant iuris ſcripti rigorem, & in quibuſdam caſibus talis æquitas pręfertur rigori iuris, vt no. Io. And. extra de tranſact. c. fi.

Aequitas nihil aliud eſt, quam naturalis ratio ſecundum Bar. in l. 3. C. de do. promiſ. & vide eundem Bal. in l. 1. in tertia oppo. ff. de iuſt. & iu. & an æquitas præferatur rigore, vide oio Dom. Iaſ. poſt alios in l placuit. C. de iu.

Equitium eſt grex equorum,

ſecundum Accur.in l. quid ergo, ff.de vſufr.& quemadmodũ quis vtatur.

Aquitius dicitur cuſtos equorum.

Equuli,i.partus equorum, vel parui equi.Inſt.de re.diui.§.in pecudum.

Equus calcitroſus dicitur, qui ſolitus eſt calce ferire.

E ante R.

ERe,id eſt ex vtilitate,vel pręſenti materia, l.1.ſecundum editionem Holoandri. ff. ſi cert. petat.

Erania pecunia, in l.creditor, de ſol. quid ſit, vide Alc. lib. 2. Diſpunc.c.25.

Erarium eſt repoſitorium pecuniæ, ab ere dictum, & propriè ærarium eſt fiſcus principis, ſed debet ſcribi per æ.

Erciſcere eſt diuidere, vide iudicium fam.erciſc.hæreditatis diuidundæ,de quo ſupra ver. Actio fam.erciſc.

Eromodicium dicitur, cum ab ſente altera parte fertur ſentẽtia, quaſi latinè dicas deſerta cauſa.

Ergaſteria ſunt ſtationes operariorum, & dicuntur ab erga, i. opera, vel opus, ſterion ſtatio, quaſi operarum ſtatio, vt not.C. de epiſ.& cler.l.2.

Ergaſtula ſunt carceres,vel pꝑſſiones,et dicuntur ab er;quod eſt lis, & ſtolõ,miſſio. Item ergoſtula dicuntur loca, in quibus ſerui vncti opus facere cogebantur.

Ergagabi dicuntur operarij laborantes in ſtationibus ſuis,& dicuntur ab erga,quod eſt opera,et gabor,quod eſt labor. Rectius tamen legas ergolabi.

Ergo,no.Io.And.de ſum.Trin. damnamus,in prin.

Ergolabi, vide Ergagabi.

Eripere eſt de manibus auferre per raptum.

Erit, hæc dictio interdum etiã præteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat.l.verbũ erit. de verb.ſign.

Ermaphroditus eſt quilibet, qui habet vtrumq;ſexum. Rectiur autem ſcribitur per aſpirationem hermaphroditus.

Erogare,pro expendere,& diſtribuere,l.Ciuitatib. de leg.1.& C.de eorg.mil.ann.

Errare eſt aliud pro alio putare,37.diſt.quamuis,22.q.2.in quibus in fi.& no.Io.Andr.in cle.1. de iud. ſuper ver. certa ſcientia, & nota,quod differunt errare,titubare, & ignorare, vt declarat gl.in tub.ff.de iud.& fac.igno.

Erro eſt puſillus fugitiuus, qui non quidem fugit, ſed ex conſuetudine quadam aberrare ſolet,& frequenter ſine cauſa vagatur,tẽporibuſque in rebus nugatorijs conſumptis,tandem licet ſerò,redit ad domũ, vt l.quis fugitiuus, §.errorem, ff.de ædil. edic.

Error eſt quando aliquid aliter contingit,vel aliud eſt, quàm creditur, vel putatur, de quo c. præall.in fi.

Error calculi ſecũdum Ayo.in ſum.

ſum.eo.ti. eſt error computationis Veteres.n.computabant, per lapillos, qui calculi vocabantur, pro eo,quod pedib.quandoq;calcantur.vnde Perſius. Hunc Macrine diem munera meliore lapillo, quia pro bono die ponebant bonum lapillum, eſt gl. in l. vnica, C.de errore calculi.

Error quadruplex eſt, conditionis perſonæ,fortunæ, & qualitatis,& quis eorum matrimoniũ impediat,declarat Pan. in c.profuit,de coniug ſeru.

Error intolerabilis eſt error a iure reprobatus,& not. quod error ſumitur pro facto,ſiue ſit error iuris, ſiue facti, quia licet ſit iuris in quantũ eſt error facti,tñ cum ſit in alio,quam in veritate.

Eruta cæſa dicũtur omnia,quę ceduntur,& eruuntur. Ruta cęſa, apud peritiores dicuntur nõ eruta,vide Bu.ff.de act.emp.l.fundi, §.ſi ruta cæſa.

E ante S.

AEs ſpẽs eſt metalli,ab auro, argento, atq; metallis diſtincta,§.cum ex aliena.Inſtit.de re.di. Sed quia pecunia primum cũdi cępta eſt ære,hinc factũ eſt, vt qualiſcunq; pecunia æris appellatione contineatur, l.etiã de ver.ſig. Imò,& quandoq; ęris nomen ad bona refertur,vt cum lex noxium in ęre puniri mandat.Nã in bonis,& patrimonio exercendam vltionem interpretamur.

Aes alienum eſt, quod nos alijs debemus. Aes ſuum eſt,quod alij nobis debent, l.cedere, de verb. ſign.

Eſopus eſt humilis hærba, & medicinalis,cuius radix petræ inhærere dicitur,& purgat pulmonem inflatum,vt no.gl.ibi,Aſperges me Domine hyſſopo, &c. p Arch.50.diſ.cum exaudiero,Hyſſopus omnino ſcribẽdum eſt per aſpirationem cum y, & gemino ſſ,media longa.

Eſſe verbum ad veritatem refertur,non ad id,quod vltra verã rei æſtimationem intereſſe contingit,l.hæc verba,de verb. ſign. Quandoque ponitur pro remanere,vt in l.2.de concu.

Eſſe in poſſeſſione, & poſſidedere valde differunt, l.ſi quis ante. de acq.poſſ.

Eſt, hoc verbum interdum etiam præteritum tempus demonſtrat,l.verbum erit.de verb. ſign.

Aeſtas quot mẽſes capiat.Bar. in l.1.§.1.§.ne quid in flu. pub.

Aeſtimare litem eſt condemnare pecuniariter, vel quanti intereſt actoris,vide Bud.in l.7. ad leg.Iul.repetun.

Aeſtimatio ſigñat taxationem prout ſubiecta materia,vel quoquis aliud ſigñare declarat, v. g. Res traditur ęſtimata; hoc addito,vt reddatur æſtimatio, & non res,ex hoc ſigñatur empt.& vẽd. vt in l.quoties,ff.de iure dot. Sed vbi res datur æſtimata hoc pacto vt res reddatur, & non æſtimatio.

tio. Tunc. n. eſt emptio, ſed ſignificatur, quod re perempta, vel diminuta attendatur æſtimatio facta, l. ſi inter, C. de iu. dot. Nec periculũ diminutionis peremptionis ſit recipientis, niſi ſit in culpa quia cum rem traditam teneatur reddere, periculum debet eſſe dicunt rei, ſed in caſu præcedenti periculum, vel deterioratio rei tranſit in recipientem, vt l. æſtimata, ſol. mat. Item vbi res datur æſtimata in dotem hoc pacto, vt reddatur res vel æſtimatio; tunc ſignificat tranſire periculum per emptionis, ſed non deteriorationis, l. plerunq;, §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iu. do. & hoc ex natura cõtractus, & alternatiuæ. Nam natura dotis eſt, vt dominium tranſeat in maritum, & ſic periculum eſt ſuum. Sed ex natura alternatiuæ alterum horum ſufficit, aut rem reddi aut æſtimationem, iuxta regulam in alternatiuis, de reg. iu. lib. 6. Sed res perempta reddi nõ poteſt, quæ ſi redditur, nõ eſt reddenda æſtimatio.

Aeſtiualia ſunt ocreæ, ſ. calceamenta de corio, quibus etiam aliqui vtuntur interdum in æſtate. Ioan. And. in elem. ne in agro. de ſta. mon.

E ante T.

ET, hæc coniunctio licet propriè copulet, ff. de cond. Inſt. l. ſi hæredi, tamen aliquando ſumitur pro vel, ff. de verb. ſign. ſæpè cum ſi. Aliquando repetit qualitates præcedẽtes, ff. de fund. inſt. & inſtru. leg. l. Seiæ, §. Caio Aliquando pro, i. vt c. 2. de ſpo & in gl. Inſt. de libertinis, verbo, & etiam no in c. 2. de reſcrip. vbi de hoc. Vnde hæc dictio, & coniungit principaliter ſimul, & ſucceſſiuè, prout infertur ex ſignificatu tunc hoc dictante, & ſecundum quod voluntas diſponentis quouis medio ſignificare declaratur. Nam quandoque eſt coniunctiua rerum principaliter, quarum tamen vna eſt alteri ſucceſſoria, vt dicendo; Lego fundum, & eius inſtrumentum: principaliter. n. ſignificat inſtrumentum legatum, licet ſit acceſſorium ad fundum, & extincto fundo legato, non extinguitur legatum inſtri. Secus eſt in præpoſitione cum, quæ cõiungit acceſſoriè, facit l. ſi cui fundum, ff. de fun. inſtr. & inſtr. leg. Poſſet tamen etiam faciliter trahi ad coniungendum acceſſoriè, pro voluntate diſponentis, qui exprimit, & pro cum. Signat etiã ibi ſucceſſiuè; Filium meum; & nepotem hæredes inſtituo. Nam intelligitur, ꝙ filius admittatur, & eo deficiente nepos, l. Gallus, §. 1. ff. de libe. & poſth. Ratio quia non ſimul ex ordinata charitate, ſed naturali affectione, arg. l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. fac. l. Lucius, ff. de hær. inſt. vbi diſiunctiua reſoluitur in coniunctiuam, propter voluntatem, quæ concluditur ex charitate,

ritate,facit I cum pater, §.cũ pater,ff.de leg.2.Idem in contractibus,ſi quis emit reditus, vel fundum pro ſe,& liberis, & nepotibus.Ibi.n. & cõiungit ſucceſſiuè, ſcilicet, quod primo pater ſolus admittatur, poſt liberi, deinde his deficientibus nepotes.

Aetas legitima ſemper intelligitur de natura,l.non de ea quę per principij beneficium impletur,vt C. de his, qui ve.æta.imp. l.vlt.

Aetas perfecta, dicitur ætas 25.annorum,l.vlt. de ijs qui ve. æta.impe.

Aetas pupillaris eſt minor 14. annis in maſculis, & in fęmina 12.ff.de verb.ſign.l.pupillus.

Aetas pubertatis diuerſimodè accipitur. Nam in nuptijs contrahendis ætas pubertatis eſt in maſculo 14.annorum, & in fęmina 12.ann.vt in tit. Inſtit. de nup.in princ. cum ibi nõt. Non autem idem tempus requiritur,ſi alimẽta relinquuntur vſq; ad pubertatem, quæ debentur maſculo vſq; ad 18.annum,fęminę autem vſq; ad 14.ff. de ali.& cib. leg.l. Mela ait,in prin.

Aetatis venia eſt priuilegium, quod impetrat minor a principe, vt habeatur pro maiore. Impetrat eam maſculus maior 20. annis,fęmina autem maior 18. vt l. C.de his,qui ve æt.impe.

Aetas virilis diuerſimode canones,& leges interpretantur, l. 1. ff.de mi.l.fin. C. de his qui ve. æta.impet.& ratio diuerſificationis eſt, quia diuerſos habet effectus glo.in c epiſcopus in verbo antequam,77.diſtin.

Aetates ſunt ſex.quib.generatio, & ſtatus hominis finitur 35. q.4.& c.1.Io. And. in prin.lib.6. Alij ponunt 7.ætates hominis ſimiliter ſeptem mundi. Vnde.

Infans, inde puer, adoleſcens poſt iuuenis vir.

Dicitur inde ſenex, & poſtea decrepitus fit.

Annos prima tenet ſeptẽ, poſt altera bis tot;

Terna quater ſeptem, ſed quadraginta quaterna;

Annos exultat ad quinquagitta iuuentus.

Sed ſi porrigitur ad ſeptuaginta ſenectus.

Ex tunc decrepitus incerto tẽpore durans.

Item nota verſus de ætatibus mundi.

Primus Adam, iuſtuſque Noe magnus pater Abram,

Et poſt hæc Moyſes,Dauid natuſque Redemptor.

Septima fine caret,locat in requieque beatos.

Et cætera, quandoq; ſcribitur extenſiuè pro duab.dictionib. & ſic diſponit ſecundum quod relatiuum ſequitur, ſi ſaltem aliquid ſequitur,vt dicẽdo: & cętera,quę ſunt ſcribenda, alias reſpicit omnia,quæ præmiſſa ſunt. Qñq; ſcribitur abbreuiatè, vt &c.& ſic cẽs comprehẽdit clauſulas cõſuetas

apponi in tali contractu. De hoc traditur in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſth. & not. in c. quoniam contra falſam, de prob. Vide ſupra in litera C.

Etiam illa dictio implicat. C. ſi tutor, uel cur. l etiam, & l. fi.

Etiannum, ſeu etiam nunc accipitur pro adhuc. l. 3. arb. fur. cæſ.

Etſi idem eſt, quod quamuis ſimo. etſi quæſtiones.

E Ante V.

EVangelium præter notum ſignificatum ſumitur qñq; pro mercede, quæ datur lætum nuncium afferenti, l. falſus. de fur.

Euchariſtia Græcè dicitur panis, & calicis ſacramẽtum, & Latinè bona gratia redditũ, & quid melius corpore ſanguine noſtri Ieſu Chriſti. 1. q 1. multi.

Euectiones appellantur diplomata, vtentium curſu publico, quib. exhibitis, & agnitis, qui publico curſui pſunt, ſtatim equos accommodant, l. 3. C. de cur. pub. libro 12.

Euerriculum inſtrumẽtum eſt piſcatorium, a verrenda aqua ſic appellatum. l. iniuriarũ, de iniur.

Eueſtigio, i. ſtatim, uel continuo, ut in c. unico, de ſtatu mon. lib. 6.

Euidens eſt, quod ſemper palam eſt, & euidenter apparet. 1. q. 1. ut euidenter.

Euidentia, ff. de cont. emp. l. ea, quæ.

Euincere eſt aliquid ab aliquo extorquere, vel eripere, uel p ſententiam iudicis acquirere. Res ẽt euicta dicitur cum eſt amiſſa.

Euictio ſecũdum Azo. in ſum. C. de eui. ſcd'm quoſdã ita diffinitur euictio rei emptæ, vel ex alia iuſta cã acceptæ per iudicis ſentẽtiã abductio, vel (vt puto) alio euincente cauſæ amiſſio. Nec. n. ſufficit neceſſariũ rẽ abduci, vt uideatũ euicta vt ff. e. tit. l. euicta. §. 1. & euictioni cautio ſolet pſtari a venditore ipſi emptori, ad hoc, vt ſi aliquis ab emptore rẽ emptã tanquã ſuam petat, dicens eã ſibi eſſe obligatã, aut aliquod ius in ea habere, emptor recurſum, & regreſſum habeat ad venditorem cui denunciare hoc tenetur, & venditor debet aſſiſtere, & defendere emptorẽ in cauſam euictionis, & dicitur euictio alicuius rei in cauſam alterius abductæ per iudicẽ acquiſitio. Vide ſupra cautio de euict.

Eulogium idem eſt, quod teſtamentum, vt in c. nos quidem, de teſt. & l. iubemus. C. de teſt. & l. quidam eulogio. C. de iure deliber. ita exponit Bar. de teſt. Apud nos autem aliter accipitur, vt ff. de re milit. l. deſertorem, circa princ. Dr̃ ab eo quod eſt bonũ, & logos ſermo, quaſi &c Inde aliquando ſumitũ pro benedictione, vt 1. q. 1. c. non liceat. Vel dr̃ ſecũdum Hoſt. ab eo, quod eſt flebile, & logós ſermo, quia vt plurimum fit in extremis, & eſt nota doloris.

doloris, etiam eulogia dicuntur xenia, quæ olim portabantur me tropolitanis ad concilium prouinciale, vt 28.diſt.c.de eulogijs, vbi ſecundam gl. eulogia dicuntur munera, quæ deferunt ſubditis ſuis prælatis.

Eunuchi ſecundum Azo in ſū. C. eo.tit.dicuntur ſpadones tantum, & non caſtrati. Sed de his lō gè eruditius Alcia. in l. ſpadonū, de verb. ſign.

Euocare ſacra; erat apud antiquos euocare Deos alicuius loci præſides, & tutelares, quod fiebat, cum locum quempiam profanum efficere volebant, vt.ſ. ſacrilegij nomine exoluerentur, qđ innuit Iuriſc.in l.ſacra. de rer.diuiſ.vbi Bud.

E Ante X.

EX, no. Arch 4. q. 5. quiſquis, & plenius Io Cald.in c. ueſtra, de cohab.cler.& mul. Io.mō. de hære.accuſatus.lib.6 etiam Arch de præben.cum in illis.co.lib. & Pan.in c.in literis, de reſt. ſpoli. & no. C.de leg. l. non dubium, & qñq: in compoſitione ſtat augmentatiuè pro valde, vt exequare, i. valde æquare, vt l.1. ff. de leg. j.

Exacta pecunia dicitur non ſolum per ſolutionem, verum etiā ſi per delegationem ſatisfactum eſt; l. verbum exactæ, de verb. ſign.

Exactio.i.petitio. Nam exigere eſt rem ab alio petere.

Exaggerare, & deprimere opponuntur. l.2. §. fi. de itin. actuq. primam exaggerare eſt accumulare, ab aggere, quo terra accumulata ſignificatur.

Examen tripliciter accipitur, aliquando pro vniuerſitate apiū, aliquando pro approbatione, & aliquando pro iudicio, vt c.de ad uo.diu.iu.l.nemini, & Inſtit. de rer.diuiſ.§.Apium.

Exarmare eſt armis ſpoliare, l. 2 ad leg.Rhod.de iac.

Exauctorare eſt militē cingulo, vel clericum ordinib. ſpoliare vt l.qui cum vnō. §. non omnes. ff.de re.mil. Vel eſt ſtatum alicui, vel authoritatem auferre, idem ſonat, quod degradare.

Ex bonis eſſe, & eſſe in bonis, valde diſtant, §.fin.Inſtit. vi bon. rapt.

Excandeſcere eſt ſubitò iraſci, habendo ſimilitudinem inter furorem, & æſtuantis ferri candorem.

Exceptiō eſt rei defenſio, per quam ſe reus defendit, & tuetur ab actore, ſecūdum Azo. in ſum. C.e.ti. Qñq. ponitur largè, & im propriè pro oī defenſione: prout reo cōpetit etſi nulla actori competat actio, & tunc quidā vocant eā exceptionem facti vt qñ ſine actione quis calūniosè petit. Sed Azo. vocat eā exceptionem intentionis, & de exceptionib. intentionis, quæ ſint, not. ff. eodem tit.l.1. in princ. & l. 2. §. illud, & talis

non

non poteſt de iure experiri, quia nemo poteſt experiri ſine actione, & tunc cũ nulla ſit actio, nulla poteſt dici actionis excluſio, ſed dicitur contra intentionem actoris defenſio: vt quando quis ſe in aliquo inſtrumento obligat ad aliquid ſine exceptione iuris, vel facti, ſenſus eſt, quod contra hoc nullam faciat defenſionem de iure, vel de facto. Differunt tamen exceptio, & defenſio. Nam defenſio propriè dicitur, quæ ipſo iure actionem tollit, vt ſolutio, quæ eſt eius, quod debetur redditio, & acceptilatione omnis obligatio tollitur. Inſtit. quibus mo. oblig. tol. in princ. & §. item. per acceptilationem. Item renunciatio dicitur defenſio, cap. ſuper hæc, de renun. concordat glo in cap. 1. de lit. cont. lib. 6. vbi not. Item largè dicitur etiã exceptio replicatio, quæ datur actori. Omnis. n. replicatio eſt exceptio, vt ff. eo. tit. l. 2. §. replicationis, & ſicut, ſe habet exceptio ad actionẽ ſic replicatio ad exceptionem, ſecundum Goffr. de proba. in ſum. Strictè: verò, & propriè exceptio ponitur pro illa defenſione, quæ competit reo contra actionem, competentem in eum, & ſic dicitur actionis excluſio, & hæc eſt exceptio iuris; vt ſi petis a me debitum, & ego excipio quod remiſiſti mihi, vel quod feciſti mecum pactum de non petẽdo, vel quod non venit dies præfixus, & ſumitur vtraq; exceptio, ff. eo. tit. l. 2. primo reſponſo, & §. replicationis, & quod exceptio ſit actionis excluſio, habetur ext. de elec. cap. dudum, ſuper ver. irritari, in glo. Exceptio autem diuiditur in plura genera, quia aliæ ſunt temporales, & dilatoriæ; aliæ perpetuæ, & peremptoriæ, vt ff. eo. tit. l. 2. § fin. & l. exceptiones. Aliæ ſunt odioſæ, ut Macedonianæ. Aliæ fauorabiles; vt Velleianæ. Hæc diuiſio colligitur ex l. qui exceptionem, ff. de cond. indebit. Item aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam, vt ff. eod. tit. l. exceptiones 2. Item ſecũdum Hoſt. & Specul. aliæ ſunt anomalæ, aliæ mixtæ, & multas alias diuiſiones dicti Doctores, ꝓſequunẽ, vide eos.

Exceptio dilatoria eſt, quę cauſam differt; vt Inſtit. eo. §. appellantur, & iſtarum eſt multiplex diuiſio, de quo aliquantulum notatur in l. exceptionẽ C. de prob. eſt. n. quædam dilatoria ſolutionis, quæ ſapit iſtam naturã, quod reſpicit actionẽ nimis tẽpeſtiuè intentatam, & debet opponi ante litis conteſtationem, ſed probatio eius ſit poſt lit. conteſt. c. inter monaſterium, de re iud. Quędam eſt dilatoria iudicij, quæ opponitur propriè ad impediendum iudicium ante lit. conteſta. & probatur tanquam præiudicialis, & expedienda venit ante lit. conteſtat. & idem dicendum eſt de replicatione eiuſdem. Quædam eſt declinatoria fori, vt ibidem notatur. Item colligitur hæc diuiſio

ex

ex l.3.in fin.ff.eodem tit. Vide de hoc Spec.eod.tit.& not quod declinatoriæ iudicij ſunt in initio proponendæ; & ſunt illæ, quæ contra iuriſdictionem iudicis opponuntur. Ratio, he ſi eis ſcienter omiſſis, ad alia procedatur, uideatur quis in iudicem cōſentire; C. de except.l.vlt.not.Gofred.de dilat.§.ſunt aliæ,& in fin. Sunt etiā iſtæ probandæ in initio, vt prius ſciatur de iuriſdictione iudicis, antequam procedatur ad vlteriora: habent tamen etiam locum poſt ſententiam, ſi ex ignorantia omittantur, de ſen. & re iudi. ad probandum : C. ſi a non competenti iud. l. ult. etiam dilatoriæ proponendæ, & probandę ſunt ante lit.conteſt. cap. inter monaſterium, præalleg.& cap. paſtoralis, de except. C. probat. l.pen. Dilatoriæ ſolutionis ſunt proponēdę ſimiliter in initio cauſę, id eſt ante litis conteſtat. & probandę poſtquam actor ſuam intentionem fundauerit. Sed peremptorias probabit reus, poſtquam actor ſuam intentionem probauerit. De hoc uide Goff.de probatione.§.reſtat.

Exceptio peremptoria; ſecundum Spec vocatur ſic, quia actionem, vel intentionem agentis perimit ſecundum Ioan. Andr.cap. 1 de lit. conteſt. lib. 6.ſeu ius lędit; vt Inſtit. de perpe. & temp. actio §. perpetuę, ut pactum de non petendo in perpetuum, & iuſiurandum de non agendo, uel accuſando: videlicet petebam a te centum, & tu excepiſti, quod pepigi tecum de non petendo in perpetuum, vel iuraui non agere vel accuſare, quę ipſo iure tollūt naturalem obligationem: ut ff. de iureiur.l.fin. circa princ. quod Doctores intelligunt eſſe uerum de uoluntaria, & conuentionali: ſecus autem de neceſſaria. Ciuilem autem ipſo iure non tollunt, ſed ope exceptionis elidunt, ſecundum Azo. ſemper obſtant hę agenti, etiamſi ceſſauerit agere per mille annos.

Exceptio perpetua eſt; quæ perpetuum haberet effectum, vt cum petis a me debitum, & excipio, quod tu remiſiſti. Hæc exceptio perpetua dici poteſt, & perpetuò competit quandocunq; actor agit, quia exceptio non competit, niſi quis agat, ff. de except. l.exceptio.

Exceptio temporalis eſt, quæ ad tempus vtilis eſt, ut cum petis debitum, & excipio, quod tu feciſti pactum mecum de non petē do. Hæc exceptio vſque ad annū, vtilis eſt, poſtea verò non de qua de reſcr c.pleruńq;,& de off.ordi.c.paſtoralis, in fi. & ff. eo. tit. l. exceptiones, §. tēporales, & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt, & prolongat cauſam, nō autem aufert. Aliud exemplum, cōuenio te coram iudice non tuo, & tu excipis te non eſſe de foro eius Vide gl.in verbo, excuſari, c. ſi autem, de reſcript.

Exce-

Excommunicationis appellatione intelligitur de maiori, ita textus in c.pe.de ſent.excom. Adde, quod videtur dicendum cõtrarium,quia in peioribus mitior pœna eſt infligenda. Hoſt.in d.c.pe. dicit,quòd ex quo excommunicatio eſt medicinalis in his, quæ cõcernunt animam,eſt capiẽdi pars tutior,& idem tenet Abb.in c.pe. & ibid. vide Fel. & contra iſtam ſolutionem Doctor.vr̃ tex. in contrariũ in c.pia. de exc. in 6.vbi dr̃ in iudicio, vt aliquis ſit excõicatus, oportet, vt exprimatur ſpecies excõicationis; ſi intelligeretur de maiori,hoc non eſſet neceſſarium, vide per Felin.latè in d.c. pen.vel ſ.3.requiritur.

Et conſul eſt, qui deſijt eſſe conſul,ſimile no.de quæſtore; & ex quæſtore, Inſtit.in procem. §. cum hoc.

Excuſatio eſt alicuius iuſtæ cauſæ allegatio in defenſionem, vel ſupportationem alicuius.

Excuſatio tutorum fit ex varijs cauſis, & quædam innititur æquitati. Quidam. n. excuſantur ad tempus,l.qui cauſa reipub. abeſſe cęperint,& reuerſi, ad nouam tutelam infra annum non locantur, ſed veterem coguuntur ſtatim recipere, vt Inſtitut. de excuſ. tutor. vel curat. §. item ij,qui reipubl. Eſt & alia excuſatio a tutela, quæ dicitur excuſatio veteranorum, qui excuſantur,a tutela ſi ſint a militia dimiſſi honeſta cauſa interueniente, & iuſta, puta propter infirmitatem, vel aliam cauſam. Sed illa, quæ alio modo fit,nõ vocatur honeſta,ſed cauſaria: vt ff.de his,qui no.infa.l.2.§.ignominiæ. Et perpetuo excuſantur, qui ſoluuntur a militia poſt 20.ann. Sed ad tempus,qui infra 20.annos, & hoc diuerſimodè tenetur,quia infra quinque annos ſolutus, nullam ſibi vendicat immunitatem. Si vero poſt quinq; ſolutus fuerit, habet immunitatem vnius anni;poſt octo annos habet immunitatem biennij,poſt 12.triennij,poſt 17. quadriennij, poſt 20. annos habet excuſationem perpetuam. Eſt, & aliæ tutelæ excuſatio eorum, qui numero liberorum ſe excuſant, vt Romæ liberorum trium,C.eo.tit.l.cum concord.in Italia quatuor,in prouincia quinque. Eſt & excuſatio eorum,qui morbo excuſantur, vt cæci, ſurdi, muti, furioſi, & perpetua valetudine detenti, C.de excuſ.tut. l. vnic.Eſt & alia tutelæ excuſatio eorum, qui ætate excuſantur,vt maior 60.ann.l. vnica,præalleg.& Inſtitut. de excuſ. tut.vel cur.§.item maior. Item excuſatio eorum,qui numero tutelarum excuſantur, ſ.qui habent tria onera tutelæ, i.tres honores tutelæ, ſecundum Azon.quæ omnia habetur, C.ſub his tit. in rubro, & in nigro,vide de hoc Azonem,ibid. in ſum.

Excuſator ſecundum Azon. & Spec.eo.titu.eſt, qui venit ad proponen-

ponendum cauſas abſentiæ alicuius, qui non poterat ſimul ratione ſui, vel cauſę procuratorem cõſtituere, vt in cauſis criminalibus, in quibus licet procurator non interueniat (vt in l. pen. ff. de pub, iud.) excuſatur tamen allegatis cauſis abſentia, & bene admittitur, vt in l. abſens, ff. de procu etiã ſi vocatus erat, vt perſonaliter compareret.

Excurrere quid ſit, & quid ſumma excurrens, declarat eleganter Bud. in l. Publian. diſpoſit.

Excutere præter vulgatam ſignificationem, accipitur interdũ pro ſcrutari, & diligenter inquirere. Vlpianus. Si tibi mandauero, vt vires excuteres eius, cui erã crediturus, &c. Aliquando pro exactè aliquid rependere, vt in l. cum in plures, § mandaui, ff. loca. Quandoque eſt nomen exigere, & debitorem appellare. Paulus in l. Lucius, de adminiſt. tutor. Nõ prius ad magiſtratum reuerti poteſt, quam ſi omne tutores excuſſi fuerint, ideſt, vt Bud. interpretatur quam expertum ſit, an ſuũ a tutoribus ſeruare poſſit.

Excuſſio, diligens eſt inquiſitio rerum, bonorumque principalis debitoris vſq; ad nouiſſimum (vt dicitur) quadrantem facta.

Execrari eſt abominari, vel deteſtari, & propriè attribuitur delictis dicendo, hoc delictũ eſt execrabile, inde factum, vt accipiatur etiam pro abhorere, l. item, de ali. iud. mut. cau. fac.

Executor ſecundum Spec. eod. tit. eſt officialis, per quem litis executio, vel ipſius cauſæ præparatio iubente iudice ſic expeditur, vel ſecũdum Azo. propriè eſt ille, qui diſcuſſa cauſa ſententiam executioni mandat.

Vocatur etiam in iure apparitor Require ſupra, Apparitores. Alias etiam vocatur in iure diuerſimode De iſtis modis eſt gl. notabilis, C. de execu. rei iudi. l. ſi vt proponis, quam proſequitur Spec. in tit. de citatione, §. ſequitur prope prin. Item appellatione executoris intelligitur delegatus, c ſciſcitatur, de reſcr. & c. ſi quis contra. de fo. comp. Vnde executores ſunt illi, per quos iudex ſententiam ſuam exequitur, & rem iudicatam mancipiat effectui, & mandat executioni, & duplex eſt executor, ſ. merus. & mixtus. Executor merus dicitur, quando per nũcium non eſt demandata aliqua cognitio, ſed tantum cauſæ executio, & talis non debet audire exceptiones; vt C. de exec. rei iud. l. ſi vt proponis, præalleg. c. de cætero, de re iudic. & ff. de iudi. l. ſi prætor. & de tali loquitur, cap. paſtoralis, §. quia verò, de off. deleg. vbi bona gloſ. de executione duplici, ſecundum Hoſt. tamen tenetur admittere exceptionem excõmunicationis, aliàs appellari poteſt. De hoc vide Arch. de excep. lib. 6. Vel ſic Executor merus eſt, qui non poteſt de fraude interpoſita cognoſcere, nec ab illa appellatur,

latur, niſi modũ executionis excedat, ff. de appel. & relatio. l. ab executore, & 2. q. 6. ei, qui. §. ab executore. Sed a mixto executore bene appellatur, ſi non admittit legitimam exceptionem, vel alias partes grauauerit, de appell. c. dilecto, & c. vt debitus. Sed executor mixtus eſt, qui habet cognitionẽ cauſæ annexam, vt in c. nouit. de appel. & de iud. c. de cætero, præalleg. de offic. deleg. cap. paſtoralis, in gl. vt cum Papa mandat alicui reſtitui rem ſuam, vel alicui dari beneficium, &c. talis debet recipere legitimas exceptiones, quantumcunq; ſcribatur ipſi abſolutè a Papa, vt ff. de offic. deleg. ex parte. de reſcript. c. ſi quando, & c. cum ab eo.

Exemplar, & exemplum ſic differunt, auctore Bar. in l. Sempronius, de leg. 2. quòd exemplar ſit ſcriptura inde ſumpta, quam vulgus copiam vocat.

Exemplaris dicitur illa ſubſtitutio, quæ fit filio furioſo, ſeu mẽte capto in euentu mortis in furore, ſeu non ſana mente, & dicitur exemplaris. quia admittitur fieri prædictis, ſicut pupillaris pupillis fit, quia ſicut hi propter ætatem ſibi per teſtamentum prouidere nequeunt; ſic etiam prædicti propter furorem, dementiam, ſeu defectum mentis, rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, vt Inſt. de pup. ſubſt. §. in prin. In multis tamen differt a pupillari, vt infra dicetur de ſubſtitutionibus. Significat autem hæc ſubſtitutio diuerſimodè, vt ſignificatũ ex eius verbis, vel aliàs vndecunque ſumptũ ſignificat probat. Significat enim primo, vel eius verba ſignificant ſeipſam, lege, quòd filio, cui facta eſt ſubſtitutio, mortuo in furore, vel dementia, ſubſtitutus admittatur, vt §. 1. Inſtit. de pupil. ſubſtit. Significat vlterius, tacitam vulgarem, argum. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. ſubſtit. §. 1. Inſtit. eo. tit. præalleg. Ratio, ſicut enim in primo ſignificato conſideratur proprietas verborum eius; ſic in ſecundo ſignificato conſideratur identitas perſonarum; vt quod per ſubſtitutionem teſtator filio prouidet ſic, niſi aliud appareat. Significat etiam hæc ſubſtitutio pupillarem, v. g. facta eſt furioſo impuberi, ſi in furore deceſſerit, ſenſus eſt, quòd ſi decedat in ætate pupillari, tunc ſignificat pupillarem, quia facta impuberi, licet furioſo, & valet pupillaris tantũ, quia verba hoc ſignificãt, & quia defectus naturalis potius attenditur, quam accidentalis, l. 4 §. 1 ff. de tutor. & hoc eſt quando illa concurrunt, quæ requiruntur in pupillari, quia filius eſt in poteſtate patris, & ſic de alijs. Si autem non concurrunt, tunc infra tempus pubertatis valet, ut exemplaris, poſtea non, propter limitationem illam, ſi in ætate pupillari deceſſerit Si autem facta eſt ſine tẽporis limitatione, tunc ualet ſimpliciter, ſeu pro omni tempore ut

exem-

exemplaris. Significant vlterius hæc verba, filio furioſo ſubſtituo ſub audi, ideo ſi filius furioſus in furore deceſſerit, & requiritur, vt ſit furor tempore mortis, vt in §.1. Inſtitu. de pupil. ſubſtit. præ. all. & l. ex facto, §.1. ff. eo. tit. licet alias per iſta verba: Titio furioſo lego, talem qualitatem ſufficiat adeſſe tempore diſpoſitionis, vt in l. Mela. in princip. ff. de ali. & cibar. leg. l. quia apponitur cauſa demonſtrationis. Ratio vtriuſque eſt quia ſignificatum ſumptum eſt ex affectione, cum ſignificetur ei prouideri, cui prouidetur, eo modo quo poteſt, modo in primo caſu melius prouidetur ei recipiē do ea in illo ſenſu. Sed ſecundo caſu melius prouidetur furioſo, recipiendo, verba demonſtratiue tantum, quod eſt proprium eorū ſignificatum. Significant vlterius, vt exiſtente conditione ſubſtitutionis, ſubſtitutus admittatur volens, vel inuitus ſecundum qualitatem perſonæ ſubſtituti. Si enim eſt ſubſtitutus filius furioſus, qui erat in eius poteſtate tēpore mortis, eſt neceſſarius, vel voluntarius, vt in §.1. Inſtit. de hær. quali. & diff.

Exempta actio dicitur, quæ intentari poſſe deſijt, l. ſed & ſi. §. actionum, ex quib. cau. maior.

Exemptus dicitur, qui à ſuo iudice, ſiue iuriſdictionem ordinarij ſubductus eſt, &c.

Exemptio propriè eſt, vbi aliqua conuentualis eccleſia canonicorum ſæcularium, vel regulariū monachorum, vel monialium immediatè ſubeſt Papæ. Harum exēptionum alia vniuerſalis, alia particularis. Vniuerſalis eſt, quæ cū vniuerſitatis iure ſpectat ad Papam, ita vt Metropolitano, aut diœceſano, nihil iuri maneat in eadem. Particularis eſt, quæ pro parte in certis caſibus ab eorum iuriſdictione eximitur, & alias pertinet ad eoſdem, verbi gratia. Si fortè aliqua eccleſia, quantum ad hoc, eſt exempta, vt nullus archiepiſcopus, vel epiſcopus poſſit in ea diuina ſuſpendere, ſicut in ſua diœceſi, & alias ei exhibeat reuerentiam, & honorem. Item exemptionis monaſteriorū duæ ſunt ſpecies. Quædam enim monaſteria non recognoſcunt ſuperiorem niſi Papam; alia ſunt ordinum exemptorum, vt monaſteria Ciſtercienſium, & cetera, quæ non corrigit ordinarius loci, ſed abbas, vel prior eorum, gloſſa eſt in cle. attendentes, de ſtat. mon. Item exemptionum alia perſonalis eſt alia localis. Perſonalis eſt, vbi archiepiſcopus, vel epiſcopus eximitur, ut a nullo, nec etiā à legato ſedis Apoſtolicæ, nec etiam a iudice delegato excommunicari, vel interdici valeat, aut ſuſpendi: Sed localis eſt, quæ loco hoc eſt, eccleſiæ datur.

Exemptile, quod eximi poteſt, l. argumento. §. pen. de aur. & argen. leg.

Exequi, aliquando pro vlciſci, §. ſi. Inſt.

ſi. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

Exercere quæſtionem, eſt torquere, ſeu torturam inferre.

Exercitor dicitur is, ad quem quotidianus quæſtus, & vtilitas nauis pertinet; magiſter verò nauis dicitur, cui tota nauis, & anchora cômiſſa eſt. Require ſupra, actio exercitoria, vbi de hoc.

Exercitus traxit nomê ab exercitatione, l. 1. in fi. de milit. teſt. Exercitum autem dicimus non vnam cohortem, neque vnam alam, ſed numeros multos militum. l. 2. de ijs qui no. infam.

Exero, i. peto ſic ponitur exeratur, i. petatur, l. vt verborum, quæ eſt ſi. C. qui admi. bo. poſ. ibi gl. pen. vel eſt idem quod aperiatur via petenti.

Exæſtuare eſt feruere, bullire, vel caleſcere, vt eſt gl. in cle. dudum. de ſepul.

Exhedra in leg. ſi verò, de ijs, qui deiec. vel eff. ſumi poteſt pro cella ſtudiaria, vt ibi ait Bud. Nã alioqui exhedræ erant loca, in quib. Philoſophi apud Græcos in paleſtra ſedentes diſputabãt, vt docet Vitruuius, quæ a ſedium frequentia, & ſeſſitandi commoditate nomen traxere.

Exhæredatio eſt alicuius a ſua ſubſtantia, vel hęreditate excluſio, & alterius, uel alieni inſtrumento, ueluti cum parentes exhæredãt filios, & ſcribunt alienos hrdes in teſtõ, ita accipitur Inſt. de exhæ. li. per totum. Et ſic exhæredare eſt filium conſtituere alienum a ſubſtantia, uel hæreditate paterna, & debet fieri cauſa inſerta, & probata. Et propter quas, & quot cauſas pater filium & econtra filius patrem poſſit exhæredare. no. gl. in c. Quintauallis, de iureiu. & uide Bart. in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto. & irri teſta.

Exhibere eſt rem in publicum deducere, ſeu oſtendere, ut copiã habeat aduerſarius rem ſuam tãgendi, & eam ſic uiſam, ſi ſibi ſua uidetur, uendicandi. De hoc, ff. ad exhibendum, l. 2. de libe. ho. exhi. l. 3. §. ait prętor. Req. ſup. actio ad exhibendum, quandoq; etiam exhibere apud Iuriſ accipitur pro alere, ut in l. ſi quis, de agnoſ. lib.

Exigere propriè eſt ab inuito extorquere, ff de leg. 1. l. fidei. §. ſi rem, licet quandoque exigere dicatur quis etiam a ſponſus ſoluête, ut C. de fur. l. falſus Habet, & alia plura ſignata, quæ diligenter perſequitur Alc. in l. uerbum exactæ, de uerb. ſign.

Exilium triplex no. Arch. 45. diſt. cum beatus, in fi. & l. 5. de interd. & releg.

Exilium uolũtarium eſt, quod quis ſibi ſponte aſſumit, l. aut facta, §. euentus, ubi Bud de pœn.

Eximere eſt quoquo modo auferre, puta ſi quis non rapuerit, quemquam, ſed moram fecerit, quo minus in ius ueniret. ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur, & datur in eum,

qui ui exemerit actio in factum, quæ non id continet, quod in ueritate eſt, ſed quanti ea res ab actore ęſtimata eſt, de qua controuerſia eſt.

Exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus, ac moribus cō probatus, l. cognitionum, de var. & ext. cogn.

Ex legib. hoc verbum ſic accipiendum eſt tam ex legum ſententia, quam ex verbis, l. nominis, de verb. ſign.

Ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, hæc particula retrahit extremum emptionis ad initium, & vice verſa, initiū ad extremum.

Exorbitātia appellant Doctores, q̄ cōibus iuris regulis deuiat.

Exorciſtæ Græcè, Latinè debentur adiurātes, 21. diſt. cleros.

Expenſa ſunt ſumptus voluntarij, & non neceſſarij Sed impēſæ ſunt vtiles, & neceſſariæ a verbo impendere dictæ, vnum tamē multoties pro alio ponitur, vt l. intra, in fi. ff. de mi. etiā impenſæ pro voluntarijs ponuntur, non ſolum vtilib. & neceſſarijs, ff. de ver. ſig. l. impenſæ, vbi notatur, quę ſint impenſę neceſſarię, quæ vtiles, quę voluptuariæ, & expēſæ differunt a damnis, vnde iuramentum factum ſuper vnū, non extenditur ad alterum. Nā expēſæ fiunt cauſa litis; damna vero ex diſcordia proueniunt, vt deſtructio domus, & ſimilia de iniu c. noſtra, in tex. & glo.

Expenſum ferrè ꝓpriè eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe, ſed plerumque vtimur pro aſcribere, & imputare, ut in l. mulier. ad Trebel. & l. pupillus, quæ in fraud. cred.

Experiri quandoque ponitur pro reſpōdere, ſeu defendere, ut ext. de iud. c 1. de proc. c. q. gn̄aliter, li. 6. Qn̄q; ꝑ agere, vt de caupoſſ. & propriet. c. paſtoralis.

Expilatores, ſecundum Az. in ſum. C. & ff. de cri. expi. hær. hi ſunt, qui ex reb. vacantis hr̄ditatis aliquid ſurripiunt, & expilāt, de pœ. diſt. 1. aut facta. Require ſupra actio expil. hær.

Expilatores etiam uocantur, qui viatoribus pallia, & veſtes diripiunt, l. 1. de effrac.

Explicatio eſt allegatio, quæ ſupplicationem infirmat, unde replicatio eſt allegatio contra exceptionem, & adiuuat actorem, & ſupplicatio eſt allegatio, quæ replicationem infirmat, & reum adiuuat. Sed explicatio eſt allegatio infirmans ſupplicationem, & ſic pro actore contra reum.

Exploſa, i. excluſa, c. inquiſitioni. de ſent. excom.

Exponere, i. contra ſe ponere.

Exponi autem debentur infantes, ſerui, liberti, & languidi, qui ſine cura dimittuntur, uel eis alimenta negantur a parentibus, a dominis, uel a patronis, ut in c. unico. de infan. & lang.

Expreſſum qūo dupliciter ſumatur, no. ff de vulg. & pup. ſub

ſtit. l.

ſtit,l.1.in prin.& de præb.ſi epiſcopus,in gl.certas,lib.6.

Expreſſa pupillaris ſubſtitutio req.infra ſubſtitutio.

Expromittere eſt pro alio promittere. Vnde expromiſſor,i fideiuſſor.l.5.§. ſatis acceptio, de verbor, oblig. quamuis Acc. in auth.de fideiuſ.eos inter ſe differre exiſtimauerit. Sed & expromittere aliquando dicitur is, qui pro ſe, non etiam pro alio promittit,vt in l. hoc iure, §. ſi quis ſeruo,de don.

Expugnari nauis qñ dicatur, explicat eleganter Iuriſc. in l.expugnat,de incen.rui.nau.

Expungere eſt punctis circunducere,& tollere,ſeu cancellare. Vnde expunctus miles,qui è numeris exemptus eſt, l. pen. de re mil. At expunctæ rationes debentur, cum vltima manus calculo, & diſpunctioni impoſita eſt,l.in omnibus,de diuerſ.præſcr.

Exqueſtor eſt,qui publicæ pecuniæ congregandæ. conſeruandæ, & quærendæ officium habebat,ſed hanc adminiſtrationẽ depoſuit,vel dicitur ille,qui quęſtoris depoſuit adminiſtrationem, vt no.Inſtit.in prooe.§.cum hoc. in glo, Vide ſup. exconſul & infra quæſtores.

Ex ſeminario, i.ſtirpitus,l.3. arb fnr.cæſ.

Exterminare, eſt quaſi extra terminos vitæ, vel iuriſdictionis ſuæ ponere, cle.vnica, de iureiur. & de hær. excõmunicamus. §. moueantur, & §.ſep. ponitur etiam pro deponere, de ſolare,in exilium mittere.

Exterus religionis, id eſt alienus a religione, l. Nemo, C. de Iudæ.

Extimare, eſt alicuius rei certum pretium dare, & eſt idem quod taxare,vel certum pretium diffinire,& determinare. Sed orthographia poſcit, vt ſcribatur æſtimare.

Extorres, i. immunes, vel in ſontes,de ſen exc.c.contingit,& diſ.19.nulli fas eſt,& ea.diſt.in.c. ita dñs,§.in oẽm terram,& hĩ.C. de cuſt reo.in l.j.de his, quæ eſt. l ſi & de pe diſt 2.item proinde, vbi dr̃ nudari facultatibus proprijs, & patriæ ſuæ extorres fieri etiam.11 q.1.conſpirationum. Quod auctor hic citat ex 19. diſtin c. nulli fas eſt, extorris fiat, & c. in libris quibuſdam legitur exors,id quod eãdem penè ſigñationem habet cum dictione extorris.hoc precipuè loco, cũ extorrem eum intelligamus,qui extra ſortem, (hoc eſt,partem) ſit cui contrarium eſt conſors hoc eſt,particeps, Extorres autẽ plerunq; appellantur exules, quaſi extra terram eiecti, & ita interpretandum in d.c. item proinde.

Extra,no.Arch.de reſcr, ſtatutum,lib.6.§.3.

Extraordinarium, remedium eſt,quod ob aliquam cauſam extra,vel ultra curſum ſolitum alicui datur,vt reſtitutio minori læ-

ſo, vel abſenti cauſa iuſta, neceſſaria, vel probabili, ad quæ remedia nunquam recurrendum eſt, quamdiu remedio ordinario locus eſt, ad quod poteſt haberi recurſus.

Exordinarium iudicium eſt coram delegato, vel quando non proceditur in figura iudicij, ſed officio iudicis in modum inquiſitionis. Vide tex. iuncta gl. in cap. quoniam contra, de probar.

Extra ordinem quid importet, vide Bart. in l. 1. ff. de fur. & Baldus.

Extranei hæredes, vide in uer. hæredes extranei.

Extricatas margaritas, interpretatur Bud. in l. ſi ſeruus, ad leg. Aquil. quæ ex rudi, natiuoq; habitu arte gemmarij expolitæ ſunt.

Ex tunc, tempus extremum ſignificat, ff. de cond. & demn. l. is, §. ſi ita.

F Ante A.

Faber lignarius, dicitur nō ſolum qui ſigna dolat, ſed generaliter omnis, qui ædificat, ff. de verbor. ſig. l. ferri. §. fabros.

Fabricentes dicebantur, qui erant deputati armis faciendis, reparandis, vel vendendis, vt l. 1. de fab. lib. 11. C. Io. And. in c. ſi iudex, de ſent. exc. lib. 6. dicitur, ꝙ fabricenſis dicitur, qui publica arma facit, idq; in publicis fabricis, & non alibi, & dat primicerio, vt reponat in publicis armamentis, quorūm brachia ſtigmatæ figurantur.

Fabriles operæ, ff. de præſcr. verb. l. pe. & de ope. li. l. fabriles, & quæ ſint fabriles, & quæ obſequiales, & quæ artificiales, vide ff. de cond. indeb. l. ſi non ſortem §. ſi libertus.

Fabrorum præfectos, in l. Diuus, de bon. dam. eos eſſe Bud. cēſuit, quos Commentarieſis, adiutores ſibi aſſumpſit ad cuſtodias obſeruandas, regendaſque.

Fabula eſt, quam nec veræ, nec veriſimilia cōtinet, in proœ. Inſt. §. 2. ſuper ver. fabulis, & l. antiqui. ff ſi par. hær. pet.

Facere verbum eſt generale, lateq. patet, l. verbum facere l. faciendi, & l. facere, de verb. ſig. dicitur. n. facere illa, cuius auctoritate fit, de ſen. exc. c. mulieres, & facere dr̄ quis ſtatim, cōfeſtim, in cōtinenti, mox, ilicò, ꝙ facit ſine interuallo, nullo actu contrario, aut impertinente intermedio, de elect. c. quia ꝓpter, vbi dr̄, ꝙ poſt collationē mox debet electio celebrari. Similiter cū vis infert per ſonæ incontinenti repelli dēt, i. ſine interuallo, quaſi bello continuato. Itē id, ꝙ triduo facit. C. de erro aduo. l. vlt. ubi dr̄, ꝙ aduocatus poteſt reuocare errorem ſuū ſtatim. i. infra triduum, & hoc intelligit Pla. ſicut ſonat. Sed Accur. hoc intelligit, qn̄ cauſa durat poſt errorem tantum per tres dies. Itē quod facit iñ decē dieb. ff. de conſt. pec. l. promiſſor, vbi dici-

dicitur, quod ſi quis ſine die cõſtituerit ſe ſoluturum pecuniam alicui, cõtra eum agi poteſt, ſi ſtatim non ſoluerit infra decẽ dies. Item quod facit in vno ann. 20. q. 1. puella vbi, dr̃ ꝙ ſi inuitis parentib. infra duo decimum annũ velum acceperit; parẽtes, vel tutores poſſunt hoc ſtatim irritare infra annum. Item ꝙ facit cum quodam temperamento temporis, ita quod nec minimũ, nec maximum tp̃s aſſumit, quod magis põt intellectu concipi, quam dici, ff. de ſol. l. ratum, & l. quod dicimus, vbi dicitur, ꝙ hæres fideiuſſori teſtõris hoc, quod ante aditã hæreditatem ſoluit pro defuncto, ſtatim ſoluere debet, ſ. cũ quodã temperamento tp̃is Nec. n. ſtatim cum ſacco paratus venire debet. Itẽ quod facit quã primum põt, de reſt. ſpol. olim cauſa, vbi dr̃, ꝙ vim illatã rebus põt quis repellere incõtinenti. i. quã citò poterit, collectis amicis, ita tñ vt illud incontinenti non extendatur vltra annum. Hoc Ber. de elect. quia propter. Idẽ quod facit in uno menſe. 1. q. 1. cõſtat, vbi dicitur, quod ſi aliqui ordinati ſunt ab hæreticis per vim, ſi ſtatim renunciauerint. conciliabulo hæreticorum. i. infra menſem tunc excuſantur. Item quam citò ſcit, vt 22. q. 2. mulierem. Item quod facit quãdoque, vt ff. ſi cer. pet. l. 1. vbi dicitur. Quicunque rei aſſentimus alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex co contractu credere dicimur.

Facere quod poteſt qualiter quis cõueniatur, & quomodo intelligatur, habetur in l. ſunt qui cum nouem legib. ſequ. ff. de re iud. Nam patroni, & patronorũ liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, vel doctor, preſbyter, &c. ſi condemnatur ad id, quod facere poſſunt, non totum quod habent, extorquendum eſt ſed ratio habenda eſt, ne egeant, vt in l. in condemnatione, ff. de reg. iur. nam intelligitur quis facere debere, quod cómodè, & honeſtè poteſt. Nec enim videtur fieri poſſe, quod non poteſt fieri honeſtè, ff. de verbor. ſign. l. nepos proculo.

Facere partem dicitur, qui efficit, vt ſibi coniunctus non plus accipiat parte ſua.

Facinus, id eſt dolus, ff. de act. & oblig. l. ſeruus.

Factitare eſt frequenter facere l Fulcinius, §. latitare autem, ff. quib. ex cau. in poſ. ea.

Factio eſt conſpiratio l. quiſquis C. ad leg. iul. maie vbi gl.

Factionum duces qui dicãtur, vide Bar. in l. conſtitutiones, ff. de appel.

Factum, & geſtum licet ſtrictam quandam inter ſe habeant differentiam; abuſiuè, tamen nihil differunt, l. licet, de verborum ſignif.

Facultates magnæ dicuntur quinquaginta aurei, vt C. de def. ci. l. 1. Vel 10. libræ auri, vt ĩ auth.

de appella.§.2.colum.4.Vel 300. aureorum, vt in auth. de defen. ci.§.& iu.collat.3.Vel verius vſque ad quingentos ſolidos ſummæ paruæ, ſi vltra ſummæ magnæ. Inſtitut.de Att.tut. in §.nos tutem.

Falcidia dicitur lex, a Falcidio tribuno plebis, qui ipſam adinuenit ad hoc, vt quis extraneo teſtamento ſuo legare nõ poſſet, quin ad minus quarta remaneret hæredi, quod ſi cõtrafaceret, locum non haberet, & ſic dicitur falcidia a falce, ad defalcãdum de ſingulis legatis, per quam permittitur hæredi habere quartam partem legationis, vel hæreditatis, quando etiam tota hereditas, vel maior pars eſt legatis exhauſta. Et eſt triplex falcidia ſecundum Ioan. And. in gloſ. diſt.2. reſponſa prudentium. Require infra lex Falcidia.

Falcidia, vide ſupra in ver. dolus malus.

Fallonia (aliàs felonia) eſt culpa iniuriæ, propter quam vaſallus amittit feudum, & eſt quædam culpa, quæ reſpicit dominũ, ſ. quando tribus vicib. citatus legitimè, fidelitatem præſtare noluerit, vt in vſib. feudorum, quæ fuerit prima cauſa benefici. ami. cap.1. Eſt & alia cauſa, quando infeudauit alia lege quem ipſe habet, vel talem vaſallum, qui feudum deſeruire non poteſt. Sunt & aliæ feloniæ, propter quas feudum amittitur, & non reſpicientes domino, vt no. Hoſ. in ſumma de feu. vbi vide.

Falſum eſt quod caret veritate vt reſcriptum falſum, quod non habet aliquod primordium, ſeu ſubſtantiam veritatis, ſ. quando non emanauit a Papa, & tamen apparet emanaſſe, capit. tua nobis, de offic. vicar. vbi de hoc. Sumitur tamen quandoque falſum pro iniuſto, vt in §.eadem. Inſtitut. qui & ex quib. cau. mat. non poſſ.

Falſus tutor verè dicitur, qui tutor non eſt; ſicut falſum eſt teſtamentum, quod teſtamentum non eſt. l. Paulus, de verbor. ſignific.

Falſarij ſunt, qui crimine falſi tenentur, vel qui crimen falſi cõmiſerunt cap. ad falſariorum, extra de crim. falſa.

Falſitas eſt imitatio veritatis. Nam falſatores ſemper ſtudent imitari ea, quæ vera ſunt, vt falſa videantur veriſimilia, vt in auth. de inſtru. cau. in princip. & ad eſſe falſitatis tria requiruntur, quorum ſi alterum deficit, falſitas non eſt punibilis, ſ. mutatio veritatis, dolus, & vt alteri noceatur, iuxta no. per Hoſt. & Azo. & per tex. in l. quid ſit falſum, ad l. Cor. de fal. ma. ſecundum Spec. tit. de nou.

Fama, ſecundum Spec. titu. de no. crimin. §.fama, eſt ille dignitatis ſtatus legibus, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, ſecundum gl. in l.1. C. ex quib.

quib.cau.infa.irrog.& hæc fama quandoq; minuitur, quandoque cōſumitur in totum, vt ff.de var. & extraord. cog. l.pen. §. exiſtimatio,& §.minuitur,& §.conſumitur, & loquitur de fama hominis. Sed fama de aliquo negotio deſcribitur ſic; eſt communis, & clamoſa inſinuatio inſurgens apud totam vel maiorem partē populi, ex incerto autore prouenniens. Et in deſcriptione famæ per Spec. nomen dignitatis non ponitur pro honore publico, ſed pro potentia a natura cunctis attributa. Et hæc deſcriptio locum habet tantum in bona fama: Ideo ſecundum eundem Spec poteſt hoc modo deſcribi, vt comprehēdat & bonam & malam famam. Fama eſt vehemens vulgi, & maioris partis opinio rei, de qua quæritur, conſentiens, vel conſonans. Fama de homine ſic conſueuit deſcribi, eſt dignitas ſtatus vita ex moribus comprobata. & fama, opinio, & exiſtimatio, idem ſunt.

Fama differt a rumore, quia fama certum habet autorem rumor verò incertum. Item fama procedit a maiore parte viciniæ, rumor a minori. no. Ioan. And. cap. veſtra in 18. col. ver. Ad gradum, de cohabit. cler.

Fama differt a clamore, quia fama eſt plurimorum, clamor paucorum, no. Fel. in c. qualiter, 2. in prin. de accuſ.

Fama quomodo probetur, vide Bar. in l. de minore plurimum de quæſt.

Familiæ appellatione quid veniat, vide Bart. in l. 1. §. familiæ, ff. de vi. & vi arm. & l. fi. C. de verb. ſign. idem Bar. in l ſi cognatus, ff. de rebus dub. latius tex. in d. l. fi. & in l. pronunciatio. & l. de teſtatio. de uerb. ſignif.

Familię herciſcundæ. i. hæreditatis diuidendæ no. in rubro, ff. fam. herciſc. eq. ſupra actio familiæ herciſ.

Familiaria ſepulchra dicuntur quæ quis ſibi, familiæq. ſuæ conſtituit. l. 5. de relig. & ſump. fun.

Familiaris, & domeſticus in quo differant, ponit Bal. in c. in literis, de teſt. & Fel. in c. inſinuante, in 3. col. uerſ & quæ differentia ſit, de offic. deleg. & dicitur deſinere eſſe familiaris, quando dominus eum licentiauit, uel quando ipſe familiaris ſeipſum licentiauit: ut no. Ioan. And. in c. fi. de uerb ſign. in nouella, in 6.

Familiaritas pro ſimilitudine, §. adeo, Inſt. de loca.

Famulus mācipium, & ſeruus qualiter differant, no. Arch. 22. q. 3. c. patrem.

Famoſum carmen ſecundum Azo. in ſum C. de iniur. eſt dictamen, uel hiſtoria compoſita ad alicuius infamiam.

Famoſus libellus poteſt propriè dici liber conſcriptus ob alicuius infamiam, ff. de in iur. l. lex §. ſi quis librum.

Fanatici olim dicti ſunt homi-

nes nomine afflati, & qualis deſcribitur Cumæa Sybilla apud Virg. fando, quod futura prædicerent, meminit lib. 1. de ædil. edi. ubi Bud.

Faſces, i. honores, ſeu dignitates, in auth. de conſul. circa prin. & ut iud. ſine quo: ſuffra. §. neceſſitatem, & uide ff. de off. proconſ. & leg. l. ante pen. & ibi in gl. Propriè autem erant faſciculi uirgarum, intra quas alligata erat ſecuris, ita ut ferrum ſumma falce extaret. Has falces lictores conſulibus, & pro conſulibus præſcribunt.

Faſti dies erãt, quibus lege agere licebat. Faſti autem libris, quibus totius anni fit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantur. Vulgò uocamus Kalendaria.

Faſtigium, id eſt altitudo uel magnitudo, C. de no. codi. compo. §. 1. uel id eſt culmen dignitatis, uel ſummus honor, ſecundùm Papiam, ut no. per Arch. 59. diſt. ordinatos, & C. de procurat. l. pen.

Fatum eſt genus diuinationis, cui: qui intendit damnationem animæ ſuæ, incurrit. 27. q. ult. nõ obſeruetis.

Fatalis dies, ſecundum Azo. in ſum. C. de tempo. app. dicitur ſpatium temporis, infra quod appellans debet appellationem proſequi, & quidem olim quattuor dies fatales concedebantur, quorum primus erat ſpatium ſex mẽſium, & hoc ſi appellatum fuit a ſententia clariſſimi uiri, uel ſpectabilis uiri, Vel delegati a principe. Secundi autem dies fatales ſunt ſpatium 30. & unius dierum. Tertij, & quarti ſunt ſimiliter totidem, ſi ſaltem facta fuerit appellatio a delegato: uel ſpectabi, uel clariſſimo uiro, prout hoc dicitur in l. 2. C. de temp. appell. Hodie autem ex ordine unus tantum fatalis dies eſt, i. annus. Sed ſi iuſta cauſa interceſſerit, alius annus indulgetur, & ita erit ſecundus dies fatalis, quo tranſacto lite non conteſtata rata manet ſententia, ut in auth. ei, qui appellat, in d. c. de temp. app. Dicebantur autem fatales dies, quia in eis fatum, i. terminus cauſæ imponitur, uel mors accidit cauſæ.

F Ante E.

FEbris, ut diffinitur in l. quæſitum, de re iud. nihil aliud eſt, quam motus corpus contra naturam.

Federati, uide Fœderati.

Felonia dicitur delictum, quod cnmmittit uaſallus contra dominum, ut habetur in in uſibus feu. c. 1. de alie. feu.

Fœnum an ueniat appellatione frugum no. Inno. l. 1. §. Labeo, ff. de aqua plu. arc. & ſumitur fœnum octo modis, ſecundum Archid. in c. unum orarium, §. pen. 25. diſtin. Venit autem appellatione fructuũ, ut eſt eſt tex. in l. ſi uſu-

vſufructuarius meſſem, ff. quib. modis vſusfr. amit. & in l. gratū, ff. de verb. ſign. & Ludou. Roma. in ſuo no. 560.

Feriæ ſecundum Azo. in ſum. C. eo. tit. dicũtur a foro quaſi foriæ, quia præſtant vacatione ab his, quæ conſueuerunt agi in foro. Et ſic feriæ ſunt quædam ſolẽnitates temporum, in quib. cauſę tractari non debent. Vnde feria vno modo capitur pro qualibet die in hebdomada, & ita ſeruat eccleſia dicendo, feria prima, feria ſecunda, & dicitur a farijs, ſ. a fando, i. loquendo, quia ſingulis ferijs ſolo verbo loquendo, Deus creauit hominem, & omnia. Alio modo capitur pro die ſolemni feſtiuanda, & ſic dicitur a feriendis victimis, quæ offerebantur in ferijs, vel a feriando ſecundum Papiam, quia etſi omnibus diebus abſtinendum ſit a ma lis: iſtis tamen præcipuè, vt in capit. 1. de fer.

Feriarum aliæ ſunt repentinę, quas Imperator, vel Princeps indicit repente propter victoriam, vel vxorem ductam, vel filium natum, vel propter publicam congratulationem ob diem natalis Imperatoris, vt C. eod. titu. l. 1. & dicuntur repentinæ, quia ſunt incertæ, imò quia repente, & ſubito inducuntur, & a nullo iudice indici poſſunt, niſi a Principe, vt in l. 1. C. de fer. Aliæ ſunt ſolemnes, quarum quædam inducuntur ob reuerentiã Dei, vt dies dominicus, vt l. 2. C. eo. tit. & l. omnes dies. Aliæ ob honorem Principis, vt dies natalis, vel coronationis eius, C. eo. l. fi. & in d. l. omnes dies. Alię autem ob honorem ciuitatum, & Dei natalitij, maximarum vrbiũ vt Romæ, & Conſtantinopolis, l. omnes, præalleg. Aliæ ob neceſſitates hominum, vel publicã vtilitatem, vt ſunt duo menſes, vnus gratia meſſium, alius cauſa vindemiæ, de quib. etiam in pręalleg. l. omnes dies Has vero ferias Spe. eo. tit. non vocat ſolemnes, ſed iudicat ruſticas, vel publicas, quia propter rempub. vel vtilitatem ruſticam inducuntur, & fortè Specu mouetur l. 1. in prin. ff eod. tit. Et ſtatuuntur hæ feriæ ſecundum conſuetudinem loci, & ſecundum varios terrarũ ritus, vt ff. de fer. l præſides.

Feriæ Latinè, quarum mentio in l. 2. §. quoties, de orig iur. olim inductæ fuerunt ob inducias inter popul. Rom. Latinoſque firmatas.

Ferri propriè dicimus ea, quæ quis in corpore baiulat, portati vero ea, quæ quis iumento ſecũ ducit. Agi verò vel duci dicuntur animalia, vt ff. de verb. ſign. ferri.

Ferruminatio eſt eiuſdem generis materiarum ſolidatio, & coniunctio, vt ſi ſcypho argẽteo fundus, vel anſa apponitur, de hoc no. in l. re, ff. de rei vend. ſed applumbatio require ſupra in A.

Feudum ſecundum Hoſt. & Azo.eo.tit in ſum. §.1.eſt beneficium alicuius rei,inueſtitura interueniente,ſic conceſſæ,ſeu datæ alij, vt dominium penes concedentem remaneat, cuius occaſione recipiens, & ſucceſſor eius cõcedenti domino ad id,de quo, & quouſq; conuenit, aut feudi natura requirit ſecundum diuerſarum regionum conſuetudines obligatur, quib.deficientibus iuri ſcripto obligatur. Pro diffinitione feudi,& donatione eius vide gl.in vſib.feu. & quibus mo. feu.amit in prin.& ſummam,ad quam ibi remittitur. Dicitur autem feudum a fidelitate, vel a fide, quam vaſallus domino præſtare tenetur. Nec.n. debet aliqua inueſtitura fieri ei,qui fidelitatem facere recuſat, niſi feudũ eo pacto ſit acquiſitum,vt de eo fidelitas non præſtetur,vt in conſtit. feudorum per quos fiat inueſt.& per quos recipiatur, cap. nulla,& c.ſeq.& in quib.cau.feudum amit.in ca.2. §.in vſib.feu. no.Item feudum eſt res conceſſa alicui ad vtendum pro ſeruitio, ſecundum Goffr.eſt beneuola cõceſſio rei pro homagio facta, & additur cõceſſio beneuola, quia fit ex grata beneuolentia. Merito ergo beneficium dicitur. Etiã ideo cõceſſio dicitur, quia apud dominium remanet proprietas, & dominium directum, ſed vaſallus acquirit vſumfructum, & vtile dominium,arg.eorum,quę no.de emphyteuta,ff.ſi age. vec. vel empht. pet.l.1. §.qui in perpetuum, & fuit hoc dictum ſupra.Poteſt etiã ſic deſcribi: Feudum eſt beneuola actio,tribuens gaudium capienti, cum ſeruitio retribuendo,per quam transfertur vtile dominium de domino in vaſallum.

Feudum ligium,ſecundũ Spetit.de feu.in trac libellorum, §. quoniam.ſuper homagium, vel porrò,eſt quando cauſa, & occaſio homagij cæperit a domino, vt cum baro dicit alicui pauperi militi ſe aliquam rem immobilẽ ipſi daturum,ſi ei faceret homagium,& illam dedit, talis res vocatur feudum ligium,& talis vaſallus homo ligius vocatur, & hæc probantur in l.feu.ſi de feu. cont.feu.vide infra, homagium.

Feudatarius eſt, qui feudũ recipit, qui etiam vaſallus dicitur.

F ante I.

Fictio iuris eſt, quando incertum de aliquo facto fingitur ſtatuendo oppoſitum exemplũ, vt bene fingit ius vxori ſtipulanti dotem reddi, licet ſit certum, quod non fuerit ſtipulata vxor, ſed in fauorem mulieris hoc fingit. Abb.extra, in c.is qui. nu.6. de ſpon.& in c. quanto, de præſumpt.De materia fictionum vide latiſſimè apud Iaſ. in rep. ſolemni,l.ſi is,qui pro emptore,ff. de vſucap.

Fictio iuris differt a præſumptione, quia fictio iuris ſemper eſt contra veritatem, vt in iure poſtliminij,&c. Præſumptio autem frequenter intelligitur ſtare cum veritate, ſicut ſæpe ſtat. Ius.n. fingit aliud quam eſt, vt fingit mulierem ſtipulatam,quę non eſt,l.vnica,in prin C.de rei vx.act. Fingit natum, quod non eſt, ff.de ſtatu hom.l. qui in vtero, fingit non eſſe natum, quod eſt natum,ff.de lib. & poſth l.Titius teſtamento, §.Lucius fingit viuere,quod non viuit. Inſtit.de excuſ.tut.§.defuncti autem,ver. hi enim, fingit non conceptum eum, qui mortuus naſcitur,ff.de verb.ſign.l. qui mortui no. Azo. in princ.ſum,circa decem prædicamenta,vt Goffr. in ſum.de præſumpt.

Fictus ſecundum Bal. aliquando appellatur cenſus,Bald in tit. de pa.Conſtan in ver. perſoluere,& cenſualis,C.de don.& Fel. in c.ad audientiam,7.col.ver. & dum remittit,de præſcr.

Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium,ſecundum Apoſtolũ in Epiſt.ad Hebr.11. Primum dicitur,quia ſperare debemus, qđ dictum eſt a Prophetis futurũ. Secundum dicitur, quia prophetias iam completas debemus habere argumentum,i.probationẽ, non apparentium, i. de futuris complendis.Sed illa eſt quędam notificatio, & non vera diffinitio, quare magiſtraliter ſic diffinitur:fides eſt voluntaria certitudo abſentium, infra ſcientiam, & ſupra opinionem conſtituta Auguſt. dicit: fides eſt credere, quod non vides, & duæ ſunt ſpecies eius,ſ.formata,& informis. Et capitur multis modis, de quo vide gl.bonam in c.firmiter, de ſum.Trin.& fide cath.

Fideicommiſſum eſt illud legatum, vel relictum,quod committitur fidei hæredis alicui dandum ab eo,vt cum teſtator dicit, Hęres fidei tuę committo,vt des legata, & commiſſa, vt ſecundũ Azo.in ſum.C.eo.tit.§.ſequitur. Hodie tamen non eſt differentia inter fideicommiſſa, & legata, ſed olim multæ erant differẽtiæ. Omne.n. legatum fideicommiſſum dici poteſt, & econtra, pro quo eſt tex. Inſt.de leg.§. ſed nõ vſque. Nam ipſorum eadem eſt natura, ff. de leg. 1.l.1. vbi dicitur. Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis.

Fideicommiſſarius eſt ille,cuius fidei legatum, vel relictum committitur. Adde, quod imò fideicommiſſarius eſt ille,cui fidei cõmiſſum præſtari debet, §. ſed quia,Inſt.de fide,com.hær.

Fideicommiſſaria libertas,requ. infra libertas.

Fideicommiſſaria hæreditatis petitio eſt, quæ cõpetit ei, cui fideicom. hęreditas reſtituitur ex ſenatuſc.Treb.aduerſus poſſeſſores rerum hæreditariarum.

Fide-

Fideiuſſor eſt,qui alienam obligationem in ſuam recipit, vel ſuſcipit fidem,principali nihilominus manente obligato, videlicet, qui ſe pro alio obligat, vt eo.ſ. principali debitore non ſatisfaciente,ipſe ſatisfaciat. Et dicitur quaſi iuſſu alterius,ponens fidem ſuam,vt Inſt.e.tit.in prin. ff.eo.l.1.& 2.Eſt autem fideiuſſor nomen generale, quia comprehendit ſub ſe mandatorē, & conſtitutionem,& eum, qui ex toto in ſe alienam obligationē transfert, qui & promiſſor vocatur. Sed hi differunt inter ſe, quia cōſtitutor non obligatur niſi præcedat obligatio,quæ in iurib. data ſit, vt in l.1.& l.3.§.1.cum alijs, ff.de conſtit. pec. & l. 3. C. eod. tit. Fideiuſſor verò obligationem præcedit,& ſequitur Inſtit.eo. tit. §. fideiuſſor. Mandator aut nunquam ſequitur, ſed ſemper præcedit obligationem, vt ff.manda.l. ſi verò non remunerandi cauſa, §. ſi poſt creditā, niſi in caſu,qui habetur in eo,§. ver. planè. Et differentiam hic poſitam not.gloſ.in l.præall.§.ſi poſt.in prin.cui eſt ſimilis gl.C. eo.tit.ſuper rub Et quod præcedat obligationem, vide Hoſt.in ſum.eo.tit.§.1.

Fideiuſſor in rem ſuam dicitur qui fideiubet pro aliqua re in ea cauſa, qua res futura eſt eius, v. g.dedi procuratorem ad defendendum in cauſa mea,& fideiuſſi pro eo iudicatum ſolui.Hoc caſu fideiuſſor in rem meam dicor, vt l.ſi defunctus,ff de procur.

Fideiuſſio ita fit, ſi interrogetur fideiuſſor ſic, fide tua iubes, quod iſte debet, & ille reſpondeat,fide iubeo,vt Inſt. eo tit.§. in ſtipulationib.Hodie tamen ſecundum Hoſt.in ſum. eod.tit.§. qualiter, vulgares vtuntur hoc modo.{Et fideiuſſor pro tali, & promittis mihi pro eo.Et iſte reſpondet.Sic, vel promitto.

Fidelitas ſecundum Hoſt. in ſum.de feu.§.quid ſi fidelitas, nihil aliud eſt niſi iuſiurandum, ꝙ à vaſallis præſtatur domino. Et ibidem habetur plena forma fidelitatis, vt 24.q.5.de forma de iureiur.c. ego N.Et in quo differat ab homagio.no. in clem.paſtoralis,§.rurſus,de re iud.

Fiduciaria hæreditas eſt eadē, quæ fideicommiſſaria, l.certi, ff. ſi cer.pet.

Fiduciaria venditio dicitur, in qua pactum redimendi interponitur.

Fiduciarius hæres eſt is,cuius fideicommiſſum eſt, vt alijs hæreditatem reſtituat, l. Seius, ad Treb.

Fieri incontinenti dicitur hoc quod poteſt committi iudicis arbitrio,vt dicit Alanus de ap.c.an ſit, in gl. vlt.i.in actu ſe tenente, hoc eſt antequam præbentes ſe ad alium actū, & negotia diuertant,ff.de verb.obl.l.continuus, vide ſupra facere,vbi de hoc.

Figulinæ dicuntur loca,in qui-

ius figuli exercēt officia ſua,vel rtem.

Filius eſt is, quem nuptiæ denōſtrant, ff.de in ius voc.l.qui a nater, vel per confeſſionem paris, & matris, cap.tranſmiſſæ, qui fil.ſint legit.vel per affectum xt. de præſump. afferte 2. q. 6. id Romanam, & ſtatur hic conecturis,donec probetur contrarium ſecundum Goff.in ſum. tit. le nat.ex li ven.

Filius largè, & ſecundum veram ſignificationem verbi ſe ex endit non ſolum ad veros filios, ſed & ad nepotes, & alios,quos amore proſequimur, quia dicitur,a philos, quod eſt amor, verum ſecundum vſum, & conſuetudinem non, ſed tantummodo de proprijs filijs intelligitur,In ſtit. vt ſupra,§.appellantur.

Filij nomine in ſtatutis filia nō venit. Fel.in rub. de fide inſt. col.fi.& generaliter, an & quando filijs appellatione contineatur filia,tradit latiſſimè Bar.in l. 1.de verb.ſign. Et Dec.in l.fœminæ, de reg. iu. An autem contineantur nepotes, tradidit idem Bar.in l.liberorum, de ver ſign. Et palam eſt poſthumos quoque filiorum appellatione contineri, vt in §.fi.Inſt.qui tut.teſt.

Filij ſecundum Azo. in ſum. C.de nat.li.ſunt multiplices. Al. qui ſunt naturales, & legitimi, vt qui naſcuntur per legitimum torum. Alij ſunt legitimi, tantū, vt adoptiui. Alij naturales tantum,vt nati ex concubina vnica, & in domo indubitato effectu coniuncta. Alij neq; naturales neq; legitimi, vt qui ex illicito & damnato coitu nati ſunt. De his oīb.eſt gl. Inſt. de ado.in pr. & gl.in c.p vener. q fil. ſint leg.

Filius adoptiuus Req. ſupra Adoptio.

Filius arrogatus, Req. ſupra Arrogatio.

Filiusfamilias dicitur, qui eſt in poteſtate patris, vel parentis, l.nam ciuium, ff.de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.

Filius naturalis, & baſtardus idem importantat gl. eſt in rub. ff.de concu.Bar.in l.ex facto, §. ſi quis rog.in fi.ff.ad Treb.

Filij ſpurij dicuntur,qui de adulterio ex ſoluta cum non ſoluto,vel econuerſo concepti ſunt, c.tranſmiſſæ, præalle.l. vulgo.ff. de ſta.hom.

Filiaſter filiaſtra eſt filius, vel filia ex alio coniuge genitus, vel genita, non ex eo, quem modo habet mulier, 30. q.1. ſi quis filiaſtrum.

Filiatio probatur,vt per Doc. in l.Luc.ff. de cond. & dem. per communem nominationem parentem,& quod natus eſt in domo mariti cōmorantis vxori vel conc.l.filium, ff. de his,qui ſunt ſui,gl.c.Midhael.de fil. presbyt.

Finium regundorū. Req. ſub. Actio finium regundorum.

Finitimus, i.vicinus, cap. per tuas,de ſen.excom.

Firmum, & ratum differunt, quia firmum dicitur eſſe de iure, Bar. in l. id quod pauperibus iuncta gl. C. de epiſc & cler.

Fiſcus eſt ſaccus regius, in quẽ reducuntur, vel cui applicantur bona bannitorum, vel proſcriptorum, taliter accipitur, ff. locati, l. ſed ædes, §. fiſcus, vel eſt regij vel imperialis theſauri congregatio, vel imperialium bonorum collectio, vel priuilegium, quia fiſcus multa habet priuilegia, vt no, Azo. in ſum. C. de pri. fiſc. ad quod vide not. C. de iure fiſ. in rub. Et no. quod differentia eſt inter fiſcum, & rempublicam ſicut inter ſpeciem, & genus, fiſcus. n. eſt burſa ſolum de commodo pecuniario, ſed reſpublica pecunias, honores, præmia, & alia conſiderat, no. in l. mancipia, C. de ſer. fug.

Imò in præal. §. fiſcus, nomen fiſci vas ex viminib. contextum ſignificat, vt ibi animaduertit Bu. Et quæ olim eſſet differentia inter fiſcum, & ærarium, vide ſupra in ver. Aerarium.

Fit & fiunt, hæc verba non tãtum reſpiciunt præſens, ſed etiã futurum, 25. q. 1. generati in tex. & in gl. Malẽ hoc no. autor. ex eo tex. Nam loquitur de verbo fit, quod glo. extendit etiam ad verbum fiat, non de verbis fit, & fiunt, quæ nullo modo aptari poſſunt ad tempus futurum.

F ante L.

Flagitare in l. 2. de iure delib. eſt inſtanter pudicitiam alterius attentare, vt docet ibi Bud.

Flamines dicebantur ſacerdotes gentilium, à filo, quo in capite vtebantur, a quo dicebantur flamines, quaſi filamines. Nã nudis eos capitibus penitus incedere ne fas erat diſtin. 21. cleros, poſt medium. Inde archiflamines, & protoflamines, vt eadem diſt. §. 1.

Floci nomine intelligitur habitus habens manicas longas, & amplas Cuculæ verò nomine habitus longus, & amplus ſine manicis vt in clem. ne in agro, §. verum, de ſta. mon.

Fluctuare, i. dubitare, 12. diſt. c. illa.

F ante O.

Fodinæ dicuntur loca, vel foueæ, vbi aliquid foditur, diſt. 21 cleros. Inde dicuntur ferri fodinæ foueæ, vbi foditur ferrũ, & aurifodinæ, vbi foditur aurum.

Fœderati ſunt nõ (vt Acc putat in l. non dubito, de capt. & poſtli reuer.) quib. cum induciç factç ſunt, ſed cum quibus pop. Rom. amicitiã (vulgo ligam vocamus) coierat, ſocioſq; appellabat Bud.

Fænerare apud Iuriſc. eſt fçnori pecuniam accipere, vt an.

notauit Alc. lib.4. de verb. ſign.

Fœnebris pecunia, quæ fœno ri datur,§.pe Inſt.quod cum eo.

Fomes carnis eſt languor naturę,vel animæ, qui appellatur concupiſcentia carnis, 15.q.1.§. itaq., & non eſt peccatum, ſed pœna peccati. Et dicitur animæ ex coniunctione carnis,§.itaque præalleg.

Foraneus dicitur, qui forum tenet,vel de foro venit,3.q.6.pe regrina.

Foreſta eſt locus vbi feræ inhabitant,vel includuntur, glo.in c.cum dilecti. de don. aliás dicitur latum nemus, de his ponit Fel.in c.Rodulphus,in 16.col.aliás 13 ver. quid autem ſit foreſta,de reſcr. & vbi quis habet vſum venandi, ſecundum Ber.de donat.cum dilecti,in gl.1.

Forma eſt facies cuiuſque rei, ſeu figura,l.mulieris,de ver.ſign. quandoq; ſumitur pro ordine, hoc eſt,de curia vel claſſe, l.ſcrinijs, C. de palati.nonnunquam pro ligno, quo calcei informantur, l. ſed & ſi. ad leg. Aquil. A Doct. verò plerumq; accipitur pro ſolēnitate,quæ a iure requiritur in conficiendo aliquo actu.

Formula req.ſup.Actio.

Formidoloſus pro timido, §. ſin autem,Inſt.de pup.ſubſt

Fornicarius idem,quod piſtrinarius,vel piſtor,l.ſi ſeruus,ff.ad leg.Aquil.

Fornicarij, in l. quandam, de vſur.ſunt opifices,propolæ,inſtitores, qui a fiſco conducunt tabernas ſub arcubus.qui fornices appellantur, vt ibi merces ſuas venales habeant,Bud.

Fornicatio eſt cuiuslibet illiciti coitus genus,qui fit extra vxorem legitimā, ſpecialiter in vſu viduarum,meretricum,vel concubinarum.

Forſitan quandoq; capitur nō dubitatiuè,de vo & vo reden.c. magnæ,& ſic eſt expreſſiuum veritati,de proc.tuæ,33.q.2.admonere circa mediū, & de pę.diſt. 1.quamobrem,de ſup.negl.pręl. c.1.lib.6.vide gl.in c.2.de te.

Fortè quando ſit dubitatiuum facti,& quando iuris, no.Archi. 11.q.3.nolite.etiam quandoque capitur certitudinaliter pro expreſſiuo veritatis,& nōpro nota dubitationis, vt in multis iurib.

Fortuitus caſus eſt inopinatæ rei euentus,qui præuideri nō poteſt.Vbi ergo diligētiſſimus pręuidiſſet, non eſt caſus fortuitus, vt in c. Ioannes, de homi. Et de materia caſus fortuiti,vide Abb. in d.c.Ioannes,n.4.vbi etiam dicit Abb. quod caſus fortuitus nō imputatur dando operam rei licitæ,ſecus,ſi rei illicitæ,ut in c.dilectus,eo.tit.de ho.Et not.caſus in quib.diligentiſſimus prouidere non poſſet,in l. ſi quis domū, ff.loca.

Forus eſt exercendarum litiū locus a fando dictus,uel a Foroneo Rege,qui primo Græcis literis legem dedit, ut extra de uer. ſign.

ſign ca.forus, & 6.diſt. Moyſes. Item forus idem eſt, quod tribunal,& vt Azo.dicit, forus ponitur pro burſa,& alio modo dicitur formariũ,vt ait Pla. de quib. ſedilia iudicantium cõficiuntur, idemq; appellatur prætorium. Tribunal autem dicitur maiorũ iudicium,ſ qui habent merũ imperium,Papæ autem propriè dicitur conciſtorium. Item eſt planicies in naui.Item eſt locus vbi merces reponuntur.Item eſt foramen rei inanis.Item ſcriptoriũ foraminoſum pro imponendis pennis,& cornibus, vel calamis ad ſcribendum deputatis. Et hæc ſignificata hẽt forus, vt plurimũ in maſculino genere, ſecundum Hoſt. in ſum. de foro comp.§.1.

Forum autem in neutro gñe, ſecundum Hoſt. ibidem ponitur pro loco deputato ad emendum vel vendendum res. Aliter autẽ ſecundum Azo.dicitur diſtrictús ciuitatis.vel territorium iudicis, in quo aĩaduertendi, & puniẽdi delinquẽtes hñe poteſtatem,l.pupillus,§.territorium, ff.de verb. ſig.Et veniunt ibi,quæ ſunt iuriſdictionis,non quæ ſunt ordinis, & dr̃ quaſi fodium eò, quod qui ſunt in diſtrictu ad fodia,vel munera, ſeu angarias compellũtur. Vel dr̃ a ferendo, eò quod munera ſubeunt,& ferũt. Aliter Goff. & Hoſt.ibidem cõuenientes, forum inquiunt,eſt idem,quod tribunal,quia tribunal fortè hẽt aliquam ſimilitudinem cum foro, quia ſicut in foro venali, ꝙ nos nominamus forum, conueniunt multi vendentes,& emẽtes, ſiue res venales inferẽtes,ſic ẽt in foro iudiciali,ſ.in tribunali conueniunt multi litigantes,ſeu contẽtiones,& lites inferentes, & exindè diffinitiones reportantes.

Foro cedere, l.ſi hominem, ff. depoſi.dicuntur argentarij, cum tabernis, i.menſis ſuis cedentes, quas in foro dublico Romæ con ductas habebant,aliò habitatum migrabant,Bud.

F ante R.

FRamea accipitur pro lancea ſeu haſta, cuius meminit Iũuenalis,dum dicit, & Martis frameam,& Tirræi ſpicula vatis,& ita debet intelligi locus Vlp.in l. 3.§.armis,ff.de vi & vi arma. licet aliqui diſſentiant.

Frater dicitur quaſi ferè alter.

Fratris appellatione continetur ſoror,tex.in l.Lucius,§.quæſitum, ff.de leg 3. & no.in l.fratres,ff.de pact.

Fratres communiter dicuntur omnes Chriſtiani, tam laici quã clerici, per lauacrum regñationis in baptiſmo,c.ad menſam 21. q.3.Item ante concilia Apoſtolorum in primitiua eccleſia omnes appellabantur fratres diſcipuli Chriſti,22.diſt.ſacroſancta.propriè tamen religioſi mẽdicãtes, non hñtes bona in communi,fratres dicunt̃,& alij hñtes bona in

com-

communi, ut ordinis S. Benedicti, Ber. &c. qui monachi dicũtur clem. dudũ ſep. & clem. exiui de paradiſo, de uer. ſign. & ſecundũ Pet. monachi nõ appellantur fratres propriè, licet largè loquẽdo ſic. Sic etiam de monialib. quæ de ordinib. mendicantium dicuntur ſorores, & aliæ monachæ moniales, uel ſanctimoniales.

Fraternitas quot modis ſumatur in iure, not. Io. Andr. in commento decret. Ioannes de reg. & tranſeunt, ad reg.

Fratres conſanguinei ſunt fratres ex eodem patre, & eodem ſanguine geniti, §. ſunt autem, Inſtit. de leg. agna. ſucc.

Fratres patrueles ſunt duorũ fratrum filij, ut d. §. ſunt autem, & Inſt. de gra. §. quarto gradu.

Fratres uterini ſunt filij eiuſdem matris, ut exponit gl. Inſtit. de leg. agna. ſucc. §. hoc etiam.

Fraus idẽ eſt, quod dolus. Nota tamen quandam differentiam in l. iuriſgentium, §. prętor, ff. de pact. ubi uide gl. tamen fraus capitur prout fit leg?, quando quis facit contra ſignificatum legis, quęſita palliatione, quę uideatur nõ agere in fraudem legis, ff. de leg. l. fraus, v. g. filiusfamilias indiget pecunia, petit a me ſibi mutuo dari, uideo, quod per hoc inciderem in ſenatuſconſultũ Macedonianum pecuniam non mutuò do, ſed frumentum, ut uendat, & pecuniam habeat, ne uidear incidere in Macedonianum certè ego nihilominus incido, vt l. ſed Iulianus, §. mutui, ff. ad Maced. Fit ergo fraus legi, quãdo fit contra ſignificatum legis palliatione quæſita, ſed fit contra legẽ, quando fit contra id, quod per legem ſignificatur nulla palliatione quęſita, ff. de leg. l. cõtra legẽ. Ex his patet, quod ſi bona fide mutuo do filiofamilias frumentum, credens ipſum indigere, nõ incido in Macedonianum, quia nec facto, nec animo facio cõtra eius ſignificatum. Et hoc etiamſi ſit error intollerabilis; q̃a fraus requirit animum, ſecus ſi pecuniam mutuo do errans in iure, quia talis error non excuſaret, eo quod factum eſt contra ſignificatum legis, arg. l. 2. C. ad Maced. Et no. quod interdum fraus accipitur, pro delicto. Vnde fraudẽ capitalem admittere, id eſt tale aliquid delinquere, propter qđ pęna capitis ſtatuta ſit l. cum autem, ff. de ædil. edi.

Frequenter fieri dicitur, quod aſſiduè fit, ff. de inof. teſt. l. nam, & his de minor l. & ſi fine. Q̃nq; quod his fit in auth. de defen. ciuit. ad fi. & ibi no. Quandoq; exponitur, i. multoties, in procœm. decretalium, §. ſanè. Q̃nq; i. volũtariè, C. de vſur. pup. l. j. Q̃nq; .i. ſæpius, 17. q. 2. non ſemel. habetur hæc dictio extra, vt lit. non cõteſt. c. quoniam frequenter.

Fribuſculum in l. cum hic, de dõ. inter vir. & vxo. ſumitur pro digreſſu temporario vxor ob

iurgium cum marito. Sunt tamē q legant frigiſculū eo, q ob eiuſmodi digreſsū aliquātiſper refrigeſcat ardor amoris coniugalis.

Friuola in l.ſolutum, de pig. act. accipiuntur pro vili, & tenui ſupellectili, qualis inquilinorū eſſe ſolet.

Fructus dicuntur qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ fiūt gratia fructuum acquirendorū, & colligendorum, & conſeruandorum, vt ff de pet. hær. l. ſi a domino, §. fructus.

Fructus appellatione continetur collatio beneficiorum, quæ dicuntur eſſe in bonis, & fructu menſæ epiſcopalis, uo. gl. in. c. cū olim, de maio. & obed.

Fructuum autem alij ſunt induſtriales, vt frumentum, vinū, oleum, & ſimilia, ſ. lac & lana, quæ ſine induſtria hominis non proueniunt. Alij ſunt fructus naturales, qui ex ipſa natura proueniunt, ſine magna, ſ. induſtria hominis, vt poma, pyra, ficus, & hmōi. Vtraq; diffinitio poteſt colligi ex l fructus, ff. de vſuris, de reſt. ſpol. c. grauis, in gl. fin. Sunt ergo naturales fructus, in quib. factum naturale precedit factū hois, & ex ſolo rudi vſu poſſumus illis vti; ſed induſtrialib. nō ſic ſolo vſu rudi, ſed curis adhibitis; licet etiā natura cooperetur, cura tamen maior requiritur, nō modica, & perfunctoria, ſicut in naturalibus, vide gloſ in l. ſequitur, §. fructus, ff. de vſucap.

Fructus percepti dicūtur, qui aliquo modo ſunt a ſolo ſeparati, & in horreis reconditi.

Fructus percipiendi dicuntur, qui immaturi ſunt, quos verus dñs poſſidet, de his in Spe. eo. tit. de fruct. & li. expen. & Azo. in ſum. C. de re. vend. Vnde fructus diuerſimode ſignificat acceſſionem, vſumfructum, ſeu ius vtendi fruendi, & ius fruēdi dempto vſu primo ſignificat acceſſionē, & hanc dupliciter, ſ. ſtructius eo quod ex prędijs percipitur, vt non comprehendat fętus animalium, vel vſuras pecuniarium, ſicut ſumitur in rub. de vſu, & vſu fr. Nā ibi fructus ſumitur prout diſtinguitur ab vſura, & a pecudib. quia in his etiam fructus eſt l. in pec. ff. de vſu. non autem cōprehendit partum ancillę. Magis latè autem ſignificat, vt etiam cōprehēdat vſuras, vt l. vſurę, ff. de vſur. Item, & penſiones prædiorum, l. prædiorum, eo. tit. Secūdo ſignificat vſumfructum. Nam legato fructu fundi, videtur legatus vſusfructus, l. per ſeruū, §. ſi vſufructus, ff. de vſu & hab. Deni que notādum eſt, q in fructu id eſſe intelligatur, q ad vsū hominis inductū eſt, l. pe. de vſuf leg.

Frui dicitur, q fructus pcipit.

Fructuarius eſt qui rei dñs nō eſt, vt in l. vti frui, §. ſi vſufru. petatur. Tamen in quibuſdam caſibus pro domino habetur, ſ. in percipiendis fructib. ff de vſu. l. ſi Titio, §. 1. & quomodo differat ab

ab vſuario, require infra vſuarius.

Frugi homines appellantur diligentes,& probi.l.ſi vendita, ff. de peri.& com.rei vend.

Frugum appellatione continentur omnia quibus homo veſcitur,præter carnes, & poma,l. frugem,de verb.ſign.

Frumentum id eſſe, quod ariſtam habeat,Gallus diffiniuit, l. frugem,de verb.ſign.

Fruſtatim,i.minutatim,& quaſi per fruſta, 15.q.1.§.item Apoſtolus.

Fruſtra,no. Archi.de acc.c.1. lib.6.

Fruſtrari tempus dicitur,cum fruſtra inaniterque conſumitur, l.ſed & ſi.§.actio.ff ex quib.cau. maio.

Fruſtratio videtur vſurpari,p calumnia, l. ſi calumnietur, de verb. ſig. alioquin deceptionem ſignificat.

F ante V.

FVcare eſt tingere,l.1. C.quæ res ven.non poſſ. fere autem ad artificioſum , & adulterinum colorem refertur.

Fuerit hoc verbum in vltimis voluntatibus plerunq; futurum tempus demonſtrat Bar.in l.hoc articulo,de hær.inſt.

Fugitiuus eſt,quæ ea mente recedit,ne redeat ad Dominum,liceat poſtea redeat, vt ff.de ædil. edil. l. quis ſit fugitiuus, de hoc vide Azo.in ſum.C.de ſeru fug.

Fugitiuarij olim fugitiuorum ſeruorum reprehenſores erant, qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inueſtigarent,& reducerēt. Hoc verbo vtitur Iuriſ. in l.ſi apud,de perſcr.verb.

Fulcimentum & fulcra dñr ſuſtentaculum cuiuſpiam rei, a fulciendo, l.quæſitū,§ regulam,de fun.inſt.& l.ſicut,ff.ſi ſer. vend.

Fullones dicuntur mūdatores & dealbatores veſtium,& earundē decoratores,ſeu coloratores.

Fullonicas pro officinis fullonum dixiſſe videtur Vlpia in l.3. de aqua plu.arc.

Fulminare dicitur iudex injuſtè, vel indeliberatè ſententiā proferēs ſine maturitate, de ſen. excom.c.1.lib.6.

Functio eſt vſus cōſuetus,functus ab eo,qui fungebatur honore aliquo aut officio. Hinc dicitur functus vita, qui iam impleuit officium vitæ:Vnde dicitur q mutuæ pecuniæ magis functionum in genere ſuo recipiant per ſolutionem, quam per ſpeciem, .i. ſoluendo mutuam pecuniam magis vtimur genere,i.rei materiæ,quam ſpecie, i.eodem corpore, aliter non eſſet mutuum, vel mutuatum , ſ. de meo tuum, ſed commodatum,ſ. ad commodum vtentis datum,ff.de reb.cred.etſi cert.pet.l mutuum.

Functio publica,require,ff.de publ & vect.l.1.§.hic titulus,ſuper ver.pendantur.

Fundatur intentio per teſtes, vel inſtrū, vel confeſſionem. vel

euidentiam facti, vel præſumpti uè,vt eſt gl.in ver. fundauerit, c. finem,de dolo,& contu.

Fundus eſt manſio alicuius cũ acceſſionib. Aliter diffinitur, vt in l.90ō,ff.de verb.ſig.Et no.quod fundus eſt nomen homogeneũ, quia quælibet pars fundi dicitur fundus. Sunt.n. homogenea, in quib. eſt idem prędicatũ in parte,quod in toto,vt aqua,terra, lignum,pannus,&c. Alia dicuntur heterogenea,in quibus pars non capit eandem denominationem cum toto,vt domus,cathedra,tunica,nauis, pons. Vnde non valet legatum fundi, & eſt deriſorium,l.legato,ff.de leg.1.Nam legando ſpatium palmę de fundo, diceretur fundũ legaſſe. Sed ibi bona gl. quod non valet legatũ generale legando rem, ſubſtantiam,vel animal, quia mutuando liberaretur.

Fundus agonothericus,requi. Azo.in ſum.C.eo.tit.

Fundus dotalis eſt,qui matrimonio cõtracto datus eſt ſpõſo.

Fundus quaſi dotalis dicitur, qui traditus eſt ſponſo nondum ſecuto matrimonio,pro quo etiã ſuperiori dicto facit l.1.ff.de fundo dot.

Fundus inſtructus eſt ædificatus vel cultus.

Fundus iugens eſt terra, quæ modo non aratur,licet olim fuerit fertilis, aliàs quæ modo aratur,licet olim fuerit ſterilis.

Fundus limitrophus, aliàs limitatrophus, & alias militatrophus,dicitur a trophos, i.deſcriptio, & limite, vel milite: quaſi deſcriptus ad vſum militum,qui milites imperium cuſtodiunt,vt C.de fun.limi.l.1.&l.fi.§.accipitur,i.11.Aliter dicitur fundus limitoſus,vt ibidem de fund.limi. & pa.lud. Sed melius eſt dicere, quod limitrophus deriuatur a limite, & trophos ꝙ eſt nutritor. Nã hi fũdi aſſignati erãt militib. cuſtodientib.limites, ſeu limina imperij,vt ex eorũ fructib. alerẽtur. qui & limitanei appellãtur.

Fundus reuelatus dicitur, qui olim erat paluſtris, nunc aũt factus eſt ſerenus, alias terrenus. C.de fun.patri.l.fi.lib.11.

Fundus ſaltuenſis eſt fundus, in quo eſt ſaltus,C.de fun.patr. & ſal.l.fin.lib.11. Require infra ſaltus.

Funditus aduerbium eſt, & quãdoq; exponitur,i.ex toto, vt de elec.c.quia ſæpe. circa fi.in 6. quandoq, id eſt. penitus, C. de ſacroſ.eccl.l.decernimus.Quandoq; exponitur, i.vſq; in fundo, ff.de vſucap.l.fi.Item vide plene de hoc aduerbio ꝑ Bart.in auth. decernimus, C.de ſacroſ.eccle.

Funeraria actio. Require ſupra actio funeraria.

Fur eſt,qui clam, obſcurè, & plerunq; de nocte rem alienam amouet inuito domino gratia lucrandi, ſubaudi ſine armis, vt in auth.ſed nouo iure, C.de fur.& ſer.curru. & dicitur fur a furuo,

quod

quod idem eſt, quod nigrũ, quia vt plurimũ in obſcuro furatur, vnde; Qui malè agit, odit lucem, de offi. deleg. conſuluit.

Fur manifeſtus dicitur, qui in ipſo maleficio eſt deprehenſus, vel in eo loco, in quo cõmiſſum eſt furtum, vel poſt furtum, dum tamen cum furto deprehẽdatur antequam deportauerit ad iſtũ locum ad quem deſtinauerat, Inſtit. eo. tit. §. manifeſtus.

Fur non manifeſtus, dicitur, qui rem detulit, quo deſtinauit, tit. præalleg. §. ſed ſi pertulit. vel ſic dicitur, qui cum re furtiua in ipſo actu furandi non deprehenditur, ſed iam deportauerat rem furtiuam in locum, in quem deſtinauerat, nihllominus conuincitur poſtea de furto.

Furtum eſt contractio, vel cõtrectatio fraudulenta, ſeu fraudulosa rei alienæ mobilis corporalis, quę fit inuito domino, cuius res fuit, aĩo lucrandi, ſ. gratia rei, vel poſſeſſionis, vel vſus, vt ff. eo. tit. l. 1. Dr̃ autem furtum ſecum Azo. a furuo. i. nigro, eo ꝙ clam & obſcurè, & plerumq. de nocte fiat, vel dicitur a fraude, vel a ferendo, vt l. 1. in prin. ff. eo. tit. & Inſt. de obl. quę ex delict. naſcun. in prin. §. furtum autem.

Furti actio, require ſupra actio furti.

Furti condictio require ſupra condictio.

Furtum conceptum eſt, cum quis præſentib. teſtib. apud aliquem rem furtiuam quærit, & inuenit, vt Inſt. de obl quæ ex delic. naſc. §. conceptum furtum.

Furtum domeſticum dicitur, qđ ſerui dominis, liberti patronis, mercenarij illis, apud quos degunt, ſeu operantur, ſurripuerint, l. reſpiciendum, ff. de pœn.

Furtum oblatum eſt, cum quis rem furtiuam alicui obtulit, vt potius penes eum, quam penes ſe inueniretur.

Furtum prohibitum dicitur cum quis volentem rem furtiuã quęrere ꝓhibuit, vt d. tit. de obl. quę ex delict §. eſt etiam, vbi dicitur, quod hæc actio furti cõcepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti, in deſuetudinem abierunt.

Furioſus differt a mẽte capto. Nam furioſus furore quodã animi agitur. Mente captus verò magis in quiete eſt, nullaque ſigna extrinſecus oſtendit, idemq; eſt qui & demens, ita Docto. in §. 1. Inſt. de cura t.

Futurum ponitur pro præterito, vt ff. ſi cer. pet. in l. vlt. ſecundum vnam lecturam, Quandoq. futurum comprehendit præteritum, vt ff. de iure cod. l. plotiana.

G ante A.

GAlli cantus eſt in ſecunda hora noctis, C. de tranſact. l. non minorem.

Ganea eſt amica, vel amáſia, & non poteſt eam ſcholaris inuitis ſocijs in hoſpiciũ ducere, l.

non aliter, ff. de vſu, & hab.

Gaſtaldus eſt maior dominus qui habet curam exteriorum rerum epiſcopi.

Gazophylacium eſt locus, vbi chartę reponũtur, extra de prob. c. 1. & ibi per Bar. Sed rectius ibi legitur chartophylacium: Nã gazophylacium eſt repoſitorium gazę, quæ vox eſt Perſica, quicquid poſſidemus, ſignificans.

G ante E.

Geminatæ, ſecundum Pomponium in l. etſi non ſunt, §. ſi. de au. & arg. leg. ſunt per lucidæ materiæ, veluti ſmaragdi chryſoliti, amethyſti; lapilli autẽ ſunt contrariæ naturæ gemmis.

Gener meus, eſt maritus filiæ meæ, vt in l. nõ facile, ff. de grad. affin.

Gener etiam dicitur neptis, proneptis, & deinceps maritus, nedum filiæ, l. gener, de verbor. ſign. Imò non tamen maritus, ſed etiam ſponſus, l. Labeo, & l. Seruius, de grad. affi.

Gener. i. conſanguineus, in auth. de iure nup. in princ.

Generalis abolitio. Require ſupra. Abolitio, & vide de hoc Azo. in ſum. C. eo. tit.

Generali ſermone perſona loquẽtis intelligitur excepta de iureiu. petitio vbi concor. in gl. Et intelligitur hoc regulariter, quia fallit interdũ, vbi obligatio vel pactum præcedit, quod inducit æquitatem quandam includendã tem etiam perſonam loquentis, vt ſi recepiſſem decem a te, & promiſiſſem tibi dare turrim cõtra omnes homines, tunc teneor etiam dare contra me ex pacto, de hoc in capit. de forma, 22. q. 5. quandoque etiam generali ſermone nec familia loquentis intelligitur.

Generalis locutio generaliter eſt intelligenda, ff. de offi. pręſid. l. præſes licet generale verbum non ſit ſemper generaliter intelligendum, de iureiur. c. ad noſtrã in gl. vlt.

Generalis dicitur, quod imò etiam indefinite intelligendum eſt, de coniug lepro. c. quoniam, in gl. ſuper verbo generali, & 19. diſt. ſi Romanorum, ff. de publ. l. de pretio.

Generalia verba ſunt ad ciuilem modum referenda, ff. de ſer. l. ſi cui, & generalia verba acceſſoriè appoſita reſtringuntur ad ſuum principale, l. prædijs, in prin. ff. de leg. 3.

Generalis allegatio, quando ſufficiat, & quando non, no. in c. veſtra, de cohab. cler.

Generalis clauſula ſignificat, quod eius ſignificatum probare, vel ſignare probat, & tunc non pertinet ad expreſſe noīata, ff. de ver. obl. l. doli, v. g teſtator filios inſtituit, & inuicem ſubſtituit, et poſt filium exhrdauit, quę exhæredatiò, vel clauſula non reuertitur ad inſtõnem, imò ad ſubſtõtiem,

fieri,vt in l.1.in fi.C. de li.prçt. vel exhçred. Item ibi,pr vnam filiam inſtituit, & filiũ exhçredauit,deinde aliũ filiũ ſubſtituit,ex hçredatio refertur ad ſolũ gradũ inſtitũnis, vt l.3.§.filius, ff eo.tit.

Genitalis feritas, i. a genere proueniens,Inſtit. ſi quadr. pau. fec.di.§.1.

Genitiuus importat dominiũ, Fel.in c.quia gu.de iu.in prin.nõ tamen ſemper importat dominium,& ſic aliquãdo denotat nudam detentationem ex communi vſu loquẽdi,vt ſunt iſti ſimplices detentores,depoſitarij, commodatarij,& coloni, quia ſolent appellare poſſeſſionem ſuam, q̃ colunt,de quo vide bonam gl.in l.2.ff.de orig.iu.adde tamen, qđ genitiuus ex propria, & ſtricta ſignificatione verborũ denotat dominium, & ideo genitiuus poſitus in ſtatutis debet intelligi in dominio vero.Abb in c.2. de po ſtul.prçl.in 7.col.verſ.vide tamẽ ad principale,& per Bar.in l.1.§. poteſtatis,ff.de pec.& in l.paru. ff.nau.caup.ſtab.& in rub.de no. ope.nunc.ff.

Genitores noſtri dicũtur noſtri priores maiores, vt in auth. de mand princ.§.1.

Gẽs,& populus idem ſunt, & ideo quot faciunt populum, tot faciunt gentem,l.omnes populi, de iuſt.& iu. & Inſt. de iure nat. gent.& ciui.§.omnes populi.Decem autem faciunt populum, vt eſt gl.in c.1.de ele.vide Bar. in l. ſicut,§.in decurionibus, ff.quod quiſq; iur & in l.prçtor,ff.vi bõ. rapt.Sæpe tamen gentis appellatio refertur etiam ad agnationẽ, l.pronunciato,de verb.ſign.Vnde,& gentiles pro agnatis,ſeu q ex eadem ſunt familia,ſumũtur.

Genuina pietas, in l.3. de lib. ho.exhi.pro ingenito patris in filium affectu,atq; amore.

Genus eſt,quod prçdicatur de plurib differentib.ſpe,gl.Inſt.de iu.nat.gent.& ciuil.§.conſtat.& §.plebiſcitum,vt hoc genus animal prçdicatur de homine,equo leone, & alijs animalium ſpeciebus. Dicimus.n. hõ eſt animal, leo eſt animal,& ita de alijs.Ferè tamen ſemper Iuriſconſulti ſumunt genus pro ſpecie logicorũ, imò & quandoq; ponitur genus pro toto, ſicut & ſpẽs pro parte, vt in prçall.§ plebiſcitum. Nam ibi dicitur plebem differre a populo,ſicuti ſpecies a genere, qđ vtiq; falſum eſt,ſi accipiamus genus, & ſpecies prout dialectici, cum ſecundum eos poſita ſpẽ ponatur & genus, ſub qua comprehenditur, & tamen poſita plebe non ponitur populus.

Gerere,reſpice in ver. Agere, & in ver.Factum.

Gerere pro hçrede quid ſit,palam eſt ex §. vlt. Inſtit. de hær. qua.& diff.

Germanus dicitur frater ex eodem patre natus,§.hoc,Inſtit. de leg.agna.ſucc.

Germina ſunt virgulta de ra-

dicib. arborum enaſcentia. Vnde germinalis arbor. in l. diuortio, §. puto. ſol. matr.

Gerontoconiũ locus eſt, vbi hi, qui ob ſenectutem vires amiſerunt, aluntur, & curãtur, cuius meminit Imperator in l. illud, §. 1. & ibi gl. C. de ſacroſ. eccl.

Geſtatio, locus quo geſtabantur ſanitatis, vel voluptatis gratia, l. competit, ff. q vi aut clam.

Gerundium ſumitur pro eo, quod per hanc dictionem ſignificatur, & ſignificat conditionem, declarationem modi, vel quod ſuum ſignificatum, vel aliud aliunde ſumptum ſignificare probat, v. g. Duo ſunt inſtituti, & vnus alteri ſubſtitutus, ſi vnus repudiat partem ſuã adeundo partem alterius deficientis, ex ſubſtitutione pars per ipſum repudiata ſibi quæritur, hoc gerundium adeundo exponitur conditionaliter, ſ. ſi adierit, l. ſi tu ex parte, & ibi no. ff. de acq. vel omit. hæred. Item ibi vim facit, qui poſſidenti non permittit vti arbitrio ſuo, ſiue ędificando, ſiue arando, vel ferendo, vel quicquid aliud faciendo, l. vim facit, ff. de vi & vi ar. ſignificat declarationem illorum verborum, & non poteſt ſignificare conditionem, quia refertur ad verbum præſentis temporis, quod eſt, facit. Nec eſt ibi aliqua diſpoſitio, quæ poteſt ſuſpendi per hæc gerundia, ædificando, arando, &c. Sed ibi, lego ad monumentum faciendũ, ſignificat modum, l. quib. dieb. § fi. ff. de cond. & dem. Et differentiam inter cõditionem, & modum, vide gl 2. c. verũ, de conp. app. Vnde, Scito quod vt modus eſt, ſi cõditio, quia cauſa. Itẽ ibi, lego pro docendo talem diſcipulum, ſignificat cõditionem, quia moris eſt prius docere, quã ſalarium ſolui l. nec ſemel. ff. quando, di. le. ced.

G ante I. & Y.

GIffare, i. ſignare, not. l. 1. & ibi gl. C. nemini licere ſine iu. aut. ſig. rub. &c.

Gyneciarij ſunt, qui pannos Imperiales texunt inſerendo ſericum & aurum.

Gynecyum eſt locus, vbi hæc fiunt, vt C. de muril. & gyn. lib. 11.

G ante L.

GLadius ſumitur pro iure, & poteſtate animaduertendi facinoroſos, i. Imperium, de iuriſd om. iud.

Gladiatores, gladijs pugnantes, etiam diſcẽdi cauſa.

Glandis nomine omnes fructus continentur, ff. de glab. leg. l. vnice.

Glans caduca, quæ ex arbore cecidit.

Gleba eſt quędam ſpecies terræ, generaliter tamen ſumitur p ſolo, vel pro terra culta. Requ. ſupra aſcriptius glebæ.

Glos

Glos dicitur vxor fratris,l. nō facite, §. affinitatis, ff. de gradibus.

G Ante N.

GNarus.i.ſapiens, uel prouidus,cui apponitur ignatus quod inde uenit.i.inſipiens.

Gnauiter.i.diligenter.l.fin.C. de epiſ.& cler.

G Ante O.

GOliardi.l.i.bufones,ioculatores ijdem ſunt.

G Ante R.

GRadus ſecundum Goffr. & Hoſtien.in ſum. de cōſang. & affin.eſt quædam habitudo,ſiue diſtantia perſonarum adinuicem conſang.& affin.ſibi coniunctarum,facta collatione ad communem parentem, uel eſt unius perſonæ diſtantia ad aliam in linea conſanguinitatis,ut l.1. cum ſeq.vſque ad §.affines.l.non facile,eod.tit.

Grammatophylacium eſt,vbi tabulæ, & inſtrumenta publica, monumentaq;rerū geſtarū adſeruantur Bu.in l.moris ff.de pœ.

Granaria ſunt loca, in quibus grana, ſeu fructus componūtur, ſic accipitur, ff.de actio. empt.l. granaria.

Grandæuus dr̄ ann.29.vel 30. quia hæc ætas virilis, eſt, vt no. 77. diſt.quicunq;per c.epiſcopis, ea.diſt.Quandoque dicitur grandæuus,id eſt ſenex.1.Reg.4.

Grādis natu dicitur paulò minor quinquagenario.l.2.§.fin.de orig.iur.

Grangia hr̄ in c.fin. de cenſib.

Graphia,i.ſcriptura.

Graſſari dicitur latrocinari, vel crudeliter agere inde graſſor graſſaris,innitor ad malum,Inſt. in gl.de ſu.tu.§.nouiſſime, Req. ſupra graſſari.

Graſſatores idē ſunt quod dietarij. De huius dictionis expoſitione,vide ꝙ nō.ff.de pœ.l. capitalium,§.graſſatores. Req.ſupra dietarij.& in ver.Graſſaturæ.

Gratia duplex eſt, operans,& cooperans,vt eſt gl.in verbo cōoperante, gratia cle.1. de mag. Et gratia eſt habitus, qui fundatur in voluntate in eſſentia animæ, gl.in clem.1.de ſum.Vrin.

Gratia apoſtolica perfecta dr̄, quando ſuper eam confectæ ſunt literæ, & ān literas habetur canonicus titulus.Rom.conſ.456.

Gratianus eſt nomen propriū illius, qui compoſuit decretum.

Graues perſonæ debētur,quæ nōn ſunt leues,puta, hō bonæ famæ, & opinionis, & antiquus hō gl.in cap.licet ex quadam,i n verbo graues.de teſtib.quam gl. dicit ibidem Abbas facere ad ſtatuta, quæ in multis caſib.requiruntur homines graues.

Grex eſt collectio plurium animalium, ſ. decem ouium. vel quinq; porcorum, vt not.Inſtit. de re.

de re.di.§.ſed ſi gregis.

Gregarius miles, i. vulgaris, & vilis. l. vlt. C. de mil. veſ. li. 12.

G Ante V.

GVardia feuda ſunt, quæ conſtituuntur aliquib. propter cuſtodiam rei domini cõſtituentis.

Guardio dicitur ille, cui talis cuſtodia eſt commiſſa, vel dicitur guardianus, qui eſt ſuperior inter fratres minores cuſtodiens conuentum.

Guarentare, i. defendere in vſibus feudor. de l. Corr. cap. ſunt pares.

Guidagia debentur, quæ dantur alicui pro ductu, vel conductu per terram alicuius, vt ſecurius vadat. Sed gabellæ dantur contractib. ut de emptione per emptorem, gl. in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſign.

Gunethetici ſaltus sũt ij, quos homines, quodam modo aſcriptitij incolunt, nullam vlterius expectantes mercedem, quam quæ ex ipſis ſaltubus colligitur, vt declarat Alc. in l. ult. C. de præd. tam.

Gutturoſus, cui guttur eſt tumidum, l. qui clauum, de ædil. edic.

H Ante A.

HAbere ſignificat diuerſimodè, prout ſuum proprium ſignificatum, vel aliud quoduis medium ſignificare declarat. v. g. Res tua eſt penes me, & promittis mihi ſtipulari eandem habere licere, ſignificat, quod dominium illius rei tráſfertur in me. l. ſtipulatio iſta. §. habere, ff. de verb. oblig. & ſic rei poſſeſſæ ſine traditione dominium quæritur poſſidenti, §. interdum. Inſtitu. de rer. diuiſ. Item ibi, Res tua non eſt penes me promittis habere licere, ſignificat, quod dominium tráſferes per traditionem. l. traditionib. C. de pac. Item ibi, promittis rem alienam habere licere, perſeuerante aliena, nulla eſt ſtipulatio. l. ſtipulatio, §. quæſitum, ff. eod. tit. quia in re aliena promiſſor nõ poteſt conſtituere ius dominij. Si autem efficiatur promiſſoris valet ſtipulatio, ut ibidem, quia tunc poteſt facere, uel cõſtituere ius dominij. Item ibi, uendo rem alienam, & promitto tibi habere iure poſſeſſionis. l. habere, ff. de uerb. ſignifi. & hoc ex natura cõtractus emptionis, de cuius natura eſt quod ſufficit rem tradere, quando res aliena eſt vendita. l. exempto, ff. de act. emdt.

Habere actionem eſt minus, quam habere rem, & hoc eſt, quod dicitur, Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere, ff. de reg. iu. l. minus.

Habere, tenere, poſſidere, quãdo hæc, tria uerba ponuntur in aliquo inſtrumento, ſic debent expo-

exponi, ſ. q recipiēs habeat de iu re, teneatur naturaliter; & de facto, poſſideat ciuiliter; & de iure, quia ciuilis poſſeſſio eſt cauſa quærendi dominium, licet aliqñ poſſeſſio ſit tantum naturalis; non ciuilis; ut illa; quam habet vaſallus.

Haberi dicitur; & quod peti poteſt. l. id de verb. ſign.

Habere in ſinu, in l. Qui teſtamentum; de probat. eſt idem; quod in arbitrio, & poteſtate habere.

Haberi pro derelicto dicitur; quod dominus ea mente abiecit ut amplius in numero rerum ſuarum eſſe nolit.

Habitare quis dicitur in loco; ubi habet familiam, licet ipſe nō ſit præſens. Fel. in c. quoniam, in princ. de off. ord. uer. dicitur autē habitare.

Habitatio eſt ſeruitus perſonalis in habitando conſiſtens, & cōſtituitur in domo aliena; vt no. ff. de vſu, & hab. l. 1. in glo. cum pactionib. & ſtipulationib. ut ff. de vſufr. iūcta. l. 1. ff. de vſuf. & hab. vel in vltima voluntate: differt tamen ab vſu, & vſufru. quia illa iura amittuntur non vtendo, vel capitis diminutione; vt ff. ſi vſufruc. l. pen. §. ſicut habitatio autem non, niſi morte finiatur, vt l. ſi habitare, ff. de uſu, & hab. Item poteſt inhabitator alijs uendere, vel locare ius, quod habet, vt l. cum antiquitus. C. de vſufr. ſicut; & fructuarius; & non uſuarius, vt ff. de uſu, & habi. l. ſed neque. Vide ſupra hoc Azo. in ſum. C. de vſu, & hab.

Habitator eo differt ab hoſpite, quod domicilium habens a peregrinante, l. 1. §. vlt. de ijs, qui deie. uel effu.

Hac quandoque denotat non excluſionem, ſed incluſionem, ut in c. ego. n. epiſcopis, de iureiur. & ſic ſumitur in iuramentis dicendo: Ab hac dora. Significat. n. præſens tempus cum futuro, de hoc per Io And. in c. j. de or. ab epiſ. qui reſig. epiſ.

Hami, inſtrumēta erant ad extinguendum incendium, l. quæſitum, §. acetum, de fun. inſt. & l. 3. de of. præf. vig. Hami autem in præall. l. quæſitum, §. canales; anuli ſunt ferrei; ſecundum aliquos; ad pluſimos vſus domeſticos cuiuſmodi ſunt illi; quib. eq. muli, aſini alligantur.

Harenæ ſunt loca; vbi foditur harena; l. ſed & hi. ff. de publ.

Hariolus quis ſit, nō. gl. in l. nemo, C. de mal. & math. & in c. igitur 26. q. 4.

Harpagones unci ad rapiendum annumerantur inter inſtrumenta, in l. quæſitum, §. Canales ff. de fun. inſtr.

Haruſpex ſic dictus, quaſi horarum inſpector. c. 1. 26. q. 4.

Haſtari eſt rem proponi uenalem haſta ſuppoſita. Ita. n. olim fuit conſuetudo.

Haſtarij dicuntur, qui rem proponunt uenalem haſta ſuppoſita; &

ta, & debentur a nomine haſta, quod idem eſt, quod venditio, vt no. C. de fide inſtr. & de iure haſtæ fiſcalis, in rub. lib. 10. & dixi ſupra in ver. haſta fiſcalis.

Hauſtus eſt ius hauriendi aquam de puteo vicini, cui eo inuito iure ſeruituris aſcribitur.

H Ante E.

HEliocaminus, Latinè verti poteſt ſolaris fornax, eſt autem ſolare vaporarium in aprico loco ſitum ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui vtebantur, meminit Vlp. in l. ſi arborem, de ſeru. vrb præd.

Herciſco, i. diuido, inde dicitur familiæ herciſcundæ, i. iudiciũ hæreditatis diuidendæ. Req. ſupra actio familiæ herciſcundę.

Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, ut ff. de verb. ſign. l. nihil aliud eſt hęreditas, & l. bonorum, eo. tit. & hæreditatis appellatione bonorum quoque poſſeſſio cõtinetur, l. hæreditatis, eo. tit.

Hæreditas ſumitur loco bonorum, quando dicitur in contractu inter viuos, vt ſi quis dicat do tibi hæreditatem meam, no. Bar. in l. quandoq; §. ſi ſeruum, ff de le. 1. Item hæreditas venit appellatione rerum. Nam ſi bona relinquuntur ſub appellatione rerum cõtinetur tota hæreditas no. Bar. in l. licet, C. de pact.

Hęreditas adita eſt illa, de qua hæres ſe intromiſit auctoritate prætoris, imò auctoritas prætoris non eſt neceſſaria, ſed ſola voluntas ſufficit, vt Inſt. de hæredũ qua, & dif. §. item extraneus, ſecus in petitione bonorũ poſſeſſionis, vt ibi no. & de aditione, & repudiatione hæreditatis, not. in l. qui ſe patris, C unde lib.

Hæreditas decurionum, nauicularium cohortalium, militum, & fabricenſium, ſecundum Azo. in ſumma. C. eod. tit. in rubr. & l. ult dicitur in qua quoddam ſpeciale ius obſeruatur, de quo notatur ibidem Hæreditaria actio. Req ſupra, Actio hæreditaria.

Hæres eſt ille, qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti; l. cum hæres, ff de di. & temp. pręſc. vel eſt dominus hæreditatis, qui fit aditione in uoluntarijs. §. ſi. Inſt. de hær. qua. & dif. ſed in neceſſarijs defertur ipſo iure hæreditas.

Hęredem inſtituere eſt aliquẽ poſt mortẽ ſuam loco ſui in omnib. bonis dominum cõſtituere. Nam dicitur hęres ab herus, i. dominus. Ipſi. n. obueniunt vniuerſa bona defuncti, & ad eum commoda, & incommoda hæreditaria redeunt, & ſunt diuerſi hæredes. Nam hæredes alij ſunt ſui, & neceſſarij; alij neceſſarij tantum; alij uoluntarij; alij legitimi; alij legatarij; alij teſtamentarij; alij fideicommiſſarij.

Hæres ſuus dicitur filius, qui eſt in poteſtate patris, tempore mortis ipſius patris.

Hæredes ſui, & legitimi ſecundum Azo. tit de ſuis legitimis, & heredib. appellantur, qui in poteſtate morientis fuerunt, vt filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natus nata, ex filio pronatus, pronata, ſed pronepos proneptis, legitimi, & naturales, vel etiam legitimi tantum, vt adoptiui.

Hæres neceſſarius eſt ſeruus hæres inſtitutus in teſtamento, domini ſui ab eo, qui facultates ſuas habet ſuſpectas, ne poſſit ex ipſis ſatisfieri creditorib. quib. eſt obligatus, adeò, vt non credat alium hæreditatem ſuam adire, ſi hæredem eum inſtitueret, quam ſeruus hæres factus, ideo neceſſarius dicitur hæres, quia ſiue velit, ſiue nolit, cogitur ſuam hæreditatem adire, vt ſatisfaciat creditoribus, vt Inſt. de hær. qua. & dif. §. 1. & hoc verum, niſi illi ſeruo debeatur fideicommiſſaria libertas, los qui ſoluẽdo, ff. de hær. inſt. aut hoc eo non faciente, ſ. nõ adeunte hæreditatem, eius nomine potius, quam domini defuncti res hæreditariæ uendantur, ne defunctus contumelia quadã, vel iniuria afficiatur, dicendo, quod res eius venderentur.

Hæres legitimus eſt, qui ex lege duodecim tabularum, aut ex iuris conſtitutione etiam ſine teſtamento ſuccedit defuncto, vt ſunt agnati proximi, Inſtitu. de le gi. ag. ſuc. in princ.

Hæres legatarius eſt, qui legatum accepit, vel cui legatum factũ eſt vt l. quoties, ff. de hær. inſt.

Hæredes teſtamentarij debentur, qui ex teſtamento hæredes ſcripti ſunt.

Hæres ab inteſtato eſt ille, qui ſuccedit in ius defuncti ſine omni teſtamento, vt Inſt. de hære. quæ ab inteſt. defer.

Hæres fideicommiſſarius eſt, cui ex fideicommiſſo relicta eſt hæreditas danda illi, cui [illegible] diſpoſuit, dicendo ſic: Fi[illegible] committo. vt hoc des illi [illegible] quod illa ſunt diſparata, ſed fortè pro tanto dicitur hæres fideicommiſſarius, quia fideic. loco hæredis habetur, vt Inſt. de fidei. hære. §. reſtituta, vt qui directè, & immediatè ex teſtamento nihil capere poteſt: qualis eſt ſpurius, ſaltem capiat ex fideicommiſſo. Sed ipſe verè non eſt hæres, cum ſit rogatus a teſtatore hæreditatem adire, & poſtea reſtituere, licet reſtõne facta poſt ſemper hæres maneat, vt d. §. reſtituta. Duo ergo hæredes in ſolidum eſſe non poſſunt, vt ff. commo. l. fi. & l. ſi vt certo. §. ſi duob.

Hæres domeſticus dicitur, qui eſt in poteſtate morientis tempore mortis, dum eum alius non p̃cedit. Filio. n. ſuperſtite, & in poteſtate patris exiſtente, nepos ex eo, qui in poteſtate aui eſt, ſuus hæres non eſt, Inſti. de hær. qual. & dif. § ſui.

Hæres ſubſtitutus dicitur, quãdo alij hæredi inſtituto ſubſtituitur; v. g. ſi teſtator ita dicat:

Hic, hæc, hoc, an, & quãdo ſint demonſtratiua. Bart. in l. 1. in 1. oppoſit. de oper. no. nunc & in prima cõſtitutione, C. & in l. Mę uius, §. duob. ff. de leg. 2. & plene de iſtis in l. 1. § huius ſtudij, ff. de iuſtit. & iu. Alex. & Iaſ. & Bar. in l. 1. verſ. item oppono, ff. de pec. Quandoque faciunt ſimplicem relationem, vel demonſtrationem, 16. diſt. c. 1.

Hierophylas, ſacrorum cuſtos, Latini vocant æditu um: extat hæc dictio in l. annua, de ann. leg.

Hymnus angelicus eſt Gloria in excelſis, de celeb. miſſ. ca. conſilium.

Hippocomi, qui equorum curæ præfecti ſunt. Meminit huius verbi l. quoniam, C. de cur. par. lib. 12.

Hippodromus, vt interpretaт Bud. eſt equorum curriculum, in quo de pernicitate certatur circa ſimulachrum pugna.

Hipponis, cuius meminit l. nauis aduerſa, ad l. Rhod. Locrorũ fuit Colonia. Strabo eam vocat Hipponium, Plin. autem ſcribit a Romanis appellatam Vibonẽ, deinde Vblentiam. Hæc vrbs adhuc extat, ſinumque efficit Hipponit.lem.

Hircoſus dicitur, cui os olet, vt l. qui clauium, §. is cui, ff. de ædi. edi. Sed propriè dicitur cui alæ grauiter olent. Nam hircus etiam dicitur alarum fętor, quem Plin. alarum graueolentiam vocat.

H ante O.

HOdie, hęc dictio non importat dilationem, l. liber homo. §. 1. ff. de verbor. obl. & l. prętor, §. præterea, & §. poſſe, ff. de iniur. & facit diſpoſitionem pręſentem, vt ibidem notatur.

Holobaræ veſtes, quæ ob aurum intextum graues ſunt Alc. in tit. de veh. holob. lib. 11. C.

Holobrizæ veſtes, quæ totæ ſunt ex auro obryzo.

Homagium eſt idem, quod fidelitas, tamen Spec. eo. tit. in lib. de feu. ponit illam differentiã, quod homagium ſit de his, quæ ad temporalia pertinent, & id pro ſpecialibus indignum eſt, vt quis homagium facere compellatur. Fidalitas tamen pro ſpiritualib. pręſtatur, quia prælati bene præſtãt fidelitatem, vt in c. antiqua. de priui. vel ſic poteſt deſcribi. Homagium eſt quædam aſtrictio ſeruituris liberi homini facta domino per pactionem vel petitionẽ, ſiue ſtipulationem promittente libero homine domino ſuo fidelitatem, & cõſtituere ſe hominem vel vaſallum ſuum. Et ſic in aliquibus partib. hoc modo ille, qui facit homagium, coram domino ſuo flectit genua ſua, tenẽdo manus ſuas coniunctas, ſimpliciter inter manus domini iuſiurãdum de fidelitate præſtans, & mutuò ſe in ſignum fidelitatis oſculantur, cuius forma ponitur in lib.

feu.

ſeu.de no.fi.forſ.c eſt, & alia,ſ. poſt rub.illam de ſo. fi. Ad idem facit de iurein.c.ego.n. & 63.diſtin.tibi domino. Et Hoſt. ponit eam in ſum.de feu. §. quid ſit fidelitas, & qualiter ſit facienda. Ex dictis homagium deſcribi poteſt ſecundum formam quod homagium ſit quãdo aliquis flexis genib.iunctis manibus in manus domini poſitis aliquid promittit. Eſt autem homagium multiplex ſecundum Spec. vbi ſupra, quoddam eſt legium quoddam, eſt non legium, quoddam edictale, quoddam decretale, &c. de quibus infra.

Homagium decretale eſt, Nã hæres hominis mei, qui illo feudo ex conſuetudine poſſet infeudari, & per conſequens in homagium ſuccedere, dedet infra certum tempus me in dominum agnoſcere, & fidelitatẽ mihi præſtare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere, & in recipiendo videor ipſi ius feudi decernere, ꝓpter quod dici poteſt homagium decretale, ſicut etiam bonorum poſſeſſio, decretalis,ſcil. quod ius mihi tribuit ſicut,& talis bonorum poſſeſſio,ſ.ſi nullus ſit proximior,& ideo in curiæ Franciæ ſemper recipiuntur fidelitates,& homagia alterius ſaluo iure. Quod autem in Italia,& alibi vocatur vaſallitium, in Francia vocatur homagium,&c.etiam dicitur hominũ, c.veritatis,de iureiu. Differunt tamen,quia hominũm eſt, quando iurat alicui fidelitatẽ nemine excepto, ſed vaſallitium ſuperiore excepto,ſ. Imperatore. De hoc optima gl. in verbo, homoq; ligius,clem. paſtoralis, de re iud. vbi etiam dicitur,quod quis non poteſt eſſe ligius duorum,ſed bene ligius unius, & vaſallus alterius, vel vaſallus plurium, & ſic hoc homagium poteſt dici hominis ligium.

Homagium edictale eſt ſicut bonorum poſſeſſio edictalis. Vnde ſecundum Spec. ibidem homagium edictale ſiue hęreditarium eſt, quod quis hẽt, eo ipſo quod eſt hęres Nam eo ipſo, quod adit hæreditatem hominis mei, perſonam eius repræſentat,& videtur hominis homagiũ ſubiiſſe,& tale homagium poteſt finiri tempore,ſi domino placuerit: quia ſi Domino non placeret,nõ finiretur, etiamſi vaſallus vellet bonis feudalib.cedere, imò ageret contra ipſum, vt eum in dominum agnoſceret,& hoc ex cõtumelia ſua. Vnde puniri debet, ne inuitus conſequatur immunitatem,quod eſſe non debet, pro quo,ff.de neg.ge.l. ſiue hæreditaria. Et ideo poſſum eum cogere, vt ſubeat homagium decretale, & etiam quod plus tribuat ei in effectu,quam edictale.

Homagium ligium eſt ſecundum Spec.ibidem,quod fit Imperatori,vel Regi,nullius alterius fidelitate ſalua. Illud aũt quod fit

alij;,

alij, non dicitur ligium, quia fit, vel iuratur ſalua Imperatoria, vel Regia fidelitate. Multi.n. putant homagiũ ligium eſſe, quod vaſallus mittit manus ſuas inter manus domini, & ſibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo ad oſculum recipitur, quod non eſt verum, etiam ſi ibidem dicat Specul. ſed vt ipſe dicit, tunc alij ponunt, quòd duplex eſt homagium. Homagium ligium, in quo nullus excipitur, quantum ad verba, ſed quantum ad mentem. Et aliqui, qui ſupremam, & generalem habent auctoritatem, & iuriſditionem, puta Imperator, vel Rex, intelliguntur excepti, &c. Item vbi ponitur ligium ſupra & infra, habent aliqui ligium. Homagium non ligium eſt quando aliquid excipitur, puta: Facio tibi homagium excepta fidelitate, ad quam domino; meo tali ligio teneor, vel ſaluo, quòd poſſum, cum voluero dominum ligium mihi conſtituere, vel ſaluo, quod nolo tibi contra talem iurare. Sed dictum primum eſt verius, ſecundum Spec. licet hoc vltimo deſignatum communis vſus approbet. Et ſecundum vltimum modum ſequitur per totũ, & illo vtitur Spec. de homagio ligio, vide ſupra feudum ligium.

Homo non rectè dicitur, qui adhuc eſt in vtero matris. l. cum inter, C. de fideic. lib. & l. pen. de poſth. hæred.

Homo legius vel ligius, ſecundum Spec. ibidem dicitur quaſi ſuo domino ligatus, vel quaſi legalitatem continens. Vide Rex Siciliæ eſt homo ligius Romani iudicis, vt in cle. paſtoralis, de re iud. præall. poſt medium, in §. rurſus, vbi gl. no. Et omnis homo ligius eſt vaſallus, & non econtra.

Homicidium dicitur hominis occiſio ab homine facta, & dicitur quaſi hominis cædium ab homo, & cædo ſecũdũ Goff. in ſum. eod. tit. & Hoſt. & Ioan. & Spec. & eſt duplex .ſ. voluntarium, & caſuale. Etiam committitur homicidium facto, conſilio, præcepto, & defenſione, c. ſicut, eo. tit. vbi gl. no. Fit etiam homicidium ſpirituale ex quadam iuris fictione ſpiritualiter octo modis. Primo, per fratrũ detrectatores, eos odiẽtes, iniquitatem, oppreſſionem, & iniuſtitiam facientes fratribus malè perſuadentes &c. vt c. homicidiorum, de pœ. diſt. 1. c. omnis iniquitas, & c. noli. ea. diſt. Et generaliter iniquus motus ad nocendum fratri in homicidij genere deputatur. Item homicida cenſetur, qui tẽpore neceſſitatis proximis alimenta denegat, 86. diſt. paſce. Corporale homicidiũ eſt hominis peremptio corporaliter. Et fit dupliciter .ſ. lingua, & facto Lingua triplipliciter, præcepto, conſilio, & defenſione 50. diſt. ſi quis viduam periculosè, de pœ. diſtin. 1. Facto quadrupliciter, iuſtitia, neceſſitate, caſu, & voluntate.

Homologare, Autor exponit in dictione, Omologare.

Homoluſion, quo verbo vtitur, Iuſt. in l. 3. de ſum. Tri Latinè ſonat conſubſtantiale.

Honeſtos dicitur, qui nihil habet turpitudinis, ſecundum Iſid. 2. Ety. & dicitur honoris ſtatus, & de iſta honeſtate vide Goffr. Hoſt. & Spec. in rubr. de vita, & & hon. cler.

Honeſtas iuſtitiæ publicæ, i. cōſtitutiones eccleſiæ factæ propter publicam honeſtatem. Iudicauit. n. eccleſia eſſe honeſtum vt nunquam conſanguineus duceret ſponſam conſanguinei ſui viui vel mortui, ſecundum Arch. de ſponſ. c. 1. lib. 6. De hac honeſtate vide in c. ad audientiam, & c. ſpōſ. de ſpō. & mat. vbi per Do.

Honor aliquando capitur pro dignitate. l. nuper. de don. inter vi. & vxo. quandoque pro magiſtratu. §. Prętorum. Inſt. de iu. na. gen. & ciui. quando que pro dono, l. ſi remunerandi. ff. mand. qñque pro ſalario. l. 1. §. proinde, de var. & extraord. cogn.

Honor municipalis eſt adminiſtratio reipub. cum dignitatis gradu l. honor de mun & ho.

Honoraria dicuntur præmia legatorum, ſeu aduocatorum l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraor. cog. Require infra, Legatus

Honorariū ius dicitur ius prætorium. § prætorum. Inſtit. de iu. nat. gen. & ciui.

Honoratus ait Alc. etiam eos appellari, qui Palatina dignitate prædıti ſunt abſque adminiſtratione.

Horreum accipitur pro quocunque loco ad reponēdum merces idoneo. Inde horrearius, de quo in l. cum in plures, §. vltimo, ff. loca.

Hortamur aliquando importatur mandatum neceſſitatis, & per ipſum cōfertur iuriſd. c. quia iudicante, de præſcr. & c. 1. de teſtam. & c. hortamur. 3. q. 9.

Hoſpes dicitur qui recipit, & recipitur, ff. de exer. act. l. 1 § magiſtri, in gl. dr̄ vector. & ad leg. Rhod. de iac. l. 2. tertio reſponſo.

Hoſtes ſunt quib. pop. Romanus bellum indixit, vel ipſi populo Romano, vt ff. de cap. & poſt. lim. reuer. l. hoſtes.

Hoſtiarius olim in veteri teſtamento, idem erat, quod ianitor, vt 22. diſt. cleros.

H ante V.

HVmanus. i. ſæcularis. 1. diſt. c. 1. 12 q. 2. qui & diuinis, & humanis de teſt. cum omnes. Itē idem eſt, quod humilis. 50. diſti. eos. 23. q. 1. ſi quis dederit, & habere in regula, ſemel Deo, de reg iu. liq. 6. Humanitas pro humana natura accipi videtur. in l. non tantum, de app.

Humanitus contingere, pro mori. Inſt. de do. in princ.

Humiles perſonæ, quæ dicantur, declarat Imp. in l. humilem.

C.de ince.nu. Bar.in l tutor §.tutores.de ſuſp tu.annotat humilē dici,qui caret dignitate.

Humiliores perſonæ dicuntur pauperes l.illicitas, §.ne potentiores, ff.de offi.præſid.& dicitur humilis, quaſi humo accliuis ſecundum Iſid. not. Archi.in c.qui epiſcopus, 23.diſt.

Humilitas, ſeu humiliatio vt no. Arch, 22 q.2. cum humilitatis, eſt virtus, qua homo veriſſima cognitione ſibi vileſcit. de qua gl. optima in verbo humilitatis, & eſt gl.finalis, in clem.1. de relig.dom.quæ multa perpulchra ponit de humilitate. Vnde melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. 10. q. 3. c. iniuſtum in ſi.

Humiliati ſunt quidam religioſi, qui fuerint condemnati ab eccleſia per Lucium Papam, quia noluerunt iurare, & poſtea tempore Clementis recepti ſunt ab eccleſia, quia ſe correxerunt, & iurant quando expedit, no.in c.olim cauſam, de reſtit.ſpol.

H ante Y.

Hyacinthus nomen floris, & gemmę,l.1.C.nulli.i.in frę. equo.lib.11.

Hydraulus,inſtrumentum extrahendæ a profundo aquæ idoneū: inde hydraulæ,quibus cura aquæ domus Imperatoris deman dabatur, de quib. in l.5.C.de ex cu.mu.lib.10.

Hydromeli, aqua mulſa, quæ aqua & melle conficitur. Hanc vocem vſurpauit. Vlp.in l.ſi quis de trit.leg.

Hydrophylaces, curatores ſunt aquarum.

Hymnus Angelicus,req ſupra in litera h, ante i, licet male ibi fuerit hæc dictio collocata per auctorem operis.

Hyperberici menſis mētio ſit in c.propter.18. diſ intelligiturque Octob. Alc tamen c. antep. lib.1.Par.cenſet legendum,hyperberetæi, quod teſte Suida ita is menſis apud Macedones appelletur,ſitq;apud eos vltimus menſis anni.Vnde hyperberetæ ab eiſdem vocantur ſerotinæ, tarda, & poſt collectos demum fructus accidentia.

Hyperbolæ, Latinè exceſſus,figurę nomen,cum.ſ quib.piam dicitur, fidem veritatis excedens, augendi vel minuendi gratia,cuius rei exemplum in §. per traditionem. Inſtit. de rerum diui. vt ibi obſeruauit Accurſius.

Hypetria appellantur loca ſub dio expoſita, hoc eſt,patente cœlo, Plerumq; tamen accipiuntur pro ſubdiualib.deambulationib. quas apud veteres moris fuit pulcherrimis ſterni pauimentis, & hyeme,quidem plumbo, vel aliqua alia materia exemptili egebantur,ne gelu, vel niuibus corrumperentur, æſtate verò ex-

panſis velis a ſolis ardoribus defendebantur. l. malum. §. plūbum de verb. ſign. & l. quæſitum, §. de velit, de fund. inſtr. licet ibi corruptè legatur apothecis pro hypſithrijs.

Hypocauſtum quod Latinè interpretari poſſumus ſuccenſum, vel ſubuſtum; locus eſt in balneis ad calefaciendas cellas caldarias, & epidarias, vt exponit Bud. Jterdum accipitur pro cubiculo vndique concluſo, in quod aer non admittitur, ſed igne accenſo feruore, atque æſtu vaporat intus, ne foras fundatur calor, quo ſermone Italico ſtufa appellat.

Hypocomus, De hoc vide in litera y.

Hypocriſis, Latinè ſimulatio, & hypocrita ſimulator dicitur.

Hypomnematographi debentur commentariorum ſcriptores hr̄ hęc vox. in l. ſi quos. C. de dec.

Hypoſtaſis exponit̄ ī litera y.

Hypotheca huius vocis ſenſum poſuit author in litera y, licet imperitè, vide ibi.

Hyſginus color dicitur ab hyſge herba. l. quæſitum, §. illud, de leg. 3.

Hyſterologia, vel hyſteron ꝓteron, figura eſt, cum id, quod primum eſſe debet, ſecundo ponitur loco, vt cum Iuriſc prius determinat ſecundā quæſtionem, quā primam, prout fecit in l. 3. §. Labeo, de incen. rui. nauf.

I Ante A.

IAcintus lapis eſt pretioſior alijs, C. nulli. li. 11. iactus require infra Lex Rhodia, de iact.

Iactura eſt damnum, vel periculum, quod quis patitur, quando imminente tempeſtate proijciuntur bona in mare ad exonerandum naues, & ita capitur propriè; ſed largè poteſt capi ꝓ quacumque damno alicui per violentiam illato vndecunque proueniat. Vel dicitur læſio facta cum lapide, vel ligno. Req. etiam infra Lex Rhod.

Iactura, & damnum differunt, quia iacturam ſcienter, & vltro patimur, vt patet in iactura, quæ fit per tempeſtatem maris, vt in tit. ad l. Rhod. de iac Damnū verò inſolito, & nobis inſcientibus fit vt in c. in primis, 2. q. 1. & l. 1. ff. ad l. Aq. & not per Arch. in ca. quia ſæpe, de elect. in 6. in 2. col.

Iam, hæc dictio denotat perfectionem actus, & continuationem, Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc. & in l. j. ff. de aqua quot. & æſti. & tex. in conſt. 1. C. ver. omne iā conſt. & ibi Bald.

Iam, quandoq; ponitur interrogatiue, ff. ad l. Aq. l. Stichum, Quandoq; retrò tempus ſignificat, & continuum, de acqir. rer. dom. l. nunquam, §. theſaurus, item quandoq; ſumitur pro futuro, & præterito ſecundum ſubiectam materiam, vt l. quamuis, ff.

de

de fur. & ibi not.

Iacinthinus, color eſt violaceus, l. ſi cui, §. fi. de leg. 2.

Ianuarius eſt menſis, ideo ſic dictus, quia eſt principium, & ianua totius anni, vt no. per Arch. extra de reſcr. c. ſi propter, in 3. col. in gl. debet hoc intelligi.

I Ante B.

IBi, hæc dictio non tantum locum, ſed quandoq; etiam têpus demonſtrat glo. in l. ſi quis, de iud.

Ibrida eſt de ſcorto natus.

I Ante C.

ICIconomus dicitur ille, cui eccleſiaſtica res gubernanda, mandatur, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus, circa princ. & gl. 3. c. Imperatorum, de iuram. cal. vbi not differentiam per Doct. inter iconomum, ſyndicum, procuratorem, & actorem, quæ ibi ſecundũ gl. in lata ſignificatione idem ſignificant. De quo duæ gl. notabiles, vna c. ſi quis erga, 2. q. 7. alia in c. quoniam, 16. q. 7. & habetur 10. q. 2. ſi iconomus.

Oeconomus per œ, diphthongun ſcribẽdum eſt, non per i, nec per y. Significat autem propriè curatorem domus, hinc, & œconomica Ariſt.

I Ante D.

IDcirco, & iccirco, & ideo, sũt dictiones cauſales, Bar. in l. de monſtratio. §. quod autem, ff. de cond & demonſt.

Idem quãdoque exponitur ſimile, l. ſi non ſortem, §. Libertus, de cond. indeb. Et quãdoque idem appellatur, tametſi priſtina qualitas, aut quantitas non adſit l. proponebatur de iud.

Id eſt, edictio expoſitiua, ff. ad l. Aq. l item Mela, §. legi. vide latè de hac dictione per Bar. in l. 1. ff ad l. Aquil.

Idiota eſt Græcum, & eſt idẽ, quod imperitus, ſecundum Iſid. lib. 10. vt eſt laicus, qui literas neſcit, vt in auth. quomodo opor. epiſ. §. 1. q̃que dicitur ille, qui oſtendit ſe ſcire, cum neſciat. Vnde verſus: Vir bene veſtitus, pro veſtib. eſſe peritus creditur a mille, quamuis idiota ſit ille, ita dicit Io. And. in addi. ad Spec. in ti. de arb. §. reſtat. ver. item ferendæ ſunt.

Idonei propriè debentur quã poſſunt, & volunt in eccleſijs deſeruire de præben. ſuper inordinata. Et dicuntur idonei, qui ſunt moribus honeſtate, & literarum ſcientia decorati. de inſti. c. in eccleſia. in gl. 4. etiam ſunt prouidi, & circunſpecti.

Idoneè cauere quomodo intelligatur, req. in ver. cautio.

Idoneus tutor dicitur, qui eſt

 ſol-

ſoluendo, quatenus ſunt facultates pupilli, l. 2. §. idoneos, & ibi Bar. ff. ad Tert.

I Ante E.

IErocinium eſt locus, vbi aluntur pauperes, ſecũdum quod accipit, C. de ſac. ſan. eccl. l. illud.

Ierocomium eſt locus, vbi ſenes, & valetudinarij, & propter ſenectutem tãtum infirmi homines curantur glo. in c. tributum, §. ſancimus, 23. q. 8.

I Ante G.

IGnarus eſt qui ignorat, vel q̃ ignoratur, ſecundum. Iſid. lib. 10. Ignauus idem eſt quod ignarus viæ. i. rationis, & vitæ ſecundum Iſid. ibidem frequentius tamen accipitur pro indiligenti. Et pigro; Vnde, & ignauiter, pro ſegniter, & negligenter.

Ignem, & aquam accipere interpretatur Scęuola pro nuptijs celebrare, l. pe. de vo. inter vi. & vxor. vbi præclare Bud.

Ignominia eſt verbalis læſio contra honorem alicuius, vel ẽt turpitudo. Et ſic dicitur, quod ignominioſum eſt epiſcopo, ſi q̃rat ab alijs doceri, cum ipſe alios docere debeat, vt in auth. de ſan. epiſ. §. damus, coll 9.

Ignominioſa miſſio in re mili tari, quæ ſit, oſtendit eleganter iuriſcon. in l. milites, de re milit. & l. 2. de iis qui no. infa.

Ignorantia eſt, cum de facto, vel de iure nihil ſcio, nec mihi ali quid ſuſpicor, ſecundum Azo. in ſum. C. de iur. & fac. igno. uide infra in uer. ignorare.

Ignorare propriè eſt neſcire, quod aliquis debet ſcire Neſcire autem eſt cõius, quam ignorare. Vnde propriè omnis, qui ignorat, neſcit, & non econtra, vt no. ff. de iur. & ign. ſuper rub. Et in hac materia quatuor ſunt, quę vi dentur idem ſunt tamen diuerſa. ſ. ignorantia, neſcientia, error, & titubatio. Primum ſumitur in malam partem, quia. ſ. debet ſcire, & ignorat, vnde dicetur, qui ignorabitur, de renun. c. niſi cum pridem. Neſcire aut in bonã, & malam partem. Nã omnis ignorans neſcit, ſed non conuertitur, ut di ctum eſt. Error autem eſt cum aliud eſt, quam credam. Quod aũt aliud ſit errare, quam ignorare, patet ex eo, cum dicit lex, ſi poteſt poſſeſſio acquiri ignorãti, ergo, & erranti, ff. de acq. poſ. l ſi me in vacuam § 1 Titubatio uerò eſt, cum hinc inde diuerſa, uel contraria ſcire uideor, nec alicui eorum magis animo applico, C. de cond. ind. l. fi. Et ignorantia diuiditur ex parte materiæ circa quam eſt, quia alia eſt ignorantia iuris, alia facti, & harum una probabilis, alia non ignorantia facti eſt, ut ſi neſciam illum deceſſiſſe, qui mihi cognatus eſt, uel aliquid ſimile. Alia eſt ignorantia iuris, ut ſi neſcio, me illi

poſſe

poſſe ſuccedere,qui mihi cognatus eſt,& deceſſit,ut ff. de iur. & fac.igno.l.1.& hæc non excuſat, regula ignorantia,de reg.iur.lib. 6. & etiam quædam ignorantia: facti probabilis, ut ſi quis] errat in facto alieno, & quædam non probabilis, ut ſi quis extat in facto ,pprio,uel reb ſuis, ut ff. pro ſocio.l.ult. uel ſi ignorat aliquis, quod omnes de ciuitate ſciunt, vel maior pars ciuium ſcit.l.regula. §. ſed facti. ff. de iur. & fac. ignorant.

I Ante L.

ILlico dicitur fieri, quod fit antequam diuertat ſe ad alia facienda.l.litigatorib.C.de app.

Illata,i.oppoſita, de præſum.

Illata quomodo differãt ab inductis,no gl.in l.ſi nõ. C.in qui. cau.pig.vel hyp.tac contra.

Illibatum, i. non diminutum, gl.§.fi.inſt.de ijs,qui ſunt ſui,vel alie iur.

Illotis manib.dixit Caius in l. 2. de orig. iur. & eſt rem ipſam protinus aggredi nulla præfatione adhibita, & imparatis adhuc legentium animis.

Illuſio eſt deceptio, uel deriſio. cle.vnica.de renun.ubi conc. mul.in glo.

Illuſtris eſt nomen notitiæ,eo quod multis clareat ſplendorib. gñis, uel ſapientiæ, uel uirtutis, quamuis ſit obſcure natus, ſecundum Iſid. Et nota, quod quatuor ſunt nomina dignitatum, ſ.maximi,vt ſunt ſuper illuſtres;magni vt illuſtres:medij,vt ſpectabiles: minimi,vt clariſſimi, in auth.de app.ff. 1.& trib. ſeq inſt. proœ. §.cumque,vbi gl. illuſtres etiam debentur qui ſunt de conſilio,& conſiſtorio Imperatoris. l. quiſquis. C.ad l. Iul. maie. Vide latè Barb,in c.nouit. de off. deleg.& in c.nouit.de iud & in c.tuam de ord.cog.& per Ale.de Imo. in l. 1.9.col. ff de off. eius cui mand. eſt iuriſd.in verbo tribuuntur.

Illuuies, immunditiem fœtoremque oris deſignat. l. qui clauum,de ædil. edic.

Illyricus, i. Sclauus, ſ aliquis de Sclauonia,uide ſup. coloni illyr.C.de colo.illyr.l.11.

I Ante M.

IMaginarium pro fictitio ſumitur. Vnde imaginaria uenditio, quæ nullo aut minimo accedente pretio fit.§.præterea. Inſt. quib mod. ius patr.pot.ſol. & l. imaginaria.de reg.iur.

Imbecillis eſt fragilis, & incõſtans,& dicitur quaſi ſine baculo

Immiſſum dicitur,quod ita immiſſum eſt,vt in aliquo loco conquieſcat,veluti trabes, quæ in alienum parietem immittuntur, vnde, & ſeruitus tigni immittendi nomen accepit. l. malum, de verb.ſignif.

Immunitas eſt priuilegiũ qđdam, vel remiſſio a iure ad non

ſubeunda munera, vel honores conceſſa, qualia enumerantur in tit. ff. de iu. im.

Immò, ſtat quandoq; correcti uè c. accedens, vt li. non cont. de hoc tex. iuncta gl. 16. q. j. prædicator, & l. Stichus, de manumiſ. teſt. & ibi plenè per do. Bart. quãdo cuæ ſtat copulatiue, uel implicatiue, vt per eũdem Bar. in j. conſ. C. vbi latiſſimè de hac dict.

Impedire dicitur, q̃ retardat. c. pia. §. fin. de exc. lib. 6. & ibi no. per Arch.

Impenſæ, ſecundum Azo. in ſ. in: de reſcin vẽn. dictæ ſunt ab impendendo, & ſunt triplices, quædam neceſſariæ, quædam vtiles, quædam voluntariæ, vel uoluptariæ. Neceſſariæ dſr, quib. non factis res erat peritura, vel quæ ſi factæ non eſſent, res longe deterior effecta fuiſſet, vt in l. impenſa. ff. de ver. ſig. v. g. Conduxi a te domum, quę ita ruinoſa erat vt niſi releuaſſem eam, erat caſura. Hæ impenſę dicuntur neceſſariæ, & ipſas repetam per contrariam actionem conducti. Vtiles debentur, quib. non factis res nõ erat peritura, ſed ipſis factis melior efficitur, vt pote ſi faciã feneſtras utiles in domo, vel ſimilia, faciunt ergo vtiles impenſæ rem deteriorẽ eſſe meliorem. Voluntariæ (aliàs voluptariæ) debẽtur quib. non factis res non erat peritura, nec ipſis factis res efficitur melior, ſed bene amęnior, vtpote ſi facio picturas in domo mea hę non repetuntur, nec deducuntur quamuis ſecus ſit de neceſſarijs, & vtilib. ſed has licitum eſt mihi abradere, ſine læſione prioris ſtatus, ſi abraſæ poſſunt mihi aliquã vtilitatem afferre, alioquin nõ eſſet mihi licitũ, q̃a malitijs hoĩum (qui nihil aliud q̃runt, niſi vt noceant) non eſt indulgendum, ſed obuiandum, & ſibi imputet, qui eas fecit, quia donare videtur iuris fictione, vide ſupra Expenſæ.

Imperator, nõ dicitur niſi poſt coronationem, Fel. in c. ea te. de reſc. in j. col. verſi. ſimiliter dicit gl. & vide gl. in cle. 1. de iure vr. in verbo, futurum.

Imperium eſt duplex, ſ. merũ, & mixtum, de quib. vide ſuo loco in litera M.

Imperitia. i. ignorantia, de præſcrip. ſicut graue.

Imperpetuum quandoq; ſignificat donec viuo. ff. pro ſocio. l. 1. quandoq; ſignificat per infinita ſecula, etiam poſt mortem, ſecundam gl. in verbo, perpetuatur, in §. at ſi ita, Inſt. de verb. oblig.

Impetere, i. accuſare, vt ex de iureiu. c. quemadmodum.

Implemẽtum ſumitur pro implemẽto conditionis, & hoc modo ſignificat actum eſſe purificatum. l. antep. ff. de cond. inſt.

Impoſſibile dicitur multis mõdis, vt no. 61. d. Catulenſis eccleſiæ. Vnde impoſſibilitas propriè eſt triplex, videlicet iuris, facti, & naturæ, ſecũdum Io. And. in regula nemo, de reg. iu. li. 6. Et no. q̃d

impoſſi-

impoſſibilitas appoſita actui, diuerſimodè ſignificat, vt ex ſignificato ex ea ſumpto, vel alias vndecumq; concluditur diſponentem noluiſſe. Nam quandoq; vitiat actum, quandoq; habetur ꝓ non adiecta, prout natura actus, cui adijcitur, poſtulare videtur, de quo latiſſimè magiſter Dy. in dicta reg. nemo poteſt, & poſt eum alij in §. impoſſibilis, inſtit. de leg. Et not. quod habetur ēt ꝓ impoſſibili, quod a ſola principis voluntate depēdet, vt not gl. in l. continuus, §. cum quis, de verb. oblig.

Impoſtores dicuntur verſuti, & fallaces homines. Inde impoſtulare, i. fallacia, & deceptio ducta videtur metaphora ab ijs qui operimentum aliquod reb. imponunt, vt vitia contegant. Hinc & verbum imponere pro ſimpliciter decipere. Horum verborum crebra fit mentio in iure, vt in l. l. de var. cog. in l. 4. de ædil. edil. & in tit. de cri. ſtel.

Impotentia coeundi eſt vitiū, vel defectus naturalis, vel accidētalis, quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri.

Impræſentiarum habetur in l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrog act.

Impubes eſt, qui ex habitu corporis ſui impubertatem oſtēdit, & generare, vel concipere nondum poteſt, ſicut maſculus ante 14. annum, mulier ante 12. Maſculus. n. impubes dicitur vſque ad 14. annum completum; puella verò vſq; ad 12. vt Inſtit. quibus mod. tu. fi. in prin.

I ante N.

IN, iſta dictio per ſe ſumpta, aliquando notat terminū in quo, aliquando pro ſine, & pro alijs multis ſignificationibus, de quibus, vide An. in c. in literis, in princ. de reſt. ſpol.

In, quando priuat vel auger, no. Io. And. de cōſue. ad noſtrā. Et dat remiſſionem ad Spe. de iu. pat. nobis autē. Sed plenius not. Arch. 40. diſt. ſi Papa. & quandoque notat intrinſitatem, quādoque extrinſitatem, iuxta Alexandrum. In campocurro, &c. Et habetur in l. ſi cui, in prin. ff. de leg. 1. Quandoq; ponitur pro valde, in compoſitione, vt inuigilare, i. valde vigilare: interdum ponitur pro non, in compoſitione, vt iniuſtus, iniquus, ideſt non iuſtus, non æquus.

Inanditū filiū dixiſſe videtur Vlp. in l. inauditum, ad l. Cor. de ſicar. pro nō damnatum iudicio, vt ibi interpretatur. Bud.

Inauris ornamentum eſt ab aurib. fœminarum dependens, cuius non ſemel meminit iuriſconſ. in tit. de aur. & arg.

In bonis eſſe longè aliud eſt quàm ex bonis eſſe. Nā in bonis noſtris eſſe dr, cuius dominium ad nos pertinet; Ex bonis uerò, in quo quod piam aliud ius habemus, §. pen. Inſt. ui bon. rapt.

Inca-

Incapacitas dicitur pro ipſa reali capacitate, prout natura rei dictat, vel diſpoſitio legis admittit, aut quodlibet medium operari, vel ſignificare declarat. v.g. promittitur, vel legatur res ſacra incapacitas rei huius operatur, vt non valeat, nec in re, nec in æſtimatione, quia non eſt cõmercium rei ſacræ, l. inter ſtipulantem, §. ſacra. ff. de verb. obl. ſed vbi legatur columna aurea, vel marmor pictum ad conſtructionem domus de alia domo, non valet legatum iure, licet valeat in æſtimatione, l. cætera, §. ſi duo bus, ff. de leg. 1. quia res de ſe eſt in commercio hominum, ſed ne deſtruatur, vel deterioretur, non tollitur de domo, ſed debetur æſtimatio rei, & ſic de alijs exemplis.

In capita ſuccedere, ſecũdum Hoſt. in ſum. de ſucc. ab intereſt, §. viſo. ver. quid ſit factum, eſt quando filij præmortuorum fratrum ſuccedunt in portionibus quot ſunt capita, v.g Tres ſunt filij ex præmortuo fratre, & vnus ex alio fratre, ſi tantum capiat filius ex vno fratre genitus, quantum tres ex alio geniti, ſuccedũt in ſtirpes ſuas, quia quilibet capiat certam portionem ſtirpis ſuæ. Si vero fratres tot portiones capiantur, quot ſunt capita, tunc ſuccedunt in capita, vide inf. in ſtirpes ſuccedere, & Azo. in. ſum. C. de hæred. inſt. Hoſt. & Spec. eod. tit. in tra. libellorum, ver. nunc de collateralibus.

Incendiarius eſt, qui ob inimicitiam, aut prædæ gratia, ædes, arbores, ſiue ſegetes incendit, vt ff. de poe. l. capitalium, §. incendiarij.

Incendium idem eſt, quod appetitus, vel audacia, ſeu volũtas, de vi. & ho. cle. c. vt clericorum.

Incenſor dicitur ideo, quia ipſe alios praua ſuggeſtione incendit ad vitia, & perſuadendo inflãmat, ſecundum Iſidor.

In certas regiones fundum diuidi, eſt in partes terminãtes diuidi.

Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus, l. ſubſignatum, de verb. ſignif.

Inceſtæ nuptiæ ſunt, quæ inter collaterales, vel affines fiunt ſecundum gl. in auth. de inceſt. nupt. in prin. vbi conſtituit differentiam inter nuptias inceſtas, nefarias, & illicitas, tametſi iuris auctores non rarò his nominib. promiſcuè vtantur.

Inceſtus eſt maior adulterio, l. ſi adul. §. 1. ver. duplex, de adul. & eſt coitus carnalis inter affines, & collaterales, §. ſi aduerſus Inſt. de nupt.

Inceſtus eſt abuſus conſanguinearum, vel affinium, vt §. cum ergo, 36. q. 1. & 35. cauſa quaſi per totum.

Inceſtuoſus dicitur, qui cognatam vel affinem, vel etiam ſanctimonialem nefario amore, vel coitu violat, ſeu maculat, ſiue in matri-

matrimonium, ſiue ſine matrimonio, vt in §. pręall. & 27. diſt. virgines.

Incidens, & emergẽs quomodo differat, no. in c. 1. de or. cog. & ca. a nobis, de except. vide de hoc ſupra, Emergens.

Incile, vide infra, Interdictum de riuis.

Incola dicitur, qui in aliquam regionem domicilium contulit, vel contrahit, quaſi ſedem ibi po ſiturus, vel manſionem, ita quod tranſactio 10. annis domicilium retinuit: licet etiam cauſa ſtudij ibidem ſteterit, vt ff. de ver. ſign. l. pupillum, §. incola, vel qui propriam terram colit. Require ſupra, Agricola.

Incolumis dicitur à nomine columna, quia ſicut columna eſt erecta, fortis, & ſtabilis: ita incolumis conſimiliter, & iſta ratione forte filius dicitur habere in bonis patris. Quartam incolumẽ i. fortem, ſtabilem, quia fideicõmiſſa, & legata eam minuere nõ poſſunt, vt l. 2. cum ibi not. C. de inof. do.

Inconcuſſè, i. inuiolata, ſed inconcuſsè, i. quietè, ſine interpellatione, c. illud, & c. auditis, de præſcr.

Inconſultò factum dicitur, qđ dedita opera factum non eſt.

Incontinenti, i. ſtatim, recipit tamen hoc verbum interpretationem à iure, de quo ſupra, in ver. Facere.

Incorrigibilis ſecundum Bal. dicitur, qui non paret iudici in extrema iuriſdictione, quod eſt ſententia. Sed contumax dicitur qui non paret in principio iuriſdictionis, quod eſt citatio, vel in ius vocatio, ſecundum Antõ. de But. dicitur incorrigibilis, qui poſtquam penitus eſt cõdemnatus, iterũ reuertitur ad idem crimen. c. vt famæ, de ſent. excom. licet. n. non faciat pniam, non dicitur propterea incorrigibilis, niſi reuertatur ad ſimile, vel ad peius delictum, nec faciat ſui præſentiam iudici, c. quoniã frequẽter, §. 1. vt li. non cont. dum. n. facit ſui præſentiam, vt iudex eum apprehendere poſſit, non eſt incorrigibilis, quia eccleſia habet adhuc quod vltra faciat, c. cum non ab homine, de iud.

In creditũ ire, eſt idem, quod credere, l. 2. §. mutui. ſi cert. pet.

In creditum poſſidere, hoc eſt propter creditum, viſus, eſt. Vlp. in l. a diuo. §. ſi pignore, ff. de re iud.

Incruſtationes, ſecũdum Alc. in l. impenſæ, de verb. ſign. ſunt tectoris parietum ex cruſtis marmoreis confecta.

Incunctanter, i. de cętero, ſ. d. 6. hæc quippe, in ſi. quandoq; i. ſine mora, ff. de admi. tut. l. tutor, qui repertorium, §. 1. quandoq; i. indubitanter, quia cunctari idẽ eſt, quod morari, vel dubitare, & ita ſumitur ex t. de his, quæ, fiunt à ma par. capit. c. 1 de ſent. excõ. cum quis, lib. 6. & ibi per Archi. 9. diſt.

9.diſt.c.noli.3.q.6. hæc quippe, & extra,de ſchiſma.c.fraternitati,& in vtraq; ſignificatione poteſt ſumi.d.ca.noli.& ibi de hoc per Archid.

Incuria eſt negligentia, elect. quia cõtingit,de re.do.& c.quęſitum,de pęn.& remiſ.

Indago apud Vlp.in l.emptorem, §.vlt.de act.empt.ſumitur pro effectu indaginis,hoc eſt,captura, quod a Budæo ibi proditum extat,

Indefinita capitur pro oratione,cui non pręponitur ſignũ vniuerſale vel particulare,& oratio indefinita ſignificat indifferẽter, quandoq; etiam vniuerſaliter diſtributiue, ſeu collectiuè ſeu aliter, prout eius ſignificatum, vel materia ſubiecta,vel quæuis circumſtantia,ſeu aliquod mediũ probabile concludit, v.g.Lex loquitur indefinitè dicendo,venditor tenetur rem tradere, vel tenetur de euictione, vel homicida, vel fur eſt puniendus,ſignificat vniuerſaliter, quia ſenſus eſt, quod omnis homo qui eſt venditor,teneatur tradere rem,& omnis homo, qui eſt homicida,vel fur ſit puniendus, & hoc patet ex omnib.legib.ſic loquentib. cum earum intellectu. Nã natura legis eſt omnia, in quib. eſt medium, ſub eadem regula concludere. Cum.n.ibi ſit eadem ratio,ibi & idem ius eſſe debet, l.illud, ff.ad leg. Aquil. Item qua ratione de iſta lege detraheretur vnus,eadẽ & alius,& ſic remaneret deluſoria,& ſic dicit,ſeu ideo dicit vniuerſaliter. Differt tamẽ indefinitè ab vniuerſali,ſecundum Bart. quia vniuerſalis omnia ſignificat ex ſuo proprio ſignificato;indefinita verò nõ comprehendit omnia ex ſua ſignificatione propria ſed ex identitate rationis, interpretatione iuris, vel diſpoſitione legis,v.g. Lex dicit homicidiũ puniendum morte, non tamen ſub hac lege comprehenditur, homicida iuſtè occidẽs,ſ.ad ſui defenſionem,vel per ſententiam.vt in l.1.C.ad leg. Cor.de ſicc.ſecus ſi lex loqueretur vniuerſaliter, q̃a tunc ex proprio ſignificato contineret omnia,& non interpretatione iuris,ſicut indefinita. Item cum profertur ab homine in materia naturali dicendo,homo eſt animal ſignificat vniuerſale, q̃a ſenſus eſt,quod omnis homo eſt animal, quia ſignificatum ſumptum ex natura in neceſſario,ineſt omni homini.Idem cum profertur à lege dicendo; obligatio eſt iuris vinculum, vel actio eſt ius proſequẽdi,&c.quia cuilibet obligationi, actioni neceſſariò conuenit diffinitio. Item ibi: in iudicio interrogatus de pluribus criminib.an fecerit,reſpondet ꝙ illa non fecit, æquipollet vniuerſali, puta ſenſus eſt, quod nihil horum fecit l.ſi is, qui ducenda, §.vtrũ,ff.de reb.dub.quia ſignificatum ſumitur ex interrogatione, & rñſione facta in iudicio.

Nam

Nã reſponſio facta ibi debet certiorare ipſum interrogantem, aliàs non dicitur reſponſio, modo accipiendo vniuerſaliter interrogans certioretur, quia reſpondẽs omnia negat. Si autẽ non acciperetur vniuerſaliter, non certioraretur aliquo modo, quia non appareret, quid negaret, & quid confiteretur. Et ſumitur hic ſignificatum ex æquipollentia, quia negatio præpoſita ſigno, facit orationem æquipollere ſuo contradictorio. Nã licet ibi negatio poſtponatur in ordine ſcripturæ, prę ponitur tamen in ordine cõſtructionis dicendo, quid eorum nõ feci, i non feci quid eorũ, & ſic ęquipollet iſti, nihil eorũ fecit, iura tamen parũ intendunt ſignificatum ęquipollentiarum Item ibi, promitto per hęredem meũ nõ fieri, quominus tibi ire agere liceat, hęc verba, per hęredem meum, ſignificant vniuerſaliter, quia ſenſus eſt, per nullũ hrdem meum, l. 2. §. fi. ff de ver obl. quia nomen hęredis licet proferatur in ſingulari, tamẽ ſignificati oẽs hęredes, alias ſtipulatio nõ haberet hęreditatem, nec eſſet certitudo, de quo intelligeretur, & de quo non. Item ibi: teſtator dixit: lego ſeruos meos textores, & omnes ſunt textores, ſignificat vniuerſaliter, quia ſenſus eſt, lego omnes ſeruos meos, l. ſeruus vrbanus, §. fi ff. de leg 3. quod ſignificatum hoc ſumitur ex accidẽtia facti, quod omnes ſunt textores. Si autem aliqui ſunt textores, & alij non, ſignificat vniuerſaliter omnes textores, & non vniuerſaliter omnes ſeruos, l. prælleg. quia verbum textores ponitur ad reſtrictionem, vt alij non continentur in legato. Item ibi, teſtator dicit: lego lanam, argentum ſignificat vniuerſaliter, vt omnis lana, omne argentum videatur legatum, l ſi cui lana, ff. de lega. 3. quia quæ ratione vnum ibi comprehenditur, eadem ratione & aliud, & quæ ratione vnũ excluditur, eadem & aliud, & ſic nihil ſignificatur. Item ibi, obligo bona mea, nõn ſignificat vniuerſaliter, quia ſuppellex, filij naturales, & concubinæ non continentur, l. obligatione, ff. de pign. quia ex natura iſtarum rerum quis ad iſtas ita afficitur, & nunquam vel rarò iſtas obliget; ergo in obligatione eas noluit comprehendere, ſed comprehenduntur alia, ad quæ quis ſolet obligari pro debito; quia ſignificatum ſumitur ex verbis, & communi modo agendi, ſeu obligandi. Debent enim verba deſeruire intentioni, & non intentio verbis. Item ſi dicit vniuerſaliter; obligo omnia bona mea, quia adhuc prędicta non comprehenduntur. Item ibi ſi teſtator dicit; hæres meus damnatus eſto, [illegible] ſignificat vniuerſaliter, quia ſenſus eſt, quod omnes hęredes teneantur, l. ſi pluribus, ff. de lega. 2. Finaliter ergo indefinita

nita æquipollet vniuerſali, de priuileg quia circa, 19. diſtin. ſi Romanorum, ff. de ſeruis leg. ſi cui, & hoc verum de indefinita legis vel canonis, & ius tradere intendentis. Talis enim indefinita æquipollet vniuerſali, ſi lege vel canone non diffinitur, 31. q. 1. quod ſi dormierit Io. And. no. quod ſi non eſt eadem ratio, & conditio, propter aliquod accidens omnium particularium in vniuerſo comprehenſorum, tūc indefinita non æquipollet vniuerſali, v.g. Legatur lana indefinitè, non continetur tincta in legato, l. ſi cui. in princ. ff. de leg. 3. Sed ſi legatur omnis lana tincta etiam cedit legato, l. pediculis, §. Labeo, ff. de au. & arg. leg. in gl. ſuper verbo aliorum eccleſiaſticorum, in c. vt circa, de elec. lib. 6. vbi de hoc plene no.

Index eſt proditor, dictus ab indicando, ſecundum Iſid. Capitur, & pro digito proximo pollici, item pro tabula, quæ præfigitur libris ad indicanda rerum capita, quo ſenſu intelligi poteſt, §. vlt. Inſt. de publ. iud. vt doctiſſimus docuit Alcia. Interdum ſignificat exemplum, vt in l. 2. ff. de fun. inſt.

Indicare inter alia ſignificata, eſt etiam æſtimare, & pretium rei venalis ſtatuere, pertinetque ad vendendū, ſicut licetis & mercari ad emptorem. Hinc indicatio, quo verbo vtitur Iuriſc. in l. Iulianus. §. ꝙ aūt de actionibus.

Indicaſſe reum eſt non ſolum detuliſſe, ſed etiā arguiſſe, & conuiciſſe, l. indicaſſe, de ver. ſign.

Indicium eſt medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens, C. de rei vend. l. iudicia, & dicitur ab indicando, quia indicatur, i. notificatur.

Indicium profiteri eſt vltro ſeſe, conſorteſque criminis deferre, l. 2. de ſicar. & ibi interpretatur, Bud.

Indictio eſt numerus annorū, conſiſtens ex tribus luſtris. Eſt autem luſtrum quinquennium, & qualiter poſſit inueniri indictio, habetur in gl. indictionis, c. inter dilectos, de fide, inſtr. Sic n. faciendum eſt; annis domini addas tres, & diuide totum per 15. & id quod remanet completa diuiſione in numero diuidendo, hoc oſtendit indictionem in iſto ſeu pro iſto an. glo. in authen. vt præp. nomēn. Imp. col. 4. & C. de inſt. cod. confir. in fi. vide latius de hac materia. Eſt præterea indictio nomen publicæ penſitationis, quam vulgo taleam appellamus. Sumitur, & pro denunciatione, vt in l. libertus, de op. liber.

Indictum eſt, quod indicitur, i. notificatur, vt ſciatur: & fiat ab indicendo dictum, & ſic indictū ſuper iudicium ne procedatur.

In diem addictio eſt, quando quis ita vendit rem, vt ſi quis intra certum diem, meliorem partem

tem obtulerit conditionis,ſ.plus quam prior emptor,res vendito rıtradatur,vt alij vendere poſſit, cuicunque velit,vt ff.eod. tit.

Indigena dicitur quaſi inde genitus, vel quaſi in eo loco natus ſecundum Iſid.

Indignari & dedignari{ differunt, vt patet in c. vera iuſtitia, diſt.45. Vnde indignari ſapit virtutem,ſed dedignari arrogantiā.

Indiuiduum eſt, quod de vno ſolo prędicatur, vt de ſe ipſo,vt Titius nihil aliud ſignificat quā ſeipſum,not.Bar. in l.quæ ſitum, §.pen. & ſeq. ff de fund.inſtr.& alio modo capitur, vt not in l.2. §.& harum,& l 2.§ Cato. & ibi no.per Doc.ff.de verb. obl.

Indoles eſt quædam imago futuræ virtutis,ſecundum Iſid.proprie dicendo

Inducere,circundaccre,& cācellare differunt. Nam inducere eſt per mediam lineam pennam trahere;circunducere eſt circuncirca pennam ducere:cancellare vero eſt ad modum crucis pennam ducere, gl.no. in l.ſi quis libertatem in verbo inducatur, ff. de pet.hær. & alia gl.l. inductū, C.dę ſol.

Induciæ ſecundum gl.in ſum. 3 q.2.ſunt quintuplices l.reſtitutorię,pręparatorię,citatorię,deliberatorię,iudicatorię, ſiue executorię. Et ibi ponitur tempus omnium,quam gl. vide ſupra Dilatio,

Indulgentia, not.Arch.2.q.3. c.ſi & de pœ. & rem.c,2.li.6. Et no.quod in iure ciu.plerumq; accipitur pro permiſſione,& benigna conceſſione,vt attentæ legeſi apertiſſimè liquebit.

Ineptiæ ſunt fatuitates, c.quā traditione.22.diſt.

Inexpiabilis dicitur eo, quod nunquam expietur.i.purgetur ſecundum Iſid.

Infamia eſt famæ priuatio, ſiue diminutio.Fama namq; quādoq; ſumitur, vt ex toto pro extincta habeatur, ſ. cum maxima vel media capitis diminutio interuenit, vel ſic:infamia eſt communis opinio verbi pronuntiata,ex ſuſpicionib. orta. Item infamia eſt aliud quam ſcandalum, & plus importat, quia hæc per purgationem tollitur, ſed in illo purgatio nō inducitur, de hom. ex literis 1.in gloſ. Item infamia eſt illæſę dignitatis ſtatus, vita & morib.reprobatus. Per oppoſitū fama deſcribitur. Req. ſup. Fama,& de coha.cle.& mulie.c. veſtra in gl.notorium. Vnde duplex eſt infamia.ſ iuris,& facti; infamia iuris eſt quando ius redicit aliquem eſſe infamem; ſed infamia facti eſt, quando apud bonos & graues viros eſt opinio de crimine alicuius, de hoc l. 1. ff.ex quibus cau.infa.irrog infamia iuris duplex eſt.ſ. ciuilis & canonica.Et infamia iuris ciuilis contrahitur ex ſententia criminis publici.ſ.diffinitiua,non autē ex ſententia interlocutoria, nec arbitri.

arbitri. Etiam quandoq; ex ſententia criminis priuati, vt furti vel iniuriarum. etiam quandoq; ex facto abſq; ſententia, quis incidit in infamiam. Infamia canonica contrahitur ex quolibet peccato mortali. Et quãdo infamia, & quæ repellat teſtẽ a teſtificando in cauſa criminali, vel ciuile criminaliter, ſeu ciuiliter intẽtata, no. in c. teſtimonium. de teſt.

Infamis eſt, qui accuſatus de crimine infamante, etiam ſi ciuiliter agatur, condemnatur, gl. in c. cũ te. de re iud. & in c. multi. 2. q. 1. Fel. & Abb. in d. c. cum te.

Infans eſt paruulus citra ſeptem annos, vt l. ſi infanti. C. de iure delib.

Infanti proximus, i. vſq; ad 10. annos & dimidium.

Infecti argenti appellatio refertur ad rudem argenti materiã .i. non factam, l. & ſi § infecti, de aur. & arg. leg.

Infectum damnum, vide ſupra Damnum.

Inficiatio, i. negatio, l. ea quæ, C. de neg. geſt. Et inficiari, i. negare. Hinc eſt, quod dicitur aliquãdo de aliquib. actionib. quod creſcunt per inficiationem, quia ab initio competunt ad ſimplũ, hoc eſt, ad rem, vel æſtimationẽ ſeu damnum datum, & ſi ille hoc negauerit, & de hoc conuictus fuerit condemnabatur ad duplũ vt in actione depoſiti, eo quod depoſitum eſt timore ruinæ, incendij, vel naufragij. Vide ſupra de acti. Actio in factum.

Inficiator, i. negator, quia nõ fatetur, ſed contra veritatem mẽdacio innititur.

Infinitas in multis iuris regulis prohibetur, de reſcr. cum multis, lib. 6. & de hoc habes plures conc. de æta. & qual. c. pe. vide hoc per Io. Andr. in glo. d. c. cum in multis.

Infinitiuum verbi actiui aliquando reſoluitur in participiũ ſui paſſiui, & in infinitiuum alterius verbi, vt tribuere, hoc eſt tributum ſeruare, ff. de man. vin. l. iuſta, §. ſciendum. Quandoq; reſoluitur in infinitiuum alterius verbi, & participium ſui actiui, & aliud nomẽ, vt manumittere, i. manumittenti autoritatem prę ſtare, vt exponitur, ff de mã. vin. l. ſi rogatur, §. fin. ſecundum vnã expoſitionem. Quandoq; in gerundium, & aliud verbum, vt arcere, i arcendo infringere. C. de cur. vrb. Romæ, l. 1. Quandoq; reſoluitur in vt, et verbum alterius modi: vt naſci. i. vt naſcatur, in auth. quib. mo. nat. effic leg. §. 1. Quandoq; infinitiuum præſentis temporis verbi actiui reſoluitur in infinitiuum præteriti temporis eiuſdem verbi, & in infinitiuum alterius verbi, vt præſtare. i. pręſtitiſſe videri, ff. de repub. l. vxore. De infinitiuo vide Bart. & alios in l. 5. ff. de ver obl.

In folle offerre, Calliſtratus Iuriſconſultus intellexiſſe videtur, cum quis ad liquidum rationes

nes non reddit, l. cum ſeruus, de cond. & dem. metaphora ab ijs ducta, qui pecuniam intra marſupium oſtentant, ita tamen vt nec qualis, quantaue ſit agnoſcatur.

In fraudem creditorum manu mittere quid ſit, declarat Imp. §. in frandem, Inſt. quib. ex cau. ma nu. non lic.

In fraudem legis facere videtur, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit, l. contra, ff. de leg. vbi exempla in gl.

Infra, hæc dictio includit, Nã ſi quid inf. 20. dies fieri dicatur, viceſima dies includitur, ita not. Ioan. And. in c. præterea, ver. infra 20. dies, de app.

Infra no. per Inn. de fi. inſt. inter dil. & Io. Mo. de excep. pia ſuper ver. octo. lib 6. ibi habes quã do includat, vel excludat, & Io. And. de cler. coniug.

In fructu eſſe, quid dicatur, demonſtrat elegantiſſimus Iuriſcon. in l. in fructu. de vſufruct. leg.

Infula ſumitur interdum pro corona Imperiali. C. de qual. pręſ. l. 1. in fi. Quandoq; pro alba faciola ſacerdotalis capitis, ſecũ dum gl. in clem. 2. de vi. & hone. cler. Capitur etiam pro mitra epi ſcopi vel abbatis.

Ingenioſus dicitur, quaſi intus habens vim gignendi quamlibet artem, ſecundum Iſid. Et in genium, quandoque ponitur pro fraude, dolo, & calliditate, Abb. in cap. licet, de elec. numero 16.

Ingenuus eſt ille, cui a natiuitate competit libertas, qui non eſt factus liber, ſed natus, inſt. de inge. in prin. vide de hoc ãt Azo. in ſum. C. de inge. vel eſt, qui ſtatim, quando naſcitur, liber eſt, de ſer. non ord. c. inſt. in gl. 1. Et ingenuitas dicitur libertas, de purga. can. c. 3. in gl.

Ingreſſus religionem dicitur ille, qui profeſſus eſt, aliter non ita. Felyn. in c. cum deputati, de iu. in prin.

Inhiatio eſt frequens requiſitio. C. de pe. bo. ſubla. l. j. lib. 10.

Inibi eſt aduerbium compoſitum ex in & ibi, & ſignificat idẽ, quod in eo loco.

In ijcere manum propriè eſt, quoties nulla iudicis expectata autoritate rem noſtrã, aut nobis debitam vendicamus, l. ſed ſi, de in ius voc. & l. pen. de ſer. expor.

Inimicus capitalis dicitur qui alteri mortem minatur, vel cum accuſat de crimine capitali, not. gl in l. licet, ff. de arb Et quę dicãtur inimicitiæ capitales, vide Bar. in l. 3, §. ſi de adim. leg. Abb. in c. accedens, 2. vt li. non conte. in 3. col. ver. & not. bon. & ibidẽ Fel. & gl. Inſtit. de excuſ. tut. vel cur. §. inimicitiæ.

In integrũ reſtituere, eſt reducere in eum ſtatum, in quo erat ante læſionẽ, ſi in integ. reſt. c. au ditis, in glo. fi. & per hunc modũ ſubuenietur minorib. & eccleſijs. Et quandoq; ex legitima & iuſta

Iuſta cauſa ſubuenitur etiam ma ioribus. ff. ex quib. cau. maio. per to. & ſic intelliguntur c. ex literis, eo. tit. & c. cum Bertoldus, de re iud. & c. ſignificant, de pign.

In integrum reſto eſt prioris ſtatus redintegratio, vel iuris prioris, etiam eſt audientię redintegratio, ſecundum Spe. eo. tit. & l. qđ ſi minor, §. reſto, ff. de min. Vide infra in ver. reſtitutio.

Inita, i. contracta, de pact. ca. Antigonus.

Iniuria vno modo generaliter dicitur eſſe illud, quod non fit iure, & dicitur quaſi nō iure factū. Secundo ſi iniuria ſpecialiter dicitur culpa, vt in l. Aquil. Tertio dicitur iniquitas, vel iniuſtitia iudicantis. vt Inſt. eod. tit. in princ. Quarto dicitur contumelia, ff. de iniu l. 1. in prin. & l. apud Labeonem. eo. tit. Dicitur ergo iniuria quaſi ius iniquū, ex eo ſic dicta, quod iure & iuſtitia caret. Fit autem iniuria trib. modis, ſ. re, verbis, & literis. Re, vt cum manus inferuntur, vt d. l. 1. § 1. Verbis, vt cum fit conuitium, vt in §. 1. iam alleg. Iniuria literis fit, cum quis ad infamiam alicuius libellum, vel famoſum carmen, vel hiſtoriam conſcribit, vt ff. de iniu. l. lex Corn. §. quis. Req. ſupra famoſum car. Item iniuria triplex eſt, vna leuis, vt ſi modico ictu, quis a patre vel ſuperiore percutiatur. alia atrox, vt ſi aliquis a minore ſe verberetur, vel in conſpectu iudicis, vel oculo, aut membro priuetur. Et ſic dicitur pluribus modis, vt permiſſum eſt.

Iniuriarū actio, Require ſup. Actio iniuriarum.

In ius vocare, eſt in ius cauſa iuris experiendi vocare apud eū, qui ius dicturus eſt, vt experiatur actor, an ius ſibi cōpetat, an nō. Vide de hoc Azo. in ſum. C. eo. tit. & habetur, C. & ff. e. ti. l. 1.

In litem iurare, eſt ſuo arbitrio pręſtito iuramento, pro quāto nollet re carere, rei æſtimationem, ſecundum ſuum intereſſe ſingulare facere, & hoc taxatione facta per iudicem, vt l. videamus, §. iurare, ff. de in lit. iur. & l. arbitrio, ff. de don.

Innocuus dicitur, cui nocitum non ſit, ſecundum Iſid.

Innoxius eſt, qui non nocet, ſicut noxius, nocens dicitur.

Innouamus, vide decernimus.

Inofficioſa donio dicitur, quæ contra officiū pietatis facta eſt, & fit ad ſimilitudinē inofficioſi teſ. vt C. eo. tit. l. 1. & per totum tit. ſeq. quia per eā liberi, vel parentes excluduntur a bonorum ſubſidio, vel ex propoſito donantis, vel re ipſa, q̄ per ſe ſufficit, ad reuocationē donationis, licet propoſitum, vel conſiliū donātis nō interueniat, iuxta not. in l. ſi liqueat, in gl. C. e. tit. vide hoc ibi.

Inofficioſum teſtamentum dicitur, quod factum eſt, contra officium pietatis, vt l. 2. ff. de inof. teſ. quo. ſ. filius proprius, aut pręteritus, aut iniq; exhæredatur, hoc

hoc eſt quando pater, vel mater fecit teſtamētum. Item qñ filius in teſtamento patrem ſine cauſa exhæredat. Etiam ſi fratrem frater exhæredat, turpib. perſonis inſtitutis in duob. caſibus.

Inquilinus dicitur, qui conducit rem vrbanā, l. emptorem, in gl. C. locati. Vnde inquilinus reſidet in ciuitate, colonus verò in villa, ff. de acq. poſ. l. re pignoris, Inquilinus tamen propriè dicitur colens prædium vrbanum, ſed colonus prædium ruſticum. Req. ſup. Colonus.

Inquiſitio eſt alicuius criminis per ſuperiorem reſpectu inferiorum ſuorum inueſtigatio, vt in tit. de acc. & inq. & den, & inquirere ſumitur pro inueſtigatione facti, vt not. Ant. in c. vña, de cohab. cler. & mul.

In rem verti, eſt in alicuius vtilitatem verti. Vide ſup. Actio de in rem verſo.

Inſcitia, i. ignorantia, 38. diſt, c. ſi in laicis.

Inſcribere eſt ſe obligare, ſi non probauerit ad eam pęnam, qui reus debet pati, vel quam accuſando inferre intēdit, ſi probauerit accuſator, vt in c ſuper his, de acc. in gl. & 2. q. 8. quiſquis.

Inſcriptio eſt quidā libellus, quem accuſator offert iudici ſub hac forma ſcriptus. Ego N. corā vel apud N. Prætorem, vel iudicem defero talem reum, l. Iul de adul. de adulterio, quod cōmiſit cum B. dum eſſet cum ea menſe tali, in domo tali, conſule tali regnante, & operatur inſcriptio, ꝙ accuſator, ſi crimen nō probauerit, ꝙ impoſuit, ad talionem obligatur. Habet autem inſcriptio locum ſolum in criminib. vbi per modum accuſationis inſtituitur, non ſi per modum exceptionis opponatur, vel vt de eis ſine accuſatore cognoſcatur, vt l. qui crimen, cum ibi no. C de his, qui acc poſ Qualiter autē talis libellus debeat formari, & quæ continere, no. in l. pen. C. de accuſ.

Inſeruire frequentiam, nō. de fide inſtr. c 1. in gl.

In ſinu habere, vide Habere in ſinu,

Inſinuatio eſt ſcriptura facta in pñtia publicarum perſonarū, & in actis, vbi ſuperfluum eſt teſtes adhiberi, cum publica monumenta ſufficiant, vt C. de donat. l. data, & in l. in donatio,

Inſolentia eſt morum inconuenientia, fatuitas, ſuperbia, vel prauus vſus, quaſi contra ſolitū, & debitum naturæ curſum, de acc. c. qualiter, & quando, §. verum, & de off. ord. c. 1. in clem.

Inſolidum, i. in totum, & ponitur in inſtrīs, maximè in procuratorijs, vt in c. ſi duo, de proc. lib. 6. vbi de hoc, & inf. in ver. ſolidum. Nonnunquam tamen ad partem, non ad totum refertur, vt in l. ea. de reg. iuris.

Inſolutum, i. in ſolutionem.

Inſpector dicitur, qui ad prædia prouincialium accedit, fortè

vt referat, vel reformet, ſi aliqua eſſent deſerta, vel male æquata, vt hæc tollantur, C. de ann. & tributis, l. fi. etiam dicitur diſcuſſor. C. de cen. & cenſitori, & peræquato, l. per æquatores, lib. 11.

Inſtantia eſt tempus quo iudicium diſcutitur, & finiri debet, vt in c. vener. de iud. iuriſc. in l. 1. de libr. dimi. videtur vſurpaſſe pro aſſiduitate, a verbo inſto, ꝗ eſt vrgeo & exactam diligentiã adhibeo.

In ſtirpes ſuccedere ſecundũ Hoſt. de ſucc. ab inteſt. ſub §. contra, ver. in ſtirpes ſuccedere, eſt ſuccedere filios pręmortuorum in eam partem, quam eorum parentes erant habituri ſi viuerẽt. Vnde ſi quis ex vno filio vnum nepotem ſuſcepit, & ex alio decem, vel plures, tantum capiet vnus ex parte vna, quantum 10. ex parte altera; & hoc ſi tractetur de ſucceſſione deſcendentiũ. Collaterales namq; ſemper viriliter ſuccedunt, & hi, qui ſunt in eodẽ gradu, ſuccedunt viriliter, i. pro æquis portionibus vt in auth. de hær. ab inteſt. §. ſi vero, col. 9. ſiue in capita. C. de leg. hær. l. fi. & auth. ceſſante, licet quidam dixerint, quod in capita ſemper ſuccedant, vide Hoſt. ibidem ſub, §. viſo ver. quod ſi factũ filij Req. ſupra in capita ſuccedere.

Inſtito · eſt ille, qui tabernis, vinis vendendis, vel alicui alteri negotio eſt præpoſitus, l. inſtitor. 1. ff. de inſt. act. vel dicitur inſtitor appellatus eſt ex eo, quod negotio gerendo inſtat, ſiue tabernæ, ſiue negotiationi ſit præpoſitus. Item in eo. tit. l. inſtitor. 2. dicitur is, qui tabernæ, loco ve ad emendum, vẽdendum ve pręponitur, quiq; ſine loco ad eundum actum præponitur.

*I*nſtitoria actio Req. ſupra Actio inſtitoria.

Inſtituere, & inueſtire idem ſonant, ſed inſtituere, ſecundum proprietatẽ vocabuli eſt in poſſeſſionem ponere, quaſi intus ſtatuere, & in hoc differunt, quia inſtitui dicitur quis pręſentialiter, inueſtiri autem in abſentia, ſecũdum Hoſt. & Ber. ext. de inſt. cap. authoritate. Inſtituere eſt ſpiritualis iuris beneficij, vel dignitatis corporalem tradere poſſeſſionem. Inueſtire autem eſt ius canonis, vel dignitatis tribuere, qđ poteſt fieri per annulum vel librum, indifferenter tamen vnũ pro alio ſumitur, vide in ca. authoritatẽ. præal. in gl.

Inſtituere accuſationẽ eſt accuſare, ſicut inſtituere actionem agere.

Inſtituere hæredes eſt facere, & creare hæredes.

Inſtitutio eſt primus gradus omnium inſtitutorum, vt no. C. de lib. pręter. l. 1. etiam ſi mille eſſent, ſecundum leges. Sed ſecundum canones inſtitutio eſt eccleſiæ, vel eccleſiaſtici beneficij collatio, quaſi ius habentem ad beneficiã per præſentationem intus,

tus, vel in beneficium ſtatuens. Et ſecundum Gof. inſtitutio proprie eſt prælatorum, perſonarũ, & clericorum; collatio vero beneficiorum,& præbẽdarum. Inueſtitura autem eſt traditio, vel quaſi traditio, quando additur, quia communiter fit per annulum, vel librum, Vnde inueſtitura eſt in corporalem poſſeſſionẽ vel in quaſi poſſeſſionem inductio, ſeu traditio. Inſtitui dicuntur hæredes ab aliquo in hęreditatem ducti,& hoc in primo gradu, vt ff. de vul. ſubſt. l. 1. in prin. Subſtitui verò dicuntur, qui in locum inſtitutorem deficientiũ, i. morientium ad hæreditatem inſtituuntur, vt in ſubſtitutione pupillari. Inſtit. de pupil ſubſt. in prin. Dicitur autem ſecundus gradus omnis, qui ſequitur poſt primum,& in ſimili no. C. de ſecundis nup. ſuper rubr. ff. de vulgar. ſubſt. ſuper rubr.

Inſtõnum liber dicitur quaſi inſtructionũ, quia in his primis legum præceptis inſtruimur, vel quia in ſtatum humani, vel Romani iuris nos erigit, vt Accur. dicit in gl. in prin. Inſtitutionum vel Iuſtitutorum.

Inſtitutum interpretatur Bu. ius non ſcriptum, quod certum, & inſignem aliquem habeat auctorem. Attamen nonnunquam etiam refertur ad ius ſcriptum, vt in §. ex non ſcripto. Inſt. de iu. na. gen. & ciui.

Inſtratum dicitur omne veſtimentũ, quod inijcitur, & inſternitur, l. inſtrato. de verb. ſign.

Inſtructus, hoc adiectiuum ſignificat adiectionem, & hoc dupliciter, ſ. acceſſoriè,& principaliter. Acceſſoriè cum res adijciũtur, quæ conſueuerunt accedere, v. g. dicendo fundum inſtructũ. Nam inſtrumentum fundi adijcitur acceſſoriè. Principaliter cum res adijciuntur, quæ non conſueuerunt accedere, v. g. fundum inſtructum inſtrumento patrisfamilias; quando non eſt inſtrm fundi, adijcitur principaliter cõcordat, l. ſi cui fundus, ff. de fun. inſt. vbi dicitur, quod extincto legato fundi, nõ extinguatur legatum inſtrum. Et ad §. ſi quis ancillas, Inſt. de le. vbi dicitur, quod extinguitur, dic quod intelligitur de inſtrõ acceſſorio fundi. l. ſi cui fundus prę alleg. in non acceſſorio. Et ratio huius duplicis ſignificati eſt voluntas proferẽtis, declara ex qualitate rei adiectæ, ſ. an ſit acceſſoria, vel non, quia adiectiuum inſtructus, vt pręmittitur, dupliciter accipitur.

Inſtructa domo legata quid veniat in hoc legatum oſtendit Vlp. in l. quæſitum, §. idem Põp. & l. ſi ita. & l. Seiæ. §. vlt. de fun. inſtru.

Inſtructi fundi, appellatio quam latè pateas, ſatis ſuperque conſtat ex tit. qui eſt, de fun. inſt. & inſtr. leg.

Inſtructam tabernam ſic diffinit Vlp. in l. inſtructam. de verb.

ſign. quę & de reb. & hominib. ad negociationē paratis conſtat. Inſtrumentum ſecundū Hoſt. in ſum.tit.de fi.inſt. & ſecūdum Spec.tit.de edi.inſtr.in princ.eſt ſcriptura ad aſſertionē, ſeu probationem alicuius rei facta. Eſt autē inſtri appellatio generalis, quia cōtinentur omnia ea,quib. cauſa inſtrui poteſt. Et ſic teſtm̄ codicillus, teſtimonia, & perſonæ,teſtes,quib.cauſæ inſtrui debentur,loco inſtrumentorū hn̄r. l.1.ff.de fi.inſt.& eſt gl in c.cum dilectus, de fi.inſtr. Ducitur autem inſtrumētum, quia inſtruit, & documentum,quia docet,vt l. 1.præall. Tamen inſtrumentum propriè dicitur ſcriptura ad memoriam alicuius confecta, ſiue charta, & ita ſumitur in auth.de inſtr. cau. & fin. col.6.Nam inſtrumenta fiunt ad memoriam perpetuam, 2.q.6.ſaluberrimū, 27.qō.1.c. omnes fœminæ. Sed aliter dicitur inſtrumentum apparatus fundi,quo exercetur poſſeſſio,& ita accipitur in l.quæſitum,ff.de fund.inſt. Vnde inſtrumentorum quædam ſunt cauſa agrorum colendorum,vt aratrū, raſtrum, traha, quæ æquandis ceſpitibus trahuntur. Alia colligendorum fructuum, vt ſacculus,quo cardones,& herbæ inutiles exciduntur, & ſimilia, vt falces fænariæ, falces meſſoriæ, & falces putatoriæ,ligones,torcular, corbes,quales vindemiatorij, quib. vindemia portatur. Cauſa ſeruandi fructus vt dolia, granataria,caſellæ in quibus fructus reponuntur, ſ.cellulæ granariorum. Vnde inſtrumentum capitur tripliciter,vno modo latiſſimè,& ſic omne vas,vel ſuſceptibile in conſtructione domus, vel fundi vſitatum dicitur inſtrumentum. Secūdò latè pro omni eo,quod cauſam inſtruit,vt ſcripturæ teſtes,facit c.peruenit.extra de teſtib. cog. facit l. notionem. §. inſtrumentorum ,ff. de ver. ſign. Tertiò ſolum pro ſcripturis, vt in tit.de fi. inſtr.Et ſic differunt teſtes ab inſtrumentis, quia probatio teſtiū fit viua voce,ſed inſtrumentum voce mortua.Ex quo ſequitur, quod ſtatutum diſponens,quod producens falſum inſtrumentum, puniatur in decem, non habet locum in producentem falſum teſtē, quia ſtatuta ſunt ſtrictè intelligenda facit c.ex literis, de ſponſa.Sunt autem inſtrumentorum duę ſpecies.Nam aliud publicum, aliud priuatum inſtrumentum. Puplicum,eſt ſolennis, & ritè ordinata ſcriptura,per authenticæ perſonæ manum publicè facta, ex cauſa memorię.c.ſcripta.de fide inſt. & ſunt illa de ſolennitate, quæ faciūt inſtrumentum publicum,& authenticum regulariter vt ſ. præponatur nomen Imperatoris, & annus imperij, nomen Conſulis, & annus Conſulatus. Hodie verò ponitur nomen ſummi Pontificis cum alijs ſeptem, vt ſunt

vt ſunt annus domini, indictio, menſis, dies, locus, cum nomine notarij, &c, de quib. no. glo. in l. generali. C. de tab. lib. 10. Et dicitur publicum inſtrumentũ, qđ iudicis auctoritate eſt exemplificatum autheuticatum, vt in c. cũ dilecta, de confi. uti. uel inut. Itẽ publicum appellatur inſtrumentum, quod authentico ſigillo eſt ſigillatum, ut c. 1. de fi. inſtr. Item dr̃ publicum inſtrumentũ, quod in iudicio dicitur, ſeu ſcribitur apud acta publica, & valet etiã per quemcumq; ſcriptum ſic, de probat. quoniã. Item dicitur publicum inſtrumentum, quod habet ſubſcriptionem trium teſtiũ uiuentium, vt c. ſcripta. præall. dicitur publicum, quod de archiuo publico, uel de armario producitur, ut liber cẽſualis, in quo ſcribuntur cenſus, uel liber annotationum, & ei creditur ſi habet publicum teſtimonium, ſ. quod iudex confiteatur, illud de archiuo publico eſſe productum, c. ad audientiam, de pręſc. ubi dicitur quod Papa credidit cuidã libro cenſuali. Et cuilibet alio inſtrumento fides adhibetur, ut patet per iam dicta, & per multa alia iura. Inſtrumẽtum priuatum eſt quod per manum priuatam confectum eſt uel a tabellione, non tñ in forma publica ſcriptum, ut quia nec nomẽ Imperatoris, nec Conſulis, nec Papę, (de quib. ſupra proximè dictũ eſt) appoſuit, ut C. qui poti. in pign. hab. l. ſcripturas, ut ibi no. & tale inſtrumẽtum debet habere trium teſtium ſubſcriptionẽ, ut d. l. fi. Et priuatum inſtrumentum a quocumq; ſit ſcriptum, niſi aliquo dictorũ modorum ſit roboratum, non ualet, inſtrumentorum priuatorũ tres ſunt ſpẽs. Nam aliquando facit quis ſcripturas ſibi tantũ, aliquando ſibi, & alij, & aliquando alij tantum. Illi ſcripturæ quam quis facit ſibi, uel pro ſe, nulla fides adhibetur, ut C. de probat. l. 1. Si autem facit ſcripturam contra te, puta creditori tuo de eo, quod accepiſti ab ipſo, creditur ei contra te. ut 1. q. ult. ſaluberrimum. Si autem tibi, & alij facit ſcripturam, ſicut eſt codex rationum tuarum, & interdum creditur, ut 10. q. 2. Eſt autem aliquod inſtrumentum guarentigiæ, uel guarentigiatum, uidelicet, quòd habet executionem paratam, ut ſi cantet aliquem eſſe debitorem alterius, ſtatim eo exhibito in iudicio, iudex executionem facit, ut fit communiter Papiæ. De his no. in l. a Diuo Pio ff de re iud. ergo dicitur ab inſtruo, quia eo mediante cauſæ inſtruuntur.

Inſula trib. modis capitur. Primò pro domo in mari poſita, q̃a in ſalo, i. in ſalſo poſita eſt, ſecundum Iſid. & no. glo. in §. inſula. Inſt. de rer. diuiſ. & uide Bar. in tractatu de inſulis. Secundò ſumitur pro quali bet domo, ut l. inſulam, ff. de uerb. obl. & l. 3. §. eſſracturæ, in uer. inſulis, ff. de off.

c.præf. vig. non tamen propriè eſt inſula, vt dicit gl. in d. §. effracturæ. Tertiò modo dicitur inſula locus vndique circundatus aqua, vt l. adeò, §. inſula, & ibi gl. ff. de acq. rer. dom. & no. Bart. in ſuo tract. de inſulis, in princ. Et de hoc vide Inſtit. de rer. diuiſ. vbi in gloſ. ponitur alia diuiſio, §. inſula.

Inſulas Feſtus ait eſſe domos, quæ vicinorum cõibus parietib. non coniunguntur, ſed quoquo verſum, vel priuata vel publica area ambiuntur, in hac ſignificatione vſi ſunt iuriſconſulti, cum inſulam pro domo poſuere, vt in d. §. Effracturæ: inde inſularius, inſulæ cuſtos.

Inſularij ſerui ſunt, qui in inſula retinentur, vt l. in lege, ff. de verb. ſign.

Integer homo duob. modis dicitur, vno reſpectu corporis, vt in §. his. Inſt. ad l. Aqu. altero reſpectu nominis, morum, & famæ, l. quarto, de popo. actio.

Intentio, ſiue capitulum in iure dicitur illud, quod intẽdit probare per teſtes is, qui inducit eos. Sumitur intentio, & alio modo, vt in l. ſi qui intentione, de iud. Refertur, & ad libellum, ſeu petitionem actoris in ſcriptis, vt Inſt. ne act. §. ſi quis agens, & ſi minus.

Intercalare eſt inſerere, & ſupra numerum addere l. 3. de mino. Vnde intercalaris dies, i. interpoſitus, qualis, qui menſi Februario anno biſſex tili additur. Menſem tamen inter calarem dicere, tam eum, qui intercalatur, quam in quo intercalatur, vt vtroq; ſenſu videtur locus iuriſconſ. in l. cum biſſextus, de verb. ſign. id quod Bud. & Alc. noſter animaduerterunt.

Intercedere propriè idem eſt quod pro alio preces fundere, ſumitur tamen communiter in iure pro interuenire.

Interceſſor dicitur, qui pro alio preces facit, & fundit, item dicimus interceſſorem, illum qui intercedit, & interponit ſe inter debitorem, & creditorẽ ad hoc, vt ei pecunia mutuetur, & eſt quaſi fideiuſſor, & conſtitutor.

Intercidere pro deficere, l. intercidit, de cond. & demon.

Interdicere propriè eſt denũciare, & prohibere, vt Inſt. de interd. §. 1. Sæpe tamen vtimur ꝓ interdicto agere, vt in l. 3 §. ſi q̃s dolo, de tab. exhib. interdicere etiam Prætor dicitur, cum interdictum reddit, quod annot. Acc. in l. 1. de loco. & iti pub.

Interdicere aqua, et igni, Req. ſupra, Aqua, & igni.

Interdicti in tit. de inter. & rele. accipiendi ſunt ij, quibus interdictum eſt.

Interdictum olim nihil aliud erat, quam quædam formata, & ſolemnis conceptio verborum quibus Prætor aliquid fieri iubebat, uel prohibebat, quod tũc maximè faciebat, cum de poſſeſ-

ſione,

ſione, vel quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur; vt Inſt in. de inter. circa prin. & ff. eod tit. & dicitur interdictum quaſi inter duos dicta, vel redditum, vt Inſt. eo. tit. §. exhibitoria verſ alias §. ſunt tamen, in fi. vel ſecundum aliquos dicitur ab interdicendo, i. prohibendo, quod non placet, cũ per interdicta non ſemper prohibeat, immo aliquando aliquid fieri iubeat iudex, vt inſt. eo. tit. §. 1. Differebat autem interdictum ab actione, quia ſolemnitas actionũ erat inducta de iure ciuili, interdictum autem a iure prætorio, vel ſecundũ Azo. quia in actione verborum ſolemnitas non formabatur in ſingulorum perſonis, ſed erant generaliter in omnium perſonis formata ſolemniter verba. In interdictis autem quot erant homines, qui volebant ea proponere, tot eis deſiderantib. & petentib. formabantur verborum ſolẽnitatas, vel conceptiones, quib. cõtra ſuos aduerſarios in cauſis ſuis vtebantur, quas interdicta vocabãt, de hoc tio. inſt. eo. tit. in prin. & ff. eo. ſuper rub. Hodie autem inter actiones, & interdicta nulla eſt differentia, vt inſt. e. tit. §. fi. Eſt ergo interdictum actio in factum prætoria, i. a prætore inuenta. Et aliquod nomen ſortitur ab inuentore, vt Saluianũ. Aliquod a principio formæ verborum, vt Quorum bonorum, Quorũ legatorũ, Vti poſſit. Aliud a materia, de qua tractat, nomẽ accipit, vt Ne quid in loco ſacro fiat, de locis, & itinerib. publicis, vt Ne quid in loco publico, & itinere publico fiat, de loco publico fruendo &c. Vnde interdictorum aliud eſt petitorium; aliud poſſeſſorium, & aliud mixtum. De petitorio, ff. eod. tit. l. interdictorum, §. quædam. De mixto. ff. de aqua quot. & æſtiua, l. 1. §. finali. De poſſeſſorio, inſt eod. tit. §. ſequens diuiſio. Et huius interdicti tria ſunt membra, quia aliud interdictum poſſeſſorium datur pro adipiſcenda poſſeſſione, aliud pro recuperanda, & tertium pro retinenda. Primum competit ei, qui non fuit ante nactus poſſeſſionem, & illud eſt triplex, ſcilicet, Quorum bonorum, Quorum legatorum, & Saluianum. Primũ competit hæredi, vel filio emancipato pro poſſeſſione hæreditatis a Prætore petita. Nam filius emancipatus de iure ciuili non admittebatur ad hæreditatem paternam, ſed quia emancipatus tam eſt filius, quam in patria poteſtate exiſtens, ideo prætores, id eſt magiſtratus a populo Rom. creati gratia emendandi defectus legis 12. tabularum, ſecundum æquitatem (dum tamen non tollerent diſpoſitionem iuris ciuilis) ſtatuerunt de iure prætorio emancipatum admittendũ ad res vniuerſas & corporales, necnon ad iura incorporalia. Et datur directum de iure prætorio, vtile vero de iure ciuili. Et eſt effectus hu-

ius interdicti, quod ex eo filius emancipatus agere poteſt contra poſſeſſorem rerum paternarum, ſic concludendo: Peto talem con demnari ad dandum mihi talem rem, cuius hæres factus ſum.de iure prætorio. Secundum.ſ.quorum legatorum competit hæredi contra legatarios, qui propria auctoritate legata apprehendũt, quorum ipſe debet eſſe diſtributor; poſtquam Falcidiam deduxit. Vnde aliquis habet tres filios, & domum, & vineam; domum legat primo, ſecundo vineam, & tertium hæredem vniuerſalem inſtituit, quam nihil re perit in hæreditate. Debet ergo tertius habere Falcidiam.i.quartam partem hæreditatis, & ſic deducta quarta parte a domo, & a vinea, ille tertius diſtribuit alijs filijs primo, & ſecundo legata reſidua de manu ſua, quæ ipſi propria auctoritate non debent apprehendere. Eſt ergo effectus huius interdicti, vt petat legatarios condemnari in omnib.legatis reſtituendis, quorum ipſe hæres eſt. Tertium.ſ. Saluianum competit locatori contra inquilinum, qui deportat bona ſua in hoſpitio ſibi locato, nec reducit ad priſtinum ſtatum; quia omnia obligata ſunt hoſpiti tacitè pro cenſu. Secundum.ſ.pro recuperanda poſſeſ. competit eiecto de poſſeſſione, & hoc tripliciter ſcil. Vnde vi de poſſeſſione immobili, Vi bonorum raptorum, ſpoliato re mobili, & Quod vi, aut clam contra eum, qui in ſolo alicuius ædificauit. Tertium.ſ. pro retinenda poſſeſſione. Interdictum poſſeſſorium competit contra moleſtantem aliquem in poſſeſſione, & eſt duplex.ſ. Vti poſſidẽtis, quod cõpetit inter duos, qui eandem rem immobilem contendunt poſſidere, & Vtrobi, quod gratia poſſeſſionis, eſt inter duos ſuper mobili. De his vide gloſ. quartam, & ſeptimam, in c.paſtoralis, de cauſa poſſ. & prop.: vbi plene. Et nota optima gl. & magiſtralem, in l.ſi quis in tantum. C. vnde vi. vbi ponuntur multi caſus, in quib. quis non incidit in pœnam huius nouæ conſtitutionis, ſi quis. Non.n.dicitur agi vnde vi, ſed ex illa conſtitutione. Interdictorum etiam quędam ſunt publica, quædam priuata. Quædam ſimplicia, in quib. alter eſt actor, & alter reus, vt ſunt reſtitutoria, vel exhibitoria. Quędam duplicia, in quib. vtriuſque litigatoris conditio eſt, nec quiſquam actor, vel reus præcipuè intelligitur, ſed quilibet tam rei, quam actoris partes ſuſtinet, inſtit. de interd. §.tertia, & §.duplicia, & ff.eo.tit.l.2.vbi de hoc, & in l.3. eo.tit. Hæ, & aliæ diuiſiones interdictorum plures ponuntur, quæ ſunt de libero homine exhibendo, ne quid fiat in loco ſacro, ſancto, & religioſo, in flumine ripave, & in flumine pblico, de cloacis publicis, &c. vt infra, de

ſingu-

ſingulis dicetur in locis ſui. Sunt autem interdicta publica nouem in vniuerſum, ſecundum Spec. in trac. libellorum, tit. de cau. poſ. & propr. §. quia verò. Alia omnia ſunt interdicta priuata, quia propter vtilitatem priuatam inducta, & ſunt in vniuerſum, 28. ſecundum Spec. ibidem. §. priuata. Item interdictum generale dicitur quando regnum, terra aut villa interdicitur. Particulare verò, quando vna eccleſia interdicitur, & hoc modo ſumitur interdictum pro cenſura eccleſiaſtica.

Interdictum dicitur ab interdicendo, hoc eſt, interim dicendo, vt Pau. lib. ſen. 5. att. Quoties ergo Prætor nō in perpetuum, ſed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij quæratur, aliquid edicit, propriè erit interdictum, qua ratione, & interdicta dicuntur, quæ cauſam quoque proprietatis habent, dum tamen per modum prouiſionis inducta ſunt, vt de mortuo inferendo, de via reficienda, & de itinere actuque priuato. Nec n. hæc diuitionem moram requirunt, quod luculentius explicat Alciat. in l. 1. de oper. no. nun.

Interdicta quomodo differant ab edictis, oſtendit Bar. in l. 1. de oper. no. nun.

Interdictum de aqua quotidiana, & æſtiua dantur habenti ius aquæ quotidianæ, vel æſtiuæ ducendæ ad prædia ſua, cum aliquis ducere prohibetur, vt ff. eo. tit. l. 1. in princ. Et quod interdictum aliquando ſit prohibitorium, aliquãdo reſtitutorium, ut ſequitur, de hoc eſt caſus in d. l. 1. §. 1. & eſt prohibitorium, & retinendæ poſſeſſionis, quandoque autem eſt reſtitutorium, ſecundum Spec. ibid. ver. alio modo, & §. præ alle ubi ſubdit Prætor. Quotidiana autem aqua non tantum illa eſt, quæ quotidie ducitur, ſed & illa qua ouis quotidie poteſt vti, ſi uelit. Duo autem ſunt genera aquarum, quæ differunt. Quotidiana, quæ duci ſolet aſſiduè, etiã ſi aliquando ducta non eſt. Ea quoq; dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Sed aqua æſtiua ea eſt, quæ æſtate uti expedit, ſicut dicũtur ueſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiui, caſtra æſtiua, quibus interdum hyeme, plerumque tamen æſtate utimur, ut habetur in l. præali. in princ.

Interdictum de aqua de caſtello ducenda datur habenti ius ducendi aquam de cannali, uel de caſtello, quod eſt diminutiuum à canna ad irrigandum. Vide Spec. ubi ſupra, qui dicit hoc interdictum haberi, & bene. ff. de aqu. quot. & æſti. l. 1. §. ait Prætor. l. 2. de quo dic, ut ibi, & in 3. §. & ſeq. uſque ad fi. l. ubi dicitur. Hoc interdictum neceſſariò propoſitum eſt. Nam quia ſuperiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, &c. æquiſſimum uiſum eſt ei quoq; qui ex caſtello ducit

(.i. ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit) interdictum dari, id est a Principe conceditur, alij nulli competit ius aquę dandæ, vide ibi pulchrum tex.

Interdictum de aqua pluuiali arcenda, vel aqua pluuia, imò nõ eſt interdictum, ſed actio ciuilis deſcendens, ex l. 12. tab. vt ff. de aqu. plu. arc. l. ſi vſusfructus, & ibi no. ſuper uerbo, legitima, ubi allegatur. l. Labeo. ff. de ſta. lib. Et dicit ibi tex. Sed & ſi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis, an uerò etiam utilis fructuarium actio aquæ pluuiæ arcẽdæ ſit danda, quæſitum eſt, & magis eſt, ut detur ſupple dicendum. Si ergo facis aliquid opus in fundo tuo, propter quod aqua pluuialis nocere poteſt fundo uicini tui, datur cõtra te actio aquæ pluuiæ arcendæ, per quam tuis expenſis opus teneris deſtruere, & damnum contingens emendare. Si uero poſſideas opus ab alio factum, teneris patientia pręſtare, ut deſtruatur, arg. l. 1. & 2. §. 3. in fi. & l. ſi tertius. §. Celſus. uerſ. ſi quis alius. ff. eo. tit. & Spe. ibi. Et dicit Vlp. in l. 1. in prin. ff. eo. Aquã pluuiam dicimus, quæ de cęlo cadit, & quæ imbre excreſcit, ſiue per ſe hæc aqua cęleſtis noceat ſiue cum alia mixta ſit Et ſequitur ibi ſtatim. Hæc autem actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen iam facto, ex quo damnum timetur, totieſq. locum habet, quoties manu facto opere agro aqua nocitura eſt, i. cum quis manu fecerit quo aliter flueret, quam ſoleret, ſi forte mutando (alias immittendo) eam, aut maiorem fecerit, aut citatiorem, uel rapidiorẽ, aut uehementiorem, aut ſi comprimendo redundare fecerit eã. Nã ſi aqua noceat, ea actione nõ continetur, & in ea. l. dicitur. De eo opere, quod agri colendi cauſa aratro fit, Q. Mutius ait non cõpetere hanc actionem.

Interdictum de arboribus cædendis datur contra eos qui habent arbores, quarum folia pendent ſuper ędificia uel agrum, ita ut eis damnum inferant, & conſulitur eis, ut humori arboris ſuccidant, & ligna tollant, & eas deglobent a terra uſq. ad 15. pedes. Idem eſt ſi radices minantur periculum, ut l. 1. C. de interd. Et hoc interdictum prohibitorium eſt. Si autem arbores ædib. alienis impendant, utrum totas iubeat Prætor adimi, an uerò id ſolum quod ſupra exciterit. Rutilius ait a ſtipite excidendas idq. pleriſq; uerius. Et niſi adimeret dñs arborem, Labeo ait permitti ei, cur arbor officit, ſi uelit, ſuccidere eam, lignaq; curtare, ut eſt tex. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. eo. tit. ubi ſubditur in §. ſeq. Arboris appellatione etiam uites continentur. Non ſolum autẽ domi-

domino ædium,ſed etiam ei, qui vſumfructum habet cõpetit hoc interdictum,vt ibidem.

Interdictum de cloacis priuatis reficiendis. Si volens quis ſuã cloacam priuatam,vel etiam publicam,vel fiſtulas,vel meatus reficere, vel purgare, vel de nouo facere ab alio prohibetur, tunc prouiſum eſt ei de interdicto de cloacis,quod eſi interdictum publicè deputatum,& priuatum de priuatis cloacis,& eſt prohibitorium. Eſt & aliud reſtitutorium, ſ.quod datur contra immittentẽ in cloacam meam vel publicam, vel quod immiſſum in clocam impedit,vel quo iubetur auferri, quod immiſſum eſt, vt ff.de cloa. l.1.§.1.& §.deiude, & §.cloacæ. l.fi.eo.ti. & Spec.ibi, ver.porro. Vide ſupra Cloaca.

Interdictum de fõte eſt, quod datur ei, qui duxit aquam de fonte hoc anno,nec vi nec clam, nec præcario de alterius fonte, vt ff. eo.tit l.1 in prin. vel lacu.puteo, piſcina,foſſa,ſtagno.Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua vti prohibetur,ſiue haurire ſiue pecus ad eam appellerẽ. l. vnica. præall.in princ. Et de iſtis omnib ſeruitutib.datur hoc interdictum,ſi tamen perpetuã ſit cauſa,vt colligitur ex §.1.dictæ l.vnicæ. & §. hoc interdictum, de ciſterna. in vẽr. denique a cõtrario ſenſu. Non autem datur pro ciſterna actio, vt d. §. hoc interdictum,vbi dr̃, quod de ciſterna nõ competit. Nam ciſterna nõ habet perpetnam cauſam, nec viuã habet aquam.Ex quo apparet in his exigendum, vt viua aqua ſit. Ciſternæ autem imbrib.concipiuntur. Cætera vide in d. l. vnica.ff de fonte, vbi dicitur in fi.l.De lacu, puteo, & piſcina reficiendis, purgandiſq.interdictum competit & omnibus perſonis datur, quibus illud de aqua æſtiua.

Interdictum fraudatorium eſt quo tutoris creditor pupillo tenetur, vt ſi cum cõſilijs fraudem participaſſe conſtabit, vt fraudaretur. De hoc interdicto habetur, ff.de ſolutio. l. pupilli. circa princ. Hoc interdicto etiam tenetur,qui fraudem participando emit à debitore,qui non ſit ſoluendo, vt in § item ſi quis in frandem.Inſt.de act.

Interdictum de glande legenda,vel alio fructu datur ei, cuius glans, vel alius fructus in fundũ alienum ceciderit, ut l unica. ff. eod. tit.ut ſingulo tertio die legere,& exportare liceat.Et glandis nomine omnes fructus continentur, ut dicitur in fin. eiuſdem l. unicæ.

Interdictũ de itinere actuque priuato reſtituẽdo prohibitoriũ, ad tuendas tantummodo ruſticas ſeruitutes,datur contra prohibẽtes aliquem uti ſeruitute ſua, ut ff. eo.tit.l.1.§.1.& datur confeſſoria contra negantem ſeruitutem,ut l.ſi fortè,§ ſciendum,ff.ſi ſer.uend. Et ẽt aduerſus eum,qui

alium

filium iniuſtè prohibet ſua vti ſer uitute. Immò etiam tunc datur confeſſoria, vt d.§.ſciendum, l. præall. Vnde datur mihi; quia iti nere actu, vel via priuata vſus ſum hoc ann. 30. dieb. non vi, non clam, non precario, vt ff eo. tit. l. 1. §. hoc interdum, & hoc ſi fuerit iure ſeruitutis, alias ſecus, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. in fin. & ideo a te non debeo prohiberi quo minus vtar interim vel tanto tempore, quo ad vſq; de ſeruitute conſtet. Ait. n. Prætor. Quo itinere, actuq; priuato, de quo agitur hoc anno, nec vi, nec clam, nec precariò ab aduerſario vſus es, quo minus ita vtaris, vim fieri vero, vt ff eo. tit. l. 1. in princ.

Interdictum de libero nomine exhibendo competit vnicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberum contra & aduerſus eum, qui liberum hominem inuitum captũ dolo malo detinet in ſeruitute Et proponitur hoc. Interdictum tuendæ libertatis cauſa; videlicet, ne homines liberi retineantur a quoquã, pro exhibitione facienda, vt homo producatur in publicum, & tangendi, videndique hominis facultas prebeatur. Et exhibere eſt extra ſecretum habere, ff. eo. tit. l. 3. §. ait prætor. Hoc etiam interdictum competit aduerſus abſentem, vt l. præall. §. 1. & a quocunque hoc interdictum proponi poteſt, quia cuilibet de populo cõpetit, & cuiuslibet intereſt, ne hoc fiat. Nemo enim prohibendus eſt libertati fauere, vt ead. l. §. hoc interdictum, j. & nihilominus lex facit accuſari, vt eod. tit. l. 1. in princip. vbi text. inquit: Quem liberum dolo malo retines, exhibeas, & ff. ad l. Fal. de pla. l. non ſtatim, §. fi. & C. eo tit. l. ſi fratrem.

Interdictum de liberis exhibendis, ſeu deducendis datur patrib. vel parentib. contra eos, qui liberos, vel nepotes in poteſtatẽ eorum exiſtentes, ſine eorum voluntate detinent. Vnde l. 1. ff. eo. tit. ſic ait: Ait Prętor, qui quæve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is eave apud te eſt, dolove malo tuo factum eſt, quominus apud te eſſet, ita eum eamve exhibeas. Hoc interdictum, & illud de vxore deducenda non ſolum ſunt exhibitoria, ſed etiam deductoria, ſeu deductiua, quia per ea vxor, & liberi non tantum exhibentur, ſed etiam deducuntur, vt ff. eo. tit. l. 3. §. 1. & de interdicto de vxore poſtea dicetur.

Interdictum de loco publico fruendo eſt publicæ vtilitatis cã propoſitum, quia tuetur vectigalia publica, quo prohibetur quis vim facere ei, ſocioue eius, qui conduxit locum publicum fruendum ab eo, qui locandi ius habuit, quo minus loco publico ſibi frui liceat ex lege locationis, uel conductionis, ut hæc habentur in l. 1. §. 1. & in prin. ff de loc. pub. fru.

Inter-

Interdictum de migrando datur inquilino, ut ipſe liberè cum reb. ſuis poſſit de habitatione migrare, ſi tamen locatori ſatisfaciat, & de penſione totius temporis, vt ff. eo. tit. l. 1. ſi penſio. & de damno, ſi quod in domo conducta dederit. Sed & gratuitò inquilino datur, colono autem non datur, ut ff. eo. tit. §. ſed aliàs ei extra ordinem ſubuenitur, ſi uelit, non dico migrare, ſed colonariâ poſt tempus exact derelinquere. Dicitur enim ibi in text. Hoc interdictum proponitur inquilino de ſoluta penſione uult migrare. Nam colono non competit, cui etiam extra ordinem ſubueniri poteſt, ergo infrequens eſt hoc interdictum. Si tamen gratuitam, quis habitationem habet, hoc interdictum utile ei competit.

Interdictum de mortuo inferendo habeat locum, ut quis non prohibeatur mortuum inferre, & ſepelire, quo licet ei inferre, & ſepellire, ut ff. eo tit. l. 1. in prin. ut ſi uti uia prohibeatur, uel ſepulchrum ædificare, uel lapides ad ædificandum per fundum ducere, ut ff. eo. tit. l. 1. §. prætor ait, & §. item ſi mihi, §. ædificare, & §. ſi. &c.

Interdictum momentaneę poſſeſſionis eſt, quo agitur de poſſeſſione retinenda, ſicut Vti poſſidetis, ut ff. uti poſſid. l. 1. §. 2. & Vtrobique de quibus infra dicetur, vel quo agitur de poſſeſſione adipiſcenda, ut ff. Quorum bonorum l. 1. §. 1. ut eſt Quorum bonorum Quorum legatorum, uel quo agitur de poſſeſſione recuperandæ, ut Vnde ui. ff. eo. tit. l. 1. §. 1. Dicuntur momentaneæ poſſeſſiones, quia licet obtineat aliquis in poſſeſſione, tamen continuò elapſo momento ſuccumbere poterit in iudicio proprietatis, ut C. ſi de momen. poſ. fuerit app. l. 1. Et quod hæc ſint interdicta momentaneę poſſeſſionis, dicunt no. C. qui leg. perſ. habent in iudicio ſtandi. l. 1. momentaneæ. Et naturam illorum prædictorum proſequere, ut no. C. paſtoralis, de cauſa poſ. & propr. & Inſtit. de interdictis per totum, prout etiam ſupra dictum eſt, in princ. de interdictis. Hoc autem interdicto poteſt quilibet minor, etſi impubes ſit, etiam ſine tutore uti. ff. unde ui. l. j. §. ſi filius.

Interdictum ne quid in loco ſacro fiat, & ſequentia omnia humori, dantur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat, contra quam prohibitionem, ſi quid factum fuerit, interdictio, quod ui aut clã, ſuis ſumptib. uel deſtruere cogetur omne, quod factum fuerit, aut in priſtinum ſtatum reducere, uel reddere tenetur, ut ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. prętor. Hoc autem uerũ eſt de hoc, quod ipſe fecit, uel mandauit, alias ſecus eſſet, ut ff. quod ui, aut clam. l. ſi alius. Vbi hæc interdicta locũ habeant, ſignificatio ipſorũ nominum

minũ denotat, vt pupillaris actio eſt, quam ius pupilli tuetur, vt ff. de pupil. act. l. 1. Et dic vt ibi in rub. & ff. de iuriſd. om. iu. l. ſi quis illud. Et dantur etiam ad intereſſe, vt ff. ne quid in lo. pub. l. 1. §. 1. Interdictum ne quid fiat in loco ſacro patet. Et quod ait Prætor ne quid in loco ſacro fiat, non ad hoc pertinet, quod ornamenti cauſa fit, ſed deformitatis cauſa, vel incommodi eſt, vt l. j. quod ait. ff. eo. tit vbi etiam l. 2. dicit. In muris, itemq. portis, & alijs ſacris locis aliquid facere, ex quo damnum, aut incommodum irrogetur, non permittitur.

Interdictum ne quid fiat in loco religioſo, patet ſimiliter.

Interdictum ne quid fiat in loco publico, vel itinere. Hoc interdictum prohibitorium eſt, & tã publicis vtilitatib. quam priuatorum per hoc proſpicitur, Loca. n. publica vtiq. priuatorum vſib. deſeruiunt iure ſcripto ciuitatis, vt l. 1. §. 1. ff. eo. tit. vbi ſequitur. Publicum locum Labeo diffinit, vt ad areas, ad inſulas, ad agros, & ad vias publicas itineraq. publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca, qui ſunt in fiſci patrimonio non pertinet. In his. n. neque facere quicquam, nec ꝓhibere priuatus poteſt. Res. n. fiſcales, quaſi propriæ, & priuatæ principis ſunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habet, ſed in hac cõtrouerſia præfecti eorum iudices ſunt, quia hoc interdictũ ad ea loca pertinet, quæ publico vſui deſtinata ſunt, vt l. 1. præall. § 2. & 3. De hoc vide ibidem plura eadem l. & eo tit.

Interdictũ ne quid fiat in mari vel flumine publico, ripave eius, quo peius nauigetur, aut in via publica, quo peius eatur. Hoc interdictũ datur perpetuo omnib. & in omnes habet condemnationem in id, quod actoris intereat, vt l. 1. in fin. ff. de via pub. & itinere publico reficiendo, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur, vbi lex ſecunda ponit, quod viam publicam populus non vtendo amittere non poteſt, & l ſi dicitur. Qui viam publicã exarauerit, ad munitionem eius ſolus compellitur. Item flumen a riuo in magnitudine eſt diſcernendum, aut æſtimatione ciacumcolentium. Item fluminum quædam ſunt perẽnia, quædam torrentia. Perẽnia ſunt quæ ſemper fluunt, torrens eſt, quod in hyeme fluit, etſi aliquando in æſtate. Eſt & flumen publicum, & flumen priuatum, quæ omnia deſcribuntur in tex. & gl. in l. 1. ff de flu. & ne quid in flu. ripave eius fiat, quo peius nauigetur.

Interdictum ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat, quã priori æſtate fluxit, vt aqua fiat altior, depreſſior, & rapidior. cũ incommodo accolentium, vt ff. ne quid in flum. publ. l. 1. in prin. §. quod autem ait.

Inter-

Interdictum de no.ſope. nun. datur ei,qui prohibetur ædificare, poſtquam ſatiſdederit,vt ff. eo tit.l. Prætor ait, §.hoc autē inter dictum.Nam hoc interdictum cō petit, ſi in ſolo ſuo ædificat aliter locūm habet remiſſio, vt ff.eod. titul.l.non ſolum,§ ſciendum.& tunc non poteſt vltra ædificari, niſi conſtet eum habere ius ædificandi, vt in §.præall. Hoc interdictum etiam datur in eum, qui non ſatiſdedit, vt ædificet, ff.eo. tit.l. de pupillo, §. ſi plurimum, & § meminiſſe, & tenetur deſiſtere etiamſi ius ædificandi habeat,vt ea.l.§.1 & §.ſi is, cui. Et ſi poſt ædificauit totum ſuis ſum ptibus tenetur demoliri,vt ff.eo. tit.l ſtipulatio,§.ſiue autem. Et interdictū, de no.oper.nunc.Imperator nominat edictum, l.1.ff. eo.tit.vbi dicit. Hoc edictum remediumque operis noui nunciationis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita,hoc eſt aduerſus ea,quæ non dum ſunt facta. Nam ſi quid ope ris factum fuerit, quod fieri non debuit,ceſſat edictum de no.ope. nunc.& erit trāſeundum ad inter dictum quod ui aut clam factum erit,vt reſtituatur.Et hæc nunciatio non habet neceſſariam aditionem Prætoris,poteſt.n.quis nunciare nouum opus,& ſi prętorem non adierit. Item poteſt fieri proprio,& alieno nomine,& omnib dieb.etiam aduerſus abſentes,inuitos,& ignorantes,ut hæc clarè ponit tex.l.1. poſt princ. ff.eo,tit. vbi ſubditur, Opus nouum facere videtur, propter quod locum habet nunciatio,qui aūt ædificando de nouo, aut detrahendo aliquid priſtinā faciem operis mutat: & hoc interdictū non omnia opera complectitur, ſed ea ſola quæ ſolo cōiuncta ſunt, quorum ædificatio,vel demolitio videtur opus nouum continere, ergo nō pertinens ad hoc edictum,ſi quis in fundo alterius meteret,vel arborem ſucciderret, vel vineam putaret,licet opus faceret, quia ſolum ad ea opera, quæ in ſolo fiūt pertinet, nec locum habet ſi quis vetus ædificium fulciat, quia nō opus nouum facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet. Vt l.1.prærallег § opus nouum cum ſeq Subdit. Nunc videamus quib. ex cauſis fiat hæc nunciatio,& quæ perſonæ nuncient, & quibus nuncietur, & ſic quibus locis nunciatio fiat, & quis ſit effectus nuncationis, quæ per ordinem vide ibidem in d. l.prima.

Interdictū de precario (quod reſtituterium eſt, vt ff.eo.tit.l.2. §. 1.) datur ei qui precario rogauit,& precario habet,imò etiā ſi non rogauit, dum tamen poſſidet,vt ff.eo.tit.l.in reb.§.1 & per totam legem. Precarium videtur rogare,& habere, ſi rogauit pro ſe, & habet pro ſuo vel rogauit procurator ſuus vel negotiorum geſtor, & ipſe ratum habet,

vt ff eo.tit.l.certe. §.1.dum tamẽ accipiat in perſonam ſuã contra ctum,aliter non,vt ff.de acq.poſ. l.poſſeſſio.§.fi. Datur etiam contra eum,qui dolo fecit, vt ff. eod. tit. l.quæſitum.§.eum quoque.Et quid ſit precarium require loco ſuo, imo dic vt legitur. ff. de preca.l.1.vbi ſtricte accipitur, ſecundum Accur.& C.de præſcrip.30. annorum.l.2.vbi large capitur.

Interdictum,quod vi,aut clam datur aduerſus eum, qui in loco alterius aliquod opus conſtruxit vel deſtruxit, dum tamen ſit factum in ſolo,ff.eo.tit.l.1.§.hoc interdictum,Et etiamſi vi.i per violentiam, aut clam, i. occulte ſine notificatione alteri facta fecit cũ timeret ne ſi ſciret, ſibi prohiberetur,vt ff.eod,tit.l.1.Compellitur autem per hoc interdictum quod deſtruxit ſuis ſumptib.reponere in priſtinũ ſtatum,vel quod conſtruxit deponere. Idem ſi alteri mandaſſem opus fieri,quia ego teneor ad opus deſtruendum, & ad impenſas, ff. eod. tit.l. aut qui aliter.§.hęc verba Si tamen alius fecit, & ego poſſideo, tunc teneor ad patientiam præſtandam vt opus tollatur, ff. eod. tit. l. ſi alius,in princ. Eſtq. hoc interdictum reſtitutorium,per quod occurſum eſt calliditati eorum, qui vi, aut clam quædam moliuntur, deſtruunt. Iubentur enim reſtituere ea, & parum refert vtrum ius faciendi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit, ſiue non tamen tenetur interdictũ hoc, qui vi, aut clam fecit. Tueri enim ius ſuum debuit, non iniuriam committere, vt l 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ſeq. §. hoc interdictum ad ea ſola opera pertinet quæcumque in ſolo vi, aut clam fiunt. vide infra. Vi factum Q. Mutius ſcripſit,ſi contra quam quis prohiberetur fecerit. Et placet hæc diffinitio Vlpiano, Pædio, & Pomponio, vt ibidem dicitur. Sed Ariſto ait eum vim facere,qui ſciẽs ſe prohibitũ,per vim mollitus eſt, ne prohiberi poſſit. Et idẽ ſentit Labeo ibidẽ. Sed l.3.§.fin.eodem titulo, clam facere Caſſius ſcripſit eum,qui celauit aduerſarium, nec ei denunciauit, ſit modo, timuit eius controuerſiam, aut debuit timere. Ariſto putat eum quoque clam facere,qui celandi animum habet, eum quem prohibiturum ſe intellexit, & id exiſtimat, aut exiſtimare debet ſe prohibitum iri.

Interdictum Quorum bonorum a Prætore inuentum eſt, & datur filio emancipato aduerſus hæredem, vel poſſeſſorem, vel contra illum qui pro hærede, vel poſſeſſore poſſidet, ad vniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulas res. Et cum ſit quoddam directum, & quoddam vtile, directum datur ei, qui eſt bonorum poſſeſſor: vtile datur ei, qui ſuccedit in iure ciuili ex teſtamento, vel ab inteſtato, &

hoc

hoc eſt interdictum reſtitutorium, & adipiſcendæ poſſeſſ. ff. Quorum bono.l. 1. §. hoc interdictum quædam recuperandæ poſſeſſionis, quædam adipiſcendæ, vt ſupra in princ. præmiſſum eſt,& hic deſcribitur.

Interdictum Quorum legatorum competit hæredi ad repetēdum legata, quæ ſine uoluntate eius legatarius occupauit. Repetet itaque hęres, ut deducat Falcidiam; alioquin ſi repeteret ſtatim reſtituturus exceptione doli poterit remoueri,& hoc interdictū uulgo ſic appellatur, & quoque eſt adipiſcendæ poſſeſ.l.1.in prin.ff.quo leg. & qui non reſtituit,in id,quod intereſt,debet cōdemnari,ut l.fi.§.ex hoc interdicto,ff.eo.tit.

Interdictum de ripa munienda meritò propoſitum fuit: Nam ripas fluminum publicorum reficere,& munire,utiliſſimum eſt, ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat,ut l.unica, §. 1. de ripa. mun & ſequitur in §.2. De hoc interdicto expreſſum eſt,ut damni infecti in annos decem uiri boni arbitratu,uel caueatur, uel ſatiſdetur. Dabitur autem ſatis uicinis,& in fine dicit tex. illud notandum eſt,quod ripæ,lacus,foſſæ, ſtagni muniendi cauſa nihil Prætor cauit,ſed idem erit obſeruandum, quod in ripa fluminis munienda.

Interdictum de riuis eſt utiliſſimum,quia riuos, ſpecus, & ſepta reficere, & purgare Prætor aquæ ducendæ cauſa permittit, dum tamen non aliter aquam ducat,quam priore æſtate fluxit,ut l.1.in princip.ff.de riuis,& ſequitur in §.2.Riuus eſt locus per lōgitudinem depreſſus, quo aqua decurrat.Specus autem eſt locus, ex quo deſpicitur,inde ſpectacula ſunt dicta,& dicit ibi glo.Specus eſt locus altus a terra ædificatus,ex quo ducitur aqua, ff.eodem titulo.l. Seruius autem. Sed quandoq; ponitur pro foſſa, qua recipitur, & colligitur aqua. Et in authoribus ponitur pro loco umbroſo, & tenebroſo, ſecundū Azo.ſed ſecundum Hugo.dicitur ſpecus eſſe fouea habens undiq; locum eminentiorem, unde poſſit proſpici aqua in fundo collecta, ut ff.de aqua plu.ar. l.ſupra iter, & capitur pro ſubterraneo meatu.l.Seruius,in princ. & §.1. eo.tit.Septa uerò ſunt,quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæ ut ex flumine cauſa,ſiue ea lignea ſint,ſiue lapidea, ſiue de alia qualibet materia.ff.de riuis,l.1.§.ait. Et ſubdit textus, incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, q̃ incidatur.

Interdictum Saluianum competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem, & eius hæredes de rebus coloni tacitè pignoratis pro mercedibus,quas colonus in fundum intulit,ut ff.eo.ti.ubi textus inquit.

Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit, & eā vendiderit, quod apud emptorem ex ea natum, eſt eius apprehendendi gratia vtile interdictum reddi oportet. Nam vtilé datur ei contra extraneum poſſeſſorem pro adipiſcenda poſſeſſione eorum, quæ tacitè locatori ſunt obligata Differunt autem in rerdictum Saluianum, & actio Seruiana, quia intentans actionem Seruianam ad rem ſibi obligatam reſtituendam debet probare humori rem in bonis coloni fuiſſe eo tempore, quo res fuit illata. Sed hoc non eſt neceſſarium in interdicto Saluiano, immò ſufficit probare talem rem fuiſſe illatam. Item dicit gloſ. in §. item ſeruiana. Inſtit. de actio. quod in ſeruiana oportet, vt creditor probet reſ. Domini fuiſſe tempore obligationis, ſed in Saluiano ſufficit, ſi probet eum poſſediſſe. Nam omnia ab ipſo colono, tacite ſunt domino fundi obligata.

Interdictum de ſepulchro ędificando locum habet, vt quis nō prohibeatur ædificare ſepulchrū, quo licet mortuum inferre, vt ff. de ſep æd & mor. infe. per totum.

Interdictum de ſuperficiebus quod etiam actio nuncupatur, proponitur duplex exemplo interdicti vti poſſidetis. Tuetur itaque Prætor eum, qui ſuperficiem petit, & defendit, veluti vti poſſiditis interdicto, & omnia, quæ in Vti poſſidetis interdicto ſeruantur, hic quoque ſeruabuntur, vt in l. 1. §. proponitur. ff. de ſuperficie vbi etiam in l. 2. dicitur. Superficiarias ædes appellamus, quando in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas, & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum.

Interdictum de tabulis exhibendis datur omnibus quibus aliquid eſt ſcriptum in tabulis, vel purè, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue hærede ſiue legatarij, ſiue Fideicommiſſarij. Et pertinet hoc interdictum non tā tum ad teſtamēti tabulas, verum etiam ad omnia; quæ ad cauſam teſtamenti pertinent, ſ. ad codicillos, vt l. 1. §. hoc interdictum, ff. de tab. exhiben.

Interdictum vt in flumine publico nauigare liceat, eſt quo proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauim ratem ve agere, vel in ripa onerare prohibeatur, ſed vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, vt l. vnica. §. 1. in princ. ff. eo. tit. vbi ſubdit Vlp. Lacus eſt, qui perpetuam habet aquam: Stagnum eſt, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnātem, quæ quidem aqua plerunq; hyeme colligitur. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactum Poſſunt autem hæc eſſe publica, & non publica. Planè qui lacū vel ſtagnū conduxit ſi piſcari prohibea-

beatur, vtile interdictum ei competere Sabinus conſentit, & Labeo. Ergo ſi a municip. conductum habet, æquiſſimum erit ob vectigalis fauorem eum tueri, vt l. vnica. præalle. ff. vt in flu. publ. nauig. liceat.

Interdictum Vnde vi, locum habet, cum quis poſſeſſionem ſoli per vim amiſit, & datur directè contra deiectorem illi, qui vi de poſſeſſione alicuius rei immobilis deiectus eſt ſine omni cauſa, vt reſtituatur ei poſſeſſio, de qua deiectus eſt, & omnia ablata, imò dato, quòd ibidem eſſent aliqua, quę penes violentum fuerint mortua, vel aliquæ res, quæ caſu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad earum æſtimationem, quia nec mortalis, nec fortuitus caſus liberat deiectionem. Dicit enim l. 1. C. vnde vi. Rectè poſſidenti, ad defendendam poſſeſſionem, quam ſine vitio (ſupple maximo) tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet, & ibi no. & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. vim vi. Quid ſit vim vi repellere, eo tit. l. 3. §. armis deiectum. Et hoc interdictum annale eſt, quia poſt annum quis tenetur, niſi in quantum peruenit ad eum. Ex conſtitutione autem grauius tenetur, qui mihi feciſſe detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excuſatur.

Interdictum de vi, & vi armata, cum interdicto vnde vi datur, & proponitur ei, qui ui deiectus eſt, Fuit. n. æquiſſimum ui deiecto ſubueniri, ergo ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictū inuentum eſt Ne quid. n. per uim amittatur in legibus proſpicitur publicorum, & priuatorum, necnon conſtitutionib. principium, ut l. 1. ff. eod. tit §. hoc interdictū, & §. ſeq. ubi dicitur. Hoc interdictum non ad omnem uim pertinet, uerum ad eos tantum, qui ui de poſſeſſionibus deijciuntur, & ad ſolam atrocem uim, & ad eos, qui de ſolo deijciuntur, uel de re ſolo cohærenti, uel de ædificio, etiamſi a ſuperficiaria inſula, quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet ubi furti, uel ui bon. rapt. actio competit. Cętera uide in l. præalleg.

Interdictum Vti poſſidetis locum habet in reb. immobilibus. ſ. ſi de fundi, uel ædium poſſeſſione contenditur, Inſtit. eo. tit. §. ſed interdicto. Nam ibidem in §. retinendæ dicitur. Et quia longe commodius eſt potius poſſidere, quàm petere, ideo plerunque, & ferè ſemper, ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione. Habet etiam locum in corporalibus, ut in quaſi poſſeſſione, & datur poſſidenti ciuiliter, & naturaliter, uel ēt quaſi poſſidenti gratia retinendæ poſſeſſionis, & pro-

ponitur, quoties inter litigatores cõtẽtio eſt, vtrũ poſſideat, quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat. Eſt autem hoc nomen, Vti poſſidetis proprie ad immobilia accommodatum, quia ſolum illa dicuntur propriè poſſideri, eo quòd eis quis pedibus inſiſtat. Inde enim appellata eſt poſſeſſio, vt in l. i. ff. de acq. poſ.

¶ Interdictum Vtrobi idem eſt cum interdicto vti poſſidetis, niſi quod in hoc differant, quia illud locum habet, cum quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum mobilium, vt ff. vtrobi. l. vnica. §. hoc interdictum. Sed Vti poſſidetis, locum habet cum quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum immobilium; vt ſupra dictum eſt. Et componitur ſecũdum Az. & Acc in gloſ. i. l. præall. ex vtrũ & vbi, & ponitur vbi pro apud, & vtrum, pro quem, quaſi dicat. Prætor, apud quem eſt res mobilis, nec vi, nec clam, nec precariò ab aduerſario tempore litis motæ, ei vim fieri vero, quominus eum inducatis. Rite. n. hoc nomẽ Vtrobi eſt ad mobilia introductum, vel attributum. Nam mobilia propriè dicuntur apud, vel penes nos eſſe, vnde Acc. in gloſ. vbi ſupra quærit quare diuerſa nomina datur his interdictis. Et reſpondet, quia immobilia propriè dicuntur poſſideri. Nam poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio. Ergo merito datur eis vti poſſidetis, quod ad mobilia aptari non poteſt niſi hodie, quãdo abu ſiuè mobilia dicuntur poſſideri. Vel ſecundum alios dicitur interdictum Vtrobi propter verba ſolemnia olim in hoc iudicio, vel edicto reddita. ſ. vtrobi: i. vtrum ibi vel ibi fuerit poſſeſſio, vel alibi: & plures ſolemnitates circa hoc quæ hodie non ſunt in vſu, fuere. Et hoc interdicto Prætor iubet induci eum in poſſeſſionem, qui ex duobus potior fuerit, & per maiorem partem anni poſſederit, ſecũ dum Acc. in gl. i. l. præal. ff. eo. ti.

Interdictum de vxore ducenda marito; datur marito aduerſus eum, qui dolo eam obtinet ſi ne voluntate mariti, licet ipſa volente. ff. eo. tit. l. i. Alia interdicta parent, & exponuntur ſuis verbis incluſis.

Interdictum & ceſſatio quomodo differant, patet, quia per interdicta prohibetur adminiſtratio ſacramentorum, paucis exceptis, quod tamen non fit per ceſſationem, in qua ſolum ceſſatur a diuinorum ſolemnitate.

Interdum dicitur fieri, quod fit inter diem; i. de die in diem.

Interremptor, id eſt mediator in emptionibus.

Intereſſe mea, eſt mihi expedire, vel me damnum, vel lucrum, quod facere, vel capere potui, nõ feciſſe, vel non recepiſſe. Vnde hoc verbum intereſt, imperſonaliter poteſt poni in conſtructione. Et quandoque conſtruitur cũ pronominibus poſſeſſiuis: &

tunc

tunc exigit ablatiuos fœm.gene ris hoc modo, mea intereſt debitum ſolui die ſtatuto. Similiter dicitur tua ſua,noſtra,veſtra inte reſt. Et illorum pronominum ab latiuos regit, captum pro pertinet. Cum verò conſtituitur cum cæteris dictionibus, tunc exigit genitiuum ſingularem vel pluralem, v.g. Illius intereſt rem ſuã non perire. Regis intereſt regnũ ſuum gubernare; Reipub.intereſt ne crimina maneant impunita, litigatorum intereſt iuſtũ habere iud.cem,vel fauorabilem.

Item intereſſe hoc verbum pro nomine neutrali ponitur, & quãdoq; ſignificat damnũ,quod euenit:quandoq; lucrum amiſſum. Damnũ,quod accidit,vt v.g.Perſuaſiſti familiæ meæ,ut de domo, uel poſſeſſione cederet, quod facto damnum mihi euenit,tu tene ris ad intereſſe mihi præſtandũ. i.damnũ, quod paſſus ſum, reſar ciendum. Item de lucro amiſſo ponitur exemplum tale. Debuiſti mihi ſoluere centum aureos Romæ,tu ſoluere deſideras Baſileæ,æſtimandum eſt quantum in ter fuerit meam pecuniam ſuo loco mihi ſolutam fuiſſe. i.lucrum, quod ex mea negotiatione in eo loco facere potuiſſem. Et hæc actio,per quam hoc fit,dicitur arbitraria loci. Sed notandum, quamuis lucrũ amiſeris, nõ ideo damnum paſſus es, quia damnũ dicitur a demendo, ſ.quando ex facultatibus aliquid demitur,aut ex propria ſubſtantia diminuitur,ita ut damnum patiaris,quãdo rebus tuis aliquid decreſcit, non quando non accreſcit. Vnde intereſſe eſt damnum emergens, uel lucrũ ceſſans ſuper eo, quod dari, uel fieri omiſſum eſt, uerbi gratia;in Papia dare mihi pecuniam promiſiſti tali die, & non feciſti, hic damni, & lucri ratio eſt habenda. Damni,quia in mora fuiſti,& non ſoluiſti die tali,ſicut promiſiſti; unde non habui ut ſoluerem,quare pęnam incurri,& damnum, quod non incurriſſem, ſi mihi loco, & termino præfixis ſoluiſſes, nec damnum hoc paſſus eſſem. Lucri etiam cõſideratio habenda eſt,quia ſi mihi in loco, & termino debitis ſol uiſſes, mercimonia cõparaſſem, & multa lucratus fuiſſem Eſt ergo intereſſe æſtimatio damni, quod taliter euenit, uel lucri, quod ceſſat, ex eo, quod aliquid tibi nõn datur uel non fit, ut debet.

Intereſſe cõuentum eſt. ſ.cum non facis, quod promiſiſti mihi, uel cum non fecero,quod promiſi tibi. Aliud intereſſe eſt commune.ſ.æſtimatio communis damni uel lucri,quod eueuit, uel ceſſat. Aliud ſingulare, ſcilicet æſtimatio, quæ euenit ex ſpeciali caſu uel utilitate. Vide de hoc Spec. in tit de fru.& intereſſe.

Interlocutoria ſententia, Req. infra Sententia. Et breuiter, eſt omne uerbum iudicis, faciens ad

cauſam, ut no.in c. cum olim.de teſti & Auth.de litigio. §.ad excludeudas,collat.7.& l.1.ff.de re iudic.

Interpellare quãdoque idem ſonat,quod interrumpere. Vnde dicitur, quod per lit.cont. interpellatur, id eſt interrũpitur actio poſſeſſio,uel prǽſcriptio. Item interpellare idem eſt, quod monere, ut dicendo: Dies interpellare pro domino, ideſt monet.c.potuit, in fi.de loca.& condu.

Interpolare eſt in nouam formam mutare.l. prǽcipiunt.de ædil.edi.tractum a fullonib.qui poliendo curandoq; uetera ueſtimẽta quaſi nouam ſpeciem a uetere fingunt.

Interpretatio eſt multiplex,ut c.1 de poſtu.præla.

Interpretatio triplex eſt, quædam probabilis, & non neceſſaria,ut magiſtri.l.unica C.de profeſ.qui in urbe Conſtanti. Quædam eſt neceſſaria, & non generalis,ut iudicis.l.nam ut ait,ff.de leg. Quædam eſt probabilis neceſſaria,& generalis, ſed non in ſcriptis redigenda,ut ſunt conſuetudines. l. ſi de interpretatione. ff.de leg. & cap.abbate, extra de uerb.ſign.

Interrogatiua ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contra ſe & datur ſuper articulis,de quib. præmiſſum eſt,& formantur per circunſtantias cauſæ, & perſonarum, ut eſt gl. in c. penitentium. de teſt.lib.6.

Interritura eſt damnum rei detritæ.l.ult.de pig.act.

Interuertere eſt rem commodatam,depoſitam, aut aliter nobis creditam,dolo malo,ne ad dominum redeat,efficere. Aliquando idem ſignificat, quod ſubuertere & euertere,ut in l.tutelas,& in l.amiſſione,de cap.di.

Inteſtabilis, dicitur qui nec teſtamentum facere,nec teſtis adhiberi poteſt;item is, cui alius teſtimonium dicere nequit. l.is cui.§. ult.& l.cum leg.de teſt.

Inteſtamento,aduerbium, ideſt ſine teſtamento.

Inteſtatus dicitur,qui omnino non fecit teſtamentum, uel ſi fecit, non ritè, uel poſtea rupit ex certis cauſis,uel ſi ex illo teſtamẽto nemo ſit hæres, Inſtit.de hær. quæ ab inte.defun.in prin.

Inthronizatio eſt alicuius in ſuam dignitatem,uel ſuum thronum introductio,uel inueſtitura

Intra dictio eſt incluſiua, & ideo cui legitur, ſi intra diem mortis eius aliquid dederit, etiã dando eo die, quo moritur legatum conſequitur ,l.ſi quis ſit. de uerb.ſign.

Intruſi dicuntur, qui non per electionem canonicam, ſed per uiolentiam occupant honores, officia,uel eccleſiaſtica beneficia

Intruſus dicitur, qui eſt poſitus auctoritate ſuperioris non habentis poteſtatem cõferendi.Do. de S. Gem in c. propter.19.diſ in ult.col. Adde,quod non hñs ali-

quem

quem colorem in beneficio dici tur intruſus, & qui habet ſine au ctoritate ſuperioris, & qui eſt depoſitus a beneficio, & remanet in eo. Item ille, qui eſt electus & miniſtrar ante confirmationem, vt in c. 1. de reſt. in inte. & ibi Abb. in col. 1. Item eſt intruſus, qui commiſit crimen depoſitione dignum, gl. 2. in c. cum ſuper de cauſa poſ. & prop. Item intruſus dicitur, qui habet beneficium ablatum alteri iniuſtè, c. tanta. de exc. prӕla. & de hac materia vide latè Fel. in c. veniens, de acc. ver. no. quod intruſus.

Intruſus in beneficio dicitur ille, qui ſine auctoritate illius, ad quem ſpectat collatio, illud tenet, in ca. quia diuerſitatem, vbi Pa. in c. no. de conc. prӕb.

Inualeſcere, i. valde valere, creſcere, & abundare.

Inuentarium dicitur libellus quidam, in quo omnia bona hӕreditaria, quӕ apud aliquem inueniuntur, conſcribuntur. Et oia in illo libello cōtinentur, vt ſciatur quātum eo tempore vel die, quo ſcribebatur in bonis defuncti continebatur. Et tutum eſt hęredi, quod faciat, quia ſi fecerit, vltra vires hӕreditatis non poteſt onerari, ſi non fecerit, omnibus legatarijs legata reſtituere oportet, & cogitur etiamſi excedant vires, & facultates hӕreditatis. Et hoc poteſt etiam fieri in alijs factis nedum in re b. hӕreditatis. Eſt etiam inuentariū quoddam genus inſtrumentorum Bar no. quod inuentarium eſt ſcriptura, quam hӕres inchoare dēt inf. 30. dies poſt mortē teſtatoris, vel poſtquam ſcit ſe inſtitutum hęredem, & ibi ſcribere omnes res de functi ſuis teſtib. eamq; perficere inf. 60. alios dies, vel inf. annū, ſi res ſint remotӕ. & tunc non tenebitur creditorib. vltra illud, ꝙ inuētum fuerit in hӕreditate. Si autem non fecerit inuentarium, tenetur inſolidum. Et pro hoc vide in gl. Inſt. de hӕredum qual. & diffe. §. ſed noſtra.

Inueſtitura eſt alicuius in ſuū ius introductio, & eſt propriè poſſeſſio. Sed abuſiuè dicitur inueſtitura, quando oñs haſtā, vel aliquid corporeum prӕbet vaſallo, dicens ſe per hoc facere inueſtituram, vt in li. feu. in titu quid ſi inue. Olim autem dicebatur de prouiſione, quia Imperator per vrbem Ro. inueſtiuit Archiepſ, & Epiſcopus per annulum, & baculum, req. ſupra, inſtituere.

Inumbratam quietem furioſi dixit Celſus in l. quod meo. §. 1. de acq. poſſ. qui aſpectū ſanę mētis videbatur.

In vniuerſum, i. generaliter.

Inuolare, i. furari, a vola dictū quod manum ſignificat. Et ita apud Calliſtratum accipitur, ff. de incen. rui. nau. l. ex pugnatur, cū vela conſcinduntur, aut ancorӕ inuolantur de mari.

I ante P.

Iperbolica locutio eſt exceſſus veritatis, vt: Frigidius glacie pectus amantis erat. Ouidio in Epiſt.

Hyperpolica rectius ſcribas, de quo vide ſup. ſuo loco.

Ipſa, de hoc relatiuo vide Ioa. And. in q. poſita ſuper reg. cōtra eum, & c. in 2. art. de reg. iu. li. 6.

Ipſe, i. ego, ff. quod met. cau. l. metum autem, §. ſed licet.

Ipſo facto, hæc clauſula idem importat, quod ipſo iure Bart. in l. 1. de ijs, qui no. in infa.

Ipſo iure, de hac clauſula vide gl. in §. in bon. fidei, & ibi Iaſ. Inſt. de act. & Bart. in l. ſi mater, C. de ſuis, & leg. hær.

I ante R.

Irenarchæ dicuntur, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis morib. præficiuntur, vt ſunt milites, qui vadunt perquirere latrones. Et dicuntur quaſi arcentes iram, vel quia iræ ſumendæ in turbatores publicę pacis, & quietis gerunt monarchiam, ſecundū quod accipitur. C. de irenarchis li. 10. imò verò irenarcha dictio, Græca eſt compoſita ab eirene, quod eſt pax, & archos, i. princeps, quaſi dicas pacificatorem, ſiue pacis conciliatorem, ſeu qui ſedandis ſeditionib. electus ſit.

Irrinum, vnguenti ſpecies, l. in argento, de au. & arg. leg.

Ironia eſt, cum quis minorā de ſe dicit, quam ſint, et eſt cum quid eſt deriſionem, i. per cōtrarium dicitur, & ſic eſt figura, de qua, & multis alijs vide gl. bonā in c. forus, de verb. ſign.

Irregularitas eſt nota, ſiue impedimentum canonicum ex facto, ſiue de facto proueniēs quo quis ad eccleſiaſticos ordines ꝓmoueri, & iam promotus in eis miniſtrare prohibetur, & degradari, ſiue deponi quandoq; meretur. Vel ſic Eſt habilitas quædam canonica, per quam quis efficitur inhabilis ad ordines ſuſcipiēdum. Et dicitur ab ideſt, non mutando n, in r, & regula, qui non poteſt exigere regula ab apoſtolis, & alijs ſummis pontificibus.

Irrepere, ideſt latenter in ualeſcere.

Irriguum, capitur actiuè, & paſſiuè hoc eſt, & pro eo, ex quo & quid irrigari poteſt, vt irriguę fontium aquæ, l. 1. C. de mancip. & colo. patri. & pro eo ipſo qđ irrigatur, l. diuortio, §. quod in anno. ff. ſol. matr.

Irritum teſtamentum, vide teſtamentum irritum.

Irrogare, i. inferre. Vnde dicitur crimen vel damnum irrogat infamiā vel mortem, ideſt infert, C. ex quib. cau. inf. irrog. in rub.

I ante S.

Iſoſtates, æqualitatis recognitor, l. 2. C. de ponde. l. 1.

Iſthmus

Iſthmus eſt terra oblonga, & anguſta inter duo maria.

I ante T.

ITa, eſt dictio conditionalis, ſecundum gl. in l. Iulianus, 2. de cond. & demon.

Itaque no. Io. Cal. in comme. Decret c. poſt ceſſionem, de probationibus.

Item, hæc dictio ex ſuo ſignificato ſignificat adiectionem, coniunctionem, ſeu cõtinuationem, da qua Bar. ff. de public. & vect. l. 1. in prin. Eſt etiam repetitiua ſeu repetitionis ſignificatiua. Repetit autem illa, quorum repetitionẽ ſignificare cõcludit quodlibet medium probabile, v. g. Teſtator dicit, lego Titio fundum Seianũ ſub conditione. Item fundum Seianum hæres meus dare damnas eſto: intelligitur ſub eadem conditione, vt l. in repetendis, ff. de leg. 3. & ſumitur ſignificatum ex dictione item, & ex oratione ſequente, quæ eſt declaratiua præcedentis. Et idem dic in die, vel in alia qualitate poſita in oratione præcedenti, quia reperitur & in ſequenti. Itẽ ibi, teſtator dicit: lego Titio fundũ Seianum ſub conditione, & poſt ex interuallo dicit, item fundum Seianum Titio lego, hoc caſu legatum valet, & videtur primum reuocatum, nec videtur repetitio conditionis, vt l. non ad ea, ibi dum dicit ſi prius ſub conditione, ff. de cõd. & dem. quia hęc diſpoſitio debet addere, & operari, quod non fieret ſi conditio repeteretur, ideo teſtator videtur a conditione receſſiſſe. & purè legare voluiſſe. Item ibi, teſtator plurib. legatis factis, filium hæredem inſtituit. & adiecit, qđ ſi ipſe filius abſq; liberis diſceſſerit, relinquo Titio centũ, item relinquo Titio domum: item relinquo Sempronio fundum. Præ dicta conditio ſi deceſſerit, intelligitur repetita in duob. ſequentib. legatis, & ſic obtinet in trib. prædictis legatis, quia ſumitur ſignificatum ex legatis purè prius factis, & ex ſignificato conditionis Nam ex conditione ſignificatur, quod teſtator non vult plus grauare filium, ſi vixerit, ſed vult grauare in ſequentib. ſub illa cõditione, ſi deceſſerit, facit l. ſi ita ſcriptum, ff. de lib. & poſthum.

Iter eſt ius eundi, vel ambulãdi hominis, ſiue homo eat ſolus, ſiue vehatur ſella, vel lectica, vel in equo vel quouis animali. Seorſum verò non poteſt iumentum ſecum agere, vel vehiculum ducere, qui inter tãtum habet. Qñque tamen inter dicitur vulgariter ipſum ſolum, per quod itur, vel tramites, vel calles trãſeunt, ita vt qui actum habet, habeat & iter, & commoditatem itineris, & non econuerſo. Vide infra de via, & Inſt. de ſerui. in princ.

Iterato quid importat, no. Archi. 71. q. 3. c. ſi quis vero.

Iterum.

Iterum, hæc dictio ſecundum ſuum proprium ſignificatũ denotat actum geminatum, quod no. pro ſtatutis permittẽtib. aliquid iterari, vel punientib.facientem aliquid iterum, habet n.locum ſtatutum in geminante actum; quandoque ex natura actus cui adijcitur, exponitur, i. quoties opus fuerit.gl.& ibi Doct. in ca. ſua nobis, de app. & Ang.Aret. in pç.inſt.in ver.quorũ,& Doct. in l.veluti.de eden. & l.fideic.§. ſi quis decem, ff. de leg.3. vbi ſi teſtator legat decem Titio, & ſi perdiderit,iterum legat, non intelligatur vltra duas præſtationes, quod facit ad quæſtionem, quãdo arbitro datur ptãs prorogandi, compromiſſum ſemel, & iterum.Non.n.intelligitur in infinitum,ſed pro duab.vicib.tantum,ſecundum Bal.in d.c.ſua nobis,in fi.facit,quod no.in l.ſi finita,ff.de dam.infec.vbi plenè per Doc.Itidem, i.ſimiliter, C.de eman. lib. l.pen. de iniur.l.ſi.Aliquando.i.tantundem.C.de app. l.quoniam iudices. Itinerarchæ, dicuntur itineris cuſtodes,a verbo eo is,& archos græcè, i.princeps Latinè, hoc nomen trahentes quia ad prouinciarum tutelã per ſingula loca pacis,& quietis faciunt ſtare cuſtodiam, l. 1. C. de cuſt.reo.

I ante V.

IVdæi dicuntur,qui Moſaicam legem ad literam imitantes tenens,ſe circuncidendo, & alia legalia faciẽdo.Et dicuntur a nomine dignioris tribus, ſ. Iudæ, qui inter alias tribus bellicoſior erat, & in bellis primam aciem, & regni vel regis priuilegium obtinebat.

Iudex dicitur,quaſi ius dicens populo,ſiue quod iure diſceptet iure autem diſceptare eſt iuſtè iudicare. Non eſt ergo iudex, ſ. bonus,ſi non eſt in eo iuſtitia, vt in c.forus,§ in omni quoque negotio,de verb.ſign. Et iudex eſt, qui ex iuriſdictione propria, aut ſibi delegata, & commiſſa ius habet ſuper cauſas litigiorum, vel litigatorum cognoſcendi; & qui ea propria iuriſdictione illud habet dicitur iudex ordinarius, ſed qui ex delegata, dicitur delegatus, & extraordinarius.

Iudex ordinarius eſt ille, qui habet poteſtatem iudicandi a ſe iure ſuo, hoc eſt, eo ipſo, quod eſt talis,vt epiſcopus,pręſes prouinciæ,& conſimiles.

Iudex delegatus eſt ille,qui habet poteſtatem de cauſa aliqua cognoſcendi ab aliquo ſibi commiſſum, qui etiam dicitur iudex extraordinarius.

Iudex competens,dicitur, qui cauſę iuriſdictionem hẽt cũ exercitio dato, quod per exceptionẽ poſſit elidi, ſiue exceptio contingat perſonam, vt quia ſuſpectes, ſiue iuriſdictionem, vt quia reſcriptum ſurreptitium eſt, vt eſt

gl.in cle.cum ſit.vt lite pendẽte.

Iudex incompetens eſt,in quẽ licet conſenſerimus, id tamen ꝙ ab ea ſtatutum eſt,firmitatẽ non habet iudicati,vel quia ipſe nullam iuriſdictionem habebat,vel quia interuenit error in adducẽdo vel adeundo ipſum, vel quia vi compulſi ſumus in eum cõſentire . In ſumma iudex incompetens eſt idem,qui non ſuus.

Iudex compromiſſarius. Require ſupra Arbiter.

Iudices chartularij erãt olim, qui ab Imperatore priuilegiati erant,vt,qui vellent coram eis litigare,poſſent; ſed ipſi non poterant cogere aliquem ad litigandum coram eis Et dicuntur hodie etiam iudices ordinarij creati a comite Palatino,qui non habent adminiſtrationem niſi habitu,vt no.l.1.ff.de iud. & l fin.C. vbi,& apud quem cogn in inte. reſt.agitan.ſit

Iudices domeſtici. Req ſupra Domeſtici,& aſſeſſores.

Iudices pedanei dicuntur illi, quorum officium eſt deminutis cauſis,& infimis cognoſcere, & inutilibus,vel vilibus licet ordinarij, & dicuntur a pede,qui eſt extrema pars corporis. Maiores verò cauſas debent, & tenentur maioribus referre, cum ipſe per ſe non poſſint terminare, C. de pœn.iud.l.2.

Iudicẽ delegare eſt vice ſua aliũ de cã cogniturum conſtiture.

Iudicatum facere dixit Celſus in l.fin. ſi cer.pet. pro parere ſententiæ,& ſoluere, quod ſolui pronunciatum fuit.

Iudicatum ſolui ſatiſdatio,inde dicta eſt,quia interponebatur ſtipulatio,vt ſolueretur id,quod iudicatum fuiſſet, vt Inſt. de ſatiſ.in prin.Et huiuſmodi ſtipulatio tres clauſulas continet,vt eleganter perſequitur Vlp. in l.iudicatum.ff.iu.ſolui.

Iudicium,hæc dictio multipliciter ſignificat. Primo modo idẽ eſt,quod caſus fortuitus,vt dicitur Hoc diuino iudicio venit.Secundo eſt diſcretio, vt dicendo in pueris non eſt iudicium facit Inſt.qui non eſt permiſ. fac.teſt. §. præterea. Tertio eſt actio, vt cum dicitur iudicium fami.herc. ff.de iud.in l. infamiliæ. Quarto eſt vltima voluntas teſtatoris. Quinto eſt iudicium,vel ſententia iudicis, l.1.C.de re iud.Sexto ponitur pro examinatione, vel deliberatione. Septimo pro auctoritate,43.diſtin. c.2. Octauo quandoque pro pœna 50.diſt.c. & purgabit. Nono capitur pro inſtantia, vel ordinatione cauſæ diſcutiendæ in iure coram iudice;ſic ſumitur in tit.de iud.l.properandum,§.1.C.de iud.& ff.eo. tit.l.proponebatur, & in hac ſignificatione diffinitur ſic, iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum.ſ.iudicis, actoris,& rei ſuper eadem quæſtione, aut ſuper eodem iudicio contractus de verbor.ſign.c forus, in gl.Et

dici-

dicitur iudiciũ quaſi iuriſdictio ibidem, & ſecundum Goffr. de ſcribitur ſicut arbitrium, exceptis his. Primò, quod iudicium eſt de ciuili, & criminali, ſed arbitrium de ciuili tantum. Secundò, quòd iudicium neceſſariò, arbitrium verò voluntariè ſubditur, & prius inquiſitio vocabatur: vnde ſecundum Card. Iudicium eſt inueſtigatio, quam ſecundum iuris ordinem facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicitam cuſtodiendam, vt 30.q0.5.iudicantem oportet, Et quod dicitur actus trium perſonarum, intelligitur verè, vel fictè, ſeu repræſentatiuè, quia in notorijs fama repræſentat actorem, & fingitur accuſator. Et nota, quòd propriè ante lit.conte. non eſt iudicium, quia nulla cauſæ diſcuſſio, l.prima, C.eo.tit. & hoc reſpectu cauſæ, non autem reſpectu aliorum actuum iudicialium, vt ſunt examinatio partium, & confeſſio, & cætera, quæ bene fiunt ante litis conteſtationem; imò quandoq; iudicium capitur pro eo, quod præcedit ſententiam, vt in c. in iudicijs, de reg.iur.lib 6. De multiplici ſpecie iudiciorum, vide infra in verſ.iudicia priuata.

Iudicium contradictorium dicitur, ſi dicerem hoc eſſe conſuetudinem, & tu aduerſarius meus diceres non eſſe conſuetudinem vt in c.abbate, in gl.fin.de verb. ſign.

Iudicia capitalia ſunt, quibus caput eximitur a ciuitate morte vel exilio, de his vide Inſtit. de publ.iudic.§.publicorum.

Iudicia publica ſunt de publicis cauſis, & dicũtur quaſi popu-lica, quia cuilibet de populo cõmiſſa eſt executio, vt contra crimen læſæ maieſtatis; in quo omnes de populo poſſunt accuſare. Quandoq; iudicium publicum dicitur iudicium, quod intenditur a crimine: de hoc vide Inſtit. de pub.iud, in princ.

Iudicia priuata ſunt, quæ ciuiliter tractantur, ſiue intentātur, Item de multiplici iudicio.ſ.auctoritatis, miniſterij, approbationis, &c.no.Arch.55.diſt.percepta, & gl.ſuper regula, in iudicijs, de reg.iur.lib.6. Tangit aliqualiter Arch.2.q.1. ſicut. Et ſecũdum Ant.de But.diuiditur tripliciter; primo ratione materię, ſecundo ratione formæ, tertio ratione quantitatis, Vnde ratione materię duplex eſt iudicium, aut temporale, aut ſpirituale, aut ciuile, aut criminale. Vnde ſemper dicitur iudicium criminale, quādo finis tendit ad commodũ rei publ.vt fiſci &c. ſiue pęna ſit corporalis, ſiue pecuniaria. Sed dicitur ciuile quando finis tendit ad commodum partis, gl.no.l.prætor, in prin.ff.de ſep. viol. & fuit opinio Inn.in c.qualiter, & quādo 2.de accu. & Doct. in c. 1.de iud. Secundo, ratione formæ iterum duplex eſt iudicium, ſ.ordinarium,

narium,& extraordinarium. Tertiò, ratione quantitatis duplex eſt,ſ. vniuerſale,& generale,quę etiam differunt, de hoc plenè in c.2.de libr.oblat. item iudicium triplex reperitur; primum inter ſanguinem, ſecundum inter lepram; tertium inter cauſam, vt in c per venerabilem, qui fi.ſint legit.

Iudicium proluſorium, quid require infra ver. Proluſorium.

Iudicium accipi olim dicebatur,cum lis cōteſtabatur, l.is qui ſe, de rei vend.cuius locutionis ratione, tradit Alc. in l.pecuniæ verbum,§.actionis,de ver. ſign.

Iudicio ſiſti cautio dicitur, cū promittimus, nos aut aliquem alium ad iudicium venturos, & permanſuros eſſe, vt in ff ſi quis caut. toto tit.

Iugalem poſuit Iuſtinianus pro vxore, l.conſenſu, §.1.C.de repud.

Iugatio genus vectigalis, de quo in l.immunitates. C.de agr. & cenſit.

Iumentorum appellatione boues non continentur, l. legatis ſeruis, de lega.3. Dicta autē ſunt iumenta a iūgendo, eo quod curui iungantur,vt ait Ale. in l.boues, de verb. ſign.in quibus ſunt equi,& muli.

Iura prædiorum appellari ſeruitutes,nemo eſt,qui ignoret,ex tit.de reb. corpo. & incorpor.in Inſtit at qui prædia cum viribus ſuis reſtituere promittit,intelligitur, vt reſtituat eorundem bonitate, ſalubritatis, & amplitudinis,l.quid aliud, ff.de verb.ſign.

Iuramentum eſt affirmatio, vel negatio ſacræ rei aſſertione, vel atteſtatione firmata ſecundū Goff. vel adhibita religione ſecūdum Placen. & eſt triplex videlicet,voluntarium, cum fit extra iudicium; neceſſarium & iudiciale,vt no.gl.Inſt.de act. §.item ſi quis,& infra ver.iuſiurandum.

Iuramentum aſſertorium eſt, cum iuratur de præſenti, vel de præterito ſic eſſe, vel non eſſe, fuiſſe,vel non fuiſſe. Sed iuramētum promiſſorium eſt, quando iuratur de futuro aliquid daturum vel facturum. Aliquando etiam iuratur per executionem, vt ſi hoc non fecero,hoc accidat mihi vel filijs meis,aut huiuſmodi. Ponitur ergo triplex iuramentum.ſ. promiſſorium aſſertoriū, & confirmatorium, ſecundum Hoſt, in ſumma de iureiur. De primo in c.debitores,in c.Quintauallis,& c.veniens,de iureiur. De ſecundo in c.ſi.eo.tit.De tertio in c.cum contingat,eo.tit.

Iuramentum calumnię eſt, cū qui iurat ſe bona fide,& non animo calūniandi agere, vel reſpondere,nec egiſſe, vel reſpondiſſe.

Iurare conceptis verbis, vide Conceptio,

Iurati dicūtur conſiliarij, vel priores, qui regunt vniuerſitatē, & dicuntur a iuramento, quod præſtat, vt eorum officium fideli-

deliter exequantur.

Iure proprio, dicitur aliqua res vendi in inſtrumento venditionis, quando proprietas transfertur in ementem.

Iurgiū dicitur quaſi iuris garrium, eo quod hi, qui cauſam dicunt, iure diſceptant, c. forus, extra de verb. ſign.

Iuridicus eſt, quam iura dicit ſecundum Iſid. lib. 11. Ety. Et peculiariter hoc noīe appellatum fuiſſe quendam Alexandriæ magiſtratum, indicat manifeſte tit. de offic. iurid. Alexan. C.

Iuris auſpicium, i. exordium litis, vt in c. paſtorali, de cau poſ. & C. de codi. vlt. 1. reſp.

Iuriſconſulti qui appellarentur antiquitus, docet expreſsè Imp. in §. reſponſa. Inſt. de iu. na, gent. & ciuil.

Iuriſdictio eſt ptās de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, vel æquitatis ſtatuendæ, ſecundum Azo. & dicitur a nominib. ius, & ditio, i. poteſtas. Hæc autem quandoq; eſt ordinaria, quandoq; delegata. Item alia eſt plena, ſ. ſolius principis. Alia autem ſemiplena, aliorum videlicet a principe. De hoc vide Spe. eo tit. C. eo. l. 3. Nota, quod quatuor dant iuriſdictionem ordinariam. Primò, lex inanimata, vel canon, & hoc in dubio, ſecus ſi apparet velle dare de legatam. Secundò, lex animata ſ. Papa vel Imperator, & non inferior, niſi epiſcopus ſui Vicario. Tertio, cōſuetudo. Quartò, vniuerſitas approbata, vt mercatorum, cerdonum, & aliorum artificum, qui poſſunt de ſuo corpore creare, & eligere iudicem ordinarium. Similiter vniuerſitas facultatum artium vel iuriſtarū, de hoc not. circa ca. cum ab eccleſiarum, de of. ord. Et iuriſdictio prout eſt genus, diuiditur in merum imperium, mixtum imperium, & ſimplicem iuriſdictionem, de quib. in lite M. require.

Iuriſdictio etiam alia eſt voluntaria, alia contentioſa. Voluntaria dicitur, quę in volentes tantum exerceri poteſt; contentioſa, quæ etiam in inuitos, vt no. in l. 2 de off proc & leg.

Iuris præcepta tria ſunt, ſ. honeſtè viuere; alterium non lædere; & ius ſuum vnicunq; tribuere. Inſt. de iuſt. & iu. §. iuris præcepta, conc c cum deuotiſſimam 12. qō. 2. vbi dicitur quod ſummum bonum in literis eſt iuſtitiam collere, & vnicuiq; &c.

Iuriſprudentia eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atq; iniuſti ſcientia, iuſti, ſ. ad faciendum, iniuſti ad euitandū, quia non ſufficit ſcire quid ſit iuſtum, vel iniuſtum, niſi & ipſarū rerum contrarium vel corporalium habeat quis notitiam, ſecūdum quam, ſecundum varias cōditiones varia iura ſunt ſtatuenda, Inſt. de iuſt & iur. in prin.

Ius habet plura ſignificata. Primo, i. rigor. l. 1. C. de leg Secundò,

cundò, i.verborum cōceptio, vt cùm dicimus, quod in ſtipulationib. verſatur ius, vt l.ſi vnus §.pactus ne peteret, ff.de pac. Tertiò, i.rectum, vel iuſtum quod deriuatur à iuſtitia. Quartò, i. aqua pinguis. Quintò capitur pro toto corpore iuris. Alia plura ſignificata ponit Io.And.de reg.iu.in prin.lib.6. Breuiter ius ſignificat quod ſubiecta materia, vel vſus communis id recipiendi in tali loco, in quo profertur, ſignificare declarat. Vnde ius eſt nomen generale, & lex iuris ſpecies, & dicitur ius quaſi iuſtum.1.diſtin. ius generale, & ſecundum Iſid. lib.5.Ety. Omne autem ius legibus, & morib. conſtat ſecundum Iſid. vbi ſup.c.2. Et diffinitur ſic, ius eſt ars boni, & ęqui, cuius meritò, quis nos Sacerdotes appellat, i.ſua iura cuilibet miniſtrantes, ff.de iuſt.& iu.l 2.3.reſpōſo. Hoc eſt dicere, quod iuſtitia eſt collectio legitimorum pręceptorum, quę arctant nos ad obſeruādum bonum, & æquum, i.vtilitatem & æquitatem, ſeu veritatē. Quamuis.n. vſucapio contra æquitatem videatur introducta, tamen ſubtili conſideratione maximæ innititur æquitati, cum præcipuè æquum ſit quod publicæ vtilitati deſeruit. Vel dicitur qđ in vſucapione vel præſcriptione ex cauſa, & pro bono publico inducitur quandoq; rigor contra naturalem æquitatem, vt dicitur in gl.1.diſt.ius autem, vbi datur, quandoq; ius quod non eſt iuſtū vel æquum, vt ibi exempla plura. Dicitur autem ius a iuſtitia, & aliter ſic diffinitur. Ius eſt præceptū, ſeu ordinatio Principis ſeu Domini circa ſubditos, quātum ad ea, quæ poſſunt ſubeſſe poteſtati ſubditorum. Talis autē vel eſt Deus, & tunc dicitur ius diuinum. Vel eſt natura, & tunc dicitur ius naturale. Vel eſt homo, & tunc dicitur ius humanum, quod regitur duobus, vt in principio decre. Et ſic ſecundum triplicem gradum ſummorum diſtinctum eſt triplex ius.ſ.ius diuinum, qđ eſt præceptum ſeu ordinatio diuina, & ius naturale, & ciuile dicitur. Etiam aliquando ius anguſtioſum, aliquando iniquum, vt Inſtitut.de ſena. Ter. in gloſſ. §.1.

Ius etiā dicitur locus, vbi ius redditur, interdum accipitur pro neceſſitudine, vt l.pen.& fi.de iuſtitia & iure. Aliquando pro qualitate rei inhęrente, l.quid aliud, de ver ſig. Item pro commodo; l.quod dicimus, eo.ti. Quandoq; ſignificat facultatem, & ptātem, vt cum dr, eſt mihi ius eundi per viā publicā. Qnq; ius dicendi, vt in titu.de in ius voc. Nam in ius vocare, eſt ad iudicem vocare, §. vlt.Inſt.de pęna temp.litig.

Ius aureorum annullorum ſecundum quoſdam dicitur, quod olim liberti annullos aureos ferre non poterant, ſed ſecundum Azo.eſt priuilegium, qđ concedebatur

batur libertis in ſignum ſemiplenæ ingenuitatis. Viuebant.n. ingenui, ſed moriebantur, vt liberti, C. de iur. an. aur. in rubr.

Ius aureorum annullorum donare (inquit) Bud. apud antiquos erat id fermè, quod hodie æquitem facere dicimus.

Ius canonicum diuiditur in decretum, & decretales, quarum volumen dicitur extrauagans in quinque libris, maximè, reſpectu iuris ciuilis. Quilibet autem liber habet plures rubricas ſiue titulos, in quib. præmittitur materia in generali, de qua tractatur in capitulis ſequentib. in ſpeciali. Sub qualibet autem rubrica ſunt vnum, aut plura capitula, quæ dicuntur decretales, vel conſtitutiones, & aliquando in capitulis ſunt §§. Vnde quando allegabis aliquid ex decretalib. non allegabis librum, ſed titulũ, & capitulum in eodem, & ſi ſit capitulum longum dices capit. tali. circa principium, medium, vel finem. Vel ſi ſint in capitulis paragraphi, allegabis tali cap. §. 1. vel 5. Et poſt compoſitiones quinque librorum dictorum per magriſtrum Raymundum capellanum Gregorij Papæ IX. circa annum Domini 1230. elapſis multis annis, videlicet anno a natiuitate vel incarnatione Domini 1298 Nonis Martij Pontificatus Bonifacij VIII. anno 4. compilatus eſt liber ſextus, non quidem ſextus cum alijs quinque partialibus prædictis in vno volumine, ſed liber ſpecialis continens etiam quinque partes, & ſupplens defectus caſuum emergentium in libris decretalium non comprehenſorum. Deinde Clementis conſtitutiones, a Clemente Papa V. ſub anno Domini 1311, in conſilio Vienenſi, ꝙ ſex menſibus tantum durauit, conceptæ, & editæ ſunt, licet idẽ Clemens morte præuentus, ad publicum non perduxerit, Sed Io. Pap. XII. poſtea compleuit, correxit, mutauit, & executioni demandauit. Et fuerunt promulgatæ anno Domini 1329. Kal. Nouembr. De hoc vide gloſa, in procemio Clement. ſuper verbo Nouembris, & verbo pontificatus. Et dicit Ioan. Andr. quod iſte liber non debet allegari ſeptimus, ſed debet intitulari Clementinæ, ſcilicet conſtitutiones Clementis V. Sed decretũ, quod magiſter Gratianus circa annũ Domini 1109. compilauit, diuiditur in tres partes. Prima dicitur diſtinctiones, quia eſt diſtincta per centum, & vnam partem quarum quælibet habet vnum, vel plures canones, quæ vlterius ſubdiuiduntur in paragraphos, & verſiculos. Sed ſecunda pars decreti nominatur cauſæ, quia continet in ſe 36. cauſas, a quibus nomen accepit, quæ vlterius ſubdiuiduntur in quæſtiones, & hæ in canones, qui vltra in paragraphos, & verſiculos ſubdiuidi poſſunt.

poſſunt. Tractatus autem de pœnitentia imponitur, in cauſa 33. quæſtione 3. Et habet ſeptem diſtinctiones, quarum quælibet habet canones plures, cum paragraphis verſiculis ſuis. Tertia, & vltima pars decreti nuncupatur De conſecratione, & habet ſub ſe quinque diſtinctiones cum canonibus, vel capitulis, paragraphis vel verſiculis.

Ius ciuile inuenitur accipi diuerſimodè; vt d. 1. cap. ius naturale. Ciuile autem vno modo eſt, quod quiſque populus, vel quæque ciuitas ſibi proprium diuina, humanaque cauſa conſtituit ſecundum Iſido. libr. 5. Secundo dicitur ius ciuile lex. lega. 12. tabularum. Tertio dicitur quod ex legibus plebiſcitis, conſtitutionibus ſenatuſconſultus, principum decretis, vel authoritate prudentium inuenitur. Quartò, dicitur ius, quod non eſt prætorium. Quinto dicitur diſputatio prudentium, quę fuit facta ſub lege 12. tabularum. Sexto, quidquid habemus ſcriptum de iure. Septimo, quicquid iure naturali, vel iure gentium ſubtrahitur, vel quod non eſt ius naturale, nec gentium, & ſic capiendo ius canonicum dicitur ius ciuile, & ſic ſumitur 1. diſtin. ius autem, vt in gloſſ. 1. not. in fin. Et quia ita diuerſimodè ius ciuile inuenitur accipi in iure de prima acceptione habes Inſtit. de iure naturali, §. 1. De ſecunda habes, ff. de iuſt. & iur. l. ius ciuile, §. 1. hoc igitur. De tertia, & quinta, ff. de orig. iur. l. 2. §. hæc diſputatio De quarta l. ius ciuile, præalleg. in princip. De ſexta, ff. de var. & extraord. cogn. l. 1. §. proinde. De ſeptima, Inſtitu. de vſucapio. in princip. vt eſt gloſſ. in §. ſed ius quidem ciuile. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. Item ius ciuile dicitur tripliciter. Primò pro eo, quod in vnaquaque ciuitate ſeruatur, & ſic dicitur in genere. Secundò in ſpecie, dicitur ius proprium certæ ciuitatis, & ſic loquitur, §. allegat. Inſtitut. Tertiò dicitur per excellentiam ius Rom. quando non exprimitur proprium nomen ciuitatis, & ſic in verſicu. ſed & quoties Inſtitu. eodem titulo præalleg. & ſic concordat, §. omnes populi, cum dicto verſicu. in quo, §. dicitur, quòd omnes populi reguntur legibus emulgatis ab Imperatore, in verſicu. dicitur, quòd vnaquæque ciuitas iure ſuo proprio vtitur, ſed primum intelligitur de generali, ſecundum de particulari.

Ius ciuile diuiditur in quatuor libros principales, ſ. Digeſtum, Codicem, Inſtitutiones, Authenticas; quibus additur collatio decima, ſeu Liber feudorũ. Primus ergo liber iuris ciuilis eſt Digeſtum, qui continet leges & ſtatuta Rom. & diuiditur in tres libros principales, ſcilicet Digeſtum vetus, quod habet libros

bros partiales 24. Infortiatum, quod habet libros partiales 14. Et Digeſtum nouum, quod habet libros partiales 12. Quibus connumeratis erunt libri partiales 50. Digeſti veteris, Infortiati, & Digeſti noui. Et vocatur Digeſtum etiam Pandecta, vel liber Pandectarum. Vide ſupra in litera D. Secundus liber iuris ciuilis vocatur Codex, qui continet ſtatuta, & ſanctiones, & præcepta imperatorum. Et fuerunt tempore Iuſtiniani Imper. tres Codices, ſcilicet Codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus, de quibus Codicibus extrauag. diuus Iuſtinianus animum ſuum ad imperiales conſtitutiones dirigens, vnum Codicem fieri fecit, quem ſuo felici nomine intitulauit Codex Iuſtiniani, vt in rubr. procœmij Codicis. Et diuiditur iſte liber in 12. libros partiales, quorum nouem primos, Doctores legere ſolent; ſed vltimi tres, qui longè poſt primos nouem compoſiti ſunt, rarò legi couſueuerunt. In quorum allegationibus, hoc eſt ſpeciale, quod ad tit. & ad l. cum §. additur numerus, videlicet liber 11. 12. &cæt. vt C. de murilegulis, & gynecia, &cæt. lib. 12. & C. de dignit. l. ſi vt proponis, lib. 12. Tertius liber principalis dicitur Authenticum, vel Authenticorum, & ſunt quædam excerpta quaſi prædictorū librorum ſummula. Et diuiditur iſte liber in nouem collationes, quarum quælibet ſubdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, ſed in paragraphos. Et differunt autheuticum, & authentica, quia authenticum volumen eſt per ſe, ſed authentica eſt lex vna, vel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri ſuperadditus. Et allegatur ſic, C. de epiſcop. & cler. authent, generaliter, C. de ſacroſan. eccleſ. authent. multo magis. Sed in authentico ſimpliciter allegatur titulus, & paragraphus, vt in authentico, vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. tali, vel tali, & ſufficit. Item decima collatio intitulatur Liber feudorum, & habet duos libros partiales, quorum quilibet ſubdiuiditur in titulos, & iſti in capitula, & paragraphos. Quartus liber principalis legum dicitur Inſtitutiones, vel Inſtituta. Et iſte diuitur in quatuor libros partiales, & introductorius eſt in ius ciuile, & canonicum, maximè quo ad declarationem terminorum, in vtroque iure vſitatorum, qui tanquam oſtium in domum præbet introitum in ſapientiam iuris. Quare conſulitur omnibus, quaſi modo genitis iuris alumnis, lac iuris concupiſcentibus per inſtitutiones documenta ſua primordialia capaſcere nutrimenta, vt tali doctrina primitus informati, ſecurius mereantur inhærere ſāctioni Iuſtiniani Imperat.

rat. Chriſtianiſſ. Nullus ergo prę ſumptuosę ſine Inſtitutionum doctrina, iuris maximè ciuilis ſublimitates tenet aſcendere, ne corruat ex alto, qui ſatagit volare ſine penna. Et hæc de nominibus, diuiſionibuſque librorum principalium iuris vtriuſque ſufficiant. Et no. quod ius ciuile tripliciter ſe habet ad ius naturale, & tres operationes circa ipſum, & eius materiam exercet, aliter tamen, & aliter. Nam ius ciuile primò addit ſupernaturalem determinationem per congruos modos, vt eſt videre in delictis, verbi gratia ius naturale, & eius rectitudo dictat delicta puniri. Inſtitu. de oblat. quæ ex delict. naſc. in princip. ff. de furt. l. 1. Et ita omnia præcepta decalogis ſunt a iure naturali ſuper illis principijs fundata, quæ ponit Iuriſconſultus, de iuſti. & iure, ff. eodem titu. l. iuſtitia, §. 1. & in proœ. decre. ſcilicet honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere. Secundo, rectitudo naturalis vult nemini ſubtrahi, quod ſuum eſt, & ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes, ſcilicet actum furandi, fœnerandi, rapiendi, & cæt. Et vltra hoc oſtendit, quomodo vnus illorum actuum plus, vel minus deuicta rectitudine naturæ, & ſecūdum illud maiores ſiue minores pœnas ſtatuit, Tertiò declarat. Nam iure naturali rectum eſt neminē cum alterius iniuria vel detrimento locupletari, non tamen habetur ex eodem iure. ſi ſit poſſibilis euentus, in quo quis locupletari poſſit cum alterius iactura, ſine tamen eius iniuria, ſicut in præſcriptionibus, & in vſucapione. De iſta triplici operatione loquitur, l. ius ciuile, ff de in & iur.

Ius gentium eſt cædium, i. hoſtium occupatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fędera, paces, induciæ, legatorum non violādorum religio, connubia inter alienigenas prohibita, & ideo ius gētium appellatur, quia eo omnes ferè gentes vtuntur c. ius gentium, 1. diſt.

Ius hr̄e in re, & ius habere in rem, ſunt diuerſa de conceſſ præb en. lib. 6. c. fi. & cle. vnica, de ſequeſtr. poſſ. ver. nihilominus.

Iuſiurandum quamuis competentius poſſet dici factum iuramētum, vel factum iuratum eo, quod ſuper facto iurato, vel iuſiurandum, eo quod ſuper iure, quod iuranti competit, iuratur quaſi ius iuratū: placuit tn̄, vt factū dicatur ius, quia ſuper facto iuris iuratur, adijcitur, iurandū, quia illud debet eſſe iuratum, ꝙ antea fuerit iurandum relatione facta non ad id, ꝙ fit, ſed ad id ꝙ fieri conuenit, l. ius pluribus, ff. de iuſt. & iu. Vel vt dicit Azo. fortè ius ponitus pro religione, quaſi diceret, iuſiurandum, i. religio firmanda. Vnde iuſiurandū, idem eſt, quod iuramentum ſtrictum,

ctum, & dicitur quandoq; conuentionale, quandoq; iudiciale, & neceſſarium. Conuentionale eſt, quando a te peto aliquid, & tu negas, tamen defers iuramentum vt iurem. Si.n. in hoc caſu iuro, vocatur iuſiurandum conuentionale, & voluntarium, quia extra iudicium ex conuentione, & voluntate partium abſque alia coactione iudicis præſtatur, Iuſiurandum iudiciale, & neceſſarium eſt, cum in caſu præmiſſo iuro, quod mihi debetur id, quod peto.ſ. iudice in iudicio mihi cōferente, vt iurem. Ex hoc autem iuramento datur actio ei, qui dū peteret rem ſuam, delato ſibi ab aduerſario iuramento, vel a iudice, ſuam eſſe rem illam iurauit. Ab ipſo enim tunc peteret rem ſuam actione in factum, quæ oritur ex tali iuramento. Et dicit Goff. quod duplex eſt iuſiurandum, ſ. aſſertorium, & promiſſorium. Aſſertorium triplex eſt, ſ. voluntarium, vt eſt conuentionale, ff. eo. tit. l. iuſiurandum. Neceſſarium, quod neceſſitate a iudice impoſita defertur, vel ſuſcipitur, & non poteſt recuſari, niſi ex iuſta cauſa, vt ff. de iureiur. l. manifeſtè. Et iudiciale, quod in iudicio defertur, vel refertur a parte parti, quod non eſt neceſſarium ſubire, immò delatum recuſari pōt hodie, licet olim non potuerit recuſari, ſed referri, vnde vide gl. in c. fi. de iureiur.

Ius militare eſt belli inferendi ſolennitate, fœderis faciēdis nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtes, & pugnæ receptio, commiſſio, item ſigno dato: Item flagitij militantis diſciplina, ſi locus deſeratur. Item ſtipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor veluti cum corona, vel torques datur: Item prædæ diuiſio, & pro perſonarum qualitatibus, & laboribus iuſta diſtributio, ac Principis portiō, vt diſt. 1. ius militare, & ſecundum Iſid. lib. 6. c. 7.

Ius naturale eſt quod cōmune eſt omni natione, eo quod vbiq; inſtinctu naturę habetur, nō aliqua conſtitutione facta ab hoīe, ſed ab ipſo naturę conditore, vt maris, & fęminæ coniunctio; liberorum ſucceſſio, ſ. in bonis parētum, vel etiam per carnis propagationem, non per hæreditatē: quia illa ſucceſſio non eſt naturalis, vt eſt gl. ſuper verſ. ſucceſſio, diſt. 1. c. ius naturale, vbi ponitur hæc diffinitio, puerorum educatio; communis omnium poſſeſſio, quia iure naturali oīa ſunt cōmunia, i. communicanda tpe neceſſitatis, c. ſicut, 47. diſti. & omnium vna libertas, acquiſitio eorum, quę in cęlo, terra, mariq; capiuntur glo. dicit. Hæc. n. & alia, quæ in nullius bonis, ſunt cedūt occupanti, id eſt conceduntur; item rei depoſitæ, vel pecuniæ commodatæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio. Nā hoc, & ſi quid huic ſimile eſt, nunquam

iniuſtum, ſed naturale, æquumq; hebetur ſecũdum Iſid.lib. 7.c.4. Et eſt text. totius c.ius naturale, diſtin.1. & ibi vide gl huius diffinitionis. Item ius naturale eſt, quod in lege. & Euangelio continetur, per quod quis iubetur alteri facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre, qđ ſibi nolit fieri, diſt.1.in princ.& 56.diſtin.pondere aliàs conſideret.in princ.& in authen.vt cum de app. cog. §. cæterum, c.dilecti, de maio.& obe. Vnde, Quod tibi vis fieri, mihi fac; quod non tibi, noli; Sic potes in terris viuere iure poli. Vel aliter, ius naturale dicitur vno modo motus ex inſtinctu naturæ proueniẽs, quo ſingula animalia ad aliquid faciendum inducuntur. Eſt enim debitum quoddam, quod natura cuilibet repręſentat, & hoc debitum ſecundum Iſid.commune eſt omni nationi, eo quod inſtinctu naturæ, vel naturali cõditione vbiq; habetur, & non conſtitutione aliqua facta ab homine. Item ius naturale dicitur inſtinctus naturę ex rõne proueniens, & ſecundum hoc ius, omnia dñr cõia, i. cõicanda, vt ſupra dicitur. Item ius cõe dicitur induſtria hominum ſtatutum. Item ius naturale dicitur æquiſſimum. Itẽ præcepta naturalia ſunt, quæ in lege & Euangelio continentur, vt Nõ furtum facies, Non męchaberis, ſed quod tibi vis, &c. pręalle. Ius naturale in gl. vbi prima deſcriptio data eſt, ſecundum motum ſenſualitatis. Aliæ autem ſecundum motũ rationis. Item ius naturale ſecundum gl.1.Inſt.de iu, nat.gen. & ciui. poteſt dici quatuor modis. Vnõ mõ ius gentiũ inſt.de rer.diu.§.ſingulorum, Secundo ius pactorum, ff.de pact. l.1. Tertio, ius contrarium ſcil. quod reſcindit pacta, vt reſtitutio minoris, ff.de min.l.1. Quartò, pro inſtinctu naturę, vt quod in lege Moſaica, vel Euangelio continetur Item ius naturale in quatuor differt ab alijs iuribus, ſ. in origine, in dignitate, in amplitudine, & ſententiæ rigore, vt declarat gloſ. 1.diſt.1.Nam cępit ab exordio naturalis creaturę, & nullam patitur immutationem, & ſibi omnia cõmunia ſunt, nec contra ipſum ſit diſpenſatio, ſed de alijs iuribus ſecus, vt ibi.

Ius quaſi naturale eſt, quod dominus vel patronus habet in ſeruum, & libertum.

Ius patronus eſt authoritas ſiue poteſtas, quam patronus habet in libertum. Aliter ſecundũ Goff. eſt auctoritas, ſiuè poteſtas proueniens ex beneficijs ante conſecrationem Eccleſiæ collatis. Et prouenit ex tribus ſcilicet fundatione, dotatione, & ædificatione, vel ſola collatione, vt 16.quæſt.7.filijs, &c. quicunque 18.queſt.2.abbates. Vnde: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundat. Competit autem patrono aliquid honoris, vt ſi eccleſia nõ

fuerit collegiata præſentet. Sed ſi fuerit collegiata, tunc non electioni, prælati faciendæ, ſed iam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſſenſus, niſi ex ſpeciali conceſſione obtineat, vt partas ſuas interponere debeat, electione tractandæ cap. nobis de iur. pat. Itē habet aliquid honoris, quia primus in proceſſione incedit, vt 16. q. 7. piæ mentis. Habet etiam aliquid oneris; quia tenetur defendere eccleſiam ab omnibus oppreſſionibus vt 16. q. 7. filijs. Et habet aliquid vtilitatis; quia ſi migret, ſeu alias vergat ad inopiam, alendus eſt de bonis Eccleſiæ, vt c. filijs, præalleg. & c. quicunque. Vnde; Pratrono debetur honos, onus, vtilitaſque: Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Poteſt etiam patronus prçter, egeſtatem aliquos redditus moderatos habere ab eccleſia, cuius patronus exiſtit. Sine præſentatione inſtitui, quis non debet in ea Eccleſia, quæ patronum habet; & ſi ſpretis patronis hoc factum fuerit, ſecundum rigorem iuris inſtitutio eſt retractanda, eo. tit. c. illud vel irrita nuncianda, & ad inſtituentis verecundiā inſtitutus amouēdus eſt, & alius quem patronus dignū elegerit, ordinandus, vt 16. q. 7. decernimus. Item ius patronatus quandoq; aduocatio, quandoq; vice dominatus, ſvel cuſtodia, vel guardia, vel ius eſt frequētationis, vel proceſſionis, & quandoque gratia, vt in gl. 1. c. quia clerici, de iure patr. & ſecundū Goff, in ſumma eo. tit. vbi ponit ſupradicta. Item plerunq; hoc nomen eccleſia pro iure patronatus ſupponit 16. q. vlt. ſi plures 15. q. 3. nomini, & c. 1. de iure patro. Si quis igitur tali ſimplicitate verborum, dono tibi Eccleſiam vel concedo, intelligitur donare ius patronatus, quod habet in eo. c. quod autem eo. tit.

Ius paſcendi eſt ex habitatione domilij, & communitatis.

Ius prætorium eſt, quod Prætores induxerunt adimendi, ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, vt ff. de iuſt. & iur. l. ius autem. Hoc etiam ius Honorarium dicitur, quia qui honores gerūnt, ſ. magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt, vt Inſtit. de iur. nat, gent. & ciui. §. Prætorum quoque edicta.

Ius priuatum dicitur, quod ſpecialiter ad ſingularem vtilitatem alicuius pertinet, ſecundariò tamen etiam ad Rem publicam, vt in pactis & conuentionibus mutuis priuatorum ſpecialiter initis conſpicitur, Inſt. de iuſ. & iure, §. 4.

Ius publicum conſtat in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratib. ſecundum Iſid. lib. 5. Ety. 8. eo. tit. l. 1. §. publicum, & 1. diſt. c. ius publicum vbi gl. Vel ſic: ius publicum eſt, quod generaliter (aliàs principaliter) ad publicam deſeruit,

ſeruit,vel ſpectat vtilitatem, vel vt ne in portis,vel in muris ciuitatis,& alijs ſacris iudicibus,vel ſacerdotibus, vel magiſtratibus aliquid committatur, vel infeſratum.

Ius Quiritum,dicitur a Quirino, i. a Romulo, & eſt propriè Romanorum, quia nulli tenent hoc ius,niſi Quirites,i.Romani, ſecundum Iſid.lib.5.Ety.& 1.diſt.c.ius Quiritum eſt in quo agitur de legitimis hæredib. de tutelis, & curationibus de vſucapionib. Conſtat autem ius Quiritum ex legib. & plebiſcitis, & ſenatuſconſultus,conſtitutionib. Principum,edictis ſenatorũ,& reſponſis prudentum, vt ſecundũ Iſid. ibi. & diſt.2. in prin. vbi de ſpecieb.Rom.iuris,de quibus omnibus lex,plebiſcitum,ſenatuſconſultum,prætorum edicta.reſponſa prudẽtum,&c.quæ ſint require loco ſuo, & Inſt.de iur.natu. gen.& ci.§.cõſtat.& ſeq.vbi hoc ius apud Rom.tantum reperitur diſt. 1. ius quiritum. Et dicuntur Romani omnes, qui Romano Imperio ſubſunt, prout dicitur, Proprium Romanorum eſt habere filios in poteſtate, & etiam gentiles ſunt ſub Romano Imperio. Nã Imperator eſt Princeps totius mundi,vt ibi gl.

Ius Reipublicę.ſ.alterius,quã Romanę, eſt ius cuiuslibet ciuitatis,indubitanter ſecũdum omnes, quia ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorum, vt ff. de ver.ſign.l.eum qui, & C. eo tit.in rub.& l.1.in gl.1.lib.10.

Ius ſibi facere, vel dicere eſt, quod manifeſte ſpectat ad iudicis officium, ſ. quod a iudice faciendum ſit,ſibi vendicare, veluti;ſi quis rem ſuam propria rapit auctoritate putans ſibi hoc licere,vel ſi pro debito, quo teneris alicui,is pignus tuum capitte inuito. Ius igitur quod ſibi iure cõpetebat,amittit.

Ius ſingulare eſt,quod contra tenorẽ rationis, propter aliquã vtilitatem auctoritate conſtituẽtium introductum eſt,l.ius ſingulare,ff.de leg.

Ius ſuccedendi habet hæres, item ius patro. in bonis libertis.

Ius verſutum dicuntur prçſtigiæ, ſiue captiones verborum, quib.obumbrantur delicta,& dicuntur verſuta, ſecundum Azo. quia quis repellebatur a b actione per quaſdam verſutias.i. machinationes verborum. Vel ſecũdum Martinum dr̃ verſutum ad exẽplũ veſtimẽti,qñ eſt illud intus,ꝙ debet eſſe ęxtra, &c.Sic ẽt erat verſutũ ius quo illud, quod erat puniendũ, abſoluebatur, & ꝙ erat abſoluẽdum,puniebatur.

Iuſta ſunt exequię.i.ſacrificia, qui mortuis impenduntur, & funerandi ſolemnitas.Inde iuſta facere in l.2.de in ius voc. & in l. pro hærede,de acquir.hær.

Iuſtũm eſt, quod ex præcepto, vel ſuperioris ordinatione alicui conceſſum eſt, & ſic iuſtũ

eſt illud,

eſt illud, quod ordinatur iure.l. iuſtè. ff. de acq. poſ. Sed iuſtitia eſt habitus, ſeu virtus ſuperioris ad præcipiendum bonum ſubditis. Quare, &c.

Iuſtum etiam aliquando accipitur pro vero, vt Inſtit. de li. in princ. alias, & pleniorem quandam habet ſignificationem, vt cum diffinitur teſtamentum eſſe iuſtam ſententiam. Nam intelligimus per quam ſolemnẽ, & plenam. Sic dicimus iuſtos filios ex vero, & ſolemni matrimonio procreatos.

Iuſtitia eſt conſtãs & perpetua volũtas, ius ſuum vnicuique tribuens, nõ quantum ad actum, ſed quantum ad effectum. Inſtit. de iuſt. & iu. in princ. Iuſtitia. n. eſt animi diſpoſitio, & mentis affectus, qua quis dicitur iuſtus, vt a Grammatica Grammaticus, dũ ſine perſonarum acceptione, uel diſtinctione, vult cuilibet (quantum in ſe eſt) ius ſuum tribuere. Et quot modis dicatur iuſtitia, no. Arch. 24. q. 1. c. vbi ſana fides, nam dicit ibi. Iuſtitia eſt æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. Item eſt patriam, & ſocios defendere, quia vera iuſtitia compaſſionem habet, & non ex odio, ſed bono zelo exercenda, &c. vt ibidem. Item iuſtitia ſic deſcribitur: Eſt habitus bonus tribuens cuiq; ſuã dignitatem, Deo religionem, parenti obedientiam, maiorib. reuerentiam, parib. concordiã, minorib. diſciplinam, ſibi ipſi caſtimoniam, & pauperib. ſeu miſeris compaſſionem operoſam. Dicit ergo Tullius, quod iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate ſeruata, ſuam vnicuiq; tribuẽs dignitatem. Et Plato dixit, quod iuſtitia eſt virtus, quæ plurimum poteſt in his, quæ minimum poſſunt. Item ſic, eſt animi congrua diſpoſitio in ſingulis reb. rectè di iudicans cauſas, vide gl. Inſt. vbi ſupra. Vbi etiã dicitur, quod iuſt. eſt mater iuris.

Iuſtitiarij ſunt, qui deputantur ad iuſtitiam faciendam, & eſt vulgare Apuliæ, vt in c. ex literis, de pig.

Iuuenes appellantur, qui adoleſcẽtium ætatem exceſſere, quo ad incipiant inter ſen. annumerari. l. non aliter. de leg. 3.

Iuxta aliquãdo exponitur, i. prope, vel a latere, extra de ma. & obed. c. ſolitæ verſ. hæc autem ſi prudenter. Aliquando, i. ſecundũ ut iuxta verbum apoſtoli, i. ſecũdum, extra de bapt. c. maiores, circa prin. & dic, quod quandoq; ponitur ſimilitudinariè, ut: Tu viuis iuxta Petrum, i. ad ſimilitudinem Petri. Aliquando ſignificat vicinitatem temporis, vt iuxta feſtum Paſcatis, i. prope, & vide no. extra de verb. ſign. Item adde quot modis iuxta ſumatur. Bar. in l. 1. ff. de teſta. in extra. ad reprimendam, in ver. iuxta.

Kan-

K ante A.

KAlendæ ſunt certi dies menſium a calo græcè, quod eſt voco Latinè, vt no. in l. qui ante Kalendas, & in l. eum, qui. ff. de verb. obligat. quia promiſſio talis, Promitto ante Kalendas, dupliciter accipi pôteſt. ſ. ante finitas, & in dubio, interpretatio debet fieri contra ſtipulatorem. l. veteribus. ff de pac. l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. Ergo perinde eſt, ac ſi promiſiſſet, ante Kalendas finitas, & tunc bene ſequitur quod qui aliquid promiſit ante. Kalendas, ſit illi ſimilis, qui promiſit Kalendis. Et allegantur iſti tex cum ratione præmiſſa in argumentum ad teſtes concordandos, quorum aliqui deponunt ante guerram, alij poſt vt qui dixerunt poſt, intelligantur poſt incæptam, & qui ante, intelligantur ante guerram finitã. Sunt ergo Kalendæ prima dies in quolibet menſe, ſic dictæ a verbo Græco calo, id eſt, voco, quia Romani habebant præcones; quo prima die menſis mittebant per terram dicentes; Vocat vos ſenator ad nundinas: præparateuos. De hoc eſt gloſ. no. in l. cum biſextus. ff. de verb. ſignifi. quæ etiã declarat Nonas & Idus, de quibus uide in fine primi libri computi chirometralis, & in alijs. Itẽ in fine. lib. 6. in gloſ. 1. ſuper data libri.

Kalendarium, liber erat rationum, in quo fœneratores nomina debitorum deſcribebant, ſic appellatus a Kalendis, quia eo die fęneratores pecunias mutuabant, & quas præteritis Kalendis fœnerauarant, cum vſuris exigebant.

Intra quintas Kal. dare promittens, videtur promittere ſe intra quinq; menſes daturum, l. 1. de verb. oblig. ſecundum Alc lib. 2. Pater ca. 22. Qui verò intra Kalendas dare ſpondet, ſimilis eſt ei, qui Kalendis dare promittit. l. ſi ita de verborum oblig.

L ante A.

LAbarum ait Alc. eſſe ſpeciem vexilli illius alijs nobilioris, quod ante Imperatores ferri, & a militibus adorari moris erat.

Labes, a lapſu dicitur, unde & pro hiatu terræ capi ſolet, ut in l. ex conducto, §. 1. ff. loc. ſecundum Bud ibi.

Labra ſunt imagines, quæ diſtillant aquam ſalientem, ſcilicet ex canna & fiſtula, quæ ſalientibus aquis apponuntur.

Deliria ſunt, quæ hic auctor de labris affert, nempe Accu. ſecutus. ff. de act. emptio. & uen. l. limes (ſeu ut nos impreſſimus ſines) & labra, in gl. & tex. Sunt. labra apud Iuriſ. loco iam citato inſtrumenta lapidea, quib. anua ſaliens ex ſiphunculis concipitur. Vide Bud. in l. iam citatam.

Lacu-

Lacunaria pleriq; accipiuntur pro elegantioris tecti fabrica. l. quæſitum. §. ſcalæ. de fun. inſtr.

Lae dicitur fructus induſtrialis, ſecundum Bart. in l. ex diuerſo. in repe ff. de rei uend. & idem dicit de lana ibidem.

Laicus eſt ſæcularis, & de populo, & qui non habet ſacros ordines, c. duo ſunt. 12. q. 2. gloſ. in c. 1. de proc. in 6. & dicitur à laos Græcè, quod eſt populus Latinè, vt in d. c. duo.

Lanio, onis, eſt macellarius, vel beccarius, a laniando ſic dictus, quia dilaniat, & dilacerat animalia, & per fruſtra carnes incidit & vendit, vel eſt ille, qui lanam ſeparat à corijs beſtiarum, & exuit ſiue excoriat beſtias, Et ſic dicitur a lanificio ſecundum gloſ. de fun. inſtrum. & inſtrum. leg.

Lanipendium facere, eſt pendere & diſtribuere lanam lanificis, l. ſed ſi vir. de do. inter vir. & vxo.

Lapilli quare differant à gemmis. Requ. ſupra in ver. Gemmæ.

Largus eſt medius inter prodigum, & auarum gl. & ibi Doc. in cap. ex parte, de conſue.

Laruæ ſunt deformationes hominum propter appoſitionem coloris.

Lata culpa eſt non intelligere, quod omnes bene intelligunt, non facere, quod omnes faciunt, vel maior pars, vel id facere, qđ nulli vel pauci faciunt. ff. de verbor. ſignific. l. latè.

Laticlauium ſeu latuſclauus, inſigne erat ordinis ſenatorij. Vnde Tribunus laticlauius. i. ſenatorius, in l. ſi Rufinus, C. de teſtam. milit.

Latinæ feriæ, req. ſupra Feriæ Latinæ.

Latini ſunt, vel dicebãtur olim quidam, qui ita erant a dominis manumiſſi, vt eſſent in vita liberi, & gauderent plenaria libertate in bonis ſuis, ſed in morte ſerui erant; quare poſt obitum eorum non poterant ſuccedere parentibus, & bona eorum, tanquã ſeruorum, ad Dominos deuoluebantur & hæredes eorum nihil poſt mortem eorum conſequebantur. Sed contrariam habent conditionem deditij, vt ſupra dictum eſt in litera D. & in deſuetudinem abierunt, quia peſſima conditio erat vt Inſtitu. de liber. verſ. Vita latini gaudent, & deditij morte.

Latini liberti auctore Caio lib 1. Inſt. ſunt, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aus conuiuij adhibitione manumittuntur.

Latitare eſt ſe malitioſe occultare, animo fraudandi creditores ſuos, agere volentes, ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. leg. Fulcinius. §. quid ſit latitare, & habere in gl. cap. conſultationibus. 2. de offic. deleg.

Latomiæ apud antiquos locus dicebatur, vbi lapides cædebantur. Liuius in 8. belli punici; Cõpre-

prehenſa poſtea priuata ędificia, comprehenſæ latomiæ, & memi nit Caliſtratus in l.ſuccurritur.ff. ex quib. cau.ma. licet in vulgatis codicib. latnmijs mẽdosè eſt ſcri ptum. Imò verò rectè,ſcriptum puto.vide Bu.in annotationib.ad pandectas. ad l.iam citatam.

Latro dicitur, qui per uim, & de die furatur, in auth.ſed nouo. C.de ſeruit.fug. & differt à fure, quia fur eſt, qui clam aufert ſecũ dum Bar.ibidem. Item latro eſt, qui de die,fur verò,qui de nocte. l.congruit.ff.de præſi.Item latro dicitur,qui maximæ eſt perfidię. l.omnibus. C.de emen.ſeru.& vi de auth.vt nulli iud.§ pen.& l.ca pitalium.ff.de poe.

Latro publicus eſt ille, qui palam & publicè furatur,vt ſunt pi ratæ,vel qui publicè ſtant in ſtra tis, vel illi, qui habentes arcem, & caſtrum disrobant homines tranſeuntes. Nocturnus verò de populator agrorum dicitur, qui obſidet ſtratam publicam diſrobando tranſeuntes, & differt a publico latrone, quia iſte clande ſtinè furatur & moratur in loco, vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte ſegetes deſtruit, dum ibi ſe abſcon dit,iacet,& latet. Pan.in cap.inter alia, in vltim.no. de immun. eccl.

Laudemiũ vulgo dicitur quin quageſima,quæ præſtari ſolet ꝓpter renouationem emphyteuſis iuxta l.vlt.C.de iu.emphy.

Laudum eſt ſententia arbitri. Et laudare eſt ſententiam arbitralem ferre, quandoque ſignificat citare aliquem auctorem, vt in l. Hennius,de euic.

Laxamentum vocat lex induciа duorum menſium,ſi qui dantur tutorib.ad pecunias collocan das,in auth.vt hi, qui oblig.ſe habere perhib. res mi. §. quoniam autem videmus.

L ante E.

Lecticarij ſerui,qui lecticas ferebant.l. Item.de leg.3. item artifices, qui lecticas fabricant, vt C.de exc.ar.lib.10.

Legare eſt vltimam voluntatem teſtatoris de ſingulis rebus diſponere, & legatum ab hærede præſtandum alicui relinquere. Etiam ligare alia ſignificatione eſt mittere, & ſic inde dicitur legatus,ideſt miſſus, ſed cum ſigni ficat relinquere, venit inde legatum.

Legatarius eſt, cui aliquid legatum eſt, & qui legatũ accipit.

Legatum eſt donatio quædam in teſtamento a teſtatore relicta, inſt.de leg.§.1.de leg.2.l.legatũ, vel eſt delibatio hæreditatis,qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui, quid collatum velit eſſe.in l.legatum, ff.de leg. 1. Vigebat autem legatum olim plurib. modis. Quandoq; per vendicationem his verb. Ille aminodo vẽdicet a me illã rẽ ſibi vt di-

vt dicat ſuam eſſe,& petat in ſuã. Quandoque per damnationem his verbis. Hæres meus damnatus eſto,ideſt,obligatus eſto hoc illi dare. Quandoque ſecundum quoſdam legatur per condemnationem, quando a teſtatore aliquid relinquitur in pœnam,& in damnum hæredis hoc modo. Si hæres meus Titiam duxerit in vxorem,in damnum ſuum, & pœnam centum ei lego. Quandoque vigebat legatum per verbum ſinendi, his verbis. Sino illi hanc rem.i.permitto illum habere. Si vero res apud illum eſſet, actus eſſet hic modus legandi, vt ſineret eum habere, quod apud eum tunc eſſet. Quandoque per præceptionem.ſ. cũ duos vel plures hæredes inſtituerit, & alteri eorum prælegauerit aliquid,ad hoc vt id perciperet.i. præ alijs ſeu ante alios haberet. Et no. quod legatum regulariter trahitur ab hærede. Et fideicommiſſum ferè idem eſt, quod legatum, ſed eſt dictum fideicommiſſum, ideo, quia olim pendebat ex fide hæredum, ſed modo quod iuris eſt in vno idem eſt, & in alio.

Legatus eſt ille, cui certa patria, vel prouincia committitur gubernãda,vt in c.nouit. de app. Poteſt etiam dici legatus quicunque ab aliquo ad aliquos eſt miſſus aliter legatos dicimus eoſdẽ quos aduocatos vel patronos cauſarum qui in forenſib. negotijs præeminentib.litigantibus ſuum præbent patrocinium. Et nota quod ſunt tria genera legatorum. Quidam de latere domini Papæ mittuntur, vt Card. quos appellat fratres. Et tales poſſunt abſoluere homines ſuæ,& alterius, prouinciæ in prouincia,& extra, & æquiparantur proconſulib. Alij ſunt non de latere, ſed dati vi, & illi ſimpliciter in legationem mittuntur, vt prælati, qui tantum abſoluunt, prouinciales, & in prouincia, non extra conſtitutos, & æquiparantur præſidib. prouinciarum. Tertij ſunt natiui; qui ſuarum eccleſiarum prætextu legatione funguntur,vt archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo in c.1.de off.deleg lib.6. Et tales ſunt quatuor ſ. archiepiſcopus Eboracenſis, Cantuarienſis, Remenſis,& Piſanus,vt no in alleg. c.1.eo.tit.lib 6.

Legatus proconſulis eſt, cui procõſul poſtquam prouinciam eſt ingreſſus,mandat iuriſdictionem determinatam,& aſſignatã, aut quãdoque in itinere moram neceſſariam paſſus, vel trahens, vt in l.aliquando,ff.de offic.proconſ.& leg.

Legatiuum, viaticum legatorum.

Legationes libere, vt ſcribit Bud. in l.qui libera de leg. olim ornamenti tantum cauſa a Senatu impetrabantur, ſi quidem impetrabantur ab ijs Senatoribus quib.negotia futura erant in prouincia,ad quam mittebantur, vt

cogno-

eo nomine fauorabiliores, & cōmendabiliores haberentur, Legē obuenire dicimus, & quod lege confirmatum eſt. l. lege, de verb. ſign.

Legi poſſe aliquid, ſic accipiendum eſt, non intelligi, ſed oculis perſpici, quæ ſcripta ſunt. l. 1. de ijs, quæ in teſt. delen.

Legio quo militum numero comprehendatur. no. gl. in l. 1. de ijs, qui no. infa.

Legib. ſoluere, i. quod barbari dicunt diſpenſare teſte Bud.

Legis actio, quid eſſet antiquitus, & quæ eius ſolemnia verba, tradit eleganter Alc. noſter in l. pecuniæ verbum, de verb. ſign. & Bud. in l. 4. ff. de adopt. Illud certe conſtat, cum lex verba facit de magiſtratu, apud quem legis actio eſt, intellige de iudice ordinario, qui & iudicare, & exequi poſſit.

Legitimi hæredes qui req. ſupra in ver. hæres legitimus.

Legitimum dicitur ſex modis. Primò, quod nō eſt prohibitum, & ſic per abnegationem prohibiti, vt ſucceſſio legitima. Secundo, ſtrictius quicquid eſt permiſſum, non per abnegationem prohibiti, ſed per poſitionem liciti. Tertio, in poſitiuo digniori. ſ. a iure ciu. conceſſum, capiendo ius ciuile largiſſimè pro prætorio & omnibus partib. iuris ciuilis. Quartò, conceſſum a iure ciu. reſtringendo, vt non comprehendat prætorium, ſed omnes alias partes, i. Senatuſconſulta, principū placita, & reſponſa prudentum. Quintò, adhuc plus reſtringendo ius ciuile ſolum pro lege 12. tab. Sexto maxime reſtringendo ſolum pro lege 12. tab. excluſis reſponſis prudentum, & edictis prætorum, ita no. in l. vnica, C. quando non peret. par. pe. accr. hæc Cato ſaccus.

Legius, require ſupra homagium legium.

Legulus, i. collector, C. de mu rilegulis, ſuper rub. lib. 11.

Leno eſt, qui pretium pro cōperto ſtupro accipit, vel damnatam de adulterio ducit, vel qui eam adulterio ſubijcit, vel adulterum ſe facit, vel quæſtum de adulterio vxoris accipit, vel mancipia quæſtuaria habet, ſ. qui tabernæ, vel alicui negotiationi præponit, meretrices, vt plus lucretur, vel qui vxorem deprehenſam in adulterio in matrimonio retinet, vt C. ad leg. Iul. de adult. l crimen lenocinij, concordantiæ allegantur, C. de ſpect. & ſceni. & lenoni. l. 1 2. & 3. lib. 11.

Lenocinium facere non minus eſt, quam corpore ſuo quæſtum facere, l. palam, §. lenocinium, ff. de ritu nup. & de crimine lenocinij no. in l. athletas, §. ait prætor, ff. de his, qui no. infa. & l. 1. §. lenocinij, ff. de adul. & vide auth. de len. §. cuiuum quod tangit multas fraudes lenonum.

Leo eſt beſtia, nec continetur appellatione pecoris, l. 2. ff. ad leg.

ad le g. Aquil. & l. hi enim, ff. de ædil. e dic.

Letale eſt idem, quod mortiferũ, vnde dicitur de aliquo vulnerato ad mortem, quod letale vulnus habet, & venit a letũ, id eſt mors. Vnde, Baleti leti cauſa fuere mei.

Lætamen eſt ſterquilinium a lætando dictum, quia lætas facit ſegetes.

Leuato velo cognoſcere, in l. pen. C. de nau. fœn. lib 11. dictum eſt pro eo, quod vulgo dicimus, de plano, hoc eſt omiſſa diligenti inquiſit.

Leuir, frater viri. l. non facile. de gradibus.

Leuis culpa, vt in §. præterea, qui. mo. re. contr. obli. inſt.

Leuiſſima culpa non eſt præuidere, quod ſapientiſſimus præuidiſſet, vt poſui rem in capſa, & claue clauſi, & credebã eſſe cauſam, claue amota, non probans an eſſet clauſa.

Leuita Hebraicum, Latinæ, diaconus, c. cleros. 21. diſt.

Lex eſt cõſtitutio populi, qua maiores natu ſimiliter cum plebib. aliquid ſanxerunt, ſecũdum Iſid. 5. & diſt. c. in c. lex eſt. Vel aliter. Lex eſt ſpecies iuris, & ponitur quandoq; ſtrictè. ſ. pro eo, quod populus Rom. ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat. cõſt. de iu. na. gen. & ci. §. conſtat autem. Nam conſul eſt, qui ſenator erat, & populum conſulebat, an eis placeret, ita ſtatui, & populus reſpõdebat ita. Et etiam ſic diffinitur. Lex eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultatio, delictorum, quæ ſponte, vel ignoranter contrahuntur, coerctio, communis reſpublicę ſponſio. ff. de leg. l. 1. Quandoque ponitur large pro omni rationabili ſtatuto. V nde etiã dicitur. Lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, prohibitus contraria, quæ ſumitur ex lege Græca. ff. de leg. & ſenatu ſconſ. Lex etiam quandoq; dicitur conſuetudo. 1. q. 1. c. 2. Quandoq; ratio. j diſ. conſuetudo. Quãdoq; ius ſcriptum, ſiue conſtitutio quæcunq: Quandoq; conſtitutio ciuilis tantum. Et quandoq; pro conditione, & pacto, vt concedo tibi ius eundi per fundum meum, ea tamen leg 1. ea conditione, & pacto. Lex alia publica. Lex publica eſt, quæ a ſanctis patrib ſcripturis eſt confirmata, vt lex canonum. Lex priuata eſt, quæ ex inſtinctu Spiritus ſancti in cordibus fidelium eſt ſcripta. ſ charitas, quæ dignior eſt, & prima 19. q 2. duæ ſunt.

Legum auctores, ſeu inuentores ponuntur diſt. 7 c. Moyſes, & c. fuerant, vſque in fi. diſtin. eiuſdem.

Leges nouę, & legum codices, & a quibus cæperunt, habetur in c. fuerunt præall.

Leges, quib. nos vtimur, vt dicitur diſtin. 2. quædam, dñr ab his, qui eas condiderunt, vt Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Aquiliæ,

liæ, Corneliæ, lex Pompeia, lex Papia, lex Falcidia, & complures aliæ, de quibus infra. Quædam etiam dicuntur a locis, vt lex Rhodia, & conſimiles.

Lex Aquilia loquitur in eo caſu, cum quis culpa ſua alicui dannum dederit, veluti ſi equum ſeruum, vel aliud animal occiderit, vel vulnerauerit, ſeu veſtem ſuā ſciderit, aut illius reb. damnum dederit, & in hac lege venit culpa leuiſſima, vt ſi quis ex alto ſe præcipitauerit, & ſuper alium ceciderit, tenetur l. Aquil. Caſus vero etiam occidentem excuſat. Inſt. de l. Aquil. §. iniuria. Et ſi putator ramum deiecerit, & non proclamauerit, & ſic aliquem occiderit, tenetur l. Corn. de Sic. in quam venit tantum dolus, ff. ad l. Aquil. & ad l Corn. de Sic. requi. ſup Actio legis Aquiliæ.

Lex Artilia cauebat, vt cui nullus omnino eſſet tutor teſtamentarius, nec legitimus, ei daretur in vrbe Roma a Prætore vrbano, & maiore parte tribunorum plebis. Habebat & alia capita, de quibus Inſtit. de Attil. tut.

Lex Arrinia inhibuit vſucapionem rerum furtiuarum, §. furtiuæ, inſtit. de vſuc.

Lex canonica appellatur diuina, c. nimis, de iureiur. c. 1. de iucal. Et lex ciuilis dicitur lex humana. c 2. de præſcript. lib. 2. Poteſt tamen ius canonicum etiam dici lex humana, quia ſunt in eo multa ab hominibus ſtatuta, licet reſpectu aliorum iurium ciuilium dicatur lex diuina. Similiter lex ciuilis poteſt dici diuina aliquo reſpectu, imò ſacra dicitur, & per ipſam quis religioſus efficitur, vt C. de leg. & conſt. l. leges. Quare Imp. dicitur religioſiſſ. in proœ. Inſt. vide c. quo iure. diſt. 8. & l. fi. C. de præſcrip. long. temp. & Arch. in verſ. humanæ, c. fi. de præſcr. lib. 6. vbi dicitur, quod leges diuinitus per ora principum ſunt promulgatę.

Lex commiſſoria propriè non eſt lex, neq; ſenatuſconſultum, ſed potius pactum, & habet locum cum ita venditor conuenit cum emptore, vt ſi intra certum diem non fuerit ſolutum prætiū totum, vel pars, cū de pretio per tes certis dieb. ſoluendo conuenit, vt in tali die, vel tempore ſit res inempta, vel inuendita, ſi dictum ſit, vt redeat poſſeſſio, vel dominium ad venditorem. Tale autem pactum, non habet locum in pignorib. in emptionib. vt ff. de lege commiſ. l. vlt. & l. ſi fundus Et quod res dicitur inempta, ita accipitur, ſi venditor inempta eſſe velit, cuius cauſa id cauetur, alias fraudaretur venditor, ſi ex iſta vlla in poteſtate emptoris eſſet, non dandō pecuniam, inemptum facere fundum, tex. eſt in l. 2. ff. eod. tit.

Lex Cornelia de falſis pęnam irrogat his, qui falſum teſtimonium dixerunt, vel falſum teſtamentum, vel aliud, q̃libet inſtrm

ris deberet relinqui hæredib. vt ſup. de F. Triplex aũt eſt Falcidia, vna debita iure naturæ, alia iure inſtitutionis, tertia dicitur Trebellianica, quæ competit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatem alijs reſtituere diſt. 2. reſponſa. de teſtam. c. Rayn. & c. Raynal.

Lex Flauia de plagarijs eos perſequitur, qui liberos, aut ſeruos, vel filios alienos ab vrbe, vel de vna prouincia ad aliam ſubducunt, & eos vendunt fraudulenter inſcijs dominis, & patribus ſuis, vt ff. ad leg. Fla. de plagia. l. fi. & l. lege. & l. eum. Sunt, qui malint legere, & lex Fannia de plagiarijs. Sunt qui legunt, lex Flauia. Tu vide Catellianum Cottani in dictione plagiarij nomine.

Lex Fuſia (Alias ſuſiâ, vel ſuſſia) caninia non permittebat in teſtamento manumiſſiones fieri, niſi vſq; ad certum modum, vel numerum ſeruorum, licet inter viuos ſit, ſed hodie iſta ſublata eſt, & multo magis hoc liceret in vltima voluntate. Et dicitur caninia forte a quodam inducta, qui canis vocabatur. Nam canis naturam ſeruat, qui ſtat in palea, quam nec ſibi habere poteſt, nec alij fouet, vt ſi conſonans rei nomen Inſtit. de don. §. eſt & aliud. Talis ergo moriebatur tanquam canis, quia non poterat tenere ſeruos, nec libertatem patiebatur eis dari. Inſtit. de leg. fuſ. can to. in gl. 1.

Legendum Fuſia Caninia, Furio Caninio, quo interrogante lata eſt, auctor Alc.

Lex Hortenſia nomen ſortita eſt ab Hortenſio, qui eam ſtatuit, & fecit, quæ concordauit plebē, & populum, qua conſtituitur, vt non minus, aut plus valeant plebiſcita, quam lex populi, de quo Inſt. de iu. na gen. & ci. §. ſed, & plebiſcita.

Lex Iulia de adulterijs, & ſtupro ſequitur adulteros, & eos, qui ſine vi virgines, viduas, aut honeſtas, aut honeſtè viuentes corrumpunt, aut violant. Et non ſolum temeratores aliarum nuptiarum gladio punit, ſed etiam eos, qui cum maſculis nephandā libidinem exercere audent, ſiue non uerentur. Inſt. de pub. iud. §. item ex Iul. de adult. & ibi per totum, de legib. hic poſitis, quia publica iudicia ſunt.

Lex Iulia de ambitu punit eos qui per ambitum; ſeu ambitionē muneribus. datis ad honores, ſeu ad officia publica accedunt, ſeu ſuccedunt, de quo inſt. de pub. iu. §. ſunt præterea. in gl. & in l. 1. ff. ad l. Iuliam, de ambi.

Lex Iulia de annona competit contra illum, qui facit, vel procurat annonam fieri chariorem, quia in hoc læditur reſpublica, vt ff. ad leg Iul. de ann. l 2.

Lex Iulia laſæ maieſt. eos punit, qui in principem, aut in rempublicam aliquid committunt,

& machinantur. Et eſt contra tales ſtatuta pœna capitalis. Itē quod vſque ad quartam progeniem non ſuccedunt nati ab eis, niſi per principem diſpenſetur cum eis, & ſic pęna eius animæ amiſſionem ſuſtinet, vt C. ad leg. Iul ma. l. quiſquis, & inſt. de pub. iud §. publica autem.

Lex Iulia miſcella (alias vinſcella) habet locum, quandoque maritus relinquit vxori in teſtamento aliquid ſub certa conditione ſi alteri non nupſerit. Et conditione non ſeruata, non tenetur hæres dare relictum per iſtam legem. Et qualem faciat cautionem, vide in auth. cui relictum, C. de indic. vid. tol. & l. Iul. miſcel. tol. l. 1. ibid.

Lex Iulia peculatus competit contra illos, qui pecuniam vel religioſam furantur, puniuntur autem, vt inſt. de pub. iud. §. lex Iulia.

Lex Iulia repetundarum loquitur de his plectendis, qui tempore adminiſtrationis aliquid acceperint, vt iudicarent, vel non iudicarent, vel aliquem in vincula conijceret, vel non. Ad hoc enim competit, vel datum reſeruetur, & alter puniatur. Vltra hoc etiā competit contra eoſdem illis, qui ab ipſis aliquam violentiam paſſi ſunt, vt ſi coactus fuerit quis a talibus vendere rem ſuam minori protio, quam valebat, & in ſimilibus caſibus, ff. ad leg. Iul. repet l. 1. 3. & 5.

Lex Iulia de reſiduis prouinitis, qui officium quib. aut adminiſtrationem habuerunt, & tempore adminiſtrationis ſuæ publi. pecuniam, quā acceperunt in quodcunque negotium erogandam, retinuerunt, & non erogauerūt; vel qui rempub quam acceperūt tradendam in communi ærario, non repoſuerunt ibidem, ſed penes ſe furtiuè, & doloſe retinuerunt, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. 2. & l. 3. §. leg.

Lex Iulia de vi pub. punit eos, qui vim cum armis fecerunt, vel intulerunt, eſt pœna deportationis, vt inſt. de pub. iud. §. item lex Iul.

Lex Iulia de vi priuata punit eos, qui ſine armis vim inferunt, in publicatione tertiæ partis bonorum. Si autem vi raptus virginis, viduæ, vel ſanctimonialis, aut aliàs fiat, facientes, opem flagitio dantes pœna capitis puniuntur, inſt. de pub. iud. §. item, ex l. Iulia de vi.

Lex Iunia Norbana loquitur de Latina libertate, vt inſtit. de liberti. §. libertinorum autem.

Lex municipalis dr̄ quam aliqua ciuitas conſtituit ſibi & eſt ius ciuile, inſt. de iu. nat. gen. & ciui. §. 1. in tex. & gl.

Lex Papia patrum continet p̄mia pro ſuſcipiendis liberis, & dr̄ à Papio auctore, alias Papiniana a Papiniano auctore, vide de hoc inſt. per quas perſo. no. ius. acq. in §. ſantitum & enim.

Lex

Lex Papia continebat etiam alia capita, vt circa, caducorum obſeruationem, de iure patronorum in bonis libertorum, Ne inter ſenatores, & libertas nuptiæ contraherentur, vt C. de cad. tol. l. 1. in prin. Inſtit. de ſuc. lib. §. 1. ff. de ritu nup. l. lege Papinia.

Lex Pompeia de patricidijs (alias parricidijs) punit eos, qui patri aut matri, aut auo, aut proauo, aut alteri de conſanguineis, aut parentib. ſuis mortem infligunt. Et ſtatuit illa lex pœnam acerrimum, quod tales in culeo, i, corio bouino inſuantur, in quo ponatur vipera cum ſimia, cane, & gallo gallinaceo, & in mari vicino ſic procijciantur, vel in flumine propinquo, ſi mare nimis remotum fuerit. De his omnibus no. inſt. de pub. iu. §. alia deinde.

Lex populi antonomaticè dicitur lex per excellentiam.

Lex Publiciana dicta eſt a Publiciano Prætore auctore. req. ſup. Actio. Publiciana.

Lex Regia eſt, quam populus Ro. Imp. & poteſtatem conceſſit Imperatori, §. ſed, & quid inſt. de iu. nat. gen. & ciu.

Lex Rhodia de iactu ſubuenit his quorum merces cauſas communis periculi euitandi eiectæ ſunt, & propter iactum nauis ſalua facta eſt. Quibus datur actio contra magiſtrum nauis, vel eos quorum merces ſunt ſaluæ. Et dicitur Rhodia ab inſula Rhodo, in qua antiquitus plurimum fuit vſus mercatorum.

Lex Satyra eſt, quæ de plurib. reb. ſimul loquitur, dicta ſic a copia rerum, & quaſi a ſaturitate. Vnde, et Stayras ſcribere eſt poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, Perſij, &c. di. 2. capit. Satyra.

Lex Titia conſtituit, vt in prouincijs, ſi cui nullus omnino erat tutor, ei daretur a Præſide, vt inſti. de artil. tu. in prin.

Lex Vitellia loquitur de liberto appetente ea, quæ ingenuis tantum competunt, puta honores, & dignitates, aſſerendo ſe ingenuum eſſe, de quo. ff. de ſta, hom. l. ingenuum.

Lex viarum dicitur ſolitaria per excellentiam.

Lex Voconia, cuius meminit Inſti. in tit. de lege Falc. inſt. ſic dicta fuit a Voconio Tribuno plebis, cuius rogatione plebs Romana eam tulit.

L ante I.

Libellam eſſe dimidium chœnicis atteſtatur Alc. lib. 1. Patet, cœnicem apud Athenienſes, fuiſſe menſuram tritici, quantum, ſ. quiſque vno die comederet, pendente eorum drachmas 150. noſtra vero menſura ſeſquilibram, & de huiuſmodi libella ſenſiſſe Imp. l. Iudices, C. de epi. & cler.

Libellus pluribus modis accipitur, vt no. Spec. in trac. libello.

Quandoq; .n. dicitur paruus liber, codicillus, vel ſchedula, in qua actor cauſam, & actionem exprimit, & eſt duplex. Quidam eſt accuſationis, & ille in criminalib. locum habet. Et quidam conuentionis, & ille in ciuilib vt eſt gl. vnica, in princip. c. 1. de lib. oblatione. Et debent plura contineri in libello, vt in his verſib. continetur. Quis, quid, coram quoquo, iure petatur, & a quo. Recte cõpoſitus quiſq; libellus, habent. Nam libellus conuentionis debet continere nomen actoris. ſ. qui ſit qui conueniat. Et quid petatur, ſ. rem, quæ petitur. Et nomen iudicis. ſ. coram quo agitur, & ius, quo res petitur & ſic cauſam petendi. Et nomen rei, ſ. a quo res petitur, etiam tẽpus, & diem, in quo libellus datur. Sed in libello accuſationis contineri debent nomen accuſatoris, nomen rei, & iudicis, & crimen, de quo agitur, & quandoque perſona, cum qua crimen dicatur cõmiſſum, & locus, in quo, & dies accuſationis coram iudice, & menſis, in quo crimen eſt commiſſum, ſed diem, & horam ibi ponere non eſt neceſſe, ſecundum Goffr. Quandoque, & ſecundo ponitur pro pane azimo, ſeu ſubcineritio, ut C. de epiſc. aud. l. iudices Quandoq; & tertio capitur pro precibus principi oblatis C. quando lib. princip. dat. lit. cõteſt. faci. Quarto pro iudice delegato. ff. de offic. proc. l. nec quicquam. Quinto, pro ſcriptura demandatoris. Sexto, pro ſcriptura recuſationis. Septimo pro ſcriptura, quam uir dat uxori, quam repudiat, & ille dicitur libellus repudij. Octauo pro ſcriptura appellationis, ff. de appell. l. 1. Nono pro ſcriptura, quam iudex dat appellanti, ſ. pro Apoſtolo, de appel. c. cordi. lib. 6. Decimo, pro ſcriptura infamatoria, quæ dicitur libellus famoſus. Proprie tamen libellus eſt ſcriptura agentis quæſtionem continens, & futuram actionem depromens, & dicit Cyn. quod eſt breuis ſcriptura intentionem actoris, uel accuſatoris contra reum clare depromens. Et ſic libellus non det eſſe uerboſus, uel utẽs ſuperflus, nec obſcuris. Vel ſic, Libellus eſt breuis membrana actoris petitionem complectens. Dicitur autem libellus a libro diminutiuè propter ſui breuitatem, ſicut codicillus a codice, ſecundum Spec in titu de lib. concep. in prin. Vel dicitur a libra, i. iuſtitia, unde iudex debet ſtateram æqualãce miniſtare. 45. diſt. omnis.

Libellus repudij. Require, Repudium.

Libera, hæc dictio ſignificat poſſe fieri liberè, quod mandatur, non tñ ſignificat ultra mandatum generale, & ſic non uiderentur conceſſa, quæ requirunt mãdatum ſpeciale. Et hoc de uſu communi, licet ſecus ex ſignificatu attento de iure ſcripto. Tunc

enim

enim ſignificat poſſe fieri, quod ſine mandato ſpeciali non fieret, excepta donatione, l. procurator cui generaliter, ff. de proc. iuncta l. filius, ff. de dona. Significat ergo, quod poſſet alienare, quod nō poſſet procurator, cui eſt conceſſa generalis adminiſtratio nō ex preſſo verbo libera, cuius ſignificatum addit, & operatur, non autem ſignificat donationem, quia donatio ex natura ſua eſt gratuita. Vnde no. ſecundum Bart. in l. qui Romæ, §. Callimacus, ff. de verb. obl. Verbum libera in illo tm̄ operatur, ad quod refertur, v.g. dicendo, conſtituo te procuratorem ad agendum, & defendendum litem conteſtandā, dans & concedens liberā ptātem, &c. non vr̄ conceſſa adminiſtratio cauſæ, ſed ſolum inſtantiæ, quia hoc verba important, & de cauſa non poſſunt tranſigere, ſed ſolū de inſtantia. Itē ibi, conſtituo procuratorem ad recipiendam ſolutionem dans ei liberam ptātem, ibi poteſt prorogare terminum, facit de procur. qui ad agendum, lib. 6. Idē de verbo, plena. l. ſi procurator, §. quod ſi plenam, C. de proc. Item ſi dn̄s conceſſit, quod procurator poſſit, quod ipſe dn̄s, licet non expreſſit verbum libera, vel plena poteſtate l. creditor, §. Lucius, ff. manda. Idem ſi dominus promiſit ſe ratum habiturum quicquid per ſuum procuratorem actum fuerit. l. 1. ff. de procur.

Liberalis cauſa eſt, quādo principaliter mota quæſtione ab aliquo dicitur aliquis, ſeu alius ſeruus, ſeruus eſſe, ipſe vero contendit, ſe eſſe liberum. Si vero confiteatur, ſe eſſe ſeruum nō actoris, ſed alterius, non eſt cauſa liberalis, ſed cauſa dominij, & cauſa hic ponitur pro iudicio.

Liberatio ſumitur pro diſpoſitione liberatoria, & ſignificat diuerſimode. Nam ibi teſtator legat debitori ſuo, qui ſolus eſt, liberationem ſignificat, quod debitor agere poſſit contra hæredem, vt eum liberet per acceptilationem, l. 1. §. nunc de effectu, ff. de lib. leg. quia quando teſtator dicit, uolo liberari, uel lego liberationem, ſignificatur, quod uult ab hærede liberari, ex communi modo intelligendi. Item ibi, duo ſunt rei promittendi, qui tenentur ad id debitum quilibet in ſolidum, teſtator legat uni liberationem, ſignificat, quod ille poſſit agere contra hæredem, ut liberetur per pactum. Sed alter non liberatur, niſi ille unius liberetur ex maiori ui, uidelicet, acceptilatione: nam tunc etiam alter liberatur, ſicut acceptilatio capitur pro tali ſolutione, quod uno ſoluente alter liberatur, ſecus in pacto. Sed certe pactum liberationis in ſimplici rōne ualet tm̄, ſicut acceptilatio. Item duo ſunt rei promittendi ſocij, uni legata eſt liberatio, ſignificat, quod etiam ille, cuius nomen aſcrip. ſi

non eſt,habetur pro legatario,& ſic agere poteſt,vt liberetur ſicut ille, qui nominatus eſt, & hoc,ſi teſtator ei prouidere voluit, qđ probatur, ex ſimilibus coniecturis ſufficienter,quia in contrahendo ſocij ſunt. Et intellige ſocios, ſecundum Bart. quib. omne lucrum, & damnum eſt commune in illo debito. Item ibi,duo ſunt rei promittendi, non ſocij, facti debitores ex pecunia, quæ peruenit ad vtrumque, vel coueſa eſt in communem vtilitatem, teſtator legat liberationem vni,non liberabitur per acceptilationem, ſed per pactum, & iſtud pactum proficiet etiam alteri in parte, ſeu medietate debiti. Et ſic intellige, quod no.gl.in §.nunc de effectu,præalleg. Conclude ergo aut ſunt ſocij, & liberatio fit per acceptilationem, & ſic facta vni prodeſt etiam alteri,ſed iſte alter non legatarius non poteſt agere, niſi vbi teſtator ei prouidere voluit. Aut non ſunt ſocij,& tunc liberatio fit per pactum de non petendo, & prodeſt alteri in medietate, vt in altera medietate tantũ conueniatur. Et finaliter concluditur, quod liberatio legata vni perſonæ in vna re, vel in vno debito,ad aliã perſonam, aliam rẽ, vel aliud debitum extenditur, ſi hoc diſponẽtem quouis probabili medio voluiſſe ſignificatur. Et liberatio generalis non comprehendit, quæ ibi non contineri aliquid medium concludit. Et liberatio conceſſa ſpecialiter, & generaliter inter viuos,& ſi vltima voluntate ſignificat, quod ſignificare quoduis medium probabile declarat.

De verbo liberationis vide l. liberationis,de verb.ſig.

Liberi ſunt,qui ex ingenuis naſcuntur, fiunt autem liberti, qui manumittuntur. Et dicuntur a libertate,ſunt filij,& filiæ,& cæteri omnes in recta linea deſcendẽtes, vſque ad trinepotes; & vlterius dicuntur inferiores, ſeu poſteriores. Similiter parentes dicuntur omnes aſcendentes per paternam, ſeu maternam cognationem nobis coniuncti vſque ad tritaum, & vlterius dicuntur ſuperiores, ſeu maiores.l.Iureconſultus,§.parentes,de verb.fig.obtinuit tamen loquendi conſuetudo, vt liberi appellentur quicũq; ex nobis deſcendunt.l.ſed ſi hac. §.liberos, de in ius uoc. & l.liberum,de uerb.ſign.

Liberi populi,qui dicantur,declarat Iuriſconſ. in l.non dubito, ff.de capt.& poſtlim.reuer.

Libertas eſt naturalis facultas eius,quod cuiq;facere libet, niſi quod ui,aut iure prohibetur,Inſ. de iure perſo in princ.& hæc facultas quamuis latè pateat, tamẽ ei quandoque reſiſtitur de facto, & quandoque non poſſumus, ꝙ deſideramus,uel de iure, ut quando facere furtum, aut rapinam prohibemur.

Libertas Latina fuit libertas, quæ

quæ habebat, quod ſi moreretur ille, cui dabatur libertas, tunc tenuit, ſed ſi ſuperuixit, tunc non tenuit. Sed hodie eſt correcta per l. 1. C. de lat. lib. 10. Require ſup. Latini. Et dicebatur Latina per ſimilitudinem. Nam vt Romani nominati ſunt, quia Romanis ſubijciebantur, & incolumes mittebantur, licet ſecundum rem Latini vel Romani, non eſſent, ita illa libertas Latina dicebatur cũ non eſſet vera libertas.

Libertas deditia. Require ſupra. Deditia.

Libertas fideicommiſſaria eſt, quam teſtator directè nō voluit competere, ſed per manumiſſionem alterius, cuius fidei hoc cōmiſit, ſ. vt manumitteret.

Libertas teſtamẽtaria eſt quæ ex ipſo teſtamento directè competit, vt C. de teſt. ma. l. 1. in prin. in gloſ.

Libertas vindictæ eſt, quæ fit per vindictam. C. de vind. lib. in prin. in gl.

Liberti ſiue libertini ſunt, qui ex iuſta cauſa à ſeruitute manumiſſi ſunt, nec eſt inter eos differentia, licet quidã minus pruden ter dicant libertinum eſſe filium liberti. Vnde libertus meuſ vel libertinus dicitur ille, qui ſeruus meus fuit, ſed manumiſſitum, & ego ipſe dicor patronus, de quo ſuper ver. ſeruitute, inſt. de libe.

Libertus abortiuus eſt, qui in teſtamento eius qui abortus eſt, ideſt mortuus, manumittitur.

Imò vero libertus orcinus, dicitur ab orco, quod ab eo, manumittatur, qui ad orcũ tendit. Alij libertum orthiuum vocant a græca dictione orthos, directus, vt directum libertum intelligas. Vide Alc. in dict. orcinus li. præter. 1.

Libertus aſſignatiuus eſt quẽ patronus eius, cuius ex liberis ſuis eſſe velit, ei aſſignauit.

Libitinarius is dicitur, q quæſtui inſeruiens libitinariam exercet, quique neceſſaria funeribus vendit, vel qui curam mortuorum ſepeliendorum habet, ſeu qui conducit funera, dictus a Libitina Dea, in cuius templo, quæ ad ſepulturam pertinebant, vendebantur. Refert Seneca vota libitinariorum eſſe, vt mortes plurimorum optent, quod illis quæſtuoſiſſimum ſit, & de his Vlp in l. quicumque, §. idem ait, ff. de inſt. act.

Libra auri conſtat quandoque ex centum aureis. Bart. in authent. ſed nouo iure. C. ſi cert. petat. hodie vero conſtat ex 46. duc. Venetis. Bar. in l. quoties, de ſuſcept. & arca. libro vndecimo, C.

Librarius eſt, qui in libra appouendo ponderat, cauſas rerũ determinat, vel eſt libros vendens, & cuſtodiens.

Adde librariũ dici, qui libros tranſcribit, quo ſenſu ferè accipitur apud Latinos. Quandoque ſignificat tabellionem, vt in l. ſi

in l. ſi librarius, de verbor. ſign.

Libripens, idem eſt, quod librarius, de quo gl. Inſt. de teſta. ord. in prin.

Librorum appellatione quid veniat, late diſſerit Iuriſcon. in l. librorum de leg. 3.

Licentia multiplex eſt, vt not. Arch 23. q. 2. ſi abſtineret.

Liceri, vel licitari eſt rem appretiare, vnde dicitur non curo centum Græcos vno obolo liceri. Sed licere actiuum ſignificat rem pretio menſurabilem æſtimare quanto pretio valeat. Vnde verſus. Diues in orbe licet pauperem, ſed nemo licetur, liceor. n. eſt actiuum in ſignificatione, & paſſiuum in voce. Sed liceo contra. Vnde, Non licet aſſe mihi, qui me non aſſe licetur. Inde licitari eſt frequenter æſtimare valorem rei vendibilis. Et licitator, i. ſuaſor, vel prouocator, ſeu proxeneta.

Licitum dicitur, quod iure licet, l. ſemper, in princ. ff. de ritu. nup. aliquando etiam dicitur, & quod de facto licet, l. 1. §. ſi cui ventrem, & ibi gloſ. ff. de ventre inſpi.

Licitari dicuntur, qui emẽdo, vendendo, vel conducendo rem aliquam, vel negotiãdo, aliquid aliud plus plus offerendo, alter alterum contendit ſuperare.

Licitatio eſt venditio prærpoſita, vt cum aliquis emptor in re ab altero volente emere pretiũ auget. Vnde quod aliqua res publicè venalis exponitur, & vnus offert decem, & aliter xv. quod proclamatum eſt, quod qui plus offert, eam habebit: ille, qui plus offert, dicitur alium vincere licitatione, vnde cum alterum ſic intendit ſuperare plus offerendo, in quacunque negotiatione licitatio eſt, & qui licitatione vincit, rem fert. C. de ſacroſ. eccleſ. auth. quæ res, & C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcalis, l. quicunq;. li. 10. Eſt ergo, licitatio, ſubhaſtatio, vel oblatio ad ſubhaſtationẽ vt l. licitatio, ff. de pu. & ve.

Lictor dicitur, qui magiſtratus fert inſignia, l. ego cum in villa & l. manumiſſio, ff. de man. vindic.

Ligius, require ſupra, Homagium ligium.

Ligni appellatione continetur quicquid comburendi cauſa paratum eſt, l. ligni. de leg. 3.

Liguſtici meminit l. non omne, de pen. leg. id non multum abeſt a iurib. piperis, de quib. copioſè Dioſc. lib. 3.

Lima eſt inſtrumentum fabrile, & ferrum, quo metalla roduntur, poliuntur, minuũtur, & purgantur gl. in c. paſtoralis, de re iud. in clem.

Limenarchia eſt vocabulũ Græcum & Latinè liminum præfectura redditur. Hinc limenarchę qui præſunt oræ maritimæ, maximè in hoſtium confinio, quorum meminit Arca. in l. numerũ ciuilium, §. qui annonam, ff. de

mu. &

mu. & hon. & Pau. in l ſlimenarchæ. ff. de ſer. fug. & Imper. in l. non idcirco. C. de liber. cau. in quib. tamen locis liminarcha legitur, tanquam a limine deſcendat ſecundum gl. noram. Poſſent etiam fortè dici liminarcę abſq; aſpiratione, ideo ſic vocitati, q̃a ad hoc cōſtituebantur, vt hoſtes à limine expellerent; & ſic erit vocabulum Latinum, & compoſitum, & communis lectio ſeruabitur; & ſecundum hæc caſtiga verba, Imper. in l. 1. C. de offic. com. ori vbi alitarchia mendosè legitur pro limenarchia, ideſt liminum præfectura.

Limina, fines imperij dictos eſſe docuit in Imp. Iuſt. §. ſed ſi. Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſol.

Liminarchæ dicuntur principes locorum, in quib ſunt diuerſarum prouinciarum, aut regnorum diuerſorum limites, & termini. Vnde etiam dicuntur colliminarchæ, qui confinia oppida, vel ciuitates tenent trans limitē locorum.

Limitanei dicuntur, qui conſtituti ſunt inter caſtra, & ciuitates vel confinia oppida, vt limites defendat, & colant, vt C. de fun. limi. l. vlt. in l. fin. lib. 11. et dicit Acc. ſuper rub. ibidem, quod quidam habentur prolimitoſis limitrophis (a trophos, ideſt deſcriptio, & limites,) ideſt deſcriptis ad vſum limitum, aliàs militum, qui imperium cuſtodiunt.

Limitanei fundi, require Fundi limitrophus.

Limites ſunt fines vel termini regionum; inde limitare terminą dicitur, vel reſtringere. Vnde limes eſt terminus agris poſitus vel pratis, ſeu campis. vel etiam dicitur meta. Sed limen eſt introitus, domus dictum a limite. Nam limina ſunt ædium, limites verò regionum, vel finium, de quo Inſt. quod mod. ius pat. po. ſolui. §. dictum eſt autem.

Limitrophi fundi, Req. in ver. Fundus limitrophus.

Linea eſt collectio perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium diuerſos gradus continens, & numeros diſtinguēs, & eſt linea graduum deſcendentium, & collateralium, l. 1. & l. iuriſc. ff. de grad. affin. ita Io. And. in appell. ſu. ſuper arborem conſanguinitatis, vbi vide latè per eum.

Linea margaritarum, ſeries eſt margaritarum pertuſarum filo inſertarum; l. lineam ad legē Falc.

Linteum non dubitatur velũ vocari.

Linteatij ſunt, qui natiis, vel nauium, vel lineariorum negotiationem exercent, &c.

Lintearia dicitur talis negotiatio.

Lintearioſa, vel lintearium eſt negotiatio lineariorum.

Lintrarij, lintrũ exercitores. Lintres aũt ſunt naues fluuiatiles, quę remis aguntur, lintrariorum meminit, l. j. nau. cau. ſt ab.

Lis a contẽtione limitis prius nomen ſumpſit, de quo Virg Limes erat poſitus, litem vt diſcerneret agris. cap. forus, de verb. ſigni. ad mediũ. Et lis dicitur mota cum fuerit conteſtata, cap. ex par. 2. de verb. ſign. & c. aduerſario, de excep.

Lis etiam actionem deſignat. l. litis, de ver. ſign.

Litem æſtimare, vide Aeſtim.

Litem conteſtari dicitur, quãdo actor proponit intentionem ſuam, & actionem coram iudice contra aliquem, & ille ſtatim neget, tunc eſt lis conteſtata. Et dr̃ pendere, nã in ſuſpenſo ſunt oĩa donec lis ſopiatur, i. terminetur, vt ad ſuperiorem negotium trãſmittatur. Et dicitur lis pendere quo ad hoc, vt nihil innouetur quatuor concurrentib. Primò, q̃ citatio emanauerit. Secundo, q̃ à iudice competente. Tertiò, q̃d ad partem peruenerit, vel a parte impediente factum ſit, quominus peruenerit. Quartò, quod in ea talia ſint expreſſa, per quæ pars inſtruatur ſuper quib. conueniatur, in cle. ſi. vt li. pen. Et poteſt addi quintũ, vt ibi not. quod emanet, & perueniat. debito tempore.

Litis conteſtatio eſt negotij principalis ab actore, & reo hinc inde facta narratio, quam narrationẽ præcedere debet libellus, niſi fortè de cõſenſu partium remittatur. Fit autem litis cõteſtatio coram iudice per narrationẽ actoris, & contradictoriã reſpõſionem rei, vt quia negat, vel per aliquam exceptionem opponit animo cõteſtandi litem, i. ea mẽte, vt in cauſa procedat, vel deſiſtat. Eſt ergo litis conte. ſecundũ Goff. hincinde apud iudicem negotij principalis facta narratio per principales perſonas, nõ per aduocatos, niſi fortè principales adeo fuerint indiſcreti, vt eorũ defectus de licentia iudicis per alios ſuppleatur, vt in c. paſtoralis, de iud. Et litis conteſtatio eſt initiũ actionis, & conflictus in cauſa, de hoc vide glo. bonam in c. dudum, 2. in verbo reſponſionem, de elect. quomodo, & quando fiat litis conteſtatio.

Litis quaſi conteſtatio eſt, quãdo aliquis conuentus in iudicio ſuper reb. mobilib. quas poſſidet nomine alieno, nominat dominũ in iudicio, & accipit inducias ad denunciandum domino, vt ad iudicem veniat, vel mittat. Si autẽ ipſe dominus non comparet in termino, ſibi dato, tunc lis quaſi conteſtata eſt contra dominum ſiue habetur pro conteſtata, ad interrumpendum longi temporis præſcriptionem, vt in c. quoniam frequenter, §. in alijs, verſ. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſt.

Litem pendere eſt litem cõteſtatam eſſe, vel litem in incerto eſſe, cum ambiguus ſit eius exitus, & euentus. Nam litis, & iudiciorum euentus eſt incertus, ff. de pec. l. q̃ debetur. Pendere aũt

dicitur

dr lis per appellationem, vel recuſationem conſultationem, vel relationem, vel quandiu, diffinitiua ſnia non eſt lata, de quo per Doc. vt lite pend. per totum.

Litem ſuam facere iudex quādo dicatur, apertè oſtendit Vlpi. in l. ſi filiusfamilias. de iud. Imp. Inſt. de obl. quæ ex qua. deli. naſ. in princ.

Literæ de rato dicuntur procuratoriæ, quia conſtituens procuratorem, ſemper adijcitur in fine, quod, quicquid procurator fecerit ſuper cauſa, ad quam datus eſt, gratum ratum, & cætera habebit, vt in c. cum dilectus, de rel. do. in gloſ.

Literæ dimiſſoriæ, quæ vide in ver. Dimiſſoriæ.

Literis dicitur obligatio contrahi, quando quis confitetur in aliquo inſtrumento ſe recepiſſe pecuniam, quam nondum recepit, ſub ſpe numerationis futuræ ſibi faciendæ, prout à creditore eidem promiſſum extitit: Illi cōpetit actio non num. pecuniæ, ſi exigit ab eo debitum, antequam recepit.

Litigatoris nomine nō ſolum actor, ſed etiam reus intelligitur, vt in cap. 1. de litis conteſt. libro 6.

Litigioſa res, mobilis eſt vel immobilis res, vel ſe mouens, de cuius dominio cauſa mouetur inter petitorem. & poſſeſſorem cō uentione iudiciaria, vel precib. principi oblatis, & iudicibus inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis. C. de litig. auth. litigioſa. Fit autem res litigioſa, incontinenti oblato libello. Alij dicūt rem litigioſam nō eſſe ante litis conteſt. de hoc gloſ. in c. 1. vt lite pendente, lib. 6.

Littus propriè maris eſt, ripa fluminum. Et littus quouſque extenditur, quoſque maximus fluctus a mari prouenit, l. littus, de ver. ſign.

Liturgus interprete Alc. in l. 2. C. de cu preſ. dicitur qui publicè operatur circa res ſacras. Præſertim & lituchus dici poteſt.

Liuellus differt a feudo primo quia eo iuratur, ſecus quam in liuello. Item feudum datur amore, liuellus vero pro mercede. Item in feudo non ſuccedunt fœminæ, in liuello ſecus, & de multis alijs differentijs, vide Fel. in c. cæterum, col. 5. & ſeq. ver. 9. fallit de iud.

L ante O.

LOcare, hoc verbum licet plerunq; referatur ad accipientem pretium, ſicut conducere ad illud dantem, tamen quandoque viceuerſa, vt locare dicatur, qui pretium dat, conducere vero qui illud accipit, vt annotat Accur. in l. 1. in princ. ad l. Rho. de iac. Nam veteres verbo locationis, & conductionis indifferenter vtebantur, l. veteres, & ſeq. de cōtr. empt.

Locatio

Locatio eſt perſonę, vel rei ad vſum facta conceſſio vel mercede vel pec. numeranda conuenta, alioquin de alia re erit contractus innominatus, de quo vide no. per Doct. de loca. & cõd. ſuper rub.

Locator eſt ille, qui rem aliquam pro certo pretio, vel certa mercede alicui vtendam concedit, vel alium re ſua merce de ſibi conuenta vti permittit, vt cũ loco tibi domum meam ad habitandum in ea, ego dicor locator, tu vero, qua ſic vteris, ſeu ad vſum reciperis, conductor nuncuparis, vt in c. 2, de loco, & con ditio.

Locati actio, req. ſup. locare.

Locus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi, fundus autem integrum aliquid eſt, quod ſuos habet fines, l. locus, de verb. ſign.

Loci adiectio ſignificat diuerſimodè diſponi, v.g. teſtator dicit: Titio lego centum, quæ ipſi volo ſolui de pecunia, quam habeo in tali loco, puta tali caſtro, tali arca. Et ſi in illo loco nihil eſt, tunc nihil debetur, ſi minus eſt, nihilominus tota pecunia debetur, l. quidam teſtamento, ff. de leg. 1. l. Lucilius, ff. de ali. & cib. leg. Ratio, quia locus hic apponitur ad demõſtrationem, vnde ſolutio fieri poſſit, & non ad taxationem, ſeu reſtrictionem legati, quare legatum non reſtringitur, etiam quia legatum fuit factum in genere, & ſic remanet in genere, & adiectio loci refertur ad deſignationem fiendæ ſolutionis. Et quod de legato dicitur idem in contractu intelligitur, paritate rationis, vt ſi dicatur: Promitto tibi centum de ſoluenda pecunia, quam habeo in tali loco Et ibi; lego, vel promitto decem, quæ habeo in arca, ſi nihil eſt, nihil debetur, ſi minus eſt illud tantum debetur, l. ſi ſeruus, §. quinque, ff. de leg. 1. quia locus adijcitur ſummæ immediatæ, & per hoc ſignificatur, quod illa ſumma, quæ ibi eſt dicebatur, & non alia. Vnde teſtator vel promiſſor ſe refert ad illud corpus pecuniæ, quod ibi eſt, & ideo ſi nihil eſt, nihil debeatur, vel patenus eſt, ea tenus tantum debetur. Et finaliter loci adiectio operatur, quod ratio dictat, vel lege diſponitur, vel prout voluntas diſponentis dictat, quam quodlibet medium probabile declarat, vt l. cum certus, ff. de vino. tri. & oleo. l. ſi debitor, §. 1. ff. de contrah. emp. & venditio. l. eum qui Kalendis, ff. de verb. obl. l. legatum, §. vim, ff. de annu. leg. l. ex eo. tit. ff. de vino tri. & oleo leg. cum ſimilibus.

Locus inſignis, ſecundum Io. And. in c. ſtatutum, de reſcr. lib. 6. eſt ciuitas, licet ibi non ſint periti. Et de hoc dat ibi rationem. Sed ſecũdum Inn. Hoſt. & Abb. non ſufficit eſſe ciuitatem, niſi ſit ibi copia peritorum. Comp. dicit, ſufficit ſi de vicino loco pñt haberi

habeti periti Pau.de Leaz.in cle. vnica, de ſo.comp. dicit infinem locum, in quo poteſt copia habe ri neceſſarium pro epiſcopi familia, & equitibus eius, licet nō ſit copia peritorum.

Locus religioſus, require infra, Religio.

Locus ſanctus dicitur, qui firmus eſt, & virtutib.munitus, de quo Inſt. de rerum diuiſ. §. ſanctæ, quoque res.

Loca vicina, quæ dicantur, vide Panor. in c. ſuper ſpecula, in fi.de prin.

Loculus eſt burſa, vel mar ſupium, c.1.de depoſi.

Locuples eſt, qui ſatis, & idoneè habet pro magnitudine rei, quæ petitur, l.quos, de ver.ſign.

Locupletem hæreditatem eſſe Accur. ait, quæ opes affert in commodis annexas, l.ſi quis mi hi.§ 2.de acq. hær. Azo. verò in rub. C. de bon. lib. locupletem hæreditatem diffinit, quæ maior ſit centum aureis.

Logiſtæ, qui & rationales nuncupantur, ſunt qui reddendis rationibus præſunt.

Logorgaphus, i.ſcriptor publicæ rationis, dicitur a Logos ſermo, vel ratio, & graphos ſcriptura, ſecundum Acc in rub.C.de ta, b. l. ſcript.& logo. lib.10.

Lolium herbæ genus, alio nomine zizania dicitur, vt etiam declarat gl.in cle dudum.de ſep.

Longa conſuetudo eſt, quę 10. vel 20.ann. inducitur, & multo magis lōgiori tempore, vt ſi 30. vel 40.annis perdurat.

Longum tempus, longiſſimū, & longæum, vide Azo. in ſum. quæ ſit longa conſuetudo, §.1.& dicitur lōgum tempus inter præſentes, decennium, & inter abſentes vicennium, l.fin.C.de pręſcr. long. temp. & §.1. Inſtit.de vſucap.

Loricæ, genera ſunt armorum vt in auth.de armis, §.pen.

L ante V.

LVcrifacere, i.acquirere.

Lucrum refertur ad omnia prouenientia ex proſperitate fortunæ qualiacunq; ſint, quæſtus tamen comprehendit ſolum lucrū proueniens ex induſtria perſonæ, vt eſt tex.& gl.in l.ſed & ſi ff.pro ſoc. not. Abb. in c.ſedens, nu. 13. de reſcrip. Quæ autē ſint honeſta lucra, vide Spec.in titu. de cler. coniug.verſic. ſed quam dices.

Luctus tempus alij vſq; ad 30. diem, alij vſque ad 40. obſeruabant, 13.q.2. & fęmina ſi nubat infra tempus luctus infamis eſt ſecundum leges ciuiles, vt C.de ſec.nup.l.1.& 2.

Lucubrare, i.vigilare, & nocti propriè attribuitur. Inſt.de leg. §.noſtra.

Luere, i.liberare, vnde dicitur, pignus luitur, i. liberatur. Alio modo accipitur pro puniri, vnde dicitur Luo pœnas, i.punior.

De

De primo ſignificato vide Inſt. de leg. §. ſed & ſi rem.

Luminum ſeruitute conſtituta quid videatur conceſſum, & quomodo differat a ſeruitute, Ne luminib. officiatur, tradit Iuriſc. in l. 3. de ſeruit. vrb. præd. quid verò interſit inter lumen, & proſpectum, pulcherrimè explicat. l. inter. & ſeq. eod. tit.

Lupinum eſt genus leguminis non minus terram appetens, quam lupus pecudes, & inde nomen ſumpſit, tellurem mirum in modum armat, vt, quamuis fructeto ſolo coniectum ſit inter folia, vepreſq;: ad terram tamen radice perueniat, & inter fruges enumeratur a Iuliano, in l. frugem, ff. de verb. ſign.

Luſtrum eſt ſpatium quinque annorum.

Luſtramentum, purgatio facta per veneficium, ſacrificium, aut incantationem, l. eiuſdem, ad leg. Corn. de Sic.

Luxuria, no. Archi. de conſue. c. ſi. lib. 6. ſumitur aliquando pro profuſa impenſa, vt docuit Bud. in Annot.

M ante A.

Macellare eſt mactare, vel trucidare. Inde dicuntur macellarij, qui pecora, vel quadrupedia mactant. vt eſt gl. 5. in clem. 1. de vita, & hon. cler.

Maceria, eſt paries ſine calce aliave compactione formatus.

Machinarius menſor in l. vlt. ff. ſi men. ſal. mò. dix. dicitur ad differentiam decempedatoris, vt admonet ibi Bud.

Machinatio, vide ſupra Dolus & eſt quaſi aſtutum ingenium.

Magi ſunt, qui vulgò malefici ob facinorum magnitudinē nuncupantur. Hi ſunt, qui permiſſu Dei maleficijs elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium, &c. 26. q. 5. nec mirum. Et ibi, qui ſunt necromantici, hydromantici, & de augurijs, & auruſpicijs, quę omnia ibi reprobantur.

Magidem in l. ſeruus, de condi inde Bud. accipit pro ganere lancis orbiculatæ, idq; ex Plin.

Magiſter dicitur, qui præ cæteris alicuius rei, ſiue negocij curam gerit. Et explicatur ſytlabaliter quaſi in maiori ſtatu exiſtens, ſed literaliter ſic, quaſi manu aerem gerens inter ſcolares, tenens eos rigidè ſecundum gl. vero, c. 1. de mag. dicitur a monēdo, ſiue a moſtrando, vt ff. de verbor. ſign. l. quibus.

Magiſter nauis, require ſupra Actio exercitoria, & C. eo. tit. l. unica, lib. 12.

Magiſtri ſcriniorum dicebantur, qui ſcrinijs ſacri Imperij prępoſiti erant, uel ſunt pragmaticarij, ſic dicti, quia pragmaticas ſanctiones illas, ſ. quas principes faciebant, & ſtatuebant conſilio procerum ſuorum ſcribebant. & exempla earum in ſcrinijs repoſita

ſita ad memoriam cuſtodiebant.

Magiſtratus, prætores, vel cõſules dicti ſunt, eo quod maiores ſunt reliquis officijs, & illi ſunt tanquam capitis principis membra, vt C. ad leg. Iul. maie. quiſquis. Et horum alij ſunt maiores, alij minorer, alij medij, Maiores, vt illuſtres, qualis eſt præfectus prætorio orientis, item Illyrici, item Africę, itẽ vrbis Romæ. Minores ſunt clariſſimi, puta prę ſides prouinciarum. Medij ſunt ſpectabiles, vt proconſul, præfectus Aegypti, q̃ dicitur augustalis, vt ff. de off. præf. auguſta. Excellentiores præfecti ſunt præfectus prætorio orientis, & Illyrici.

Magnanimitas eſt ornatus omnium virtutum, ſecundum Phil. 5. Ethi & eſt magnanimitas in Imperatore, l. 1. C. de teſtam.

Magnificus dicitur, quaſi magna faciens, & ideo hoc verbum competit regi ex etymologia vocabuli, Abb. in cap. nouit. de off. deleg.

Maior dicitur ille, qui 25. ann. impleuit ætatem, de quo no. Inſtit. de cu. per totum & per Doc. de reſt. in integ. c. 1.

Maiores proprie appellantur, aſcendentes, qui ſunt vltra tritauum, l. Iuriſc. §. parentes, ff de gradib.

Maior pars attenditur, quoad numerum, & ſanior quoad zelũ iudicum. Vel poteſt dici maior pars, qui maiori innititur rationi, vt 9. diſtin. ſana, & 18. diſt. ca. multis.

Maioritas eſt multiplex, alia ordinis, alia dignitatis, alia ſenectutis, alia prælationis, de quib. vide per Abb. in c. ſtatuimus, in prin. de maio. & obed. vel hic, ꝙ quis dicitur maior altero quatuor modis, nobilitate, diuitijs, potentia, & honore, ſecundum Abb. in c. ſuper eo. de teſt. in ver. no. quatuor qualitates, & Fel. eo. c. ver. no. 2 ibi, ſuperior, col 3.

Maiuma eſt ludus, qui fiebat in Maio. & dicitur a Maio, vel maiuma Græcè, Latinè ingreſſus. ſ. æſtatis, quando herbæ, frondeſq; virentes lętificant. Inde venit Maius, C. dę maiuma, in rub. lib. 11.

Maledictus eſt, q̃i obloquitur de homine, detrahendo ei, & eum obloquijs deprimendo, vt cap. de cler. maled.

Malefici ſpeciali vocabulo incantatores huiuſmodique diuinatores appellantur.

Malæ fidei poſſeſſor eſt, qui ſcit ſe alienũ occupaſſe, §. quod autem Inſt. de vſucap.

Malleatores adulterinæ monetæ ſunt, qui falſam monetam malleant.

Manceps dicitur, qui a polo, vel fiſco aliquid emit, vel conducit, vtitur hoc verbo Iuriſcon. in l. qui fideiuſſor, locati.

Mancipium eſt ſeruus, vel ancilla, & eſt neutri generis in ſignificatione, & dr̃ quaſi manucaptum,

captum,& dicitur mancipiũ omne,quod manu capi poteſt, ſicut homo,equus,& hoc generaliter, ſed ſpecialiter tantum ſignificat homines, quia tales erant ſerui capientium eos in bello iuſto.

Mancus eſt defectuoſus,vt cui manus abſciſſa eſt, vel is, qui ex imbecillitate dexteræ facilius vtitur ſiniſtra,ff.de ædil. edi.l.qui clauum, §.pen.

Mandatum ſecũdum Azo. eſt officium ab eo, qui gratuitò ſuſcepit exhibendum. Et dicitur mandatum, quaſi manudatum. Quod.n. aliquis per ſe facturus erat, alij gerendum committit, contrahitur ſolo conſenſu.Et differunt mandatum,iuſſio,& præceptum, quod iuſſio importat neceſſitatem, nec finitur morte iubentis,quia ſucceſſor id facere tenetur. Mandatum vero importat liberam obſequendi voluntatem,& finitur morte.Vnde,Præceptum non præcipitat mores præcipientis.Mandatum mandatore cadente cadit, vt no.de reſcript. eam te. & cap. in his, de verb. ſignif. Quidam tamen dicunt,quòd tàm præceptum,quã mandatum finitur morte, ſi nominibus expreſſis ſcribantur, ſecundum Ioan.And.14.q.1.quod præcipitur.

Mandator dicitur ille, qui aliquid man[illegible] aliçui, vt ſibi, vel aliqu[illegible] faciat,Require ſupra,Fideiuſſor.

Mandatarius eſt, qui mandatum ſuſcipit adimplendum. Et inter illos oriũtur actiones hinc inde,quia ille,qui ſic mandat alteri,contra illum,qui mandatum ſuſcipit adimplendum, cũ prius cogi non poſſet, vt reciperet mãdatum, competit actio mandati directa in quantum eius interfuit factum fuiſſe, quod mandabatur. Rurſus ipſi mandatario, qui mandatum ſuſcipit competit actio mandati contraria, ſi quas expenſas fecit, vel impenſas ratione mandati ſuſcepti in quantum non exceſſit fines mandati. Si verò mandatum exceſſit in expenſis factis, ipſas non repetet per actionem mandati contrariam. Sed in quantum vtiliter expendit, per actionem negotiorũ geſtorum repetet.

Manet, i. tenet, vel aſtringit, cap.cum laicis,de rebus ecc.non alien.

Mangones ſunt, qui in ſeruis emendis, vel vendendis mercationem exercent.

Manichæi ſunt, qui Chriſtum dicunt non eſſe verum hominem, vt dicit gloſ. 1.in l Manichæos, C.de hæret. & man. Extiterunt a quodam Perſa,qui vocatus eſt Manes, qui duas naturas, & duas ſubſtantias introduxit,id eſt bonum & malum, & animas ex Deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit.Teſtamentum vetus reſpuunt, nouum ex parte recipiunt, ita dicit tex 24. q.3.c.quidam.

Mani-

Manifeſtum eſt publica, vel famoſa proclamatio ex certa ſcientia,& certis auctorib. proueniens. Et poteſt manifeſtum probari per multos teſtes,vel au ctores,non tamen per tot, quod fiat notorium, vide gl. in c. conſtitutionum,de ver.ſign.lib.6.& 6.q.2.placuit.Specu.tit.de noto. crimine, §. ſequitur de manifeſto,circa prin.vbi dicitur, manifeſtum eſt, quod patet pluribus ſed non omnib. ſed notoriũ omnib.patet, & no in l.ciuer, C.de appel.per Bal.& Butrig.

Manifeſtum illud dicitur, qđ ex coniecturis apparet,c.1. & ibi Abb.in 2.no.de cle.non reſi.

Manifeſtè vel palam teſtari dicitur, qui publicè hæredem nominat,coram teſtibus,qui ad ſolemnitatem ſufficiunt teſtatori.

Manipula eſt quoddam ornamentum, quod Imp. Conſtantinus Cardinalib.conceſſit.Alij dicuntur manipulum eſſe mitram Epiſcopalem.Vide Spe in rationali diuinorum, li.8.ſub rub.de manib, & videbis pulcherrima.

Manſer eſt filius illegitimus, propriè de ſcorto natus, ſecundum Hoſt.quaſi vulgo quęſitus, vnde ſecundum Abb. Manſerib. ſcortum, nothis męchus dedit ortum; Vt ſeges a ſpica, ſic ſpurius eſt ab amica: Dant naturales c.niſi cum pridem, de renunc.in §.perſonæ,in fi.vbi gl.

Manſus ſecũdum vulgare Italorum, dicitur quantitas terræ, quæ duob. bob. ſufficit in anno ad laborandum.

Manualis obedientia, not. de maior.& obed.his, qui.de teſtit. ſpol.olim cauſam,ad quam ſubditi tenentur prælatis ſuis ſine ſcriptura, & iuramento, vt not. in capit.regebatur, de maior. & obed.

Manumittere, vide Emancipate.

Manumiſſio eſt datio libertatis,Inſt.de lib.in prin. Et manumiſſus dicitur,qui eſt liberatus a manu & poteſtate domini.Nam quandiu in ſeruitute eſt, ſub manu & poteſtate domini ſui eſt, ſed poſtquam manumiſſus eſt ab illo liberatur. Ergo dicitur quaſi extra manum, i. poteſtatē domini ſui miſſus,et talis dicitur libertus domini ſui, & dominus patronus eius.

Manumiſſio teſtamentaria dici poteſt,quæ ex cauſa teſtamenti præſtatur, vel propter teſtamentum contingit.

Manus ſumitur pro poteſtate,Inſt.de lib.§.1.aliquando ponitur pro artificio, l.mulieris,de verb.ſign.

Mappa eſt ornamentum equi, & ſunt linteamina alba, quibus cooperiuntur equi Cardinalium cum faciunt proceſſionem no.in auth.de conſe.§.quantacunque, aliter capitur in l.3. de ſup.leg. vbi ſecundum Neb.ſignificat ſtragulum menſæ.

Mariti appellatione non ve-

niunt ſponſi de pñti in materia odioſa, ſecus in fauorabili, quia tunc veniunt ſponſi de futuro, vt dicemus infra in verbo, vxoris appellatione.

Marmoris appellatione quid veniat, docet Iuriſconſ. in l. quęſitum, de leg. 3.

Marte ſuo, i. ſuis viribus, & nō aliunde accerſitis adminiculis, l. 1. C. ne li. po.

Maſculinum concipit fœmininum, ſed non econtra. Pan. in c. ſuper inornata, in 1. col. ver. nec ſtatutum, de quo articulo diffuſiſſime Dec. in l. 2. de re iud. vbi vide.

Maſſaritia eſt idem, quod ſuppellex, videlicet omne vtenſile domus, cuius appellatione veſtis non continetur, vt l. ſi quis in fund. vocabulo, ff. de leg. 1.

Maſticonium eſt domus, vbi leproſi congregantur.

Maſtigophori, qui agonothetas comitantur in certaminibus, l. vi. de mu. & ho. vbi Bu.

Materfamilias dicitur, quæ eſt nouæ authoritatis & honeſtæ vitæ in domo ſua. Vnde nec nuptię nec natale faciunt matremfamilias, ſed boni mores.

Materia eſt vnde quid conficitur, vt in ſcypho metallum, in cōtractu conſenſus, quapropter ſic propriè appellantur ligna, quæ ædificiorum, alteriusve operis cauſa habentur l. tigni, de leg. 3.

Matertera eſt matris ſoror, vt Inſtit. de gradi. cog. in verb. matertera.

Matertera magna eſt auiæ ſoror, ſicut promatertera pro auiæ ſoror.

Mathematici ſunt, qui dicũtur ſe ſcire aliquam artem diuinãdi.

Matricula eſt chartula, in qua ſcribitur aliquid, & præcipuè liber vniuerſitatis, in quo nomina ſuppoſitorum conſcribuntur, & immatriculantur, & eſt diminutiuum a matre, l. matricula, C. de agen. in reb. lib. 12.

Matricularius dicitur hñs officiũ pulſandi campanas, vel qui habet matriculare ſtudentium.

Matricaria dicitur habens curam eccleſiæ tex. & gl. in c. mulieres, 32. diſt.

Matrix eccleſia ponitur pro maiori baptiſmali, quæ generat baptiſmum, ſicut mater, vt in gl. in verbo, matricem, in clem. 1. de ſen. excom.

Matrimonium idem ſonat, quod nuptiæ, & eſt legitima maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinent 27. q. 2. §. 2. §. 1. ſubaudi quo, ſ. ad propoſitum, in quo debent eſſe tempore, quo nubunt, vel matrimonium contrahunt. Inſt. de pa. po. in prin. Et matrimonium eſt duplex, ſ. verum, & præſumptum. Verum, quod contrahitur inter perſonas legitimas per verba apta, nullo impedimẽto ſubexiſtente. Præſumptũ dicitur, qñ inter perſonas legitimas

mas interuenit tractatur de con trahendo, vel verba apta, in cuētum tamen conditionis vel arbitrij alieni, & ſuccedit copula carnalis, vt inquit Goff. Et non dicitur patrimonium (licet a dignio ri debeat fieri denominatio, & tantū habeat vir in liberos quan tum mř. l. liberorum, ff de verb. ſig.) ideo quia mater maius exer citium vel officium exercet circa liberos quam pater, c. fi. de conuer. coniug. quia ante partum onerosa, in partu doloroſa, et poſt partū laborioſa. Igitur ad honorem eius dř matrimonium, vt ēt de conue. in fi. c. ex literis. Et no. quod matrimonij tria ſunt ſubſtantialia, quę dicūtur bona eius de cond. app. c. vlt. & 27. q. 2. oē itaq; .ſ. fides, proles & ſacřm. Et nota quando contrahitur matrimonium, & quādo ſponſalia de futuro declarātur ex ſignificato verborum prolatorum, & actuū ſequentium. Vnde verba formalia matrimonij ſunt illa, quando vir dicit, Accipio te in meam mulierem, & mulier; Accipio te in meum virū, c. licet, de ſpon. duo. & c. ſi inter, de ſpon. Similiter eſt matrimonium, ſi quis iuraret, ꝙ aliquam ab hoc tempore pro cōiuge teneret, & ei, ſicut vxori, fidem ſeruaret, & ipſa eidem iuraret ſe illum pro marito habiturā & ipſi, tāquam viro proprio, ſeruituram, vt in c. ex parte de ſpō. Nam licet ibi non exprimantur verba formalia; tamen idem eſt, ſi vnum de æquipollentib. fiat vt l. cert. ff. ſi cer. pet. Dicuntur etiā quidam Doc. quod verbum habiturum hic ſignificat præteritum, non futurum. Similiter dicendo; promitto tibi, quod nūquam habebo aliam vxorem, niſi te, vel volo te, & non aliam in vxorem, vel conſentio in te, ſicut in meā vxorem, vel promitto, quod volo te habere in vxorē, vel placet mihi te habere in vxorē, vel promitto, quod tibi ſeruabo fidem, ſicut vxori meæ, vel volo, vt ab hac hora non antea ſis mea vxor vel iuro, quod habeo te pro legitima vxore, de hoc vide 22. q. 4. vlt. ver. eſt ēt. Item ſi dixerit, iuro, vel promitto tibi tanquā vxori dummodo verba mulieris, ſequantur, contrahitur matrimonium per quemlibet prædictorū modorum, vt no ibi Spec. eo. tit. §. 1. Item ibi, ſi dicat vir; iuro, ꝙ tu es vxor mea, & mulier ecōtra, iuro, quod tu es vir meus; dicunt quidam, quod non ſit matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro, capiēdo es pro eris ff. de ver. ſig. l. verbum erit. Nam etſi ſint verba prępentis tēporis, non tamen ad matrimoniū apta. Alij vero dicunt, quod nec ſponſalia contrahantur. Sed ibi; promitto, quod te ducam in vxorem & de cætero tenebo te, vt vxorē, ſunt ſponſalia, quia ſenſus eſt, ego te ducam, & ex quo te duxero, de cætero te tenebo, ar. c. ex literis, 1. de ſpon. Secus ſi dicō a[illegible]

dito verbo ducam, dicat; promitto, quod tenebo de cætero in vxorem etiam dimiſſo hoc verbo de cætero, tunc eſt matrimoniū, vt c. ex parte, de ſpon. præalleg. De origine autem matrimonij, quod ſit a triplici iure, videlicet a naturali, gentium, & ciuilis, vide in gloſ. Inſti. de iu. na. gent. & ciui. in prin. ſuper ver. matrimonium, & quot modis poſſit impediri, vide Inſt. de nup. in gl. ſuper ver. enumerari, vbi ponūtur quatuordecim.

Matrona dicitur, quæ iam nupſit, quaſi quæ in matrimonio conuenit.

Matrueles ſunt filij, & filiæ materteræ. l. j. ad l. Pōp. de patri.

Matula genus vaſis ad vrinam & aquam tenēdam, proinde modo muliebri continetur, vt ſcripſit Vlp. in l. argumento, §. mundus ff. de aur. & arg. leg. Alio nomine matella, et matellio dicitur Pla. in Ampho. Ne tu poſtulas matellam vnam tibi aquæ infundi in caput.

Maturare quandoque ſignificat feſtinare, quandoque eſt per Solem digerere, vt fructus maturentur.

Maturus, quis tripliciter oſtēditur, vultu, geſtu, voce. Specu. in titu. de adul. §. 5. verſic. cum autem.

Maximè quandoque dicitur comparatiuè. Aliquando pro tātum, de fil. præsb. c. ad abolendā. Aliqui legunt maximè pro magis, & ſic tenetur propriè ſecundum Ber. ibidem. Item maximæ ſupponit idem in alio caſu, ſed maiorem eſſe ratione in expreſſo. C. vnde lib. l. fin. Aliquando ſubauditur, vt l. verum, in princ. ff pro ſocio. Ad primum facit, ff. de prob. l. cum deinde, in princ. & ibi maximè de pæ. & remiſ. c. officij, in fi: de ſpon. c. ſponſam, de hoc no. c. prælle. ad abolendam, in add. gl. 1. & per Io. And. ſuper ea, etiam no. de hoc in ca. cum contingat, de fo. compet. in gl 1. de elec. cum inter, & c. quoniam frequenter, §. porro, vt lit. non conteſt. & propriè implicat idem in contrario ſenſu.

M ante E.

Moechia poteſt dici omnis fornicatio, 22. q. 4. omnia mœchia, & ibi plenè.

Medianum idem quod mediū verbum eſt architectonicū, quo frequenter vtitur Vitr. habetur hoc verbum, & in l. ſi verò, ff. de ijs, qui deie. vel effud.

Mediaſtinus ſeruus eſt ex abiectoribus ita dictus, quit domeſtica, quæque vtiliſſima miniſteria obire in domo cogebatur, vt ligna congere, domum purgare, & alia huiuſmodi. Hoc autem nomine inde vtitur, quia in media domus parte ad omnium aliorum iuſſus præſtò eſſe debet, cuius meminit Iuriſconſul. in l. item apud Labeonem, §. Prætor

tor

tor ait. ff. de iniur. & l.1.ff.nau. cau.ſtab.

Medici qui dicantur, docet Iuriſcon. in l.1. de var. & extraord. cogn.

Medium dicitur hæc vita. 23. q.4. hæc autem vita, & no. Ioan. And. in procem. cle.

Medogrammatæi, in l.fi. C. de tab. & ſcrin. & logogra. lib. 10. ſunt, quos ſcribæ conſulebant.

Melinum, de quo in l. quæſitum, de leg.3. ſpecies eſt coloris.

Meloproximus, vna dictio, eſt nomen dignitatis, vt not. in l. peculiari. C. de prox. ſacro ſcrin. lib.12.

Membrana ſpecies chartæ, in qua deſcribuntur inſtrumenta, alia, quæ conſeruatione indiget, & ideo dicitur, quia demembris animalium eripitur, vt Inſtit. de re. diui. in gl. §. literæ.

Mendaciũ, require ſupra, Dolus: vnde Aug. dicit mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, quod ſic debet intelligi cum intentione fallendi, quæ tunc ibi eſt, vel poſtea aduenit Quandoq; enim aliquis aliquid promittit, non tamen voluntatem fallendi actu habet, ſed poſtea acquirit.

Mendicantes dicũtur, quos in publicum quæſtum inuita mendicitas vocauit, & illi reficiebãtur publicis annonis. Validi autem, & robuſti non debent mendicare, ne miſeris, & debilib. panẽ auferant, C. de mendic. vali. l. vnica, lib.11. & in auth. de q. col.6.

Mœnia dicuntur propriè ędificia murorum ciuitatis, ſic dicta quia muniunt ciuitatem. Et interdum dicuntur mœnia abuſiſiuè omnia ædificia.

Mœniana dicta ſunt podia, & eiuſmodi exterius porrecta ædificia; originem huius dictionis pulcherrimè exponit Alcia. in l. malum, de verb. ſign.

Mœnium, vel mæniarium idẽ eſt, quod veſtibulum a mœnijs ſeptum. Et dicitur ideo, quia mœnijs adhęret ſecundum Hug. Alij ponunt manerium.

Menſa ſæpe in iure accipitur pro tabula, qua vtuntur argentarij. Inde menſarij, & menſularij dicti.

Menſor eſt, qui metitur agros columnas, vel ſigna, vel homines, vel frumentum, vel mœnia iuxta caſtrum, vel hoſpitia, vel etiã omnia officia aſſignat, ſecundũ Accur. C. de menſ. in rub. lib.12.

Mera donatio. Require ſupra Donatio.

Mercatores qui vere, & propriè appellandi ſint, vide Alc. in l. merces, de verb ſign.

Mercis nomen ad mobilia tantum pertinet, ff. de verbo. ſign. l. mercis.

Meretrix dicitur, quæ multorum libidini paret 34. diſtin. vidua, vel cuius turpitudo publicè venalis eſt 32. quæſt.4. meretrices, & in gloſ. c. inter opera, de ſpon.

Meritoria dicũtur diuerſoria.

Merum imperium eſt habere gladij ptãtem ad puniendum facinoroſos Vnde merumimperiũ dicitur quædã ſumma poteſtas, per quã ea, quę ſunt iuriſdictionis maximæ,explicantur. Et merum dicitur,quia ſeparatum eſt a cognitione pecuniaria eò, quod inde nullum ſequitur commodũ pecuniariũ,vt Inſti.de pub. iud. in prin.Hęc autem ſunt meri imperij,facinoroſos punire, delinquentes incarcerare,mẽbra mutilare, pęnam capitalem imponere,& hæc pęna eſt triplex, vt dicit Hoſt.de iureiur.c. veniens, ſ.mors,exilium, & relegatio,ff. de pub.iud.l.2. Alia de mero imperio, vide in ver. mixtum imperium.

Meſonauta eſt infimæ conditionis ſeruus in naui, ſicut mediaſtinus domi, de quo ſupra, Nam meſonauta ex eo dictus videtur,quod in media naui ſedens omnib.præſtò ſit.

Metallum & æs ſunt noĩe generalia mineras ſignificantia. Et differunt metallum,& opus metalli,vnde ille dãnatur in metallũ,qui ligatur cum ferro,& onere,& labore grauatur, vt non liceat ei facile abire. Sed ille dãnatur in opus mettalli cũ,qui ibidẽ liberas hẽt habenas, & alij metallum fodientib.miniſtrat,& illius leuior eſt pęna,alterius autẽ grauior,de quo gl.no.inſt.¦quib. mo.ius pat.po. ſol.§.pę. ſeruus.

Metalli ſunt,qui affluentiã exercitij metallorum habent,vt C.de met.& met allis,& proc.met.ſecundum Acc.ſuper rub. lib.11.

Metallarij verius dicuntur, quia metalla è terræ viſceribus effodiunt.

Mettalicus, idem qui metallarius.

Metaſſi aliàs dicuntur methari purpurei.C.quę res ven.nõ poſſunt,l.1.vel eſt color quidam.

Metatores, vt ex Vegetio tradit Bud.ſunt,qui demetiuntur loca, vbi milites figant tentoria, vel qui hoſpitia in ciuitatib. præſtant. Nos Italicè forerios appellamus.

Metaxa,ſericum, vnde metaxarij, negotiatores, qui ſericum emunt,venduntve.

Meteci.Latinè incolæ dicũtur l.pupillus,de uerb.ſign.

Metreta, genus menſuræ tres urnas continens.

Metrocomia eſt uillæ menſura,|quæ datur trãslatis iuſſu principis,ut C.de iu.fiſ.l.certa, unde metros Gręcè, menſura Latinè dicitur,& comos uilla, inde metrocomia quaſi menſura villę, ſecundum Acc.C.non li.hab.met loca ſua ad ext.transfer ſuper rubri.libro 11.Etiam metrocomiæ ſunt parochiæ, uel diœceſes.

Metropolitania menſura ciuitatum dicuntur, quia 10. uel 11. debent ſub ſe habere ciuitates,6. q.3.c.1.Vel dicitur a metet,i,mater,quia metropolis eſt mr̃.alia-

rum

rum eccleſiarum, ſecundum gl. ibi. Etiam metropolitani ſingulis prouincijs præeminent, quarum auctoritati,& doctrinæ cæteri ſacerdotes,ſubiecti ſunt,ſine quib. reliquis epiſcopis nihil agere licet de his,quæ ſpectant ad totam prouinciam ſecundum gl. 21.diſt. cleros.§.metropolitani.

Metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, vt ff.eod.tit.l.1 Et no.quod licet non ſit neceſſarium periculũ eſſe præſens, tamen exigitur metum eſſe pœnitentem, ſaltem pro futuro periculo,ff.eo. tit.l. metum.2. Nam per metum non quemlibet timorem accipimus, ſed maioris mali,vt in l.metum præall.Et dicitur metus; quia mentem tenet, vel terret,ſeu impedit. Qui.n.timet, non ſemper gerit in corde, quod habet in ore. De hoc vide gl.2.c ad audientiam de his,quæ vi met.cauſa fi.Inde meticuloſus, metu plenus,ſ.qui metuit timenda,& non timenda. Et diſtingue metum,quia alius eſt probabilis, qui cadit in conſtantem virum, & animoſum, & hic excuſat, vt eſt metus pœnæ mortis, & cruciatus corporis, metus ſtupri, & ſeruitutis.Alius eſt non probabilis.ſ.qui non cadit,niſi in hominẽ puſillanimum,& formidoloſum, & hic non excuſat, vt in c.cum dilecto,eod.tit.

Meum eſt,quod vendicari poteſt,l. Quintus, ff. de aur. & arg. leg. quin etiam actiones meorũ verbo continentur, l. meorum, de verb,ſign.

M ante I.

Miles eſt, qui iurat ſe nõn recuſaturum mortẽ propter Reipublicæ ſalutem,vel qui iurauit a ſignis non recedere, ff. quibus ex cau.ma.l.& ſcriptus in matricula, vbi alij milites ſcripti ſunt.ff.eod.tit.l.1.per totum.Etiã dicitur a malo,quod ſuſtinet pro alijs,vel a mille, quia ex numero mille hominum elegitur, vt ff.de mil teſt l.1.§.miles. Vnde ſecundum Az.miles dicitur a militia,i. duritia,vel a mille, quia de mille forte ſolum vnus eligebatur in militem, & ſic dr quaſi millesimus.Et no.ad hoc vt quis dicatur verus miles, ſex ſunt neceſſaria. Primo, vt non ſit negotiator. C. de mil neg.l.1.lib 12.Secundo,vt examinetur.C. qui mil. non poſ. l.1.lib.12.Tertio, vt enſe cingat, ff.de teſt.mili.l.3 Quarto,ſtigma .i. nota publica debet ſuo brachio inſcribi, vel imponi. C.de fab.l 3.lib.11 Quinto, in numero aliorum debet poni, & ſcribi, ff.de teſt.mili.l ex eo.Sexto, vt talis habeat priuilegium legis cõceſſæ militibus,Vnde: Stigma, numero ſcriptum genus, examen, ſacramentum.

Hæc ſex, quæ dixi, poſſunt in milite quæri.

Vt no. Inſtitu. de teſt. mili.in prin.circa gl.

Miliariũ ſimplici l. uas eſt, quo panis de milio coquitur, ut ſcribit Accu. in l.& fi. de aur.& arg. leg. milliarium uero duplici l. dicuntur mille paſſus.

Mimi ſunt ioculatores, & alienæ perſonæ imitatores effictoreſq; veluti hiſtriones & alij id genus geſticulatores.

Miniculatores nomine vſus eſt Vlp. in l. ſi iuſiurandi de ope. lib. pro eo qui capitales literas manu ſcriptis codicibus minio, aut rub. præfigit.

Minima cauſa eſt, cauſa duorum aureorum, quia pro ea non datur actio de dolo, vel decem aureorum: alias decem ſolidorum; vel quæ ad ſumptus iudiciales non ſufficit. 2. quæſt. 6. anteriorum, §. illud. de hoc eſt gloſ. vnica. in cap. de appellatio. titulo de appellat.

Miniſteriarij (alias miniſteriani) dicebantur forte a miniſtrādo, quia præerant caſtris principum. C. de caſtren. & miniſter. lib. 12.

Miniſterium aliquando ſignificat miniſtrum. l. in eadem. ff. ex quib. cau. matrimon. & l. 2. de ſer. fur.

Minor eſt, qui nondum impleuit viceſimum quintum annum, alias minor ſumitur generaliter pro quolibet inferiori.

Minus, hæc dictio, quandoque vim non habet comparatiui, vnde minus ſoluiſſe intelligitur, & qui nihil ſoluit. l. minus de uerb. ſign. Interdum refertur ad tempus, quo fit, vt minus ſoluere dicamus eum, qui ſe quam debebat ſoluit. l. ſi cui, de verb. ſig.

Miopes latine ſonat quaſi minus videntes icas, teſte Alc. in l. inter ſtuprum, de verb. ſig.

Miraculum dicitur proprie illud, quod contingit contra naturam. Nam ſi naturaliter aliquid poſſet contingere, non eſſet miraculum, & quæ ſint neceſſaria ad eſſe miraculum vide gl. Spec. circ. ſi in cap. 1. de relig & vene. ſanc. lib 6. & qualiter probetur, vide G. m. in c. 1 num 3 & ibi in apoſtil. in verbo directa probatione. de confeſ. lib. 6. Bald. in l. ſolum. col. fi. C. de teſtib. & hæc in cap. venerabili eo. tit. Alex. conſil. 3. volum 3.

Mytobrecharij, qui vnguenta vendunt, hoc nomine tamen proprie appellatur, qui delibutos capillos gerunt. Alciat. in tres poſteriores libros Codicil. tit de excuſ. art.

Miſerabiles dicuntur omnes illi, quibus nos ex natura mouemur ad miſerandum propter fortium iniuriam, puta, ſenes decrepiti, debiles diuturno morbo fatigati, etiamſi ſic ſint diuites, viduę etiam religioſi inter perſonas miſerabiles computantur, no. per Azo. in ſum. quando Imperator inter pupil. & viduas, in fi. & vide latè Alb. in ſuo Dictionario, in verbo, miſerabiles perſonæ.

Miſcere, & confundere differunt,

ſunt, vt nō.gl.Inſt. de rer.diui.§. quod frumentum.

Miſſa ſolennis eſt illa, quæ dicitur etiam nōn pulſatis campanis, nec alta voce, Abbas in c per mittimus, de ſent. excom quod eſt intelligendum, niſi communis vſus loquendi aliter ſe haberet, ſecundum Fely. in d.cap.permittimus.

Miſſilia (alias miſſalia) dicuntur donaria, vel quædam præſtationes, quas nouus prætor creatus mittebat in vulgus, vt quod quiſque apprehenderet, eius fieret, quod & in coronatione Papæ, vel Imperatoris fieri ſolet, vt per hoc præſſura minuatur, de quo gl.in §.hoc amplius. Inſt.de re.diui.

Miſſionum.i.dimiſſionum in re militari multa ſunt genera, quæ clare explicat Iuriſc. in l.1.de ijs, qui no.infa.

Myſterium dicitur illud, quod ſecretam, & reconditam habet diſpenſationem, hoc eſt, occultam, & inuiſibilem virtutem, & gratiā à Deo diſpenſatam, & collatam. 1.q.1.multi, vbi datur differentia inter myſterium ſacrum, & ſacramentum.

Mitras enumerat Vlp. inter veſtimenta, quib.mulieres tegendi capitis cauſa vtuntur.l.veſtis, de auro & argen leg.

Mittere in poſſeſſionē, eſt poſſeſſionem facere, aut in poſſeſſionem ducere, vt rem cuſtodiat, v. g.contendiſti mecum, fundum, caſtellanum eſſe tuum, & probaſti, iudex per executorem mittit te in poſſeſſionē.i. facit te poſſeſſorem. Item volui agere cum Titio, qui citatus noluit venire ad iudicium, iudex me mittere debet in poſſeſſionem fundi, quem petebam, non vt poſſideam, ſed vt cuſtodiam rem, & maneā in fundo, vt ipſe Titius tandem tædio affectus veniat, & litem ſuſcipiat donec probauero illam rem eſſe meam. Vide gl.fi. in c.contingit. de do. & contum. quid operatur miſſio in poſſeſſionem in actione reali, & perſonali ex primo, & ſecundo decreto.

Mittere in poſſeſſionem nomine ventris, eſt mittere in poſſeſſionem nomine eius, qui eſt in ventre, vt cum mulier prægnans mittitur in poſſeſſionem nomine filij uel filiæ hęredis, quem, uel quam habet in utero ex marito præmortuo.

Mixtum imperiū eſt poteſtas media, per quam ea, quæ ſunt iuriſdictionis mediæ explicantur. Et dicitur mixtum quaſi ex iuriſdictione, & mero imperio, eō ꝙ habet commodum pecuniarium, & pertinet ad ipſum bonorū poſſeſſionem dare, in poſſeſſionem mittere, iubere, cauere, pupillo tutores dare, & omnes aliæ pœnæ graues. præter pœnam capitalem & mutilationem, vt eſt relegatio, fuſtigatio, uel grauis correctio.ff. de iuriſd. omn. iud. l 1. in gloſ. & in text. Aliter diſtingui-

guitur, prout recitari ſolet circa cap. qui ſedē, in gl. r. de off. ord. Merum imperium eſt quædam ſumma poteſtas, & alta ex publico inducta, vt gladij poteſtas ad animaduertendum in facinoroſos, & eſt apud principes principaliter. ſ. Papam, & Imperatorē. Et in ſpiritualibus merum imperium eſt, vt depoſitio, translatio ſedium epiſcopalium, & diuiſio duarum eccleſiarum cathedraliū vel diuiſio vnius in duas, vt in c. quod translationem, de off. leg. vbi vide plura in gl. Sed in ſæcularibus merum imperium eſt pęna capitis (vt ſupra) quæ principaliter eſt apud principes ſæculares, ſ. reges, duces, marchiones comites, &c. Et etiam apud archiepiſcopos, patriarchas, & epiſcopos, tanquam apud miſſos, vt in c. ſolitæ, §. ſubditi. de maio. & obed. cum ſuis concord. Mixtum verò imperium eſt quædam baſſa, vel media poteſtas ex publico inducta, partem capiens ex mero imperio, & partem a iuriſdictione, vt eſt in ſpiritualib. dedicare eccleſias, vel altaria cōſecrare, & virgines velare. Et talia pñt committi nō habenti iuriſdictionē, vt in gl. præal. & ea, quæ ſunt meri imperij expediuntur iudicis officio nobili, & principaliter tendunt ad bonum publicum.

Mixti imperij, quæ ſunt, etiam expediunt iudices ex officio nobili, ſed principaliter tendunt ad bonū priuatum. Sed ea, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis expediūtur iudicis officio mercenario, & tendunt etiam ab bonum cōmune. Venit ergo ab imperio imperiolum. i. paruulum imperiū, quod habent iudices inferiores, de hoc no. in c. ſi diligenti. de fo. compet.

M ante O.

MObilia, licet hoc verbum paſſiuam reſpiciat ſignificationem, & verbum mouentia actiuam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mente ea proferētis conſtet, l. mouentium de verb. ſign. vbi Alc.

Moderatio importat diminutionem. Et ſic no. pro ſtatutis, quæ dicunt de moderatione pœnę ad arbitrium poteſtatis, quia moderatio importat diminutionem, ita Fel. in c. ex literis. verſic. fallit ſecundo, & in verſ. tertia declaratio, col. 13. de conſtit.

Modica ſumma in iure variè intelliguntur, de quo vide in l. hæc adiectio. de verb. ſign.

Modius eſt menſura ſedecim ſextariorum: continet autem ſextarius vncias quinas denas, ſic dictus, quòd ſexta ſit pars congij. Alc. in l. vinaria. de verb. ſignif.

Modiolus poculi genus, l. ſeiæ, de aur. & arg. leg.

Modus eſt moderamen diſpoſitionis per appoſitionem oneris tanquā cauſæ finalis, vt patet ex legib. de ipſo loquētib. Et dicitur

mode-

moderatio, ad differentiam conditionis, quę eſt non moderatio, ſed ſuſpenſio. Dicitur tanquam cauſæ finalis, verbi gratia: promitto vel lego, vt illud facias. Nam ſi dico promitto, & illud facias, tunc non eſſet illud per modum cauſæ, ſed alterius diſpoſitionis, vt hoc capiendo modum ſpecialiter, ſed generaliter eſt omnis diſpoſitio, vel qualitas adiecta diſpoſitioni. l. obligationũ. §. modus, ff. de actio. & oblig. Fit autem modus per illas dictiones vt dũmodo, ne, i. vt non, &c. Sed Quia, facit cauſam, & Si, conditionem; vt ſupra de cond. Nam modus ſignificatur per omnem dictionem, vel orationem ex ſuo proprio ſigñatu, vel aliàs moderationem importantem. v. g. Dono, vel lego equum, vt des illi equum C. de his, quæ ſub mo leg. relin. l. 2. & l. cũ ab eod ff. de con trah. empt. ibi, veluti, ſi emptor hoc modo, vbi dicitur, ꝙ ſi emendo fundum pignori obligatum à te hoc modo dicam, vt liberes, tunc liberare teneris. Et ſic modus fit per dictionem, Vt, etiam, in dictione Dummodo, eadẽ eſt ſignificatio, vt d. l. cum abeo. Item in aduerbio, Ne, vt dicẽdo, Titium hæredem inſtituo; ne fideicommiſſa ex teſtamento Sempronij retineat, quia dictione, ex pronitur pro vt nõ, & ſenſus eſt vt non retineat. l. cum pater. §. Titio, uerſ. planè. ff. de leg. 2. Idem in præpoſitione Ad, ut dicendo; Lego illi mille ad monumentum meum ædificandum, quia ſenſus eſt, vt ædificet monumentum, l. quib. dieb §. fin. ff. de condit. & demon. Idem in dictione Pro, vt: lego decem pro cura corporis mei ſuſtinenda. l. Lucius. §. fin. ff. de leg. 2. Idem in præpoſitione In, vt dicendo in cura corporis mei, in monumento faciẽdo, &c. ſi diceretur, lego vxori meæ in tempus liberorum, tunc faceret conditionem. Idem in dictione Nomine, vt dicendo, nomine dotis puellarum pauperum, vel redemptionis captiuorũ lego, &c. Vbi nõ ſignificatur conditio, ſed modus, l. nulli, C. de epiſ. & cler. Ratio, quia captiui ſemper ſunt capti, & puellæ ſemper ſunt pauperes. Secus ſi relinqueretur nomine dotis certæ perſonę, vel redemptionis certæ perſonæ, quia tunc faceret conditionem. Et idem dic in omni alia parte orationis, quæ ad hoc ſignificatum poteſt adaptari ex ſe, vel ſubiecta materia.

Moduli dicuntur quædam formulæ, & menſuræ cementariorum, per quas modi, & quantitates lapidum comprehenduntur.

Molæ non ſuppellectilis, ſed inſtrumenti appellatione continentur, l. dolia. de fun. inſtr.

Moles videtur accepiſſe Vlp. in l. 1. de impẽn. in rubr. dot. fa. pro ſtructuris ad arcendũ aquas paratis.

Moliri eſt conari. c. quia eo

eo, de

co,de pact.lib.6. Aliquando ponitur pro facere, vnde demoliri pro deſtruere, l.1.§.nunciamus, de oper.noui nunc.

Momentanea poſſeſſio, quę & cur ſic dicta, vide ſupra in verbo interdictum momentaneæ poſſeſſionis.

Monachi, inde dicti ſunt quaſi ſolitarij. Eugenius vero Papa videtur deducere a voce Græca monos, quæ vnum ſignificat, & achos, i. triſtis, quia monachus debet ſtare ſolus, & triſtis, vt 16. q.1.ca.placuit. 2. & qui proprie appellentur monachi, & quomodo differant a fratribus docet Abb.in c.cauſam, quę de iud.

Monazonium, locus in eremo in quo monachi congregantur, monazontes verò dicuntur ſolitariè viuentes, l.quidam ignauię. C.de decur.

Moneta adulterina, ideſt falſa, C.de falſ.mon.l.ſicut, & ſcien tia non uera dicitur adulterina, ut in procemio digeſtorum, §. hæc autem.

Monetales triũ uiri dicti ſunt æris, argenti atq; auri flatores, l.2.de orig.iur.

Monetarij, qui monetam cudunt. Alias ſecũdum Alc. in rub. C.de gynoc.pro quodam textrinio officio accipiuntur.

Monialis eſt, quæ profeſſa eſt, ſe uelle uiuere ſecundum regulã beati Benedicti, Baſilij, uel Auguſtini.c.pernicioſam.18.q.2.

Monogamus, eſt uir unius uxoris, ſicut bigamus duarum uxorum.

Monomachia. Require ſupra Duellum.

Monopolium eſt alicuius negotiationis, aut officij ſuperioris unica exercitatio cum prærogatiua, & ſingulari inito pacto, v.g. cauſa negotiationis aliqui inter ſe paciſcuntur, ne poſſeſſio aliqua pretio minori uẽdatur, quã ipſi inter ſe conſtituerunt, uel uẽditores panis, uel cuiuſcunq; negotiationis inter ſe pacti ſunt, ut rem aliquam uenalem utilem, & neceſſariam rei publicæ nõ dent pro minori pretio, quem conuenerunt uendere, uel ne aliquos inſtruant in arte ſua, niſi filios uel nepotes, ut ipſi ſolum commodum artis, uel negotiationis faciant, & habeant. Iſti.n.dicuntur monopolium exercere, & grauiſſimè puniendi ſunt, quia directe homini cõuentiones sũt contra principem. Et dicitur ſecundum Azo.a monos, quod eſt unum, & polis.i. ciuitas, quaſi una negociatio in ciuitate, uel ſocietas vna ex pacto. Et inde dicitur monopolia pluraliter, & monopolus, & eſt, qui uult eſſe ſolus in ciuitate uenditor. ſ.is, qui impetrat, ut ſibi ſoli liceat in ciuitate aliqua ſpecialia uendere, emere, uel facere. Vel monopolę ſunt, qui impetrant, ut ipſius ſolis liceat huiuſmodi facere, & in uendendis reb. certum pretium ſtatuere, contra quod nemini li-

ceat

ceat uendere. Vel dicitur monopolium a monos,& puleo, i.uendo, quaſi uno modo facienda uenditio, & talia comercia ſunt prohibita. C. de mo. & illic. con. neg. l. unica. Eodem modo binopolium dicitur a binopolis, & biſiopola quaſi bino modo facienda emptio.

Mons dicitur a mouendo per contrarium, quia non mouetur, ex figura antiphraſi, ſicut bellum lucus, & ſimilia, ſecundum Bart. in trac. Tyberiadis. 1.2.3. charta. uerſ. eſt autem mons.

Monſtrum appellatur, quod eſt contra naturam, ut minotaurus.

Monumentum eſt illud repoſitorium, in quo mortui reponuntur. ſ. ſepulchrum ſine corpore. Et dicitur a moneo, quia extat ad memoriam defuncti. l. monumētum, ff. de relig. & ſump. fun.

Mora fieri, quando dicatur, tractat diffuſiſſimè Iuriſc. in l. mora fieri. de uſur.

Moratoria cautio dicitur, quæ datur ad hoc, ut quis differat, & pectet.

Morbus eſt habitus cuiuſcunque corporis cōtra naturam, qui uſum eius ad illud facit deteriorem, cuius cauſa nobis natura ſanitatem dedit, ſiue in toto corpore, ut febris, ſiue in parte, ut cæcitas. ff. de ædil. edi. l. 1 §. ſciendum.

Morbus ſonticus eſt, qui cuiq; rei nocet, ff. de uerb. ſig. l. morbus, & dicit gl ibi cuiq; rei agendæ, ut ff. de ædil. edi. l. ſi. ff. de re iud. l. quæſitum l

Mors ciuilis æquiparatur naturali in caſib. a iure expreſſis, gl. mag. in c ſuſceptum, de reſcrip. in 6. & gloſ in c placuit. 16 q 1. Vide tamen a & quando æquiparantur per Bar. in l. ex parte. §. in inſulam, ff. de uerbo. oblig. Inn. & Ant. de Butr. in c. licet, de off. deleg. & Felin. ibi. in 1. colum & Pan. in cap. cum ſis, de conuer. coniug.

Mortetenus. i. ad mortem. 25. q. 5. notificaſti te morte tenus infirmatum.

Mortis cauſa capitur, quod ꝓpter mortem alicuius nobis obuenit, dummodo talis acquiſitio ſpeciale nomen non habeat. l. qui pretio, & l. mortis cauſa capitur, de don. cau. mor.

Mortis cauſa donatio Require ſupra, Donatio.

Mortis tempore fuiſſe uidetur qui in utero relictus eſt, l. intelligendus, de uerb. ſigu.

Mortuarium dicitur, quod qui relinquit in morte, ut no. in no. in c. conquerente. de off. ord.

Mortuus eſt rebus humanis exemptus. de offic. deleg. c. quamuis, & c. ſi delegatus, eo tit. lib. 6. Dicitur autem quis mortuus ſex modis. Primò ſpiritualiter, & ſic dupliciter, ſ. benè & malè. Bene dupliciter. Per baptiſmum, & pœnitentiam, de conſec. diſt. in. 4. ut oſtenderetur, de pœnitent. diſt. 1.

mulu-

multiplex. Malè tripliciter. Primò, baptizatus ab eccleſiæ tamẽ vnitate diuiſus, de conſecr. diſt. 2. Chriſtus. Secundò, baptizatus in eccleſiæ vnitate conſiſtens, tamen criminoſus. 5. q. 4. hi qui capit, canonica, ea. cau. q. 5. Tertiò baptizatus, & æternaliter damnatus, de conſecr. diſtin. 4 filius. Secundò, ciuiliter, vt ab hoſtibus captus, ſeruus effectus, liber tus in ſeruitutem ob ingratitudinem reuocatus. Et dicitur ecõtra viuere, qui immaniter occiſus eſt propter fidẽ Chriſti, quare mors ſanctorum frequenter dicitur ab eccleſia naturalis eorum, quaſi tunc ad vitam nati ſint. Tertiò ſæculariter, vt monachus. 16. q. 1. placuit. j. Quartò affectualiter, vt Paulus mortuus fuit, vt ait: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. 37. q. 1. quæ Chriſto. Quintò carnaliter & ſextò corporaliter, qui duo modi poni poſſunt pro eodem, & ſic Lazarus mortuus erat. 24. q. 1. ſi quem fortè. Et differunt mortuus, & occiſus. l. proinde. ff ad l. Aquil. Nam quilibet mortuus non eſt occiſus, ſed econuerſo, & ita hæc duo ſe habent, vt genus, & ſpecies, vt creditum, & mutuum. l. 2. §. appell. ff. ſi cert. pet. Et qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. l. 2. C. de poſthum. her. inſtit.

Mos eſt longæua conſuetudo; de morib. tractatur in c. mos autem, diſtin. 1. vel ſecundum Iſid. mos eſt cõſuetudo vetuſtate præſcripta, & de hac dictione no. in l pen. & in authen. & conſequenter, C. de ſent. & interlocu. omn. iud.

Mos ſecũdum Feſtum de ver. ſig. eſt inſtitutum patrum pertinens ad religiones ceremoniasque maiorum. Ex quibus verbis apparet mortem obſeruationẽ quandam eſſe non lege, ſed iudicio, & opinione confirmatam. Vide Bud. in annor. ad pandectas, ff. de inſtit. & iur. in l. ius ciuile.

Motu proprio gratia fieri cenſetur, quando hoc expreſsè cautum eſt in eadem, nec ſufficit ſi probatur, quod Papa motu proprio fecerit, niſi contineatur in literis, cap ſi motu proprio, de præb. lib. 6. & ibi concor. in gl. fi.

Mouentia, vide mobilia.

Moueri controuerſia dicitur non ſolum agendo, ſed etiam reſiſtendo, l. non ſolum, § ſi ſtatus, & ibidem gloſ. ff. de procur. & per Dy. in §. omnium, Inſtit. de action.

Mox qualiter capiatur, eſt gl. in c. quia propter, de elect. ſuper verbo mox, & in l. 1. ff. ſi certum petatur.

M ante V.

Mucor eſt vitium panis, vnde dicitur, Panis muceſcit, vel mucidus fit.

Mucro eſt enſis, de hoc vide Arch. in c. ſi. de exceptio. lib. 6.

Et

Et ſumitur quandoque pro excō municatione, vt 16.q.1.cap.viſis 44.q.3.corripiantur.

Mulcere eſt lenire, placare, vel blandiri.

Mulcta eſt animaduerſio, vel pœna pecuniaria arbitrio iudicis inflicta ad correctionem malorum morum, Pœna autem eſt certa impoſita a lege, quam quiſque euitare poteſt, vt no. in l. qui cunque, in gloſ. ſuper verbo, vel tertio. C. de ſer. fug. in l. mulcta. ff. de cond. & dem. Dicitur autē mulcta illa pœna, quæ non eſt a lege ſtatuta vel expreſſa. Nam iudices in pluribus caſibus legibus non ſcriptis ſic mulctare poſſunt litigantes. Ex hoc patet differentia inter mulctam, & pœnam. Nam [generaliter ſumitur :|tam pro pœna pecuniaria, quam pro pœna corporali, ſeu capitali, ſed mulcta pro pœna pecuniaria, & per ſententiam a iudice irrogata, vnde bene appellatur a mulcta, non autem a pœna. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſigni. Item mulcta non inducitur, niſi a maiorib. magiſtratib. ſed pœna a, quolibet iudice.

Mulctare eſt punire in pecunia, & aliquando ponitur pro abbreuiare. C. de modo mulct. l. 1.

Mulier dicitur a mollitie mentis, & ideo varium, & mutabile teſtimonium profert, facit gl. in c. forus, de ver. ſign.

Mulieris appellatio, licet propriè referatur ad corruptam. l. alioquin. de contr. emptio. & l. quæritur. de ædil. edic. non impropriè tamē quis appellauerit mulierem, etiam virginem viri potentem, l. mulieris, de vrb. ſig. & latiore ſignificatione mulieres dicūtur omnes, quæ fœminei ſexus ſunt. l. argumento. §. muliebri, de aur. & arg. leg.

Mulio eſt cuſtos mulorum. Vnde; mulio agit mulos, ſed agaſo ducit aſellos, l. idem iuris, ff. ad leg. Aquil.

Mulſum, potio quædam ex vino & melle, §. ſi duorum. Inſt. de rer. diuiſ.

Multi dicuntur duo aut tres. cap. iteratur, de conſecr. diſtin. 2. & l. multis, C. de lib. cau. Aliquando multi dicuntur vigintiquatuor millia c. diſciplina. 45. diſt. Quandoq; quadraginta, c. latores, extra de cle. excomm. Aliquādo decē, vt in auth. de trien. & ſemiſ. in prin. Et quot faciant multitudinem, vel dicantur multi, vide latè per Bart. in l. prætor. ff. vi bon. rap. Et an duo dicantur multi, vide Abb. in cap. ad noſtram, de rebus eccleſ. non alienand. Et qui dicantur pauci, vide cap. latores, de cleric. excommun. mi.

Multifariam, i. multis modis, ff. de incen. rui. & nau. l. ne quid ſic plurifariam. i. plurib. modis, ff. de in integ. reſt. l. 1. Item trifariā, & omnifariam, vt ff. de mun. & hon. l. fi. §. hæc omnia, & C. de cond. & conſtitut. l. optimam.

Multiplicatio eſt, quando diſpoſitio iteratur, ſeu multiplicatur, v.g. teſtator plurib. hæred. inſtitutis legat ab vno decem Titio, & ab alio decē, & ſic de alijs a quolibet hærede decem in ſolidum debentur, l. ſi plurib. §.1, ff. de leg. 2. quia ſignificatum ſumitur ex multiplicatione diſpoſitionis, iuncto quod qualitas eſt multiplicabilis, ideo ex qualibet diſpoſitione debetur quælibet qualitas adiecta. Item ibi; teſtator ab hærede inſtituto legat decem Titio, & ſi hæres nō erit, ſubſtituit Seium, & ab eodem legat decem eidē Titio, inſtitutus non eſt hæres, & ſubſtitutus tenebitur tantum ad decem ab ipſo relicta, vel ab inſtituto, quod idē eſt arg. licet. ff. de le. 1. & l. ſeruo. §. ſi quis apud. eo. tit. Ratio, quia ſubſtitutio ſignificat ſubſtitutū eſſe appoſitū loco inſtituti. Item ibi teſtator legat decem Titio in teſtamento, & eidē Titio legat decem in codicillis, ſingula debentur, quia multiplicatio ſignificatur. l. quinquaginta, ff. de prob. Sed ibi; teſtator legat decem Titio, in teſtamēto, poſt in eodem teſtamento legat Titio decem, ſemel tantum debentur, vt l. planè §. ſed ſi nū ff. de leg. 1. quia ex eodem teſtamento, & eadem quantitate concluditur, teſtamentorē quantitatem non voluiſſe multiplicare, niſi euidenter probetur contrarium. Sed ibi; teſtator legat decem Titio, poſtea in eodē teſtamēto legat Titio 15. vtraque quantitas debetur. l. plane, præall. & a contrario ſenſu, cum dicit eadem, & eſt ratio ex diuerſitate quantitatis. Secus ſi diceret. Titio, cui legaui decem, volo preſtari 15. Tunc n. 15. tantum debentur, Idem dic in cōtractibus prout quodlibet probabile medium concludit. Item multiplicatio de beri ſignificatur, v.g. numeraui tibi decem, & incontinēti ſtipulor 20. illa debētur. l. ſi ita. ff. de nou. & deleg. quia ſignificatum ſumitur ex ſtipulatione facta incontinenti poſt numerationem. Item ibi; promitto tibi decem, tibi promitto 10. his debentur, quia ſi intelligerentur de eijdem, promiſſio ſecūda eſſet fruſtatoria, quod non eſt dicendum, arg. l. ſi quando ff de leg. 1.

Multoties, & toties no. Archi. 9. q. 3 non eſt.

Mundus (inquit) Accur. vocatur inſtrumentum, in quo poſt factam rogationem omnia comprehenduntur a munditia, eo quod ſine uituperatione eſſe debet, l. contractus, C. de fi. inſtr.

Mundus mulieris eſt, quo mulier mundior fit, l. argumento. §, & ibi vide quæ contineantur mundi appellatione.

Munera patrimonialia, & mixta vide Specul. in titu. de cenſ. & exac. libellorum. §. nunc autem dicendum verſ. quæ autem ſunt munera. Item munerū alia ſunt ſordida, ut arenæ fodiendæ, calcis co-

cis coquendæ, quæ in dignitatibus conſtituti non conſueuerũt ſubire. Alia ſunt non ſordida cõtrario modo ſe habentia.

Municipium eſt oppidum in Italia, vel in prouincia aliqua conſtitutum, in quo pacis obſeruandæ cauſa milites conſtituti erant. Si autem in municipio nati ſunt, non minus dicuntur municipales, vt l. municipes. ff. de verb. ſign.

Municipium eſt ciuitas, & municipes cuiuſcunque ciuitatis ciues appellantur. ff. ad l. Iuli. de amb. l. 1.

Municipes dicuntur, qui cuiuſcunque municipij munerici loci vice tenent cuſtodiam. Et dicitur a munere & capio, non obſtante, quod munus non capiatur. Et tamen municipes dicuntur, qui in eodem municipio nati ſunt, vt l. muni. præalleg. Vel dicuntur qui in municipio faciunt munera, ſed abuſiuè.

Municipalis honor eſt adminiſtratio Reip. cum gradu dignitatis, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contigens. ff. de mune. & hono. l. honor.

Municipalis magiſter dicitur ille, qui præeſt municipibus.

Municeps originarius dicitur ab origine patris, nõ ſua cauſa, vt in l. filios C. de mu. & oneri li. 10.

Municipalia iura ſunt, quę ſtatuta vulgo appellamus, hoc eſt peculiares vniuſcuiuſque ciuitatis leges.

Munifices milites dicebantur, qui munera militaria ſubibant, de quib. vide Alc. in l. munus, de verb ſig.

Munificus eſt ille, cui aliquod officium eſt impoſitũ, & res munifica dicitur, quaſi munus faciens, l. prima. C. de prædijs, & omnibus rebus nauicula, lib 11.

Munimenta dicuntur probationes, & inſtrumenta, quæ cauſam muniunt, vide de elect. cap. quamuis, in gl. ſi lib. 6. alias monumenta dicuntur eo, quod monent, & informant iudices quid facere debeant.

Munimentum eſt omne, quo quis inſtruitur, & munitur. c. cũ, quib. de prob. & per Archi in c. quamuis, cir. fi. de elec. in 6. & c. pia, de except. in 6. idem dic de documentis.

Munus eſt duplex, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum eſt, quod in adminiſtranda Republica eius ſumptu ſine dignitatis titulo ſubminiſtratur, vt ff. de munerib. & hon. in princ. Et differunt munus, & donũ, quia munus eſt cum aliquid datur. cauſa præcedente, donũ verò ſine cauſa, vt ff. de verb. ſig l. inter donũ. Et inquit Paul in l. munus. ff. de verb. ſig. munus tribus modis dicitur. Vno modo donum. Altero modo onus, inde immunitas appellauit. Tertiò, officium, vnde munera militaria. Inde municipes, qui munera ciuilia capiunt. Vnde dicitur, Dat meritũ

munus, ſed confert gratiã donũ, Munus cum cauſa datur, donum ſine cauſa. De hoc etiam per Io. And. in gl. in c accuſatus, de hære. lib. 6.

Murex eſt quoddam genus piſcis inde murilegulus, quaſi legens murices. Sunt autem murices piſces, ex quorum ſanguine fit atramentum Imperiale, in quo purpura tingebatur. Accur. in l. 1. C. quæ res ven. non poſſ Etiam conchilium eſt animal ſimile.

Murgiſo dicitur ille, qui iners eſt, & deſidioſus, & hoc intellexit Vlp. in l. 3 §. idem Pomp. ff. de ædil. edic. licet in incorrectis codicibus, legatur morio.

Muriam interpretãtur aliqui. ſalſuginem, quæ exudat ex piſcibus ſalatis, l qui penũ. de pe. leg.

Murileguli ſecundum Accurſ. dicuntur, qui capiunt piſces, qui dicuntur murices, vt ſupra.

Murrhina vaſa, ex murrha lapide facta.

Muſcularij, aquæductus ex muſculis delabentes, l. decernimus, C. de apuædu. Erant autem muſculi, rubri inſtar muſculorum, quibus vtebantur in bello ad æquandas foſſas. Alc.

Muſio, id eſt fatuus.

Muſiuarij, de quibus in l. 1. C. de excuſ art. ſunt artifices operis muſiui, quod hodie quoque licet corrupto vocabulo vulgariter Moſaicum appellamus.

Mutatio capitur ꝑ variatione.

Muratoria dicuntur vulgò dinerioria, vel fullonica quaſi ſecreta ædificia, & ponuntur etiam pro veſtimentis pluribus, mutationem habentibus.

Mutiana cautio, vide. Cautio mutiana.

Mutilare eſt aliquod membrũ amputare, vel aliquid integrum detruncare, vt homini manum, vel pedem, vel aliquod membrũ auferre.

Mutus eſt, qui proprie loqui non poteſt, §. item ſurdus, Inſt. quib. non eſt permiſ. facere teſtamentum.

Mutuum eſt, quod alicui præſtatur, vt tempore ſuo reddat. Et dicitur quaſi de meo tuum. Vnde eſt nomen compoſitum ex corrupto, & integro; quia quod meum fuerat, mutuando tuum facio. Vnde res, quæ ponderantur, vt argentum, & ſimilia, quæ numerantur, vt pecunia, & quæ menſurantur, vt frumentum, mutuari poſſunt, vt l. 2. ff ſi certum petatur, §. mutui datio. Inſtit. quibus modis contr. obli. in princip. Et mutuum tripliciter poteſt reconciliari, vt no. gloſ. Inſtitut. quibus al. licet, §. nunc autem, & ibidem quib. mod. re. contra. obl. §. item is, in gloſ. & differt mutuum a commodato, quia commodatum eſt de eadem re præcioſe, mutuum autem eſt de conſimili reſtitutio, vt not. gloſ. ibidem, & vide ibi aliam differentiam notatam, & mu-

tuum

tuum etiam dicitur eſſe triplex, naturale tantum, ſcilicet quando fit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluendo, ciuile tantum, quando ſtipulatio interuenit de ſoluendo ſine numeratione, & ciuile, & naturale, quando numeratio, & ſtipulatio interuenit.

N ante A.

NAnciſci eſt aliquid acquirere, conſequi, vel adipiſci. Vnde dicitur, nactus ſum illam rem, id eſt adeptus ſum, vel acquiſiui eam.

Nardi ſtachys, nardi ſpica. l. vlt. de publica.

Natale dicitur *ſcriptura* cum annis Domini, & præconizata, quæ dicebat, Lucium eſſe natum ingenuum, & ſic in Legendarijs Sanctorum intitulatur, natalis Sancti Ioannis, quando moritur, quaſi tunc naſcatur nunquam moriturus, vel dicitur prima natiuitas, quæ eſt de iure naturali, & omnem hominem dicit liberum, vnde conſtitutum eſt non efficere manumiſſionem natalib. i. ingenuitati Inſtit. de ing in fine. Item dicimus, ſeruus iſte reſtituitur natalib. i. libertati, quã habet ex iure naturali. ff. de nata. reſt. l. 2.

Natiuitas eſt triplex, naturæ, gratiæ, & gloriæ Naturæ prima eſt in vtero, iuxta illud. Quod in ea natum eſt, &c. firmiſſimè, de conſe. diſt. 4. Natiuitas gratiæ eſt ſecunda, quando quis renaſcitur per baptiſmum, iuxta illud. Niſi quis renatus fuerit denuo, &c. qui in maternis, eadem diſt. Natiuitatis gloriæ eſt, quando depoſita, vetuſtate pœnæ, homo naſcitur ad gloriam, c poſt baptiſmum, eadem diſtin. ſicut mors ſanctorum natalis dicitur. c. ſanç. 24. q. 2.

Natorum appellatio pertinet etiam ad nepotes. l natorum, de verb. ſign.

Natura ſumitur multis modis Primò eſt us inſitum rei, ſimilia de ſimilib. procreans, Secundo eſt, quidam inſtinctus naturæ ex ſenſualitate proueniens, ad appetendum, procreandum, & educãdum. Tertiò eſt inſtinctus naturæ ex ratione proueniens. Quartò, ius naturale, i. præcepta naturalia, in prin. decr. §. ius autẽ, ibi no. Aliquando natura. i. conſuetudo. l. j. ff. ab *Maced.* & ibi gloſ. in verbo, natura. Aliquando idẽ eſt quod poſſibilitas naturę. l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth. Aliquando pro diuina ſciẽtia, l ſed & ſi paterfam. ff. de iud. Aliquando pro naturali ratione inſita a natura. l. ſi non ſortem, §. libertus. ff. de cond. indeb.

Naturalis dicitur filius ex concubina, quæ in domo propria tenetur, vnica quaſi loco vxoris.

Naturalis obligatio, quæ ſit vide infra, ver. Obligatio.

Naturalis poſſeſſio quæ, vide infra, ver. Poſſidere.

Natus quis dicitur qui vocem emittit, vel aliter deſcernitur eſſe viuus, & habet formam homi nis, ſecundum Bar. in l. quod dici tur. ff. de lib. & poſthum.

Nauarchus, nauis præfectus. Nam Græci vocant nauarchos qui in claſſe ſingulis nauibus præſunt.

Naufragiũ eſt naue fracta ſub merſio rerum, ſiue corporum, & dicitur quaſi nauis fragium, id eſt fractura. C. de naufr. lib. 11.

Nauicularii, ſeu naucleri ſunt, qui traſportant publicas ſpecies ſecundum Acc. C. de nau. publi. ſpec. tranſpor. lib. 11. in rub. Et dicuntur etiam illi, quam annonarias ſpecies à ſuſceptorib. in prouincia acceperunt, & Romã vel in caſtra, ubi erant milites, deferre debebant.

Nauigium quandoque ſignifi cat nauigationem, interdum, & nauem ipſam, imò, & rates nauigij appellatione continentur, l. 1. §. ait, de flu. & ne quid in flu. publ.

Naulum eſt vectura, ſiue pretium, quod præſtatur pro eadem facta conuentione inter vectores & vehendos pro mercede nauigationis illi, qui nauigium exercent, vel ducunt.

Nauſocomium eſt domus, in qua iuuenes educuntur.

Nauta eſt, qui miniſtrat in naui, vel ducit nauem, eã gubernãs, & ea, quæ ad vſum eius pertinẽt faciens. ff. nau. cau. ſta. l. 1. §. 2. ff. fur. ad ver. nau. l. vnica.

Nautæpibatæ, in l. dict. ff. nau. cau. ſtabul. dicuntur, qui nauem aſcendunt, & pro nauſo ipſi nautarum officio funguntur.

Nautica pecunia eſt, quæ periculo creditoris in nauigio ſuſcepto datur traijcienda. Sed quaſi nautica eſt cum periculum mutuatæ pecuniæ in me rccipio, ſi aliqua conditio non exiſtat, puta ſi piſcator non capiat piſces humori. Vide gl. C. de nau. fæ. in rub.

Nauticum fęnus eſt, quod propter nauticam pecuniã, vel quaſi nauticam exigitur. ff. de nau. fœ. per totum, & C. eod. tit. l. cum proponas.

Nauticus Tyberinus eſt, qui nauigat in flumine Romæ, vehendo in Romam, vel extra vehendo ad caſtra, vt C. de nau. Tyb. lib. 11.

N ante E.

NE pro vt quandoq; capitur. ff. de acquir. poſ. l. qui abſenti. §. 1. de hac dictione, vide C. de ind. vi. tol. in auth. cui relictum.

Nec implicat ſenſum contrariũ expreſsè, vt no. in l. iuis ignorantia. C. qui adm. ad bon. poſſ. poſſu. aliquãdo ponitur pro nõ, vt l. nec. ff. de fur.

Necare videt (ait l. necere. de li. agno)

li agro.) non tantum is, qui par tum pręfocat, ſed & is, qui abijcit, qui alimoniam denegat.

Neceſſariæ impenſæ, uide in ver. Impenſæ.

Neceſſarij.i. conſanguinei.

Neceſſarius hæres, require in ver. hæres neceſſarius.

Neceſſitudo eſt parentela, vel cognatio, l. non eſt ſingulis, ff. de reg. iur. vbi gl. ſic exponit.

Negatiua multiplex eſt. ſ. facti dicti, iuris, qualitatis, & quædam pura. Vnde negatiua facti, duplex eſt. ſ. pura, quæ habet determinationem temporis, loci, vel alterius rei, puta quia eſt coarcta ta ad certas perſonas, de qua eſt caſus in c. tertio loco, de prob. vbi coarctatur ad perſonas capituli. Et illa probari poteſt indirectè, v. g. ſi inſtrumentum exhibeatur continens ſtipulationem factam tali die, vel loco, arg. c. ex tenore, de teſt. Aut non habet aliquam talem determinationem, & tunc probari non poteſt directè vel indirectè; vnde onus probandi transfertur in aduerſariū, & hoc ideo, quia negationum non ſunt cauſæ vel circunſtantiæ, quæ ſunt neceſſariæ in probatione, vt ſi quis dicit, ſe nunquam contraxiſſe cum Berta, vel non cognouiſſe Bertam, quæ dicitur negatiuè explicita, de fri. & malefic. cap. 1. Vel dicitur negatiua poſitio. Eſt enim poſitio negatiua implicita, vt pono, quod in electione tantum quatuor canonici poteſtates fuerunt, vt in c. cum eccleſia de cau poſſeſſ. & proprieta. Quas poſitiones negatiuas iuris rigor repellit, ſed æquitas admittit, ſi iudici videbitur, vt capitulo primo, de confe. lib. 6. Etiam ibi, ſi aliquis dicat ſe eſſe non citatum. Et negatiua facti mixta dicitur, quæ cū affirmatiua implicita miſcetur; vt illa, quæ habet affirmatiuam implicitè, dicendo. Ego non renunciaui ſponte, quaſi dicat, renunciaui coactus, vel inuitus. Et hæc debet probari ab eo, qui negat. c. ſuper hoc, de renunc. Sed negatiua iuris probari poteſt, vt ſi dicat quis alicui; Non potes eſſe teſtis, debet hoc probare. Similiter ſi negetur emancipatio ritè facta, negans debet hoc probare, quod non ſit facta de iure, ſed contra ius, in l. ab ea parte, §. 1. de prob. Negatiua verò qualitatis duplex eſt, ſ. aut qualitatis intrinſecæ, aut qualitatis extrinſecæ. De qualitate extrinſeca, vt cum homo naſcitur, & tunc præſumitur negatiua, niſi probetur affirmatiua. Vnde ſi negetur ſciētia, probandum eſt hoc examinatione iudicis, de præb. c. cum ſecundum Apoſtolum. Si ætas, per aſpectum corporis. Si illegitimitas, aut is, cui illegitimitas opponitur, eſt de hoc infamatus. & tunc cogitur ſe purgare, c. bonæ, præal. Dicendo ergo; Ille non eſt idoneus, non eſt legitimus, non eſt ſoluendo, & c. probari

debet ab eo, qui hoc dicit, quia quilibet prçſumitur idoneus, bonus, &c. niſi contrarium probetur, de præſum. dudum, de ſcru. in or. fa. c. vnico, & niſi ius præſumatur in contrarium. ff. de do. iuter vir. & vxo. l. quintus. ff. de prob. l. ſi pactum, & l. ſi chirographum. Etiã iudex, qui habet ex officio ſuo cuncta rimari. c. iudicantem. 30 q. 5. poteſt, & debet, ſi videtur expedire, interrogationem facere ſuper negatiua arg. eſt. ff. de interro. actio. l. vbicunq; & c. cum omnes, de fide inſtru. vbi iudex facit interrogationem, quam etiam pars facere nõ poterat, niſi eſſet in cauſa cõcluſum facit no. per Hoſt. & Inn. in c. ſuper his de. acc. maximè ſuper negatiua, vbi agitur de ſalute, vel periculo animę arg. de re iudic. capil. lator. ad finem. Ex prædictis elicitur, quod quis in iudicio excuſatur reſpondendo poſitioni negatiuæ, ideo quia, qui negat, non ponit, ſed remouet, ſiue ſit negatiua implicitè, ſiue explicitè, quam faciunt hæ dictiones, tantum, ſolũ, &c. Spec. in tit. de po. §. 8. ſic probat neutram prædictarum poni poſſe. Nam poſitiones ſuccedunt in locum probationum, vt in auth. de his, qui ingredi. de app. §. fi. vnde id ſolũ veniet in poſitione, quod in probatione. Sed negatiuè, (vt prædicitur) nulla eſt directa probatio, ergo nec poſitio. Et dat Baldus rationem, quia reſponſio ad poſitionem fit ad reuelandũ ab õnere probandi. Sed põnes negatiuas non habet neceſſe probare; ergo non eſt ei reſpondendum, & ita dicit ſentire gloſ. in l. 2. in §. quod obſeruari. C. de iur. calu. Si verò haberet neceſſe probare tunc deberet reſponderi, vt in c. 1. de confeſſ. lib. 6. Idem dicit negatiuam poſitionem eſſe, in qua ponitur dictio abſq; vt no. Cyn. in l. actor. C. de probation. in 3. q. Hoc verum, quando iſta dictio abſque, venit ad excluſionem alicuius affirmatiuæ, & ita ex ſe nõ implicat affirmationem ſecus ſi implicaret illam, v. g. pono, quod res fuit abſque eo, quod Titium tali die percuterem, quia tota die fui abſens alibi. Nam talis poſitio non dicitur mera negatiua, quia oritur ex affirmatiua ſ. fui alibi. Et hoc tenet Spec. in tit. de poſſ. §. videndum, verſ. 8 fam. no. Inſt. de inut. ſtip. §. item verborum. Itẽ, quia ponens aliud, q; ponit, ſi negatur, neceſſe habet probare. l actor prçal. quæ eſt canonizata. 6. q. vlt. accuſator Et ſicut præpoſitio negatiua; (vt prædictum eſt) ſic etiam poſitio negatiua eſt triplex, ſ facti, iuris, & qualitatis. Et facti duplex. ſ. ſimplex, & pura, quæ non habet determinationem loci, temporis, vel rei conſimilis, vt illa: pono me non cognouiſſe Beth. c. 1. de fri. & malef. &c. De tali etiam in c. cũ eccleſia, de cau. poſ. & prop. Et alia impura, vel mixta, videlicet

licet quæ eſt certo loco coarctatio, vt in c propoſuiſti, de probat. vbi per loci inſpectionem probatur non cognita, & habet in ſe ſenſum affirmatiuum implicitum, vt non cognita, i. virgo. Et dicit Bart. in l. quicunq;, præalle. ſe ſemper defendiſſe, quod qui proponit negatiuam, debet eam probare, etiamſi non ſit coarctata loco, vel tempore, quia intelligitur coarctata perſona proponentis, per capitulum plerique. 2. quæſtio. 7. Et hoc ipſe idem cõcludit. C. de ſer. fugit. l. quicunque præalleg. Ponat actor quicquid, vel affirmatiuè, vel negatiuè pro intentione ſua fundanda, hoc probare debet. Nota, quod antiqui Doctores negatiuã probari non poſſe intellexerunt per teſtes. Sed hodie poteſt iudex admittere poſitiones negatiuas q̃ non poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij, ſi ſaltem hoc videatur ei æquum, & expediens. De hoc de temp. ord. cap. dilectus, de ætat. & qual. c. vlt. & glo. antepen. in c. 1. de confeſ. lib. 6.

Negligens dicitur, quaſi nec legẽs, ſecundũ Iſid. lib. 10. Etym. & vide Io. Andr. in c. cupientes, §. quòd ſi per 30. de elec. libr. 6. vbi ponit differentiam inter negligere, & contemnere.

Negligentia eſt eius, quod fieri debet, vel poteſt, omiſſio.

Negligentia magna, lata culpa eſt, l. ma. de ver. ſign. vbi Alc.

Negotiatio eſt in commicijs, ſicut negotium in diſpenſationẽ vnde tam negotiatis, quam negotium aliquando ſignificat actionem alicuius rei, cuiũs contrarium eſt otium. Aliquando actionem cauſæ, quod eſt iurgiũ litis, & dicitur quaſi negans otiũ c. forus, §. negotium, de verbor. ſignif.

Negotium eſt triplex, ſ. commune, publicum, & priuatum. Commune eſt, quod pertinet ad diſpoſitionẽ alicuius regiminis. Publicum, quod pertinet ad regimen alicuius ciuitatis, ſed priuatum, quod pertinet ad priuatam perſonam. Et iſtis trib. negotijs correſpondet triplex diſpẽſatio, l. politica, quæ conſiſtit in prouiſione plurium, ſeu totius communitatis, & hæc docetur in octo Lib. Politicorum Ariſt. Oeconomica, quæ conſiſtit in diſpoſitione familiæ, & habetur in duob. Libris Oeconomicorum Ariſt. Et monaſtica, vel ethica, quę cõſiſtit in regimine ſui ipſius tantum, & illa tractatur in decem libris Ethicorum eiuſdem

Negotiorum geſtor dicitur, qui negotia ſine mandato gerit, Inſt. de obl. ex quaſi con. §. 1.

Negotiatores in tit. negotiatione mili. C. intelligendi ſunt omnes, qui officinæ, aut tabernę prę ſunt. macellus autem in l. legatis de leg. 3. ait negotiatores ſeruos dici, qui præponuntur negotij exercendi cauſa, veluti ad emendum,

dum, locandum, conducendum cubicularios verò obſonatores, & his ſimiles non rectè negotiatores appellari.

Nemaſericum, in l. vlt. de publi.capitur, pro filio, quod apud Seras conficitur.

Neophytus dicitur nouus in fide. 48. diſt. quoniam, a neos quod eſt nouum, & phytos, quod eſt fides. Item dicit nouus in religione. ead. diſ. Imò, vero neophytus dicitur a neos, quod eſt nouus, & phyton, planta ſeu germen, quaſi dicas nouam plantam, ſeu nouum germen.

Nepos eſt filius filij, vel filiæ; ſed neptis filia eorundem. Etiam nepos capitur pro filio fratris, c. 2. de arb. & c. fundamẽta, de elect. lib. *6.*

Nepos poſthumus eſt, q̃ poſt mortem aui natus eſt ſuperſtite ſuo patre.

Nequam, & frugi contrariam habent inter ſe ſignificationem.

Neſcire, & ignorare differunt vt dictum eſt in ver. Ignorare.

N ante I.

NIhil quandoque eſt aduerbium negandi, i. non, ff. ad leg. Aquil. l. qui foues, & C. de contrah. empt. l. cum ipſe. Quandoq; .i. non omne, ff. de acq. poſ. l. naturaliter, §. nihil, & C. de na. lib. l. fin. Aliquando nihil, ideſt nullum, Inſt. de ſuc. lib. in princ. Aliquando, id eſt parum, C. de caſt. pecu. l. cum allegas lib. 12.

Nihilominus, & nihilomagis differunt, quia primum includit affirmationem, ſecundum negationem, vt Inſt. quib. non eſt per miſ. fac teſt. §. 1. in gl.

Niſi quot modis capiatur vide per Dy in regula peccati. lib. *6.* & l. actione. C. de tranſac. Nã quandó dictio, niſi ſequitur negationem, tũc ſtat incluſiuè, & ſic ponitur reſpectu excipiendi, vt in c. poſtulaſti, & in c. ſedes, de reſcr. c. Romana, ver. 2. de appel. li. *9.* Si verò præcedit affirmatio, & hoc reſpectu excipiendi, tunc priuat. c. 1. de appell. c. ſi verò, de ſent. exc. cum ſimilib. Item & ſi adijcitur orationi affirmatiuæ priuat, de teſt. c. de teſtam. in fi. Quandoq; nec ponit, nec priuat 2. q 1. Hæc eſt ratio. Nam oratio præcedens non complectebatur illum caſum. Interdum ponitur pro ſed 18. diſt. ſi deinde. Quandoq; pro ſi non, vt c. præterea 2. de app. & c. quicunq; de ſent. ex com. lib. *6.* Vnde quãdo ponitur niſi in ſententijs, & vltimis volũtatib. videtur inducere conditionem, ſecus in contractib. De hoc vide per dominum Dyn. Vbi ſupra. Et ſumitur tripliciter; Primò conditionaliter. Secundò exceptiuè. Tertiò his modis ſimil. Item conditionaliter tripliciter, vel quoad reſolutionẽ, vel quoad diſpoſitionem, vel quoad adẽptionem. Quoad reſolutionem

ibi

ibi vendo tibi fundum pro dec. niſi alius infra menſem attulerit meliorem conditionem. Nã venditio, eſt pura, ſolutio conditionalis, quia reſoluitur vel reſcinditur, ſi alius infra menſem attulerit maius pretium, ſed non ſtabit venditio, l.2.§.ſi diem.ff pro empt. Item ibi, lego decem, niſi nauis ex Aſia venerit infra menſem, diſpoſitio eſt conditionalis quia ſenſus eſt, ſi non venerit, legatum valeat, & perficiatur. Similiter ibi; lego niſi noluerit, diſpoſitio conditionalis eſt, & legatum conditionale, & eſt ſenſus; lego ſi hæres non contradixerit, ſeu reprobauerit, ſicut appoſita conditione, ſi capitolium non aſcenderit l.fin. ff. de cond. inſt. Item ibi; lego decem, & adimo, niſi nauis ex Aſia venerit: ademptio conditionalis eſt, & ſic eſt ſenſus; adimo legatum, & nolo tenere ipſum, ſi nauis venerit, & quia ademptio eſt ſub conditione, videtur datum ſub contraria conditione, l.quib.dieb.§.qui Titio, ff.de cond.& dem. Significatur etiam exceptiue quando eximit, ſeu tollit aliquid, quod eſt in oratione præcedenti, vt nõ ſit idem ius, vel idẽ effectus. Et hoc dupliciter, vt præmiſſum eſt, ſ. affirmatiuè poſt orationem negatiuam, & negatiuè poſt orationẽ affirmatiuã, vt nullus homo currit, niſi Socrates; omnis homo mouetur, niſi Plato, facit l.1. C. de tranſa.l.ſi eum, in ſi.ff.ſi quis cautio.cum ibi notatur. Item in prædicto, vbi refertur ad ſolutionem, & ademptionem, facit conditionem. Et ſignificat etiam aliqualiter exceptiuè, & ſic conditionaliter ſignificat, & exceptiuè ſimul.

Niuarium colum. vide, Colũniuarium.

Nyctalopes Latinè lucioſi vocantur auctore Feſto. Horum duplex ſpecies, vt tradit Alciat. in l.inter ſtuprum, de ver.ſign. Alij interdiu vident, noctu nihil; Alij contra, parum interdiu vident, veſpere vero, aut noctu acie acutiore ſunt.

Nympheum, cuius mentio fit in l.ſi quis diuinè, C. de aqued. Alc.ait fuiſſe locum, vbi mulieres lauabantur.

N ante O.

Nobilitas, ſecundum Bar. in tractatu de nobilitate, quẽ compoſuit circa l.ſi vt proponimus, C.de digni.lib.12.vbi quatuor opiniones de nobilitate ponit, eademq; reprobat, eſt qualitas illata per principatum teneri tem, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtenditur. Primò dicitur qualitas, quia poteſt adeſſe, vel abeſſe præter ſubiecti corruptionem. Nam mulier plebeia nubens nobili, nobilis efficitur, l.mulieris, C.de dign. l. fœminæ, ff.de ſenat & hi, quib. Imperator de nouo concedit dignitatem,

tatem, vt eodem tit. præalleg. ita mulier nobilis nubens plebeio efficitur ignobilis, ſicut ille, qui propter delictum perdit dignitatem, l. quoties, & l. iudices, C. eodem tit. Et ſic in aliquo tempore, quis eſt nobilis, in alio ignobilis, imò in vno loco, & nõ in alio, vt Saracenus nobilis captus a Chriſtiano, eſt ignobilis, & ſeruus, & econuerſo. Dicitur illata, quia nullus a ſeipſo poteſt habere dignitatem, vel nobilitatem, ſed oportet, vt per alterum conferatur, imò qui ſua auctoritate aſſumeret, in crimen falſi incideret, vel in l. Iul. maie. vt l. 3. §. fi. ad l. Iul. maie. & de fal. l. j. in fin. & de reg. iur. cap. 1. lib. 6. Dicitur per principatum tenentem, ſed principatum omnium tenet Deus, qui quandoque nobilitates, & dignitates temporales immediatè inſtituit, quandoque alius princeps non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus. Dicitur qua quis vltra honeſtos plebeios, quia plebeiorum quidam ſunt honeſti, quidam viles, l. mulier. C. eod. tit. Licet ergo honeſti plebeij ſunt magis accepti; non tamen ſunt nobiles, quia nobilis eſt acceptus vltra honeſtos plebeios. Et dicitur acceptus, quia nobilitas conſiſtit in hoc, quod princeps facit quem gratum, et acceptum, licet in ciuitatibus, quæ reguntur per populum, nobiles ſint interdum minus accepti, & plus puniantur in pœnarum impoſitione. Dicitur vltimò in diffinitione, oſtẽditur, quia ſi quis per mille annos viueret, cum omnib. virtutibus & princeps eum ſummè diligeret, & acceptum haberet, tamen plebeius remanet, donec in eum conferretur dignitas nobilitatis per principem, qua oſten datur acceptus vltra plebeios, & poteſt oſtenſio fieri verbis expreſſis hoc continentib. l. ille autem, § cum in verbis, ff. de leg. 2. Quandoq; etiam non exprimitur verbis, & tunc debet fieri ali quo actu quaſi de neceſſitate importãte, l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acq. hær. vt ſi conceditur alicui officium, quod habet dignitatem, vel nobilitatem annexam, vt comitatum, ducatum, & cætera de nobilitate.

Nocere proprie dicitur, quod nocet perſonæ, non reb. ff. de his, qui deie. vel effu. §. hæc autem.

Nocet, exponitur, i. non prodeſt, in auth. de app. in prin. col. 4. quandoq; .i. nocere poteſt. ff. de ſta. lib. l. Labeo. in prin.

Nolle, & non velle differunt, quia nolo importat præciſè reſiſtentiam, contemptum, & omnimodam contradictionem, vel repudiationem, & non ſolum abſentiam voluntatis, ſed non volo, tantum aliqualem, & nõ omnimodã importat contradictionem, vt no. Io. And. de off. deleg. cap. prudentiam, §. 1. ſuper verbo non velit. Et quãdoq; capitur

nolo,

nolo,vt etiam non importet prę ciſè reſiſtentiam, pro non volo, vt in c.finem litib. de do.& contuma.ibi, nolit aut nequeat ſecū dum Io.And.& ſequitur Vin. Similiter dormiens non vult legere tunc, & tamen expreſſe ſe legere non negat,vt no.1.extra de ſpon.c.2.Et dictio nolle componitur ex non-& velle. Alij tamen ponunt differentiam dicentes, ꝙ non velle, ſignificat priuatiuè,i. non eſſe voluntatem,ſeu motum volūtatis.Sed nolle ſignificat poſitiuè,i.eſſe motum,nō fieri,vel non obtinere illud, de quo quæritur. Et per hoc dicunt Doct.ꝙ ſi hæres deliberando de adeundo dicit ſe non velle a dire, hæc verba non ſignificāt repudiationem,quia non velle adire eſt nō habere motum animi adeundi, non autem per hoc ſequitur, & repudiet.Secus ſi dicat, nolo adire, quia ſenſus eſt, quod habet motum animi ad non habendam hęreditatem, & ideo ſignificat, repudiationem, facit l.filij, §.1. ff. ad Ter. propter hoc dicit lex, quod inter velle, & nolle eſt medium,ſ.non velle, & non nolle, l.1.§.ſcientiam, ff.de trib act.& hoc de proprio ſignificatu verborum,ſed ex circunſtantijs poſſunt recipi ali a ſignificata.

Nomen quandoq; idem eſt,ꝙ ins debitoris, vt ff. de re iud. La Diuo Pio,vbi dicitur, quod primò debent venire,i.vendi mobilia,ſecundo immobilia,tertio nomina.i.debitorum condemnatorum, & ſpecialiter in §. ſic quoque & ſeq. Item quandoque nomen idem eſt, quod fama, vt dicendo;Melius eſt habere nomen bonum, quā vnguenta pretioſa. Eccl. 7. Etiam quandoque capitur pro nomine rei proprio, uel appellatiuo, & ſic dicitur; Nomen conſonans debet eſſe rei, Inſt.de do.§. eſt & aliud genus.

Nomen aliquando ſignificat agnationem, vt cū prohibemus fundum de nomine noſtro exire l.is qui de leg.

Nominator, i. elector officialium, vt C.de peric. no.l.1.& 2. lib.11.

Non ſignificat negatiue communiter,quia aduerbium eſt negandi. Quandoq; tamen etiā ſignificat affirmatiuè, vt ibi.Promittis mihi 10.& reſpōdes,quare,non l j.§.j.ff de ver.obl.Nam ſenſus eſt,ꝙ promittis, & cōſentis,ſignificatio ſumpta ex dictione,quare iuncta dictioni,nō quaſi diceres, non eſt rō negandi, i. aſſentio.Et idem ibi,ſi interrogatur, an velim adire hæreditatem mihi delatam, reſpondeam cur non? videor adire hæreditatem, Secus ſi dicerem, hæc hæreditas non diſplicet.Nam tunc non videor adire,quia non ſequitur,nō diſplicet, ergo placet; quia eſt medium inter diſplicere, & placere, ſcilicet non placere, ſic eſt medium inter nolle,& velle, ſc. non velle.Etiam quandoq;dupli

catur

catur dictio non, & tunc ſignificat affirmatiuè, l. duob. ff de ver. ſign. Nam duæ negationes faciũt vnam affirmatiuam, quia negatio deſtruit negationem, niſi pro babili medio proferentis inferatur voluntas, vt l. 1. C. de ſer. fug. & de off. præfe. vrb. l. quod promulgatis, & de iure iur. ca. & ſi Chriſtus, in prin.

Non admitti ad partem, capitur pro ipſo, quod eſt non admitti facta diſtributione a parte, quã do pars, cui facta eſt, non admittitur; vel ideo quia in rerum natura non eſt, vel quia aliás admitti non poteſt, v.g. legatum relictum eſt mihi, & poſthumo. Poſthumus exiſtens in vtero, licet non admittatur ad partem, ſignificat tamen me tantum admittendum ad partem, l. ſi duob. iu prin. ff. de leg. 1. Ratio quia mihi pars tantum relicta eſt. Et ſi dicatur, deficit coniunctus, quia non admittitur, ergo pars eius mihi accreſcit ex diſpoſitione legantis, vt patet in materia coniunctionum, & ſic admittar ego ad totum. Reſpondetur, quod non deficit coniunctus in caſu præmiſſo, quia eſt ſpes eum naſci, & admitti. Sed vbi legatur mihi, & illi, qui non eſt in rerum natura, nec eſſe ſperatur, admittor ad totum, l. ſi duob. prælle. §. fi. Ratio, quia pars coniuncta omnino deficit. Idẽ ergo in omni caſu, in quo pars totaliter deficit, vel quia coniunctus moritur ante teſtatorem, vel relictum eſt poſthumo, qui naſcitur abortiuus, vel ſi coniunctus repudiat quia tunc pars coniuncti omnino deficit, & ideo propter coniunctionẽ alteri parti accreſcit. Significat ergo, non admitti ad partem ipſum coniunctum, ad partem tantum, vel ad totum admittendum prout hoc quodlibet medium probabile declarat.

Noſocomion eſt locus conſtitutus propter pauperes ægrotantes, & languentes, in quo infirmis alimenta ſubminiſtramus; eius meminit Imp. in l. illud, §. j. & in l. pen. C. de ſacroſ. ecc. & in auth. de alien. et emph. §. emphyteuſis.

Nota eſt idem, quod infamia, l. 1. ff. de his, qui no. infamia.

Notabilis, i. notatus, vel infamis, c. ex parta adde, de teſt.

Notæ ſunt ſigna ſcripta, quib. aliquid ſignificatur, non tamen ſunt literæ, l. ſed cum patrono, §. fi. ff. de bon. poſſeſſ. & ibi Alc. & 77. diſt. c. monachus, & ibi gloſ. Notæ etiam cicatrices dicuntur, l. 2. de ſer. fug.

Notare quandoq; eſt reprehẽdere, c. fi. de ſortile. Quandoque infamare, c. accedens, de purg. can. Quandoq; conſiderare, cap. cum olim, 2. de offic. deleg.

Notarius eſt publica perſona quia eius officium ad publicam vtilitatem inuentum eſt, & dicitur a notando, quod eſt negotia hominis publicè, & authenticè in pu-

in publicam,& authenticam formam redigere. Et idem dicitur ſcriba a ſcribendo,& tabellio, ſeu tabellarius,a tabula.Req. ſupra locis ſuis.

Nothus dicitur illegitimus,& propriè de adulterio natus, ſicut dicitur notha febris,quę affligit vt quartana,vt no.gl.in §.perſonę verò,in fi.c niſi cum pridem, de renun.Etiam dicitur a notha, i.infamia, quia talis infamiam incurrit.

Notionis verbũ generale eſt, & nõ ſolum ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habet, ſed & qui ſimplicem cognoſcendi falcultatem,l.notionem,de ver.ſign.vbi Alc.

Notitia noſtra triplex eſt,quędam per auditum,quia ſcire dicimur, quod ab alijs audiuimus,alia per viſum, quando negotio interfuimus,c.hoc videtur,22.q. 5.aliam habemus ab hominibus fide dignis per literas authenticas,quos non eſt veriſimile mẽtiri, arg.c.1.§.2. ext. de poſt.Eſt & alia iudicialis,vt per teſtes, & ſimilia, vt not.per Carſiam in c. cupientes,in prin. de elec.in 6.

Notorium eſt triplex. Quoddam eſt notorium præſumptionis, ſ.quod eſt de euidentia iuris vehementis præſumptum,vt paternitas,& filiatio,vbi nõ requiritur alia probatio, c.quoniam, de fil.presb.Nam hoc,quod quis ſit alicuius filius, non poteſt verè probari,l.Lucius, ff.de condi. & dem.Vnde filius eſt, quem nuptiæ demonſtrant. ff. de in ius voc.l. quia ſemper in fin Nam ſi vir & vxor aliquem infantẽ nutriuit,& dicunt eum filium eorũ eſſe, tunc præſumitur eorum filius.Eſt ergo notorium præſumptionis euidentia rei euidenter a iure præſumpta. Aliud eſt notorium iuris, & eſt clara iudicialis confeſſio,inconuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, de quo.ſ.notorio quis damnatus eſt,vel in iure confeſſus.Et ſic illud eſt duplex,videlicet per confeſſionem factam in iure, & per ſententiam iudicis,vt in c.veſtra de cohab. le. & mu. Tertium eſt notorium facti, ſ.quod commiſſum,vel factum non dubitatur a populo,vel maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla poteſt tergiuerſatione celari,nec oportet,vt omnes circumſtantiæ facti ſint notæ, vt c.vlt. de cohacler.& mu.cap.cum dilectus, de pur.can.in fi.2 q.1. de manif. & c.ſequ. Et illud notorium eſt triplex.ſ. ſecundum triplicem diſtinctionem facti; quoddam eſt facti permanentis, & continui, vt quod Deus Solis ſtat in palatio Papienſis continuè.c.dilecto de app.& illud non indiget probatione.Aliud eſt facti tranſeuntis,vt quod quidam in publ.palatio occiditur coram populo.Tertium eſt notorium facti interpellati, vt quia vſurarius vna die tenet menſuram paratam, alia nõ

Et illud

Et illud ſic deſcribitur, eſt quoddam intellectuale, & notum ſic, vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, vt quod præsbyter cognoſcat cōcubinam, cum qua habet animalia gradientia circa focum panem poſcentia. De hoc plenius no, per Doc. in c. veſtra. præal. vbi tractatur materia notorij, quæ eſt adeo intricata, qđ dicit Io. de Lig. & dominus Ant. de Bu. quod multi loquuntur de notorio, & quid ſit notoriū, ignorant. Et in concilio Baſilienſi in ſeſſione 20. additus eſt quartus modus vltra tres communes notorietates, ſ. quādo ſacerdos mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum affectu non dimittit, vt in decre. quod incipit. Quicunq; clericus. Et nota, quod moderni ponunt nouem genera probationum, quæ in iure formaliter differunt, vt ſunt argumentum præſumptio, iudicium, fama, rumor, pene occultum, occultum omnino, manifeſtum, & notoriū. Vnde argumentum eſt, ratio rei dubiæ faciens fidem, de hære. cum ex iniunctio. de ver. ſig. c. forus. Præſumptio, eſt quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circunſtantijs inſurgens, de præſum. ex ſtudijs. De illa, quæ eſt iuris tantum, & quæ eſt iuris & de iure, no. in c. is, qui fidem, de ſpō. vbi gl. no. de quintuplici præſumptione, indicium eſt medium intellectuale ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens, C. & ff. de re. vend. l. inducia. Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita & morib comprobatus. Hoc verum de fama hominis, ſicut infamia eſt læſæ dignitatis ſtatus, vita & morib. reprobatus. Sed fama de aliquo negotio eſt medium veritatis eliciendæ, & communis clamoroſa inſinuatio inſurgens apud totam, vel maiorem partem populi, ex incerto autore prouaniens, Rumor eſt particularis inſinuatio clamoſa, ab incerto autore conſurgens. Penè occultū eſt, quod probari poteſt, ſed difficulter. Occultum omnino eſt, quod nullatenus probari poteſt, & ſubijcitur iuri diuino, de ſim. c. ſicut, 9. quæſtio. 1. ſi omnia. Manifeſtū dicitur, quod de facile probari poteſt. Et notorium ſupra deſcriptum eſt, de quo etiam datur exēplum de ſtatua & percuſſione, vt no. in c. ſuper eo, de teſt. cog. & in l. ciues. C. de appell.

Notoria apud Iuriſc. veteres ſunt nunciationes, quas ad hoc publicè conſtituti irenarchę prę ſidib. faciebant de delictis, quæ committebantur, l. ab accuſat. ad Senatuſc. Turpil.

Nouale eſt terra, pręciſa (aliàs proſciſſa) quæ per annum ceſſat. Alij dicuntur, quod eſt ſylua, quæ arborib. extirpatis ad cultū redigitur, & fieri nouale dicitur, & vtraq; illarum interpretationum

num colligitur ex ciuilibus. Sed apud notarios Romani Pontificis nouus vſus obtinuit, quod nouale etiam dicitur ager de nouo ad agriculturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus erat, vt in cap. quid per nouale, de verb. ſig. vbi de hoc.

Nouatio eſt prioris debiti ac prioris obligationis partib. hoc volentibus expreſſe, in aliam obligationem transfuſio, vel tranſactio. Verbi gratia; debui tibi centum aureos ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia, placuit inter nos nouare obligationem, vt illud, quod debui tibi ſub cōditione purè, & ſine conditione debeā. Hæc eſt nouatio, ita vt prior obligatio conditionalis tranſeat in poſteriorem per nouationē. Eodem modo pone exempla in ſimilib. vt ff. de noua & C. eo. tit. per totum.

Nouellarum liber authenticus eſt cuius fit mentio extra, de teſt. c. 2.

Nouella vinea eſt nouellis viribus conſita. l. veluti, de impe. in reb. do. fa.

Nouerca dicitur quaſi nocens arcus, vel quia eſt noua arca ſine fructu. Inſt. de nu. §. ſocrum. Et dicitur vxor patris naturalis, vel adoptiui. C. ad l. Falc. l. licet.

Nouitius dicitur aliquando habito reſpectu ætatis, l. præcipiunt. ff. de ædil. edit. quandoque & qualitate ſeruiendi, l. fi. eo. tit. quandoque qui minus vno anno ſeruiuit. l. fin. §. quoties, ff. de publ.

Nouum dicitur quod non eſt vetus, l. vetus, ff. de vi. tri. & oleo leg. puta quod eſt ante annum, l. fi. §. quoties, ff. de publ. quādoq; dicitur, quod eſt ante biennium. l. qui agros. C. de omni agro deſer. lib. 11. Aliquando dicitur nouum, quando extat memoria, & eius contrarium dicitur vetus, l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arc. Aliquādo dicitur nouū, licet ſit aliquid de veteri, arg. l. prætor, §. fi. ff. de dam. infe. & §. ſed ſi eadem Inſt. qui. mo. tol. obli. Nouum aliquādo. i. vltimum. c. cum Marthe. de celebra. miſſ. non quod ab initio eſt ſtatutum, c. cum venerabilis, extra de cenſi. Item dicitur noua hæreditas quantumcunq; lege, ſtatuto, vel Senatuſconſulto deferatur, excepta l. 12. tabularum, quæ dicitur vetus l. 1. 2. & 3. §. nouo. ff. de pet. hæred. & l. 1. §. capitis. ff. ad Tert. & Inſt. ad Orfi. §. ſciendum.

Nouus homo dicitur ſeruus manumiſſus poſtea in ſeruit. rédactus l. ſi ſeruus, in fi. ff. de alimen. leg. Dicebātur & hoīes noui, teſte Budeo in annot. ad Pandectas, in l. 2. ff. de orig. iur. qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant qui terrā terræ filij, & velut a ſeſe orti.

Nouum opus facit, qui aut ædificando, aut deſtruendo, aut foueam faciendo, priſtinam faciē

operis immutat. Secus, ſi vetus reficiat, vel incrementum imponat, quia tunc non videtur nouũ opus facere, ff. eo. tit. l. j. §. nouũ, & §. ſi quis ædificium.

Noui operis nunciatio, ſecundum Hoſt. eſt illi, qui de nouo ædificat in pręiudicium alterius legaliter facta prohibitio, l. 1. ff. de no. oper. nunc. Et pertinet ad ea tantum, quæ ſunt ſolo coniuncta, vt in l. 1. præalleg. Fit autem tripliciter. Primò ſolo verbo dicendo; Nuntio nouum opus, & hoc in loco ædificij ipſi domino noui operis. Secũdo per iactum lapidis, vel lapilli. Tertio per iudicis prohibitionem. Primò modo nuncians perdit poſſeſſionẽ, & facit aduerſarium poſſeſſorẽ, v. g. voluiſti domum ædificare in fundo meo, & nunciaui tibi, vt non faceres, dicendo; Nouum opus nuncia, id eſt prohibeo. Nuncians verò ſecundo, & tertio modo retinet poſſeſſionem, ſecundum Ber. in c. ex parte, de ver. ſign.

Nouum opus nũciare eſt prohibere, ne ædificium fiat, vt quãdo nuncio tibi ne ędifices in ſfundo meo, vel per iactum lapilli præſentib. teſtib. Hæc nunciatio habet talem effectum, vt ſi ædifices ibi ſpreta nunciatione mea, aqſque hoc, quod caueas de opere de moliendo, ſeu deſtruendo, ſi te apparuerit in iuſtè ædificare, quicquid poſtea ædificaueris ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, totum debebit deſtrui, vt l. 1. præalleg. §. opus nouum, & §. nunciamus, & ſi aliquid in publico fiat, omnes ciues opus nouum nũciare pñt. Nam Rei pub. intereſt quam plurimos ad defendendum cauſam ſuam admittere, l. 3. in fi. ff. de no. oper. nunc. Et dicitur in §. opus. præalle. quod hoc edictum non complectatur omnia opera, vt ſupra, de interdictis.

Noxa dicitur, quod nocet, vel nocuit, vt ceruus, aut aliud animal nocens, vt ff. de nox. act. in rub. Item adde, noxa aliquando ſumitur pro culpa, aliquãdo pro peccato, aliquando pro pęna, extra de reſc. c. ſtatutum, lib. 6.

Noxales actiones, quæ vide ſupra, in ver. Actiones noxal.

Noxia dicitur ipſum delictũ maleficium, vel damnum datũ. Vnde, Noxia delictum, delinquens noxa vocatur, vt Inſtit. de noxa. act. in gl.

N ante V.

NVdum poteſt dici, quod nõ eſt veſtitum rei traditione, l. traditionibus. C. de pact. vel quod non eſt veſtitum pignore, vel fideiuſſore, l. ſancimus. C. de ver. ſign. Item dicitur nudum, quod eſt ſictitium, & ſimulatum vt venditio nuda. l. nudo. ff. de contrah. empt. & quod eſt ſine fructu, vt nudus vſus, l. 1. ff. de vſu & hab. & qui non tegitur aliquo tegmine. ca. felicis, & ibi gl. in ver.

in ver. nudi de pœn. in 6.

Nudum pactum, vide infra, ver. *Pactum*.

Nullatenus, vide in cle. vnic. de ſeq. in gl. per ordinarium.

Nullitatis ſententiæ ſunt multi modi, vt no. Io. And. de re iud. c. 1. vbi remittit ad Spec. de ſent. prola. §. iuſta. Et ſententia nulla non meretur habere nomen ſententiæ, de re iud. c. ſi lib. 6. ff. eo. tit. l. 4. §. condemnatum, & eſt glo. fin. in clem. vnic. de ſequeſt. præalleg.

Numerata pecunia duob. modis dicitur. Vno modo reſpectu creditoris qui propriè dicitur numerare pecunias debitori, vt ſibi reddantur. Alio modo reſpectu debitoris, qui propriè dicitur ſoluere creditori, & impropriè dicitur numerare, cū ſoluit, quod debet. Datur autem exceptio nō numeratæ pecunię a creditore principali debitori, vel fideiuſſori. Sed numeratio pecuniæ largè ponitur hic pro omni re, q̄ quis numerauit, vel ſoluit.

Numerus pro ordine, & turma, vnde numeri militum l. 1. de bon. poſſ. ex teſt. mil.

Numerus pluralis an, & quando verificetur, in vno, vel duob. Dy. in c pluralis, de reg iur in 6. & an, & quando reſoluatur, vel reſtringatur in ſingularem, vide per Bart. in l. pen. C. de imp. & alijs ſubſt. item numerus pluraris quandoque geminat vel inducit plures ſingulares Bart. in l. falſa, §. ſi. ff. de cond. & dem. cum alijs iuribus.

Numiſma ſecundum quoſdā eſt idem, quod moneta currens, & ſpeciales, vel eſt idem quod numus. Sed olim numiſma, & aureus, & ſolidus auri idem erant, vt C. de vet. num. l. 1. li. 10. & C. de ſpor. l 2. & in Euang. Matthei. & dicit Phil. lib. 5. Et hic, quod numiſma factum eſt nō ex natura rei, ſed ex lege.

Nomiſa paſſim legas per o, in prima ſyllaba, non per u, Ita. n. Græci aſſerunt. Cæterum qualiter inſtitutum ſit, vide Bud in anno. ad Pande. in l. ius ciu. ff. de inſt. & iure, & ff. de cōtrah emp. ad l. 1.

Nummularius eſt nummorū numerator, vel malleator, quoniam, & ipſe accipit pecuniam, & erogat ſicut campſor, & inde facit ſcripturam, ad quā frequenter reccurritur in dubio, vt ꝑ eā data, & accepta probentur. Hic etiam argentarius ius dicitur, vt ſupra, in litera A. vbi de dn̄a nummularij, & argentarij Alcia.

Nummus, i. denarius, de quo dicit Phil. 5. Et hic, quod eſt menſura omnium rerum, quia eſt fideiuſſor nobis in omni neceſſitate ꝑ qualibet re, qua indigemus.

Nunc. no. Arc. 63. diſt. ego. & gl. 23. q. 5. ſi audieris, & ſimiliter de off. dele. c. pru. § 6.

Nuntius eſt, qui vicem gerit epiſtolæ, & qui ſine mandato literis mittitur, qui eſt, vel ut pica, &

ca,& organum, & vox domini mittentis ipſum, & largè quilibet nuntius poteſt dici procurator,ſed non econuerſo.

Nuncupare eſt palam nominare,vel vocare,& confirmare,ſecundò Iſid. lib.5. Require infra, Teſtamentum nuncupatiuum.

Nuncupatio eſt, quam in cereis tabulis recitat teſtator dicẽs quod hoc vult in hic cereis tabulis,quæ ſcriptæ ſunt, ita dico,ita lego,ita vos viuentes mihi teſtimonium perhibeatis.

Nundinæ ſunt generale forũ ad quod vndiq; homines confluunt,& concurrunt.C.de nundi.l.vnica, & l.clam.§. qui nundinas ff.de acq. poſſ aliquando etiam nundinæ dicuntur repulæ,l.cum ſocietas.ff.pro ſocio.

Nunquam, quandoq; idem eſt, quod raro.1.q.1.nunquam.

Nuptiæ ſunt matrimoniũ, vel viri,& mulieris coniunctio in diuiduam vitæ conſuetudinem retinens, diuini, & humani iuris communicatio, 30.q.5. nullam. Et dicuntur nuptiæ ex eo, quod nubentium capita in ſolemni benedictione volabantur,& quaſi nube cooperiebantur, ea.q.c.noſtrates,& c.fęmina.Et illud indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens,tantum valet,ſicut cõſortium omnis vitæ, & hoc quantũ ad propoſitũ,quia hanc intentionem habere debent,vt perpetuo ſimul manere debeant.

Nuptiæ inceſtæ dicuntur inter collaterales, & affines, nefariæ verò inter aſcendentes,& deſcendentes, licet lex quandoque his dictionib.promiſcuè vtatur, vt no.gl.in auth.de ince.nup.circa princ.

Nuptiæ ſecundæ dicuntur omnes quæ ſequuntur primas,licet ſint tertiæ, quartæ, vel quintæ, &c.vt quando aliquis nubit alicui poſt primas nuptias. C. eod. tit.l.ſi quis.§.tale.

Nurus eſt vxor filij,& eius appellatione pronurus,et deinceps continetur,ff.de verb.ſign.l.murus, & etiam ſponſa, ff. de gra. cog.l.Labeo,& l.Seruus,contrarium videtur Inſtitu. de nup. §. affinitatis.

Nutriri eſt paruulorum, ali maiorum,gl.in l.pen. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie.iur. Nutricium dicitur,quod datur nutricib.pro mercede.

Nutus, eſt voluntas ſignis declarata,veluti oculis,capite,manib.l.nutu.de leg.3.

O ante B.

OB,i.propter ff.rem rat.hab. l.ſi ſine,§. qui patris quandoq; ſubaudítur; quod me.cauſa,l.non eſt veriſimile,§.1.

Obaudire eſt quaſi de mente deducere,ſecundum Ioan.Andr. de elec.lib.6.c.fundamenta.

Obex,pro oppoſitione,l.adulterij occaſione,C.de adult.

Obiter, i. ſtatim, ff.de reſcindenda

denda venditione, l.1.in fi. alias ſignificat incidenter.

Obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ ſecundũ nſæ ciuitatis iura.Inſ.de obl.in prin. Et eſt duplex,ſ.ciuilis, & prætoria.Ciuilis eſt,quæ aut legib cõſtituta ,aut certo iure ciuili approbata eſt.Sed prętoria eſt,quã prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, quæ etiam Honoraria vocatur . Differt autem ab actione, & contractu , quia cõtractus eſt verborum conceptio,vel conſenſus,obligatio autẽ eſt , quę inde naſcitur;at actio eſt,ꝙ poſtea in de ſurgit, & ſic nullum eſt alterum, vt no. gl Inſt.de obl §.vlt.

Obligõ naturalis eſt , quæ ex iure gentiũ per conſenſum oritur.Eſt autẽ multiplex , vt docet Bar.in l.ex hoc,de iuſt.& iu.

Obligatus dicitur, qui exceptiuè tueri ſe nõ poteſt,l.vel obligatus,§.1.ff.de lib.cauſa.

Obolus , ponderis genus eſt, quod ſex ſiliquas continet , eius meminit tex.in c.iudices , 1 q.1.

Obrepere eſt quaſi latenter ſubintrare. 61. diſt. nullus inuitus,de celeb.miſſa,cum creatura & c.me in agro.in prin. de ſtatu mon.in clem.

Obreptio,i.mendacium, l.ſin autem,§.1.ff. de neg. geſt. & eſt mendacium fraudoloſum, l.ſed ſi §.patronum , ff. de in ius voc. & propriè conſiſtit in facti narratione,non iuris,l.cum verò,§. ſubuentum , ff. de fideicom. lib.

Obreptitium reſcriptum , & obreptio.Req.inf. reſcriptum.

Obryziati dicuntur ſolidi de bono auro multipliciter excocto. l. vniuerſos. C. de vet. nu. pot.lib.11.& l.1.C.de ve. olobe ris, lib.12. licet in vtroque loco mendoſe legatur.Et ideo eorum obryzum refert Sueton. Neronem exegiſſe.

Obſcuritas eſt illa , quæ fit in dictione,ſed ambiguitas,quę fit in oratione,vt no.gl.3.in l.veteribus.ff.de pact.

Obſcurus qñq; ponitur pro vili, vnde obſcuro loco natus dr ignobilis, vt in Auth. de defen. ci.in prin.& l.pe.ff. de concub.

Obſes vocatur ille , qui iurat, quod non recedet de certo loco, quouſq; fuerit ſatisfactum. q

Obſidianus lapis, dictus ab Obſidio inuentore,l. & ſi.de au. & arg.leg.§.vlt.

Obſonium dicitur quicquid extra panem , & vinum in cibo apponitur,vnde obſonarius,qui obſonijs comparandis præpoſitus eſt.l.legatis ſeruis,de leg.3.

Obſtinatus eſt,qui poſt inſpirationem , & reuelationem ſibi factã,in eo,quod errauerat,perſeuerat,§.diſ.conſuetudo,in fin.

Obſtruere luminib.idẽ, quod luminibus officere.Bud. in Pan. l.æquiſſimum de vſufr.

Obtemperare eſt obſequi, vel obedire,l.ſi quis ius dic.non obtemp.in rubro & nigro.

Obuentiones, & redditur pro eo. accepiſſe videtur Vlp. in l. 1. de exercito. Accur. verò diſtinguit, vt ibi in §. exercitorē; aiunt reditus certiores eſſe, obuentiones plerunque contingere.

O ante C.

OCcaſio differt a cauſa, vt in c. ſolitę, de ma. & obe.

Occidiſſe dicitur, & qui mortis cauſam præbuit, l. ita, ad legē Aquil. l. 1.

Occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, quod & ipſum multifariam fit, vt in l. qua actione ad leg. Aq. & l. 1. §. occiſorum, ad Senatuſc. Syll. odio, in mente, & corde, detractione in ore. c. homicidiorum, de pæ. diſt. 1. & panis ſubtractione, c. paſce. 86. diſt. & non corrigendo delinquentes, quia cum paſtor non corrigit delinquentes, tacendo occidit, c. Epheſijs, 43. diſtin.

Occultum omnino (vt præmiſſum eſt) dicitur, quod nulla ratione probari poteſt, & tale vocatur ſecretum, vel latens, vide infra, Probatio.

Occultum penē eſt, quod per paucos probari poteſt, & quod pauci ſciunt, vt puta quinque, de pœn. diſt. 1. econtra alias incipit hæc autem ſecreta, circa fi. vide ſupra Notorium in generib. probationum.

Occupare capitur quandoq; in mala, & quandoq; in bona ſignificatione. Et propriè mobilia occupantur, & immobilia inuaduntur, vt gl. ſuper hoc verbo, in c. generali, de ele. lib. 6. vbi cōc.

Ocium philoſophicum eſt ſtudium, quia philoſophus ociatur quando ſtudet. Sed ocium vulgare eſt, quando vacatur ab opere ſeruili. Et no. quod ocium eſt triplex, ſ. deſtitutorium, quod eſt ribaldorum, qui apud Athenas ſuſpendebantur. Et de hoc dicitur, quod ocioſitas, & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas capiendas de renūt. niſi cum pridem. §. verum ſi propter. Ergo dicit Hier. ad ruſticū monachum, c. nunquam. de conſecr. diſt. 5. Semper aliquid operis facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Secundum eſt reſtitutorium, quando quis ceſſauit a labore, & iterum accedit ad opus. Tertium retributorium, quod datur emeritis, & ſenibus.

Octonarij ſunt exactores vectigalium quorum nomine: octaua pars inuectorum, & euectorum penditur.

Oculus eſt quadruplex, vt no. Arch. 32. q. 5. nec ſolo.

O ante E.

OEconomus, Latinè dicitur adminiſtrator rei domeſticæ, de quo vide etiam in ver. Iconomus, & in lit. y.

Oenomeli, Græcis mulſum eſt

eſt Latinis. Sed Vlp. vti diuerſa poſuit in l.ſi quis vinum, in prin. de vi.leg. qui mulſum non contineri vini app. ait, cuius contrariū ſubijcit in œnomeli, ſumiturq; pro vino dulciſſimo.

O ante F.

Offenſam eſſe, quicquid alium ad turbationem iniuſte adducit, Bart. diffinit in l.quidam, de hær.inſt. quæ autem dicatur offenſa in perſonam, docet idem Bar. in l.licitatio, §.quod illicitè de pub.

Offerre ſe liti dicitur, qui ſine mandato iudicium ſubit pro reo l.ſi ſede, de re iud.

Officiū dicitur multis modis. Primò miniſterium. Secundò obſequium. Tertiò actus perſonæ corrigentis, 36.q. 1. monachus. Quartò plebania. de ſtatu. mon. quod Dei. Item aliquando ſumitur pro dignitate, vel perſonatu, de præb. ad hæc, de cle. nō reſid. quia, de conceſ. præb. c. 2. §.1. Aliquādo pro litigio, 16.q.1. de præſentium, in fin. vbi litigantes dicuntur officium exercere. Item is, cui commiſſa eſt diſpenſatio habet officium. Item qui habet poteſtatem ſæcularem in tabellionatum. Item dicitur præpoſitura. Sed propriè eſt aliud a dignitate, & a perſonatu. Et dicitur ſimplex officium, quando quis habet adminiſtrationem aliquarum rerum, ſine aliqua prærogatiua in choro, vel vltra alios ſui ordinis ratione huius officij. Et ſic habet onus annexum ſine honore, vel prærogatiua honoris, vt ſyndici, procuratores, & gaſtaldi. 1.q.3. Saluator, verſ. in nomine. Item vice dominus, qui habet epiſcopatum diſponere, dicitur habere officium, 90. diſt. officium, 1.q.1. ſi quis epiſcopus, j. reſpon. Hæc & plura & vide per Arch. de conſu. c. 1. in glo. Et hoc erat contra iura, vbi tractat de dignitate perſonali, & off. vt hic dictum eſt. Item ſecundum Card. eſt poteſtas exiſtens in iudice exercendi omnia ea, quæ pertinēt ad eius iuriſdictionem, et capitur hic iuriſdictio generaliter, vt includat omnia pertinentia ad merum, & mixtum imperium. Et loquitur de off. iudicis, cuius iuriſdictio mater eſt, ſicut obligatio actionis. Nec eſt vera opinio Pe. de Bellap. quod officium iudicis ſit exercitium, vel executio iudicis ſit exercitium, vel executio iudicij, quia magis ſtat in habitū, quam in actu. Nec ſecūdum opi. Mart. appellari debet actio, cum differant ſurrogatum, & qui ſurrogatur, Inſt. de act. in prin. gl. 4. Item officium propriè dicitur, quod homo debet homini ex natura, vt in c. cum in officijs, de teſtam.

Officium, & artificium quō differant, no. in l. leg. de leg. 3.

Officiū iudicis, ſecundū Goff. eſt prās iudicis a iure ſumpta, & habet locum tam in his, quæ ante iudicium fiunt, quam in his,

quæ in iudicio occurrunt facienda. Et imploratur loco principalis actionis, cũ alia ordinaria actio deficit, vt in c.fi.de off. iud.

Officium iudicis eſt duplex, ſ. nobile, & mercenarium. Nobile ideo appellatur, quia a ſeipſo interponitur, nec iure actionis, ſiue obligationis, vt puta, ſi minor petit ſe reſtitui in integrum, hoc non competit iure obligationis, quia iudex non fuit obligatus, nec iure actionis, ſed iudicis officium miſericorditer implorat, &c. Mercenarium iudicis officiũ eſt, ſeu ſic appellatur, quia de ſeruit actioni intentatæ, puta peto a te.20.actione mutui.

Officium iudicis deſeruit mihi hac actione, quia condemnat te, vt reſtituas mihi viginti.

Officiales iudices, require ſupra, Aſſeſſor.

Officialis foraneus appellatur qui in certa parte diœceſis ad tẽpus vices gerit Epiſcopi, gloſ. in cle.2.de reſcr.

Officiales operæ ſunt, quæ reſpiciunt perſonam patroni, vt illum comitari cantu, & ſaltatione oblectare, & ſimiles.

Officioſa dñr, quæ continent pietatem, quæ nulli obſunt, & alicui proſunt, ſicut a contrario teſtm̃ dicitur inofficioſum, quod contra officium pietatis factum eſt diſt.9.ſi ad ſcripturas, in gl.j.

Officium eſt quaſi tugurium, vel tegmen, quãdo videlicet paleæ.i. ſtramina ponuntur ſuper arbores, vt paſtores ſubtus exiſtentes, ab imbribus protegantur. Sed propriè dicitur vbi opera ipſa & merces venduntur.

O ante L.

OL facere eſt naſum ad culũ ponere. ita exponit gloſſ. in ver. ol facit, in l. agaſo, ff. ſi quadrup. pau. fe. di. Alias generaliter olfacere, eſt odorẽ odorarẽ, & olfactus odoratus. Et ab oratorib. ponitur pro ſcire, vt dicendo; Tanta ſunt in me tua beneficia, vt quo pacto hic correſpondeã, neutiquã olfacere poſſim.

Olim aduerbium temporis, et propriè reſpicit tempus præteritum, ff de contrahen. empt l. nec empt. aliquando exponitur, i. dudum retrac. in auth. vt iud. ſine quo ſuffr. §.j. de excuſ. tu. l. ſed, & §. quæſitum. Item adde quot tempora ſignificet dictio olim. Bart. in l.1. in prin. vbi Alex. & alij, ff. de nou. ope. nun.

Oloberus eſt veſtis totaliter, deaurata, & dicitur ab holon, i. totũ, & beris, quod eſt aurum, & differt a veſtib. deauratis, quia hæ fiunt de optimo auro, quod in vulgari fuluum, in legib obriziatũ dicitur, ſed illa de quolibet auro; vel hæ de optimo auro totæ erant veſtes, illa deaurata ſimiliter in totum. Eſt & alia veſtis, q̃ habet aurum tantum in peragendis, vt C. de veſt. holob. & aura. lib.11. in rubr. ſecundum Acc. Vide de hoc etiam ſupra in ver. holob. veſtes. Nam ita ſcribendum

dum eſſe Græca eius etymologia poſtulat.

O ante M.

OMnia comprehendit ſingula. Nam ſi epiſcopus dicat, Do tibi talem villam, & omnia iura, quæ habeo ibi, ſingula iura comprehenduntur, ſed nõ intelligit dare decimas, & alia iura, quæ ſunt merè ſpiritualia, quia dictio, omnia, licet ſe extẽdat ad ſingula; non tamen ad ea, quæ ſunt penitus natura alterius, & iuris, quamuis, ad ea, principaliter tranferuntur. Sed quando datur aliquid, quod habet temporalia, & ſpũalia iura cum oĩbus pertinentijs ſuis, vt præbẽda habẽs poſſeſſiones, & decimas, tũc omnia transferuntur ſimul. ſecũdum Hoſt. in c. literas, de iu. pat.

Omnifariam, i. oĩb. modis, C. de arbit. l. nec in arbitris, §. 1. de contrah. & com. ſtip. l. optimã.

Omnino tangit Archid. de prę̃b. c. ſi beneficia. lib. 6. & plenius in c. licet can. de elec. & gl. in cle. 1. de vi. & hon. cler. & etiam gl. in c. & ſi Chrs, de iurei.

Omnis, hæc dictio quãdo ſtet collectiuè, & quando diſtributiue, docet Bart. in l. hoc articulo, de hær. inſtit.

Omologare, eſt idem, quod confirmare, ſiue ratificare, & ſic dicitur, quod arbitrium ſit omologatum. Alij dicunt omologare idem, quod conſecrare. Hoc tum verbum omninò aſpirationem in principio requirit.

O ante P.

OPera eſt diuinum officium, ſ quod quis exhibet alicui per diem artificialem, & non naturalem, ſicut dicitur Gen. 1 c. Veſpere; & mane dies vnus. Aliqñ; ponitur pro breui tẽporis obſequio, vel eſt idẽ, quod obſequiũ. Dicitur ergo opera officium tẽpore limitatum, vt l. j. ff. de oper. lib. Limitatio autẽ ſtat in diſponentium voluntate, quia per cõtrahentes poteſt limitari, vel minori tempore, puta, quod dies capiatur ad integrũ, vel ad mediã noctem, vel ad veſperam tantũ, quia diſponant contrahentes, & erit lex. Idẽ in teſtatore. Et quando aliud non appatet, de artificiali intelligitur, quia ad hunc communiter fit relatio. Sed impropriè opera accipitur pro reuerentia, vel obſequio, vt not. in §. liber. l. ſi non ſortem, ff. de condi. indeb. & ſic de alijs.

Operarũ alię ſunt officiales, alię artificiales, de quib. require ver. artificiales, & officiales.

Operis appellatione de eo intelligitur, quod formam habet veri, & iuſti operis, quę quidem forma nõ niſi ex conſummatione, & perfectione cõtingit. l. rei appellatio, vbi Alc. de ver. ſign.

Opinio ſecundum Spe. eſt dubia particularis arbitratio, quę a Doctoribus aliquibus ſcientię au ctori-

ctoritatem habet. Sed ſecundum Goffr. eſt probabilis arbitrario Doct. non niſi ob inſtructionem ſtudentium in ſcriptis redigēda.

Opinio communis eſt aliud quam fama. Nam opinio communis facit ius, C. de re iud. l. 1. Fama verò non facit ius. Item opinio communis probat, fama vero non. Item opinio communis differt a notorio, quia opinio communis eſt de longe præteritis, quæ probari non poſſunt de facili, ſ. per teſtimonium viſus, &c. Sed notorium eſt de præſentibus vel proximè pręteritis, quę de facili probari poſſunt per teſtes diuiſim.

Opinio communis illa dicitur, quam plures grauioreſq; amplectuntur, vt dicit Panor. in c. prudentiam, in princ. 5. col. 5. de off. deleg.

Opinatores ſunt militaris annonæ exactores. l. miſſi, C. de exacti. trib. Sed Codex Nouembergenſis ibi habet optiones, non opinatores.

Opiſtographum, i. tabula linea, in qua ſcriptæ ſunt opes, l. chartæ, & ibi gloſ. ff. de bon poſ. 2. tab. Alc. verò accipit pro tumultuarijs tabulis, quę vulgò memoriales Latinè aduerſaria] dicuntur.

Oportet, aliquando dicit neceſſitatem. 3. q. 9. non oportet. Aliquando honeſtatem. Item oportebit ſignificat tā poſſens quam futurum, de verb. ſignific. l. verbum, & no. gl. 25. q. 1. & gl. c. 1. de pręſcript. lib. 6. ſuper ver. Oportet.

Oppidum dicitur terra murata non habens epiſcopum, in l. pupillus, §. oppidum, ff. de verb. ſignific.

Opprobrium, eſt quod probrum, l. probrum, de verb. ſign.

Optimates ſunt quaſi meliores, & ditiores de populo, ab opibus dicti.

Optio eſt vnū genus exactionis, C. de iure fiſci, l. penul. ſuper ver. optionem, lib. 10. Aliàs capitur pro electione, vt §. optionis. Inſt. de leg. Sed in re militari dicitur miles, qui ægros antecedit, tāquam eorum vicem, ſi vſus venerit, geſturus, vt ex Non. & Vegetio tradit Alc. in d. l. pen. de iure fiſc.

Opulenta hæreditas interprete Acc. in l. ſi quis mihi, de acquiren. hæred. eſt, quæ affert opes ſine vexatione.

Opus nouum. Require ſupra, Nouum opus.

Opus ſtructile dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq; conſtructum eſt. l. in ruris, de verb. ſign. vbi Alc.

O ante R.

ORa ſine aſpiratione ſignificat finem, vel extremitatem rerum, pręcipuè regionum, vel veſtium, ſecundum Ioan. And. in cle. 1. de vi. & ho. cler.

Oraculum, i. reſponſum, quia precando, ſeu orando impetratur, c. per tuas, de maio. & obed.

Orbus dicitur, qui liberis priuatus eſt.

Orcinus, i. directè manumiſſus, l. ergo, §. hi, qui, ff. ee fideico. lib & §. pen. Inſt. de ſing. re. per fideicom. reli. Et dicitur ab orco, i. manumiſſus ab eo, qui tēdit ad orcum, ideſt infernum, vel ab or chos, quod eſt rectum, quaſi dire ctè manumiſſus.

Ordinarius eſt, qui ſuo iure, vel principis beneficio vtiliter iu riſdictionem exercere poteſt vbi libet. Item eſt is, cui vniuerſitas cauſarum commiſſa eſt, vnde ſecundum Spec. Officiales epiſcoporum ordinarij vocantur. Item ſecundum Goffr ordinarius iudex eſt, qui a collegio eligitur, & a ſuperiore confirmatur, vt electus in rectorem, qui per confirmationem ſortitur iuriſdictionē ſicut, & epiſcopus in omnibus præterea, quæ maiorem diſcuſſionem exigunt. Item ſecundum Speculum ordinarius eſt legatus in prouincia ſuper decretum. Et ſunt duplices. Quidam habent adminiſtrationem, vt epiſcopi habentes epiſcopatus, quos actu regunt, & iſti habent reſtituere in integrum. Alijs ſunt ordinarij non habentes adminiſtrationē, ſed tantum facultatem iudicandi, vt ſecundum iura ciuilia, qui honorem tantum, & dignitatem habent, ratione cuius iudicare poſſunt, ſi qui in eos conſenſerint, l. 1. ff. de iu. Secundum iura canonica ſunt epiſcopi renunciātes loco epiſcopali non dignitati, retinentes honorem ſine adminiſtratione, de renunc. niſi cū pridem de ord. ab epiſcopis, qui re, epiſc. Item epiſcopus cuius epiſcopatus omnino deſtructus eſſet, qui eſſet epiſcopus, nullus tamen epiſcopatus, ſecundū Gof fr. in ſum. de in integr. reſtit.

Ordinarij locorum ſunt non tantum epiſcopi, ſed etiam quicunque inferiores, qui habent inſtitutionem, & deſtitutio. cap. cum ab eccleſ. de offi. ord. & c. 3. §. in conferendis, eod. tit. lib. 6.

Ordinarius ſeruus qui, vide in ver. Seruus ordinarius.

Ordinaria onera ſunt illa, quæ ex conſtitutione, vel conſuetudi ne præſtantur, vt quilibet talis fundus, vel domus quodlibet anno tantum debeat præſtare domino ſuo, vel principi. Sed extraordinaria onera ſunt, quæ extra curſum, & moreni ex inopinato euentu, vel caſu, ſeu neceſſitate emergenti ir dicuntur, vt ſi dominus velit maritare filiam ſuā, vel guerræ immineant, & ideo a ſuis ſubditis exigat aliquid.

Ordo ſecundum Magiſt. Sent. & Tho. in 4. diſti. 44. eſt quoddā ſignaculum, in quo ſpiritualis po teſtas traditur ordinato ad offic. in ſum. conf. l. 3. in tit. 22.

Originarius, req. ſupra, Colonus. Nam originarius colonus,

&

& aſcriptitius idem ſunt in re eiuſdem conditionis homo, ſed ratione differunt. Nam aſcriptitius dicitur, quia ſic aſcriptus eſt terris collendis, vt non poſſit a cultura recedere ſine voluntate domini ſui. Sed colonus, quia tenetur colere terram, & originarius, quia ex origine ſua adhęret glebæ, vt ſup.

Oriundus de ciuitate, vel loco, &c. differentias, qui vel ibi, vel in vico ciuitatis illius ortum habet, ff. de mu. l. qui ex vico. Vel ſi pater eius inde ducit originē, ff. eod tit. l. aſſumptio. §. filius, & C. de mu. & orig. l. 1. & l. filios, lib. 10. Et not. in c. vſurarum, de vſu. in ver. alienigenas, lib. 6.

Ornamentorum nomine, nec veſtis, nec annulus ſignatorius continetur, l. ornamentorum, de auro, & arg. leg. & l. ſignatorius, de verb. ſign.

Orphanotrophus, eſt orphanorum, & pupillorum tutor, & adoleſcentium curator, qui eos facultatib. & parentib. quaſi deſtitutos ſuſcipit alendos.

Orphanotrophium eſt locus, in quo talib. alimenta adminiſtrantur, 23. qō. 7. tributum, §. quamuis, & l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cler.

Orthodoxus, i. catholicus, extra de Sum. Trin. c. 1. lib. 6. & dicitur ab orthos, id eſt rectum, & doxa, id eſt gloria, vt C. de Sum. Trin. & fide catho. l. 2. in fi. & ibi gl.

Ortus eſt locus ſine reditu, factus ad amœnitatem, & dicitur prędium vrbanum, ita tenet Fel. in c. Rod. in ver. ortus autem eſt, col. 16. alias 14 de reſcr.

Ortus olearius eſt ortus, in quo olus creſcit.

O ante S.

OSanna, i. ſalua obſecro Matth. 21. de conſecr. diſt. 4. c. multi. per Arch.

Oſſarium, locus in quo reponuntur oſſa dęfunctorum, l. 2. de ſepul. vio.

Oſtendere, id eſt moſtrare, vel probare, ff. de act. tribu. l. ſed & ſi ſeruus, & de accuſ. l. fin.

Oſtentū dicitur omne contra naturam cuiuſq; rei genitum, factumque. Oſtentorum duo ſunt genera, de qnibus in l. oſtentum, de verb. ſign.

Oſus, nomina terminata in oſus, ſignificant plenitudinem, not. in c. quanto, de iureiur.

O ante V.

OVes dicuntur animalia minuta. l. oues, & ibi Bart. ff. de abigeis, & appellatione ouium non veniunt agni, niſi eſſet de conſuetudine, Bart. in l. legatis, §. ouibus, ff. de leg. 3. Hinc ouilio, ouium cuſtos, l. fundi, de fun. inſt. le.

P ante A.

PActum, vel pactio dicitur a verbo paciſcor, & ſic de ſcribitur. Eſt conſenſus duorum, vel plurium idem placitum, ſ. ad dandum, vel faciendum aliquid alteri ab altero eorum. ff. de pacto. l. 1. §. 1. Et dicitur quaſi de pace factum, vel pacis actum. Et ponitur ibi, in idem placitum. Nam non fit in eodem vero, vel falſo, quia ſi duo, vel plures conſentiant in hoc vero: Titius eſt homo; vel in hoc falſo; Titius eſt aſinus, non erit pactum, quia nõ eſſet obligatorium. Talis.n.conſenſus neutrum obligat alteri. Item ſecundum quoſdam pactũ eſt contractus, quia paciſcendo, diuerſas in idem cõtrahimus voluntates. Et capitur quandoque latè pro eo, quod non tranſit in contractum nominatum, vt venditio, &c. Et ſic omne pactum poteſt dici contractus innominatus, vt tranſactio; do, ut des, &c. Quãdoq; ſtricte pro ſimplici pacto gratis facto, ut promitto tibi decem, &c. Et a tranſactione, & pollicitatione differt, quia pollicitatio eſt ſolius offerentis. Et aſſignatur differẽtia inter pactũ, & tranſactionem, quia pactũ eſt de re certa, & nõ litigioſa, & gratuita. Tranſactio uerò de re incerta, & litigioſa, & nõ gratuita. Et quid ſit pactum, habes etiam, de uer. ſign. c. pactum, ubi de pactũ eſt inter partes ex pace conueniens ſcriptura, legib. ac morib. comprobata. Nam ſæpe ad probationem pacti ſcriptura interponitur, ſecundum gl. ibidem.

Pactorum diuerſa ſunt genera. Nam pactum conuentum dr̃, ꝙ ſub certis verbis, & forma factum, & expreſsè redactum eſt. Nam clarum eſt pactum in uerbis, quia ſi uerba ſunt obligatoria, pactum eſt obligatorium, ſi ſint liberatoria, eſt liberatoriũ, ſi exceptionis inductiua, tunc eſt exceptionis inductiuum.

Pactum tacitum dicitur, quod in ueritate nõ eſt expreſſè factũ, ſed ex aliqua lege ſpeciali, ac ſi fieret: ſtatutum ex caſu haberi iubetur, u.g. Conduxi domum a Seio, & res meas intuli, in hoc caſu res meæ illatæ pro mercede domus dẽtur. Seio, iure hoc ſtatuẽte, uel iubente lege, pignori ita eſſe obligatas, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè inter nos cõcordatũ eſſet, & conuentum, dato tamen, ꝙ non conuenerimus, nec ſuper hoc quid dixerimus, Vnde ſic. Pactũ tacitum dr̃, quod non eſt factum expreſſe: ut cum conduxi domum nõ pangendo de pretio dando, iam ſecundum leges adhuc uenit pretium dandum, ac ſi paciſcendo ita fuiſſet expreſſum.

Pactum addictionis in diem tale eſt: ut uendo tibi domum, & ſi potero habere maius pretium uſque ad menſem, ego repetam ipſam domum.

Pactum legis cōmiſſoriæ eſt, vt vendo tibi domum, & ſi non ſolueris infra menſem volo, vt ſit inempta, vt C. de pact. inter emp. & vend.

Pactum perſonale eſt, quod non generaliter fit, ſed tantum pro vna perſona, vel duab. Et dicitur pro vna tantum perſona, quia ſit perſonæ ſoli, ita vt tali, & non alteri prodeſſe poſſit, vt ſi paciſcor pecuniam a te mihi debitam nō petiturum me a te, ſed a tuo hærede, tunc illud pactum tantum perſonam tuam tuetur, & non hæredem tuum.

Pactum reale, vel in rem eſt generale, & non continet ſpecialiter vnam, duas, vel plures perſonas, ſed generaliter complectitur omnes, ad quas illa res pertinet, vel pertinere poteſt; vt cum debitum meum omnino remitto tam tibi, quam hæredib. tuis, & ita vt omnes liberemini tu, & hæredes, & fideiuſſores, & nullus mihi reſeruetur regreſſus ad pecuniam, vel ad rem petēdam. Item pactorum aliud eſt nudum aliud veſtitum. Et qui plenè vel let hoc examinare, traheret magnam cauſam, & controuerſiam inter Doc. Hæc tamen cum paucis ſufficiant.

Pactum nudum dici poteſt, ꝙ omnib. iuris ſolemnitatibus deſtitutum eſt, i. tam ſolennitate verborum, quæ ſolent concipi, & attendi in ſtipulationibus, quam etiam per conceptionem literarum. ſ. quando chirographum non interuenit, nec aliud inſtrumentum ſuper hoc confectum eſt quo nudum pactum cō firmaretur. Et dicitur nudum à cauſa, quæ ſufficere poteſt ad perfectam obligationem, vt do, facias facio, vt des; & c. cuiuſmodi conuentiones dicuntur contractus innominati. Item dicitur nudum a foro negotij, vt quando negotium non incidit in certum nomen contractus, vt in nomen emptionis, venditionis, locationis, & ſimilium. Item nudū dicitur à rei interuentu; vt talis nō intercedat res, quæ poſſit ſuo interuentu perfectè reddere cauſam obligationis, ſicut in mutui datione. Item dicitur nudum a cohærentia, quoniam ſi continē ti poſt contractum adijciatur pactum ex præcedenti obligatione vires con trahit, vt videatur iu eſſe contractui, & cauſam veſtire, vt ſi pactum ſemel factum eſt, & poſt traditionem intercedit res, ſic veſtitur interuentu rei. Item pluribus alijs modis veſtitur, ſecundum diuerſas opiniones Doctorum.

Pactum viſtitum dicitur ſex modis, ſ. re, verbis, literis, conſenſu, contractus cohærentia, & rei interuentu: vt ſecundum gloſ. Inſt. qui. mo. re. con obl. in prin. Et dicit Goff. quod pactum in rē eſt, quando generaliter paciſcor ne petam; & in perſonam, ne à perſona petam. ff. eod. tit. l. idē. §. per-

§.perſonale, & nõ minus ex verbis, quam ex mente contrahentium eſt æſtimãdum, an pactum in re, vel in perſonam ſit. Plerunque enim in perſonam pactum infertur, non vt perſonale ſit pactum, ſed ut demonſtretur cum quo ſit pactum. ff.eod. tit.l. iuris gentium.§.pactorum.

Pactorum aliud, eſt utile, aliud inutile, ſ. ratione perſonarum, ut furioſorum, qui nec tacitè nec expreſsè conſentire poſſunt, quare matrimonium contrahere nõ poſſunt, nec ad religionem ſe obligare, & hoc de continuo, ſecus ſi habent lucida interualla, ut 7. quæſtio.1.quamuis. Item ratione puppillorum qui nondũ ſunt doli capaces, ubi uolunt obligari, ſecus ſi uellent alium obligare quod poſſunt. Item prodigorum. Item monachorum, & regularium, qui ſunt profeſſi, & conuerſi niſi pro contemplatione monaſterij paciſcantur. cui per tales acquiritur. Item uirorũ & vxorum qui ſibi donare non poſſunt ſed vendere. Item ratione prætis. Item legatorum dum legatione funguntur. Item ratione patrum, & filiorum, niſi in Caſtrenſi peculio, uel quaſi. Item ſi res in pactum deducta, non ſit in rerum natura, niſi mora præceſſerit. Item ſi homo res ſacras, uel religioſas deducat in pactũ. Item ceſſat pactum in collatione rerum ſpiritualium, 1.quæſt. 2.quam pro.& in reb.prohibitis etiamſi iuramentum fuerit appoſitum, ut in animę detrimentum uergentibus. Item pactum turpe, aut rei turpis, aut impoſſibilis de iure, uel de facto, nullam obligationem inducit. c. ult. eo. tit. ſecundum Goff.in ſum. Dicitur autem pactum à pactione. ff. eo. tit.l.2.pactio uerò a pace, & actu. Nam qui paciſcuntur ex diuerſis, & contrarijs morib. animorum poſt multa uariaq; certamina in unam conſonantemq; ſententiam conuenire dicuntur. ff.eo.tit.l.1.§. conuentionis. Et hoc pactum generale eſt ad omnia, quæ contrahuntur, uel aguntur inter partes cauſa contrahendæ, uel tollendæ obligationis, ſed nomen conuentionis generaliſſimum eſt. Nam & ſcholares in ſcholis, clerici in capitulo, populus in foro conuenire dicuntur, ut in §.præall.conuentionis. Vel dicitur pactum a percuſſione palmarum. Veteres enim cũ ſeſe obligabant, palmas percutiebant in ſiguum inuiolandæ fidei; unde dicitur pactum, quaſi palmæ ictus.

Pactum per donationem; Require infra. Tranſactio.

Pacem rumpere non dicitur ille, qui facit furtum ei, cum quo pax eſt. Bart.in l.uerum eſt. ff de fur.

Padus eſt flumen publicum tranſiens per Lombardiam, cuius fit mentio Inſt. de re.diui.§.i in gloſ.

Pægma,

Pægma, cuius meminit l. 1. quæſitum. §. ſpecularia, de fun. inſt. Nebriſſen. interpretatur machinam, in ſublime tendentem, in qua erant puerorum cantantium nidi.

Pagani dicuntur in iure quandoque increduli, ſeu hæretici. Item quandoque priuati homines, vt uillani, & omnes, qui neque milites, neque magiſtri ſunt a pagos Græce, quod eſt villa Latinè, vt Inſt. de mil. teſt. §. illis autem temporibus, in fi. vbi gl.

Paganicum, aduentitium eſt peculium, quod ex proſpera fortuna aduenit, veluti ex teſtam. cognatorum, vel etiam agnatorum.

Palam facere quis dicitur, qđ coram pluribus facit. l. palam, de verb. ſig. palam nuncupatus hæres intelligitur, ſi teſtes exaudiet l. hæredes, de teſta. palam quæſtum facere mulierem dicimus, quæ paſſim, & ſine delectu ſtuprari ſe ſi nit. l. palam, de ritu nupt.

Pallatini aliter dicuntur vicarij, quia quodammodo gerunt uicem principis, ſecundum Accur. in rub. C. de pala. ſacr. lar. lib. 12. Sed communiter dicũtur omnes habitantes in palatio.

Palatinus comes dicitur, qui curam gerebat præcipuam, vt miſſis notarijs ſuis negligentiam iudicium argueret, C. de de off. tecto. l. nullum. Requi. ſupra, Comes.

Palla dicitur veſtis, qua altare cooperitur, videlicet lineus pannus conſecratus, qui ſuper altare ponitur, ſuper quem extenditur corporale. Sumitur etiam quandoque pro cortina vel panno ſerico. Vnde Lætitiæ cauſa cibus eſt, non ſerica palla.

Pallium eſt inſigne ornamentum Archiepiſcopi, vel Epiſcopi quod ex priuilegio ipſi conceditur, ſumptum de corpore B. Petri in ſignum plenitudinis Pontificialis officij, vt de elect. ſignificaſti, & de auctoritate, & vſu pallij, præalleg. c. 2. Vnde ante pallij receptionem eccleſia dicitur viduata, vt d. c. quoniam. in Papa verò deſignat plenitudinem poteſtatis.

Palmarium præmium, quod victoriæ cauſa datur. l. 1. de var. & extraord. cog.

Palmati equi, in l. 1. C. de gre. dom ijdem ferem ſunt, quos vulgò baios vocamus. Poſſumus etiam intelligere equos palmatos, quibus vtebantur aurigæ in circo, a palma. Hæc Alciat. in præal. l. 1.

Pancrarium eſt colluctatio cum fruſtibus, vel locus lignis circundatus, in quo certo ordine ſtant pugnantes, vt in pugilib. videmus, gl. eſt in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione ff. ad l. Aqu. Req. ſupra, Colluctatio.

Pancrarium genus certaminis eſt, quod ab aduocatis omnib. corporis viribus, omniumq; neruo-

eruditorum contentione tranſigitur, Budæus in l. qua actione.ff. ad legem Aquil.

Pãdecta, require ſupra, in ver. Digeſtum.

Panicularia ſunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum contulit ſpolia, quibus indutus eſt, qui ad ſupplicium ducitur. l. diuus, de bo.dam.

Panthera numero plurali poſuit Vlp. pro auium captura. l. emptorem §.vlt. de act.empt.vt ibi interpretatur Bu.

Pantomimi dicebantur omniũ imitatores, effecto reſque. Græca eſt uox, qua vſus eſt Iuriſc.in l.ſi libertus autem, de op.li.

Papa idem eſt, quod admirabilis. Et dicitur a Papæ, interiectione admirantis, quia vices Dei gerit in terris. Vel dicitur Papa quaſi pater patrum, ſecundum Ioan.And.ſuper verbo, Papa, in prooemio clementina. Alij deriuant a voce Greca pappos, quod Latinis eſt pater, quæ etymologia probabilior videtur.

Parobolani ſunt medici, qui ad curandum ægra membra, vel corpora debilium deputantur, dicti parobolani a parabola, quia plura promittunt hominib. quã faciunt, & quia ſæpius parabolis vtuntur, vt C de epiſc.& cler.l. parabolani.

Parapolani, ſecundum Alc. lib. 4. diſpo.erant humiles quidam, & viles homines, famulitio vel eccleſiarum, vel hoſpitalium deputati, & quaſi aſcriptitij glebæ.

Paraſidicus eo imponitur a parà, vel parum, & fidus, ideſt, fidelis, & dicos cuſtos, quaſi parum fidelis ad cuſtodiendum, vel obſeruandum, quæ obſeruare debet, vt colligitur. C.de cur. pub.

Paragaudes, genus veſtimenti virilis, vt plurimum linei, quod ſub alia veſte gerebatur. Alc.l. n. C.de vehi.holob.

Paragraphus dicitur quaſi diuiſio à pares i. diuiſio, & graphia, id eſt ſcriptura, inde paragraphus, i.ſcripturæ diuiſio, pro ut Iſid.notat in prin. Decretorũ. Vide de paragrapho Alc. lib. diſpu.3.cap.16. Delirat enim hic auctor.

Parangaria, hanc vocem tranſpoſuit auctor explicandam in uer.perangaria quem uide.

Paranymphus, uel paranympha dicitur parans, uel procurans ſponſalia. Require infra, Proxeneta.

Paraphernalia Bona, uel res paraphernæ dicuntur res, quas mulieres iuxta dotem inferũt in domũ uiri a para, i.iuxta, & pherna, quod eſt dos, uel donatio Inde paraphernale dicitur, quicquid mulier habet ultra dotem undecunque.

Paratitla Gręca dictio eſt, qua utitur Iuſtinianus in l. 1. §. penult. C.de uet. iure enucl. apud quem tñ piratitla mendoſè legitur.

tur. Paratitia autem in eo loco Iuſtiniani apud nos ſummæ rerum dici poterunt, quales ſcripſerunt Azo & alij, qui titulos, & admonitoria quædam, ſiue præludia collegerunt, quod ab Imperatore ibi permiſſum eſt.

Parauerhedę indeclinabile, dicitur a para, i. iuxta, & veredæ, equo ducēte rhedam, a veho, his, here, & rheda, ſecundum Hugo. & ſic bubulci, & aurigæ parauerhedæ dicuntur ſm̄ Accurſ. i. de curſu pu. l. 2. lib 14. Tu dic ſecundum Bud. in pan. quod parauerhedi dicebantur, qui verhedo vno ſuper numerum diplomatę comprehenſum vtebantur.

Parentes vulgò dicuntur omnes, qui nobis cognatione ſunt iuncta, per cuiuſcunque etiam lineam ſexus hoc fiat, ſecundum etiam interpretationem iuris dicuntur omnes aſcendentes per paternam, ſiue maternam cognationem, ſed proprie dicuntur parētes vſq; ad tritauū, & vltra dn̄r maiores. l. 4. de in ius voc. vbi gl.

Pares curiæ dicuntur vaſalli, q̄ hn̄t conſimili a feuda a domino illius feudi, de quo agitur prout no. in c. ceterum, de iud.

Paria feciſſę dicitur, qui pecuniam, quam acceperat, numerauit, & quod debebat reddidit.

Pariter, ideſt ſimul extra de temp. or. l. c. 1. lib. 6. & de hoc aduerſino vide etiam Bartolum in l. ſi nodus. §. ſi duo. ff. de pign.

Paripus dicitur a parum, & pus puris, quod eſt cuſtodia, quaſi parum cuſtodiens mandata, vt l. paripum. C. eo. tit & lib. præalleg.

Neſcio, an parephippum exprimere voluerit, de qua dictionę vide Alc. in lib. 12. C. de curpu. l. parephippium. Nam paripus vox eſt mihi incognita.

Parochia eſt locus, in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus, ſecundum Goffr. in ſum. eod. tit. Et parochiarum diuiſio incępit a Dionifio, 13. q. 1. c. 1. Conſiſtit autem ius parochiale in hoc ſm̄ Goff. in ſum. eod. tit. quod omnes parochiani in diebus Dominicis, & feſtiuis miſsā audiant in eccleſijs, in quarum parocchijs habitant, vt in c. eod. tit. de conſecr. diſt 1. ſi quis etiam conſiſtit in decimis perſonalib. quæ eccleſiæ parochiali debentur, 16. q. 1. ſi quis laicus, & oblationib. quæ dandæ ſunt ſacerdoti parochiali, qui pro populo orare debet. 10. q. 1. quia ſacerdos.

Parricida proprie eſt, qui patrem occidit, & extenditur ad aſcendentes, & deſcendentes, & multas alias perſonas cōiunctas, l. 1. 2. & 3. ff. de parricid. & eo. tit. C. per tot. tit.

Pars, & totum differunt. ff. dę eui. l. 1 & vide quod no Arch. diſt. 75. quod a patrib. Item adde quid veniat appellationę partis Bar in l. ſi plures, ff. de dam. infect.

Pars ēt interdum ſumitur prò ſpe-

ſpecie.l.rectè,de verb. ſign.

Partharij,in l.negotiantes. C. de excu.artifi.accipiēdi ſunt particharum polliũ negotiatore, vt atteſtatur,vbi Alc.

Particiarij coloni, qui vide Coloni partiari.

Participatio cum excommunicato duplex eſt,quædam inducit maiorem excommunicationem, ſ.quæ fit in crimine,de ſent. exc. c.ſi concubinæ, & c.nuper. Alia inducit minorem,ſ. quæ fit in locutione,oſculo,ſalutatione, menſa,toro,& ſimilib.ipſo iure 11.q. 3.c.cum excōmunicato, &c qui excommunicauerint, & a quib. repellantur hæ excommunicationes,habes 3.q.4.engeltrudam,& de excep.c.a nobis,& de cler.exc. mi.c.ſi celebrat.Sunt autem quædam perſonæ exceptæ, quæ ſine hac pœna excommunicato participant,ſ.uxor,filius, ſeruus,colonus,&c 11.q.3.q.3.quoniam multos, de ſent. excom. quod in dubijs,& c.inter alia ſecundũ Spec. & Garſiam, mittēs nuntium uel literas excommunicato incurrit minorem, quia loqui uidetur, ff. de conſt.pec & licet, & eſt gl.in c ſtatuimus,& c.conſtitutionem de ſent excom.lib 6.

Participium ſignificat, prout tps eius,ut aliud medium ſignificare declarat,de quo Bart. in l 1. de cond & demon & in l.is, qui. quod ait, ff. quod ui aut clam.

Partus antequam edatur, eſt pars uiſcerum matris, l. prima, §.ex hoc reſcripto. ff. de ventre inſpi & continetur appellatione reditus,non autem fructus,l. deducta.§.hæreditatē, ff.ad Trebel & l Paulus, ff.ad l.Falcid.

Paſcua loca ſunt,vbi beſtię paſcuntur.l. diuortio. ff ſol.mat & C.de paſc. pu quaſi per totũ tit. lib.11.

Paſcua ſylua,vide in verſ.Sylua paſſim indifferenter,de appel. cum ſit Romana, & ca.paſtoralis,de off. deleg.in gloſ. 3.in c.in pertractandi, de iur.calum.

Paſſiuum verbum aliquando reſoluitur in infinitiuum ſui paſſiui,& aliud verbum, vt reponatur.i.reponi ſinatur, ff.de acqu plu.arc.l.in ſum.§.itē Varus. Itē paſſiuum verbum cum ablatiuo quandoq; importat actiuā ſignificationem,vt petitur.i.aliquis a me petit. ff.de da.inf l.a quo fundus. Paſſum vinum,quod ex uuis paſſis conficitur. Nebriſ.

Paſtinare propriè,eſt paſtino quod ferramentum eſt bi furcũ fodere.Alc.in l.impenſæ de verbor.ſignif.

Pater eſt ille, quæ nuptiæ deſignant.i.præſumunt eſſe, vt dicit Azo in ſum.C.de in ius voc.

Patris nomine auus quoq; cōtinetur.l iuſta, de verb ſignif.

Paterfamilias dicitur is, qui eſt ſui iuris,& poteſtatis propriæ cuiuſcunque ſit ætatis, ſed filiuſfam econuerſo.Reg.loco ſuo.

Patres etiam dicti ſunt, quos plebs ſibi creauit,vt in § plebis

excederent.

Patres conſcripti dicebantur, quorum nomina in tabulis aurei ſcribebantur.

Patres conſcripti dicti ſunt ſenatores, poſteaquam primis illis a Romulo creatis, quorum centum fuerant, complures alij eo in ordine aſcripti ſunt.

Patria poteſtas ſecundũ Azo. in ſum. C. eo. tit. eſt ius quoddã, quod habent hi, qui ſunt de imperio R. in liberos naturales, & legitimos, quod ius alij non habent, vt Inſt. de par. pot. per totũ.

Patricida eſt, qui patrem occidit aliâs in iure ciuili ponitur patricidia, C. de his, qui pa. vel lib. occul. l. vnica.

Patricidium, aliâs patricidiũ, eſt homicidium nefandum, quod committitur in parentes, in liberos, in proximos, collaterales, & affines. Require, ſupra, ad legem Pompeiam.

Patricij dicũtur ideo, quia prę teriæ poteſtati præſunt ſecundũ Iſid. lib. 9. c. 3. Etiam patritius eſt is, quem Imperator ſibi elegit in patrem, vt Inſt quib. mo. ius pa. po. ſol. §. filiusfam. & C. de conſor. eiuſdem lit. l. fi. Item in alia ſignificatione dicti ſunt patricij quidam nobiles de ciuitate, & olim dicebantur patres principũ, ſ. ad conſilia præſtanda. Dicit Iſid. li. 9 Etym. c. patricij inde vocati pro eo, ꝙ ſicut patres filijs, ita prouidea it Reipublicæ, vñ dignitas patritiatus dicta eſt. Erat. n. patritius quaſi principis pater

Patricij propriè dicti ſunt nobiles Romani, qui a primis Senatoribus quos, ſ. Romulus inſtituerat, originem habuerunt.

Patrinus, vel patrina dicitur filius, vel filia ſpiritualis compatrum, vel cõmatrum matris, vel patris, quem vel quam quis de fonte baptiſmali leuauit, vel ad ſacramẽtũ cõfirmationis tenuit.

Patronus, ſecundum Canones dicitur ille, qui habet ius pñtandi aliquem ad beneficium eccleſiaſticum, ſed ſecũdum leges eſt, qui manumiſit ſeruũ ſuum ſponte, ꝗ ſeruus dicitur libertus eius, a quo ſic manumiſſus eſt. Etiam patronus quandoque dicitur aduocatus, vel econuerſo aduocatus patronus cauſarum, quia patrocinium præſtat, vel patrocinatur, & in primo ſignificatu tria faciunt patronum. Vnde patronum faciunt dos, ædificatio, fundat: Require ſup. Ius Patronatus.

Patrueles dicti ſunt, quorum patres inter ſe germani, vel fratres fuerunt.

Patrueles ſorores ſunt duorũ fratrum filiæ.

Patruus dicitur frater patris, quaſi pater alius.

Patruus magnus eſt frater aui

Pauci quot dicantur vide gl. in c. latores, de cler. excom.

Paulatim habere in auth. de reſti. & ea quæ pa. in prin. & Inſti. de re. diui. §. præterea.

Publi-

Publiciana actio. Requi. Acti. Fauiana.

Pauper dr, qui non habet quinquaginta aureos in bonis. Bar. in l. qui accuſare. ff. de accu.

Pauperies eſt damnum, ſine iniuria facientis ipſum damnum, vt ab animali, quod ſenſu caret, factum, vt ſi equus tuus ſegetem meam pauit, vel aliter damnum mihi dedit. Non. n poteſt dici iniuriam feciſſe, cum ſenſu careat, Inſt. ſi qua. pau. fe. dic. §. pauperies. Differunt autem damnum, maleficium, & pauperies. Nam damnum fit cum animo iniuriãdi, vel ab habẽte animum iniuriandi, licet non vtetur. Alia patent in locis ſuis. De pauperiei actiõe require ſupra, Actio de pauperie.

Pax ſecundum Gof. eſt diſcordiæ finis, vt c. 1. de treuga, & pace, in glo. 1. Item pax eſt vinculũ charitatis, vt in c. nouit. § ſed for ſan. de iud. Et ſunt ſex cauſæ, propter quas non eſt pax inter homines, de quib. per gl. no. de re iud. lib. 6. ad apoſtolicæ.

P ante E.

Pecoris nomine continentur boues.

Pecoris appellatione non ſolũ boues, ſed & aliæ quadrupedes, gregatim paſcentes, continentur l. legatur, de leg. 3.

Pecoris ad quam appulſus eſt ius adducendi, vel appellendi pecus ad quam fontis alieni, iure ſeruitutis.

Pecudis nomen generale eſt, ad animalia, quę gregatim paſcũtur pertinens ſicut & nomen pecoris. l. ſeruis, vbi gl. de leg. 3. & l. 2. ad l. Aquil.

Peculatus, vide ſupra in verſ. Lex Iulia peculatus, & in verſ. Crimen peculatus.

Peculium eſt puſilla ſubſtantia, vel pecunia ſeperata a reb. & ratiocinijs patris, vel domini, data vel permiſſa filio, vel ſeruo. ff. de pec. l. depoſiti. § peculium. Et eſt multiplex, ſ. caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, profectitium, aduentitium, pagañicum, non paganicum. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet. l. cum multa & l. cum non. Item peculium dicitur res paraphernalis. ff. de iu. dot. l. ſi ego. §. dotis. Item peculium ponitur pro hæreditate, vel patrimonio. ff. ad Treb. l. cogi.

Peculium capitur etiam pro pecunia, quam quis repoſitam ad caſus repentinos habet. l. ſi chorus, de leg. 3.

Peculium caſtrenſe eſt, quod miles acquirit, dum militat in caſtris, & illud eſt filij pleno iure, tam quoad proprietatem, quam quoad vſumfructum.

Peculium palatinorũ dicitur etiam caſtrenſe. ſ. limitum palatij, qui principem ſequuntur, ſiũ Acc. C. eo. tit. lib. 12. in rub.

Peculium, quaſi caſtrenſe, dicitur illud, quod aduocatus, acqui-

rit præſtando clientulis ſuis patrocinıũ in cauſis, vel quod magiſter Grammaticus, Logicus, vel Rhetoricus in ſcholis ſuis lucratur exercitio. in l.fin.C.de in offic.teſtam.

Peculium aduentitium eſt, ꝙ filio aduenit ab auo paterno, vel materno, vel ab altero, vt ex proſpera fortuna, & ex teſtamento agnatorum, vel cognatorum, & quod filio aduenit ipſius eſt quo ad proprietatē, patris verò quo ad vſumfructum. Et dicitur alio nomine paganicum aduentitiũ. Item aduentitium, ſi ab Imperatore vel auguſto datum fuerit, comparatur caſtrenſi peculio, in l.cum multa, C. de bon. quæ liber.

Peculium profectitiũ dicitur illud, ꝙ de rebus paternis, vel dominicis proficiſcitur, & filio vel ſeruo datur, vt in eo negotietur, & illud eſt patris quo ad proprietatem, ſed filij vel ſerui quo ad vſumfructum. Et etiam alias dicitur paganicum profectitiũ.

Peculium clericorum eſt patrimonium clericorum. Nam peculium patrimonium appellatur ff. ad Treb.l.cog. Vnde illud, qđ a clerico, velut proprium, poſſidetur, peculium dicitur. Secundò modo tamen & vſualiter peculium dici ſolet filiorum, & ſeruorum patrimonium, quod eis a domino vel pr̄e datur, vt ff.eo.tit. per totum.

Peculium clericorum profectitium eſt, quod de bonis eccleſiæ procedit, vel quod eccleſiæ complatione acquiritur.

¶ Peculium aduentitium eorundem eſt, quod acquiritur ex opera eorum, vel alias prouenit ex intuitu perſonæ. Et hoc no.Gof. in ſum.eo.tit.

Peculiaris mercis appellatio pertinet ad omnes negotiationes, quæ in reb. mobilibus peculiarib. etiam hominib. exercentur.l.1.de trib. actio.vbi gl.

Peculiariter.i.ſpecialiter.C.de comi.rei mitr. l. 2.lib. 10.& ff.de trib.act.l.2.

Pecunia appellatur totum, ꝙ homines habent, & dicitur a pecoribus, quia quicquid antiqui habebant, totum in pecorib.cōſiſtebat, vt 1.q.3.totum, & ſic ſumitur communiter. Quandoque tamen capitur propriè, & ſtrictè ſolum pro numerata pecunia, vt 14.q.3. putant quidam, & ibi gl. Alias appellatione pecuniæ omnes res continentur, C de conſt. pecu.l.2. Etiam Proculus ait, pecuniæ appellatione rem ſignificari, ff.de verb.ſignif.l.pecuniæ, v.g. Hæres factus hæreditate adita vendit eam, & emptori ſtipulationem promittit, quanta pecunia ex hæreditate ad ipſum peruenit, & appellatione pecuniæ omnes res ſignificantur, quia ſenſus eſt omnes res, quæ ex hæreditate ad me peruenerint, & capitur ſignificatum a diſpoſitione præcedenti, ſ. a vendōne hæreditatis,

ſatis,quæ omnes res ſignificat .l. Item ibi latè ſignificat dicendo; hęres mi,volo te reſtituere Titio pecuniam meam.i. hæreditatem meam.Vnde perinde eſt,ac ſi dicat hæreditatem; bona vel res meas, vt l.nam quod. §. fina.ad Treb. Sed ibi ſignificat ſtrictiſſimè, dum fili ofamilias prohibetur mutuari pecuniã,quia ſignificat pecuniam numeratam, l.1. ff.ad ſenatuſc. Mace. iuncta.l.ſed & § mutui, eo.tit. Ratio vtriuſque, quia in priori caſus ſubiectus fuit ex fauore,ergo ampliãdus,ſed hic caſus ſubiectus eſt ex odio,ergo reſtringendus,vt in regula odia,de reg.iur.lib.6.

Pedagia dicuntur,quæ dantur a tranſeuntibus in locum conſtitutum a principe. Sed guidagia req.ſupra.

Pædagogus eſt ille,qui ab initio inſtruit pueros, & dicitur a pæs,eædos.i.puer, & a gõgos ductor,quaſi ductor,ſiue gubernator puerorum Inſtitut. quib. ex cau. ma.non licet. §. ea. l. Aelia ſentia.vbi gl.

Pedamenta dicuntur ſuſtenta menta pedum vinearum, & dicuntur gallicè paxilli.

Pedanei iudices,req.ſupra, Iudices pedanei.

Pedetentim,vide in gl.1.in cle.

Pediculi dicuntur quædm argentea ſuſtentacula, quib vaſa vel res quælibet, velut pedibus ſuſtentatur, ita ponitur in l.pedibus argēteis,ff.de auro & arg.le.

Pedicones gladio puniuntur teſte Iuſtin. Inſt.de publ.iud.§. item lex Iulia, quamuis quidam apud Imp. in eod.loco in alio capite legis Iuliæ hanc pœnam cõſtituant,& propterea textum nitidum deprauantes,non peccatorib. ſed dedicatoribus legendum contendunt, tamen quia hæc eorum lectio minueret pœnam,nõ puto ab antiqua lectione recedendum, cum alioquin tales vita priuari debeant, vt ſancitum eſt in authen.vt non luxu.contra nat.circa fi.& l.cum vir, C.ad l. Iul. de adulter. ſecundum intel. Bald.

Pegma uide in uer. Pęgma.

Peius no. Pau.in Commento, in literis,de reſt. ſpol.

Pellex eſt,quæ miſcetur habēti uxorem, alij dicunt, quod ſit uxoris loco ſine nuptijs in domo, ut coucubina, uel amica. l. Maſurius,ff.de uerb.ſig uel eſt illa,quam quis habet ad tempus ſaturandæ libidinis cauſa, text.& gl.in c.laici.iuncta gl.33. diſt.

Pęna eſt delictorũ debita coerctio, uel ſatisfactio, quæ a lege, uel a miniſtris legis imponitur, no.per Az. in ſum. de pœ. & l.ſi pœna,ff.de pęn Et ſunt octo pęnæ iuris ciuilis,damnum,uincula,uerbera,talio. ignominia,exilium ſeruitus,& mors. Pœnæ autem iuris canonici ſunt,ſuſpẽſio., excõicatio,depoſitio, intruſio, carceratio,& uerberatio, ſecũ [illegible] Arch.qui hoc po.in c.1.24.q.3.

Pœna,& ſupplicium differũt, vt no.Arch 11.q.3.nemo,per totum.

Pœna quoque differt a mulcta,& vt dictum eſt ſupra in ver. Mulcta.

Pœnam committi eſt pœnam deberi.

Pœnitentia ſecundum Ambr. eſt præterita peccata plangere, & plangenda iterum non committere,vel ſic ſecũdum Aug. eſt quædam dolens vindicta, puniẽs in ſe, quod commiſiſſe dolet, de quo plura,vide in tract. de pœn. diſt.3.& 4.

Pendere.i. ſoluere l.1. ſi ager vectig.vel empy.pet.

Penè.i.quaſi,& no.3.q.7.cap. qui ſine.

Penes, no. plenè Io. Cald.in com.decr. poſtulaſti. de conceſ. præb. Et eſt dña inter penes, & apud. Vide p Io. Linc. in l ſi quis in tantam. C.vnde vi.vbi dicit, ꝙ illud eſt penes aliquẽ, cuius poſſeſſionẽ habet,ſed illud eſt, apud aliquem cuius ſolam detentionẽ habet, vt depoſitarius, & commodatarius, & dicit, quod in d.l. apud,ſumatur improprie, vt d.l. pene,ff.de verb.ſign.

Penículus eſt inſtrumentum, quo vtitur pictor ad pingendum. l.pictoris,de fun.inſtr.leg.

Penitus,no.Ioan.Andr.in c.1. de ſuppl negl.præl.

Penſio idem eſt, quod cenſus, vel tributum. In quo differant penſio, & cenſus, vide gloſ. in clem.1.de ſuppl.neg prel.in ver. penſiones.

Penſitationes publicæ ſecundũ Azo.in ſum.C.ſi propter pub. pen.vend. dicuntur annuæ exactiones tributorum, vel veſtium auri vel argenti,quæ a certis perſonis præſtabantur fiſco. Sed,& penſitationes publicæ dicuntur, quæ ad viarum,vel pontium refectionem præſtandæ ſunt a poſſidentib. vt fiat omnium datorum quædam collatio, & ſic penſitatio eſt quaſi penſionis ſolutio.

Pentaprotia, Latinè quinque primatus nummus erat in municipijs, vnde Pentaproti dicti, qui eo munere fungebantur,qui Latinè quinq; primi appellari poſſunt,l. 2. C. de priuil. eó. qui. in ſac. pal.mil.lib 12.

Pentateuchum eſt volumen continens quinque libros Moyſi, a pente,i. quinque, & teuchum mandatum, quaſi, &c. vt in c. 1. de decimis.

Penula eſt quædam veſtis,qua non vtebantur,niſi ciues Romani,quæ fuit data patri Sauli,quia ſocietatem contraxerat cum Romanis,c.ſi in adiutorium,diſt.10. vbi gloſ.

Penus, quæ dicatur, diffuſius traditur in tit.de pen. leg.quam, vt hic paucis declarandum ſit, vide ibi Iuriſc.Inde penarium,pro loco, in quo penus conſeruatur.

Per,no. Arch.13.quæſt. 2.cap. ebron, & Pau. de Leaz. plenè in cle.1.de ſum.Trin & fide cath &

Io. And. in cle. dudum, in fi. ff. de de ver. ſign. l. vrbana. §. pernoctare, vbi dictio per, denotat perfectionem.

Peraganda eſt veſtis de auro vulgari, quod in agandis veſtimentorum, vel chlamidum poni ſolet, vel veſtis, quæ habet aurum tantum in ſuperficie, require ſupra Oloberus, & C. de ve. ol & de au. lib. 11.

Pegendium eſt paragaudia, quam vocem expoſuimus ſup. in verſ. Paragaudes.

Peragit, qui obtinet, vnde peregiſſe reum is dicitur, qui damnauit, vt tradit Alc. in l. tranſacta, de ver. ſign. habetur in l. 2. de adul.

Perangaria eſt ſeruitus perſonarum, & rerum, et dicitur quaſi perfecta, & magna angaria. Eſt autem angaria ſeruitus perſonarum, & non rerum. Item perangariæ dicũtur exactiones, & præſtationes patrimoniorum, ſ. onera, quædam, quæ prædio incumbunt, vel imponuntur, & erant fortè exactiones equorum, vel vecturarum ad portandam annonam militibus., vt colligitur, C. de curſu pu. & ang. & perangarijs, in rub. lib. 12.

Rectius legendum parangaria, non perangaria.

Perditum dicitur aliquid, ſi facta diligenti inquiſitione non reperitur. Bar. in l. ſi quis ex argentarij, §. an. ff de eden.

Perduelles olim appellabantur ij, quos nos hoſtes appellamus, l. quos, de ver. ſign.

Perduellio, req. ſup. Crimen læſæ maieſtatis.

Peregrinantes largè dicuntur illi, qui a loco ſui domicilij proficiſcuntur, C. de inco l. ciues, lib. 10. Propriè autem dicuntur romipetę apoſtolorum, & aliorũ ſanctorũ limina, & oratoria viſitãtes, 24. q. 3. ſi quis romipetas, & c. paternarum, & c. illi qui Etiam dicuntur illi, qui accedunt ad pręſentiã Domini Papę, eod. tit. c. vnico, & 2. q. 6. arguta.

Peregrini dicũtur oẽs, qui nõ ſunt de epatu ordĩnatis, ſiue ſint clerici, ſiue laici ſecundum Goff. in ſum. de cle. pereg. quia tales recipi non debent ab epo alieno ad ordines, vel dignitates, aut eccleſiaſtica ſacramẽta, vt 78. diſt. per totum, & in tit. de cle. pereg. Vnde clericus peregrinus eſt, qui in alia prouincia ordinatur.

Peregrini quandoq; dicuntur deportati, l. ſed & ff. §. ſolemus, de hæred. inſtit.

Peremptio. i. in totũ extenuatio. l. qui hoiem, ff. de adi. leg.

Peremptorium dicitur a perimendo, eo quod oĩnò perimat, vt terminus peremptorius, vltra quam non dantur vlteriores dilatiões. Similiter exceptio peremptoria dr̃, quæ perimit actionem Etiam dr̃ citatio peremptoria, quia oẽs aliæ citationes cẽſ fieri, anteqũam aliquis tanquam cõtumax puniatur iudex autem

perem-

peremptoriam citationem, vel peremptorium dictum extante cauſa ſtatim mittere poteſt, & idem operabitur, quod aliæ tres citationes poſſunt operari.

Peræquator eſt, qui hoīes et territoria peræquat .i. valde æquat, vel qui prædium deſertum æqua penſione, vt prius aſſignat nouo poſſeſſori, vt C. de cenſi & cenſito, & per æquato. in rubr. lib. 11. Sed ſecundum peritiores peræquatores dicuntur exactores capitationis; eo quòd æqualiter ab omnibus exigant.

Perfectum dicitur, quod omnibus ſuis partib. conſtat, l. 1. in prin. & ibi gl. ff. de orig. iu. vel dicitur perfectum, in quo adſunt, quæ ad eſſe debent, l. j. & ibi no. C. de arbit. Aliquādo dicitur perfectum ex ſola initiatione, vt l. ædificia. §. per feciſſe, de verb. & re. ſig. ff.

Perfectiſſimi ſecundum Alci. lib. 3. Diſp. dicti ſunt, quam cum nec ex ſenatorio, nec ex equeſtri ordine eſſent, ad dignitates aſſumebantur. De perfectiſſima tu. extat tit. pecu. lib. 12. Codi.

Perfunctorie, i. obſcure vel deceptoriè, no. ff. quod vi, aut clam l. aut, qui aliter, vel i. negligenter 40. diſt. ante omnia.

Perfuſoriè .i. ambigue, ff. de euic. l. qui libertatis, §. ſed, & ſi quis.

Pergula eſt tugurium, vel obumbratio frondoſa, ponitur in gloſſ. contrahentes, cap. primo, de foro compet. libro 6.

Peripſima eſt neutri generis, ſcobem, quiſquilia, ac omniū rerum purgationem ſignificans.

Periſſichoregia, nomen magiſtratus fortaſſe, curator annonæ ſecundum Alc. l. vrbana familia, de verb. ſign.

Periurium propriè dicitur qn̄ aliquis iurat, cōtra canonica ſtatuta vel temerariè. Et dicitē multipliciter. Primò falſa iuratio. Secundò dicitur tranſgreſſio liciti iuramenti. Tertiò dicitur indiſcretum iuramentum, & eſt veniale 25. diſt. §. criminis, in fin. Quartò dicitur mendacium iuramento firmatum, & ſemper hoc eſt mortale, 22. q. 2. quod aūt ait.

Permitti dicitur aliquid trib. modis. Primò, quod nullo iure prohibetur. Secundò, quod contra humanas cōſtitutiones indulgetur. Tertiò illicitum, vt magis illicitum vitetur, vt eſt gl. cum exemplis, in c. omnis, diſt. 3.

Permutatio ſecūdum Goff. eſt vnius rei pro alia vicaria præſtatio, vel vicaria præſtatione mutatio. Et contrahitur, ſicut pleriſq; placet, quādo inter aliquos conuenitur, vt certa ſpecies pro certa detur, C. eod. tit. quoniam Si. n. conueniretur, vt certa ſpecies daretur pro incerta, vel ecōuerſo, non eſſet permutatio, ſed contractus innominatus, ſ. do, vt des, &c.

Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe

be moratur l.vrbanâ, de ver.ſig.

Perpenſus, i. perfectè penſatus,& deliberatus,de pact.c.vlt. circa med.lib.6. & ſic dicitur in proœmio clem.iuris ſanctio perpenſa,digeſta conſilio.

Perperâ, i.malitiosè, iniuſtè, iniq, in l.cum quærebatur, ff.de re iud.& l.qui interrogatur,ff de interriact.aliquando,i.per errorem,l.ſi ancillam,§.ſi ff.pro ſuo. Et quando dicatur perperam indicatum, vide l.ſi ſeruus quem, ff.de lib. cau. Aliquando perperam quod calumniosè, & ſine cauſa fit.l. ab executione, circa fi.C.quo appel.non reci.

Perpetuû dicitur illud, quod non habet certum finem.Nic.de Neap.in lecturis Bar.in l.iuriſperitos,ff.de excu.tut.

Perpetuum quandoque idem eſt,quod generale,de ele.c.meſſana,& c.vt circa, eo.tit. lib.6.vt dicendo edicto perpetuo (id eſt generali)prohibemus.

Perpetuarius dicitur, qui in perpetuum aliquid conduxit, l. vlt.C.de loc.præ.ciui.

Perplexitas eſt conſtringens, & ineuitabilis neceſſitas peccandi, quæ peruenit ex erronea voluntate,vt c.1.in ſumma diſt.13. vbi gl.bona,alias perplexum dicitur,quod eſt valde dubium.

Perſecutio eſt imploratio officij iudicis, quod vulgò nobile appellant,ſecundum Alc. in l.actionis verbo,de ver.ſign.

Perſequi proprie dicimur, ꝙ nondum conſecuti ſumus. Vnde licet,quis ſatis acceperit, tamen adhuc dicitur perſequi, quia verè ei ſatisfactum non eſt, l.quib. vbi Alc.de verborum ſign.

Perſonę quędam dicûtur priuatę impropriè,vt illę, quę ſunt exemptę a iure communi,vt diſ. 3. priuilegia, vbi dicitur, quod priuilegia ſunt leges priuatorû. Quædam vero dicuntur propriè priuatæ,vt illæ,quæ non habent dignitatem, 24.q.1. qui contra. Vnde clerici non dicuntur priuatæ perſonæ, cum habeant dignitatem, i.ordinem eccleſiaſticum,vt in c.pręall. & diſt.4. deniq, ſecundum Ioan. Item ſecû dum Alanum quædam ſunt perſonæ publicę,quæ ſunt in officio publico,vt tabellio,iudex,balius Aliæ priuatæ, quæ non ſunt in officio publico.

Perſonalitas ſignatur per has dictiones, tu mihi, ego tibi,cum alio ſignificatu,quod probabiliter concluditur,et ſi nullo modo concludatur, tunc eſt imperſonalitas.

Perſuadere eſt pluſquam cô pelli,& cogi ſibi parere,vt l.1.§. perſuadere,ff de ſer.corrup.

Perſuaſor a mâdatore, in quo differat,Bart.in l.non ſolum, §.ſi mandato meo.ff.de iniurijs.

Pertinacia in malo,perſeuerâtia in virtute dicitur.Nam pertinax dicitur valde tenens, vel imprudenter durus, irreuocabilis, indocilis, & obſtinatus, ſecundum

dum Ioan. Andr. in clem. 1. de ſum Trin.

Pertinere ad nos, dicũtur quę ſpectant ad nos aliquo titulo, & quæ noſtra non ſunt, ſed eſſe poſ ſunt, l. verbum illud pertinere, ff. de ver. ſign.

Petitionis verbo in rem actio nes ſignificantur, l. pecunię ver- bum, de ver. ſign.

Petitio hæreditatis omnib. il- lis competit, qui iure veteri, vel nouo hæredes ſunt, vel fiunt, cõ- tra poſſeſſores, vel qui pro hęre- de poſſident, nec poſſunt dicere quare poſſideant veteri iure, ve- luti 12. tabularum, vel ex teſta- mento nouo iure, velut ex Sena- tuſconſulto. Qui verò cum titu- lo poſſident hæreditatem, non te nentur petitione hæreditatis, ni- ſi in trib. caſib. vt ſi venditor nõ apparet, vel modico diſtraxit, vel de pretio non eſt actus locu- pletior, quib caſib. vtilis petitio hæreditatis liberis competit cõ- tra teſtamentum parentum, & parentib. contra teſtamentum li berorum, & fratri contra teſta- mentum fratris, qui turpem per ſonam inſtituit hæredem. Hæc autem de in officioſo vtilis eſt, quia competit à tempore aditæ hæreditatis vſq; ad quinquen- niũm exhæredato non domino, contra ſcriptum hæredem aditio ne iam factum dominium.

Petitio hæreditatis fideicom- miſſaria competit ei, cui fidei- commiſſaria hæreditas reſtitua- tur ex Senatuſcon. Treb.

Petitio hæreditatis poſſeſſo- ria, quæ dicitur bonorum poſſeſ ſio, infra annum vtilem datur e- mancipatis, vel ſuis hæredibus, infra centum dies cæteris, Inſtit. de bon poſſ. §. liberis.

P ante H.

PHilantrophum idẽ eſt quod ſolarium.

Philacteria dicuntur chartæ, in quib. continentur, incantatio- nes 26. q. 5. in princ.

Philyra, arbotilia eſt cuius cor tice interiore priſci homines ad ſcribendum vtebantur, l. libro- rum, de leg. 3.

Phitones ſunt incantatores, vel diuinatores, dicti a Phitone, qui fuit auctor diuinandi.

Phyſis Græcè idem eſt, quod natura Latinè.

P ante I.

PIger, & tardus differunt.

Piger. n. eſt incipiendo, tar dus verò perficiendo, l. ſi quid venditor, circa principum, ff. de ædil. edic.

Pignus eſt res mobilis, vel ſe mouens, apud creditorem a debi tore tradita, & collata ad præ- ſtandam ſecuritatem de ſoluen- do debito, vel adimplendo pro- miſſo, vel ſic; Pignus eſt res ob- ligata pro debitore ad ſecurita- tem creditoris, & dicitur a no-

mine

mine pignus, quia pugno, vel manu traditur, & conſiſtit in re mobili propriè ſicut hypotheca propriè eſt obligatio rei immobilis.

Pignus committi, eſt in eum ſtatum peruenire, vt debitor dominium pignoris amittat, v.g. Tradidi, vel mutuaui tibi pecuniam ſub pignoris conditione, vt, niſi ſtatuto die pignus luas, vel redimas, debitum ſoluendo, ipſum committatur, id eſt, amittatur.

Pignus luere. i. redimere.

Pignus eſt duplex, prętorium & iudiciale. Prætorium eſt, quãdo mittitur actor in poſſeſſionẽ propter contumaciam rei in nõ comparendo ante lit. conteſt. vel poſt. Sed pignus iudiciale conſtituitur, quando poſt ſententiam mittitur actor in poſſeſſionem ob victi contumaciam in nõ ſoluendo. Tunc enim victor ſtatim acquirit naturalem, & ciuilem poſſeſſionem. De hoc not. per Doct. in c. contingit. de dolo, & contumacia

Pignus prętorium dicitur illud, quod alicui a iudice datur pro maiori ſecuritate rei petitæ & adiudicatæ Vide l. ſi decreto. C. qui po in pig. hab & l. 1. C. de pręt pign.

Pignorare, eſt rem aliquam pro debito obligare creditori, vt ſecurior ſit de ſolutione debiti, vel eſt facere contractum ſic dictum.

Pignoratitia actio Requ. ſup. Actio pignoratitia.

Pileus dicitur a pilis, quia pilos capitis tegit, & ſtringit, ſecundum Io. And. in cle. 2. de vita & hon. cler. Poteſt etiam dici a pilis, quia de pilis factus eſt.

Piſcina locus dicitur pro nutriendis, & conſeruandis piſcib: deputatus, vt quando placuerit domino, de ipſis capiat.

Piſtores olim dicebantur facientes panem palatij, qui ſubcerant comiti horreorum, vt C. de piſt. lib. 11. ſecundum Acc.

P ante L.

Placere id eſt, arbitrari ſecundum voluntatem ratione regulatam, & eſt actum ponere in placentia, & in arbitrio, vt in l. Thais ancilla §. ſorore, ff. de fideicom liber. vbi relicta libertate ſi hæredi placeret, inſpicitur, quid bono viro placeret, & per hoc deciditur quęſtio S. d ex vſu communi intelligendi ſignificat meram voluntatem, & forte idẽ de iure ſcripto per l. ex placito. C. de re. permut. Ratio, quia certum eſt, quod placitum ſignificat ibi voluntatem faciendi. §. pretium. Inſtit. de contrah. emp. vbi recipitur pro mera voluntate, ſed non obſtat. §. ſorore. præallég. quia ibi ſignificat arbitriũ ratione ſubiectę materię, ſcilicet libertatis, vt facilius valeret. Itẽ paria ſunt actum ponere in alte-

alterius libitu, vel voluntate, l. fideicommiſſaria, prope princ. ff. de fideic. lib. in verſi. ſed & ſi ita ſcriptum, vbi eſt idem dicere, lego libertatem, ſi hæres voluerit, vel ſi ei libuerit.

Placet, licet videatur importare omnimodam voluntatem proferentis: tamen includit arbitrium boni viri, l. Thais. §. ſorore. præal. Nam licet dicam, faciã quæcunq; tibi placent, intelligitur tamen iux. arbitrium boni viri. l. ſi ſ. c. ff. de leg. 1. vbi per Bar. & no. in c. de quo vult. Deo. de iudic.

Plagiarij ſunt, qui liberos homines ſeducunt, vel ſeruos alienos ſurripiunt, & vendunt, à plaga maris, vbi quis ſeruos vel liberos furtim ſubreptos vendit piratis & barbaris, C. ad le. Fla. de plag. l ſi.

Plagiarius (alias plegiarius) etiam eſt idem, quod fideiuſſor, vt in c. venientes, de iureiur.

Plagium eſt plaga, vel dolor, qui parentib. vel dominis infertur de ſurreptione filiorum, vel ſeruorum ab ipſis plagiarijs. Auferuntur enim dominis, vel parẽtib. per tales facultates filiorum vel ſeruorum, & dicitur a plaga, quia eſt magna plaga patri vel domino, ſecundum glo. rub. C. ad leg. Flauiam, de plagiarijs.

Plbes differt a populo, vt ſpecies à genere, quia populus continet minores, & maiores, nobiles, & ignobiles, plebs verò tantum minores, & inde plebi ſcitũ .i. a plebe ſtatutum Inſ. de iu. na. gen. & ci. §. plebs autem.

Plabiſcitum eſt, quod plebeio magiſtratu. i. tribuno interrogãte, an omnib. placeat. plebs inſtituit dictum quaſi à plebe ſtatutũ enim Orta. n. inter plebem, & maiores ciuitatis Romanæ diſcordia. plebs ſibi leges cõſtituit quæ dicta ſunt plebiſcita, vt ff. de orig. iu. l. 2. §. ijſdem. Reliqui verò, hoc eſt populus cum ſenatorib. & patricijs ius ſibi conſtituerunt, quod dicitur lex populi antonomaſticè, i. per excellentiam ſecundum Iſid. lib. 5. dicũtur plebiſcita eò, quod plebs ea ſciat, vel quod ſciſcitetur, & cogat, vt fiant diſt. 2. p'ebiſcita.

Pleno iure ponitur, i. quo ad temporalem, & ſpiritualem iuriſdictionem, ca. conqueſtus, de fo. comp. & hoc ſi concedens habet poteſtatem vel iuriſdictionem vtranq; in c. quoniam, de priu. & 16. q. 2. c. 1.

Plenũ dicitur, cui nihil deeſt; vel plenum, i. merum, l. fideicommiſſa, §. quamquam, ff. de leg. 3. vel plenum, i. validum, l. ſi de meis, ff. de arb. vel dicitur, vbi non eſt aliqua exceptio, c. re vera, de conſ. diſ. 2. & c. iciunium, 76. diſt.

Plerumq; id eſt, regulariter. Inſt. de le. par. tut. in fi. cum gloſ. impropriatur, ff. com. l. ſi is, qui. §. fin.

Plumbarij ſunt qui opera faciunt

ciunt ex plũbo.l 1 C.de exc.art.

Pluralis locutio plura ſignificat;duorum tamen numero contenta eſt, c pluralis, lib 6. de re. iu. Quandoq; autem plura ſignificat geminatiuè in ſuas ſingulares, ſic vt quælibet ſingularis in vno ſolo verificetur Quandoq; autem nõ geminatiuè, ſicut vna ſingularis per ſe non attendatur, ſed ipſa pluralitas ſimul prout ſingulare concludat vel quodlibet aliud probabile medium, v. g. Teſtator dicit; Lego Stichnm, & Titium, ſi mei erunt, cum moriar, tunc altero alienato, & altero non, iſte non alienatus poteſt peti a legatario. Licet.n. ſermo pluralis ſit, oportet tamen accipi acſi ſeparatim dixiſſet teſtator ſi Stichus meus erit cum moriar, & ſi Titius meus erit, &c. vt l. falſa, §.ſi ff.de cond.& dem. Ratio Bar. quia hæc ſeparatio reſpicit diuerſos effectus, et ſeparatos i. dominũ legatarij in quolibet, & quia ſunt duo ſerui diſtincti, ita duo nomina diſtincta, & ſeparata & ſic ſeparati effectus. Etiam ideo, quia legaui quemlibet nominatim, & ſic refertur ad quẽlibet diſtinctè, & hoc ex fauore legati, & teſtamenti. Sed vbi teſtator duob. impuberib inſtitutis filijs ſuis dicit, ſi vterque impubes deceſſerit, Titium ſubſtituo, tunc ſi vnus moritur impubes, ſubſtitutijs nõ admittitur, imò vt admittatur, requiritur vtrunq; decedere in impubere ætate, l. pen. C de impu & aliis ſubſt. Ratio Bart. eſt ex dictione vtroq;, quæ eſt collectiua. Alij tamen dicunt, quod fauore inſtitutionis dictio collectiua ſumatur diſtributiuè, l. hoc articulo, ff. de hær. inſt. modo omnis ſubſtitutio ſit conditionalis inſtrumento, ergo, &c.& ſic Bart. in l. hæredes, §.cum ita, ff. ad Trebel. dicit, quod in d l. pen. vno filio moriente impubere, remanet alter filius teſtatoris, quæ ex præſumpta voluntate excludit extraneum ſubſtitutum arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Ideo vno moriente impubere, non exiſtit conditio ſubſtitutionis, & ſic de alijs exemplis.

Plus petitio fit quatuor modis. Vnde: Plus petitur cauſa, vel temporeq; ,locoque, vt no in c. 1. de plus pet. & §. plut Inſtit. de actio.

Plus ſub ſe minus continet v. g. Licet patri, vel marito occidere adulterum cum filia vel vxore deprehenſum, per hoc ſignificatur, vt etiam liceat vulnerare, vel iniurijs afficere, l. nec in ea §. ius occidendi, ff. ad l. Iul. de adulterijs, quia plus eſt occidere, quã vulnerare vel iniurijs afficere, quia illa continentur, & ſignificantur ſub verbo occidere, ſed de hoc dicto latiſſ. Dy. in c. plus, de reg. iu. lib. 6.

P ante O.

POcula appellantur omnia vaſa, quæ potui parare ſunt, l. Seiæ,

ſciæ, de aur. & arg. Inde poculētum, quicquid potari poteſt, l. plebiſcito, de offic. præſi.

Podagra eſt ægritudo, C. de decur. l. a muneri b. lib. 10.

Polia apud Vlp. in l. ędiles aiunt ad fi. ff. de ædil. edi. puto idem eſſe, quod equitium, hoc eſt equorum mandra, ſeu armeniū equinum, deſcendereq; non a plurali tate, vt voluit Accuſ. ſed potius a Græco nomina polos, quod pullum & maximè equinum ſignificat, vnde polodamare, eſt equos domare.

Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio, ff. de poll. l. 3. & diſfert a ſtipulatione, & a pacto, quod eſt duorum conſenſus atq; conuentio.

Pollinctores dicebantur curatores cadauerum, de quib. ſenſit Vlp. in l. quicunq; . §. idem ait. ff. de inſti. actio. dum inquit, ſeruū pollinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauit, licet alij aliter, & minus rectè.

Pollis ſeu pollê, flos eſt farinę l. maximarum, C. de excu. mun.

Polypoſus, qui polypo morbo laborat, l. qui clauum, de ędi. edi. Eſt autem polypus tumor præter naturam in naribus, de quo Celſus lib. 6.

Pomi appellatione cōtinetur omnis fructus edendi cauſa paratus, non ita, ſi ad potum pertineat. l. qui fundum, vbi Alc. de ver. ſign.

Pontifices olim dicebantur Imperatores, 21. diſt. cleros, 50. diſt. 10. de capitulis.

Pontificiale, eſt ordinarium Epiſcopale, & ſecūdum Hoſt. eſt authenticus ille liber, vt de ſeruis non ord. cap. cōſuluit, & not. Io. And. in cle. de iureiur.

Pontones dicuntur quædam naues. Vnde dicitur. Si pontonibus traijciatur, i. mare transferatur, vel nauibus tranſeatur.

Populus require, ſupra in ver. plebs, quib. adde populum plebemq; decemuiris conſtituit, ſecūdū Bar. in l. prętor, vi bon. rap.

Popularis actio, vide ſup. Actio popularis.

Porcarius, i ſuarius. Require infra, Suarius, & dicebantur olim, qui cuſtodiebant porcos ciuium vrbis R. in paſcuis, & excuſabantur a muneribus ſordidis, vt in C. de ſuar. & ſuſc. l. 1. lib. 11. ſecundum Acc.

Porrectum, i. extenſum, l. vim de ſer. ruſ. præd. & audi, hoc ius, C. de ſacroſ. eccl.

Portari propriè dicimur ea, quæ quis iumento ſecum ducit, l. ferri, de ver. ſign.

Portentum propriè dicitur oſtentum, quod aliquid futurum ſignificat. Sæpe tamen monſtri, & portenti appellationib. auctores indifferenter vtuntur.

Portatio in dubio refertur ad dimidiam, l. nomen, de verborū ſign. vbi Alc.

Portus quid ſit oſtendit Iuriſ. in l. portus, de ver. ſign.

Portorium dicitur quædã prę ſtatio,quę datur pro nauium applicatione ſeu ſtatione,& mercatione quacunq; facta in portu. Vnde differunt pedagia, & quidagia,& ſalinaria. Req. quodlibet ſuo loco. Et iſta omnia dicuntur portoria,C.de vectig. & cõmu.l.3. & c. ſuper quibuſdam, de ver.ſign.in gl.6.

Poſitio ſecundum Goff.eſt dictum,quod loco interrogationis ponebatur olim hodie de plano ponitur, & poſitiuè fit, ſicut olim interrogatione fiebat, v.g. Si volebam te conuenire hæreditario iure,tunc ſic dicebam,Domine iudex,interrogetis hũc,an ipſe ſit hæres talis, & ex qua parte ſit hæres,Hodie verò ſic dicitur: Pono te eſſe hæredem talem. Itẽ pono ipſum ex aſſe hæredem, ſ. extitiſſe. Sed quia hodie ſimpliciter fiunt interrogationes ſuper poſitionib.igitur aliter deſcribitur a Spec. eod.tit.ſic Poſitio eſt breuis verborum formula,mentem ponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta. Et habuit hoc verbum ortum non ſolum ex vſu hominum diu in cauſis inoleto,ſed ex antiqua lege, ff.de leg.3.l.Oſtendimus, §. ex diuerſo. ibi, pone ergo. Poſitio igitur nihil aliud eſt,quam dictum de credulitate aſſerta in vim præſtiti iuramenti, faciens probationem,aut ipſam adminiculans,hñs annexam interrogationem, aut iudicis ſuppletionẽ, arg. in auth. de his, qui ingr. ad app.§.fi. col.5. ſic dicta ex communi conſenſu, non tamen ſine ratione,ff.de ſupel. leg l. Labeo, inuenta,vt partes exponerentur probationib, & ne fatigerentur laborib.& expenſis, §.fi.præall. Vel poſitio dicitur dictum facti nondum probari, per articulos ritè diſtinctũ, loco probationis propoſitum,ſpectãs directè, vel indirectè,ſimpliciter vel adminiculatiuè ad intentionem ponentis, quod intendit probare ponens per confeſſionem aduerſarij ſui,vel eius procuratoris, ar. de elec. dudum 2. de teſtib præſentium,de cõfe.ſtatuimus, lib. 6. nec debet poni hoc, quod eſt facti, ff. de dote pręleg l.1.C.de leg.l. leges. Vnde quę vocantur poſitiones in curia eccleſiaſtica, dicuntur articuli in curia ſæculari,& differunt a rationibus,quia rõnes ſunt iuris, ſed poſitiones, vel articuli ſunt facti. Item poſitiones differunt ab interrogationib licet tam poſitiones, quam interrogationes fiant,vt per confeſſionem aduerſarij releuetur ponens ab onere probandi,quia poſitiones fiũt aſſertiue, & a parte, ſed interrogationes fiunt interrogatiuè,& a iudice,& ad poſitiones debet reſpondere pars, non aduocatus, & qñcunq; ſunt faciendæ probationes, fieri poſſunt poſitiones, ſiue ante litem conteſtatam ſiue poſt,de hoc vide,gloſ.in c.1.de confeſ.libro 6.

quę plures ponit concor.& alle. cum exemplis. De poſitione ante litem conteſt. & etiam poſt.ſ. de exceptione, quod actor ſit excommunicatus, ponit reus hoc modo; Pono, quod percuſſiſti talem in tali parte corporis, tali loco, tali die, talib. pñtib. Item turbatus ex tali cauſa aio iniuriandi illum, qui tunc erat clericus, & erat in poſſeſſione clericatus, & ſciebas eum clericum eſſe. Item vidiſti eum coronam habentem & tonſuram clericalem deferentem. Quib. per actorem confeſſatis probanda non eſt excommunicatio ante litem conteſta. ſed poſt lit. conteſt. Pono, quod petam aliquem ab eccleſia, quem contra iura retinet, remoueri dicam, pono iuramento, quod habet, & poſſidet eccleſiam ſancti M. Item quod habet & poſſidet eccleſiam ſancti P. Item quęlibet earum habet curam aīarū, & eas poſt conciliū acquiſiuit. Hoc cōfeſſato ſuccumbit reus, niſi diſpēſationem, vel iuſtam cauſam oſtendat. Item debent fieri poſitiones ſuper contentis in libello. Et no. quòd multiplices ſunt poſitiones. Vna dicitur poſitio pertinens, & ad talem coget iudex reſpondere, vt in c. præſentium, de teſtib. lib. 6. & ſi dubium eſt an pertinens ſit, vel ne, inclinabit ſe iudex ad id, quod veriſimilius eſt, & in dubio tutius, quòd faciat reſpondere, vt de conf. ſtatuimus, lib. 6. ff. de interrog. act. l. de ætate, §. ex cauſa, & l. vbicū que eo. tit. Alia eſt poſitio impertinens, cui non cogitur quis reſpondere. Item quędam eſt negatiua poſitio, & talis nō debet admitti, quia verbis affirmatiuis ponenda eſt. Nam negatiua non probatur, & id, quod ponitur, ſi negatur, ponens ipſum probare neceſſe habet, ff. de probat. l 2. C eo. tit. l. actor, & de prob. quoniam contra falſam. Fallit quando aliàs quam per talem poſitionem probari non poteſt. c. ſtatuimus præall. vel ſuper facto prægnanti, vbi indirectè probatur, c. ex tenore, de reſt. & C. de contr. & com. ſtip. l. optimam. Item poſitio, quæ non reuelat ponentem vel ei non prodeſt, non debet admitti, quia nō debet quis ad probandum id admitti, quod probatum ei non prodeſſet l. ad probationem, C. de prob. c. dilecti, de exc. Item poſitio, quę non facit ad cauſam, vel quæ non eſt ſuper re, de qua agitur in libello, vel ſuper eo, quod repellat agentem, ſi proponitur ex parte rei, dicitur impertinens, & nō eſt admittenda. Item poſitio, quę depēdet ex alia, quæ fuit negata vel conceſſa, non eſt admittenda, quia ſuper ea non eſt amplius quęrendum, arg ff nau. cau. ſtab. l. licet, ne reſponſioni ſit contraria, ſicut nauta, ventis contrarij nauigans, vt in auth. de his, qui ingr. ad appel. § 1. col. 5. & in ca. per tuas, de prob. l. generaliter, C. de

C.de non.num.pec.Item poſitio implicita non debet admitti propter periculum periurij. Et ideo debet diuidi, vt certum, & verũ reſpondeatur,arg.ff.de interrog. act.l.de ætate,§ quod autem, & §.nihil, quia etiam iudex cauere debet,ne ſit autor periurij. C. ſi aduerſus venditio,l.1. Item not. quod effectus poſitionum eſt,vt qui eas confitetur,habeatur pro conuicto.C.de confeſ.l.vnica,§. 1.& poſitionib.non reſpondens habetur pro confeſſo.c.ſi.de iuram.calum.de confeſ.c. ſi,lib.6. Item poſitionibus vbi iuratum eſt de veritate, non poteſt reſpõderi per procuratorem, niſi ſit cauſa vniuerſitatis vel conuentus,c.præſentium,de teſt.præal, c.paſtoralis, cum ſua gl.de iudi. Item poſitionũ vtilitas eſt, quia aliquãdo,quod directè negatur, indirectè conceditur in toto,vel in parte, vt de iureiur. c.cum in poſitionib.lib.6.

Poſſe,i.debere,ff.de li.& poſt. l.placet,regulariter tñ contra,ff. de off præf.l.ſæpe. cum l.ſeq.& de iud.non quicquid, & C.quõ, & quãdo iudex,l.1.& multis modis dicimur poſſe. Vnde, Poſſe quidem reb.dat ius,natura,ptãs, Officium,meritum,ſextum diuina voluntas, de hoc vide gl.in c. ſciſcitatus, de reſcr. & ibi conc. Nam poſſe dicimur etiam illud, quod licitè, & ſine incommodo noſtro poſſumus, ff. de ver.ſig.l. nepos Proculo,in fi.ſimili de cõdi.inſti.l.filius qui. in fi.vbi tex. Vt generaliter dixerim,quæ contra bonos mores fiunt,nec facere nos poſſe credendum eſt, vt 22.q. 2. faciat homo, vbi etiam de multis dici potentia, & Inn. de conceſſ.præben.accedens, & ff.de re iud.l.1.condemnatione, vbi glo. & 3.q.9.hoc quippe,C. de legib.l.non dubium.

Poſſeſſio ſecũdum Azo. C. de acq.& retin. poſſeſ.eſt corporalis rei detentio,corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente.Vel ſic Eſt ius quoddã quo aliquis rem corporalem verè in poteſtate habet. Et dicitur corporalis rei rõ,quia ſola corporalia poſſidentur,incorporalia aũt dicũtur quaſi poſſideri, & quaſi tradi per patientiam, & vſum. Nam incorporalia non poſſunt corporaliter apprehẽdi,ſicut iura,& ſeruitutes,& ideo non poſſidentur.c.cõqueſtus,de fo. cõp. in gloſſ.ff.de vſuc.l. ſequitur,§.ſi viam, ff.de acq. poſſ.l.3.in prin. Et ideo bene dicitur detentio, quia res naturaliter tenetur ab eo, qui corporaliter inſiſtit ei. Itẽ dicitur corporis,animi, & iuris,quia hæc tria, vt quis verè dicatur poſſidere,concurrere dẽnt ſ.actus corporis, actus animi, & adminiculum iuris.Nã opus eſt, vt quis corpore adipiſcatur, vel ſaltem oculis.Sufficit.n.plerumque viſus oculorum, & animi affectus cum voluntate tradentis, quia ipſe animi affectus neceſſarius

ſitus eſt, non aut per ſe corpore, aut per ſe animo poſſidetur, quia certum eſt poſſeſſionem ſolo animo amitti, puta ſi quis ſe poſſe repelli ſuſpicetur. Item oportet, vt ius approbet. Nam licet quis ſacræ rei, vel religioſæ corpore, & animo inſiſtat; non tamen de iure poſſidet, quia res ſacra, vel religioſa, nec ab ignorante, nec a ſciẽte poſſidetur. Et dicitur poſſeſſio quaſi pedum poſitio.

Poſſeſſionum alia eſt iuris tantum, alia facti tantum, alia facti, & iuris ſimul, & hæc interdum hñs plus iuris, minus facti, interdum econuerſo, vt no. de concel. præb. cum noſtris, & de acq. poſ. l. 2. Item Hug. de Porta Rauennata differentiã poſuit inter poſſeſſionem vacuam, & vacantem, vt in gl. 2. C. vnde vi. l. fi. et Io. ibi reprobat, & ſic gl concludit, qđ non diff. runt. Sed vacua ſiue vacãs eſt, quę a nemine poſſidetur animo, vel corpore propter longum tẽpus, vel propter obliuionem ex lõgo tempore. Item poſſeſſio ciuilis qñq; requieſcit ſuper naturali, vt ſi tu poſſides nomine meo, vel precariò a me Qñq; non requieſcit, vt in vſufructuario meo, qui naturalem habet poſſeſſionem ex iure, ſed ego dominus habeo ciuilem rationẽ dominij non requieſcentẽ in naturali vſufructuario.

Fiduciaria poſſeſſio dicit teſt. Bud. in anno. ad pa. ad l. 2. de ocig. iur. quã ſub manu regia poſſidere vocant, quaſi fide data acceptam, a fiducia dictã, quaſi dicat depoſitariam, quam ſi cauſa ceciderimus, reſtituere debeamus.

In poſſeſſione eſſe, & poſſidere longe differunt, vt declarat eleganter Iuriſcon. in l. ſi quis vi de acq. poſſ.

Poſſeſſio interdum ſignat proprietatem, l. interdum, de ver. ſig.

Poſſeſſor bonorum require ſupra Bonorum poſſeſſor, vt filius emancipatus vel agnatus, qui dicuntur bonorũ poſſeſſores ex bonorũ poſſeſſione edictali, & decretali. Nam ſtatim vt habeant edictam, et decretã poſſeſſionẽ ex hoc habẽt interdictum decretum ad hoc, vt conſequantur hæreditatis poſſeſſionem. Differunt autem hæres, & bonorum poſſeſſor, vt ſupra bonorum poſſ. Vnde aditis hæreditatib. hæres non deſiderat auctoritatẽ iudicis, ſed bonorum poſſeſſor requirit autoritatem, & patientiam iudicis. Inſt. de bon. poſ. §. quos autem.

Poſſeſſorem facere cauſa rei ſeruandæ, aut in poſſeſſionẽ mittere eſt, v. g. Contendiſti talẽ fundum eſſe tuũ, & probaſti; iudex per executorem ſuum mittit te in poſſeſſionem, & facit verum poſſeſſorem. Item volui agere cõtra G. & eum vocari feci ad iudicium, et contemnit venire, iudex mittet me in poſſeſſionem illius rei, quam petebam, non vt faciat me verum poſſeſſorem, ſed vt in fundo maneam cauſa rei ſeruandæ, &

dæ, & cuſtodiendæ, & rem illã tenebo, donec probauero meam eſſe, & ſi aduerſarius meus, tandem tædio affectus moueatur, et de ſua contumacia reſipiſcat me cum litem, ſi velit aliquid dicere habebit: de hoc require ſuper, Mittere poſſeſſionem.

Poſſeſſorium iudicium eſt triplex, ſ. pro poſſeſſione adipiſcenda, retinenda, recuperanda, vt in c. paſtoralis, de cau. poſſ. in gl. 3. & vide ſupra, Interdictum.

Poſſibile dicitur id, quod cõmodè fieri poteſt, l. nepos Proculo, & ibi Bar. ff. de verb. ſign.

Poſſidere naturaliter dicitur quis, cũ eſt in re, vel in eius parte, vel ſaltem cum res eſt in conſpectu eius, vt ipſum videat, vel partem eius, ſecundum Azo. in ſum. C. de acq. & retin. poſſ.

Poſſidere ciuiliter dicitur quis, cum nec eſt in re, nec res in conſpectu eius, ſed poſſeſſionem ſolo animo habet, & rem de iure retinet, ſ. quod talis ſit perſona, in quam cadere poſſit huiuſmodi poſſeſſio, vt no. Io. And in regula, ſine poſſeſſione, lib. 6. & alleg. ibi iura. Nam laici quandoq; de facto poſſident decimas, & ſpiritualia, vt not. Bartho. Brix. 14. quæſt. in princip. in gloſſ. magna, in fin. Nam aliud eſt poſſidere, & aliud legitimè poſſidere, de reſtitu ſpol. ad decimas, libro 6.

Poſſidere clam eſt abſente domino, & fructuario excluſo clanculo poſſeſſionem ingredi, vt dominum poſſeſſione priuet.

Poſſidere vi, eſt violenter poſſidere.

Poſſidere precariò eſt rem ad petitiones vel preces meas mihi conceſſam ad vſum poſſidere, quandiu patitur is, qui cõceſſit.

Poſſidere pro indiuiſo eſt aliquam rem ita poſſidere, vt nullã partem in ea habeat ab alia diuiſam, vel vt nulla ſit pars; quam poſſideat ſeparatì, ſiue diuiſim.

Poſſidere pro hærede eſt ita poſſidere, vt putet ſe hæredem eſſe verum, cum non ſit

Poſſidere pro hęrede is quoq; dicitur, qui verus eſt hęres. Item procurator hęredis, ſi pro ipſo domino poſſideat, poſſidere pro hęrede dr̄. Et ita apparet quemꝑiam trib. modis dici poſſe pro hærede poſſidere, vt no. glo. in l. pro hærede, ff. de pet. hæred.

Poſſidere pro poſſ. ſſore dicitur ille, qui ita poſſidet, vt ſciat ſe nullam cauſam iuſtam poſſidẽdi hr̄e, vt ſi interrogatus fuerit quare poſſideat, vel quo nullam rationem prætendat, quare poſſideat, ſed reſpondeat; poſſideo.

Poſſideri propriè dicuntur immobilia eo, quod eis pedib. quis inſiſtat, vnde a planta venit iſta poſſeſſio.

Poſſidetur autem hoc iure, quod iuſtè, hoc iuſtè, quod benè; quod autem malè poſſidetur; alienum eſt. Malè autem poſſidet, qui malè ſuis vtitur,

vel aliena pręſumit. de ver. ſign. l. ius dictum eſt.

Poſt quandoq; etiã notat ſtatim poſt inchoationem, vel 2. §. item mutuum, ff. ſi certum pet.

Poſtea, de hac dictione vide per Alex. poſt Bart. in l. fructus, in fi. ff. ſol. mat. an ſignificet tem poris interuallum, Bar. in l. quoties, §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſ. quãtum verò tempus includat, idem in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cau. maio. De natura iſtius dictionis eſt de notare longum interuallum gl. eſt in l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt.

Poſthumus vel poſthuma dicitur, qui vel quæ poſt humationem, i. poſtquam pater datus eſt humo, naſcitur. Impropriè autẽ quilibet dicitur poſthumus, qui naſcitur poſt teſtamentum ſecũ dum Azo. C. eod. tit. Poſthumus etiam dicitur nepos, qui poſt humationem animatus eſt proprio patre ſuper ſtite, & ille propriè dicitur poſthumus quaſi nepos poſthumus.

Poſthumus dicitur octo modis quinq; ponuntur in gl. rubr. C. de poſth. hære. inſtitu. Sextò dicitur poſthumus, qui poſt teſtamentum conditum arrogatus eſt, vel qui eſt legitimatus, ſecun dũ Alex. & Iaſ. in rub. ff. de libe. & poſth. Septimò quando teſtator condito teſtamento ingreditur monaſterium, quia ſi præmiſerit monaſteriũ, rumpitur eius teſtamẽtum auth ſi. qua mulier, vbi Cy. & alij, C. de ſacroſ. eccl. Io. An. & Pan. in c. in pręſentia, extra de probationib. Octauò dicitur poſthumus, qui ex ſecto vẽ tre natus, ſeu deductus eſt, vt dicit Soc. in conſ. 297. col. 6. per l. quod dicitur, ff. de lib. & poſth. tamen ſecũdum omnes Doc. dic. ꝙ poſthumus propriè dicitur, qui poſt mortem patris vel aui naſcitur, in rub. de lib. & poſth.

Poſthumus alienus eſt, qui na tus inter ſuos hæredes teſtatori ſuus futurus non eſt, qualis eſt nepos ex emancipato filio conceptus, & natus, §. poſthumum, Inſt. de leg.

Poſticum eſt poſterior aditus domus, lege ſi cur. §. ſed ſi ædiũ, ff. de vſufr.

Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reducendę, quam quis per captiuitatem, vel per ſeruitutem amiſit morib. & & legib. inſtitutũ, vt colligitur, ff. de cap. & poſtlimin. reue. l. poſtliminium. 1. reſp. Vnde per hoc ius recuperat quis, cum a captiuitate reuertitur, iura, quæ amiſerat, & ipſo reuerſo fingit hoc ius, ipſum ſemper in ciuitate fuiſſe. Vnde breuiter poſtliminium eſt ius, quo reſtituitur res vſucapta, vel pręſcripta ab aliquo alicui, quam per captiuitatẽ amiſerat. 16. q. 3. c. 1. Dicitur aũt a limen & poſt, i. iuxta, quaſi iuxta limen domus ſuę ſemper fuiſſet, &

ſet,& poſſediſſet, quia captus ab hoſtib.& vltra limina noſtri imperij deductus,poſtea intra limina reuertitur. Nam ſicut limina ſunt in domo, quæ finem quendam faciunt,ita & imperij limina veteres voluerunt eſſe ſecundum Azo.C.de capt. & poſtlimi. re.& inſt.quib. mod.ius pat.po. ſol. §. dictũ aũt eſt poſt liminũ.

Poſtquam fari poterit, hęc cõditio longè vberior eſt,quam illa,cum fari poterit, l.inter illam de ver.ſign. quod ibi Alc. ita interpretatur conditio, cum fari poterit, ſtatim cum primũ quis poteſt pro loqui, adimpleatur, alia verò ſucceſſiuum aliquod tẽpus deſiderat.

Poſtulare,vel aduocare eſt aliquod deſiderium ſuum,vel amici ſui coram iudice, vel apud eũ, qui iuriſdictioni præeſt, in iure exponere,vel alterius deſiderio contradicere,ff.eod.tit.l.1.§ poſtulare,& 3.q.7.§.tria,verſic eſt autem.

Poſtulatio eſt alicuius perſonæ ad dignitatem, vel ſocietatẽ fraternam canonica facta vocatio, vel perſonæ ad eligendum petitio,quæ eligi non poteſt,vel ſecundum Gofr. eſt gratiæ petitio, vt cum ex gratia petitur aliquem intelligibilem licenter eligi. Eſt duplex poſtulatio, ſ. ſolemnis, quæ eſt alicuius inhabilis, aliter quàm propter crimen a ſuperiore ad beneficium, vocatio, & admiſſionis petitio, vt in cap.vnico,de poſtul.prælat. lib. 6. Et hæc confirmata habet vim electionis. Alia nõ ſolemnis, eſt petitio facta a ſuperiore, vt tollat obſtaculum aliquod eligendi,& beneficium acceptandi: illa præſupponit electionem ante,vel poſt fieri,vt monachus electus non poteſt conſentire ſine licentia ſui abbatis, & ſic poſtulatio licentiæ ab abbate, non dicitur ſolemnis. Ergo poſtulatio ſolum eſt inuenta propter incapaces, vel illegitimos, & non ſufficientis ætatis, vel prius beneficiatos.Nam qui capax eſt dignitatis,non debet poſtulari,ſed eligi,quare poſtulatio non multum differt ab electione.Et nota quod poſtulari debent, & nõ eligi ſextuplices perſonæ. Primò archiepiſcopus ad alium epiſcopatum,de poſtu.præla bonę.Secundò Epiſcopus ad alium epiſcopatum, vel archiepiſcopatũ, cap.& ſi vnanimiter,eo tit.Tertiò laicus ad dignitates, 61.diſt. hoc ius.Quartò clericus in minorib.ordinib.conſtitutus, c.præterea,de æta,& qua. Quintò illegitimè natus de ele. innotuit. Sextò qui non eſt in ætate legitima conſtitutus,de elect.cum in cunctis,& c.cum nobis.

Poteſt,neceſſitatem importat interdum, ff.de of.præſi. l ſæp., & l ſeq.d. hoc, ff.de iu.l.non poteſt,vbi plenè,& eſt gl.in ver.nõ poteſt in regula beneficium, de reg.iur.lib.6.

Poteſtas quinq; modis accipitur, ff. de ver. ſig. l. poteſtas. Item poteſtas quandoq; capitur in fœminino genere, vt c. fi. de iud. & ſic capitur ſubſtantiuè in abſtracto, & additur ei adiectiuum, vt ibi florentina poteſtas. Quandoque in maſculino genere, vt ca. tua, de homic. & ſic ſumitur concretiuè ſignificans officialem ciuitatis, habētem iuriſdictionem vel poteſtatem primo modo dictam, & ſic iterum additur ſibi pronomen poſſeſſiuum dicendo noſter, vel veſtes poteſtas. De patria poteſtate, vide ſupra in verbo, Patria.

Poteſtas aliquando ponitur electiuè, non comparatiuè, ff. de neg. geſt. l. ſi comes, & vide ff. de hære. vel actione vendita, l. venditor ex hæreditate. Aliquando ponitur comparatiuè, extra de ſpon. requiſiuit. & ibi per Hoſt. Aliquando ponitur correctiuè, extra de teſt c 1.

Potoriũ dicitur vas, quo aqua retinetur ad potandum, non vas, quo aqua datur ad lauandum, Bart. in l in argento, §. fin. ff. de aur. & arg. leg.

P ante R.

Pragma Græcè dicitur latinè cauſa, vnde pragmata negotia dicuntur; inde pragmaticus, ideſt cauſidicus, vel actor negotiorum, & cauſarum ſecundum Iſid. lib. 5. & 10. q. 2. hoc ius porrectum, in fi.

Pragmatica ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis ventilata coram procerib. ſacri palatij, & eſt conſtitutio quam Imperator cõſilio procerum ſtatuit ſeu ſanxit. Quandoque etiam dicitur confirmatio in ſcriptura facta ab Imperatore cum cauſæ cognitione ſuper contractu per mutationis, vt c. 1. de reper mul. in glo. & pragmaticum ſacrum eſt principis reſcriptum, vt in cap. fundamenta, de elect. libro 6.

Pragmaticarij ſunt, qui ſcribunt pragmaticas ſanctiones. & alio modo dicuntur ſcriniarij, vel magiſtri ſcriniorum, vel ſcriniorum memoriales, eo quod adeptam ſcripturæ ſanctionem in ſcrinio poſitam cuſtodiebant ad memoriam.

Præ exponitur, id eſt, ante l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cogan. l. quicunq; , & l. mancip. C. de ſer. fug. & c. 2. de offic. leg. lib. 6.

Præbenda eſt ius percipiendi prouentus in eccleſia collegiata, ex actione proueniens, competens alicui tanquam vni de collegio, quod ius ex canon. a deſcendit. Non enim debet eſſe canonicus ſine præbenda, vt in ca. relatum, eod. titu. & procedit ex inſtitutione, & officio, quia ex hoc, quod facit quis officium, debet percipere præbendam, & beneficium. Sed canonica quære ſupra in litera C. & in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtitut. in 6.

in 6. Item præbenda quandoque capitur largè pro iure, quod alicui non tanquam de collegio, ſed ratione miniſterij officij, paupertatis, vel vtilitatis cõceditur, vtendo, & fruendo in vita ſua certis rebus eccleſiæ, vt de reditibus, quos canonici recipiunt, vel alij. De tali habetur in c. quia nonnullis, de mag. 16. quæſt. 1. poſſeſſiones, & §. illud. Et laici maximè nobiles habent tales præbendas, ſecundum Comp. in 6. cum M. Ferrar. præalleg.

Præcarium ſecundum Azo. eo. tit. in ſumma, eſt id, quod precibus vtendum conceditur petenti tamdiu, quamdiu patitur, & permittit is, qui conceſſit. Secundum Goffr. in ſumma eod. tit. eſt pignus obligatum creditori, & a creditore ipſi debitori conceſſum, vtendum quamdiu patitur, & permittit qui conceſſit, vt eſt textus in l. 1. de preca. ff. Differt autem precarium à donatione, quia qui donat, ſic dat, vt non recipiat illud, quod dat; ſed qui precarium concedit, ſic concedit, vt recipiat quandoque placuerit. Vel precarium eſt contractus inter dominum, & colonum, & eſt contractus gratuitus, & ſimilis commodato in tantum, vt quidam dicant, hos contractus non differre niſi verbis, qui tamen etiam differunt in re. Nam licet in multis conueniant precarium, & commodatum; differt tamen precariũ à commodato. Nam commodatum fit ad certum vſum, nec poteſt reuocari, niſi vſu expleto: precarium vero quandocunque placuerit, poteſt reuocari. Item precarium quandoque dicitur contractus de quinquennio, in quinquennium reuocandus. Et ſi quinquennio elapſo ſub taciturnitate prætereatur, tunc reuocari intelligitur talis contractus. Dicitur autem precarium ideo, quia eſt contractus ad preces factus.

Præcaria verba ſunt hæc, rogo, volo, mando, fideicommitto, iubeo autem præceptiuum eſt. C. communia de legat. 2. in princip. Mando quandoque eſt verbum precarium. argum. 2. quæſt. 5. mandaſtis, vbi epiſcopus mandat Papæ. Quandoque tamen mando ponitur præceptiuè, ſicut etiam rogo, vt 11. quæſt. 3. rogo. Quandoque mandatiuè, vt ff. de neg. geſt. l. ſi ſerui me. rogatu, id eſt mandato ſuſceperis. Item quandoque deprecatiuè, & ſic vt frequentius ponitur.

Precaria dicitur donatio ad preces facta vſque ad mortem recipientis. 12. q. 2. ſæpe. 16. q. 3. clerici. Et eſt contractus ille affinis emphyteuſi. Item præcariæ dicuntur quædam præſtationes, ſeu conceſſiones vſusfructus ad preces factæ in recompenſationẽ eius proprietatis, quæ datur eccle-

eccleſiæ, cuius forma habetur, 10 q.2.præcariæ.

Præceptores dicuntur cantores, qui in choro incipiunt in eccleſia collegiata, in cap. cũ olim. de conſue. Et dicuntur duo genera cantorum in arte muſica, ſcilicet præcentor, qui vocem in cantãdo præmittit, & ſuccentor, qui ſubſequenter canẽdo reſpondet, & additur concentor, qui conſonat prædictis, vt 21. diſt in. cleros, verſus ſi.

Præceptum, req. ſupra. Mandatum.

Præcipere aliquando, eſt ante capere. l.1. de fund. inſt. inde legatum per præceptionem, cum teſtator vni hæredum ait, præcipio rem illam, i. ante partem hæreditatis capias, vt no. gl. Inſt. de leg. §.1.

Præciſe ſecundum Card. in reſcriptis tantum valet quantum abſolutè, & ſine cauſę cognitione, vt de hæret. cap. contra Chriſtianos, lib.6. & dicit Card. Si ponitur in ſtatuto operatur, vt ipsũ non tollatur perſequens ſtatutum in caſu, in quo ſublatũ fuiſſe, ſi non apponeretur. Et dat ſimile de iuramento appoſito, in l. ſi quis, in prin ff. de leg.3. Bald. autẽ dicit, quod non valeat præcisè. i. ſine cauſæ cognitione, q̃a ſic tex. eſſet ſuperfluus, in c.2. de reſcript. vbi ponitur expreſſe preciſe, & etiã ſine cauſę cognitione. Saluando tamen primum dictum dicitur, quod ille tex. ponatur declaratiue, vel expoſitiue & cætera pro, id eſt, quod dictũ magis placet doctorib.

Præco eſt, qui apud acta, aut in ciuitate publice proclamat, vel pronuntiat aliquid faciendum dimittendumve, per quem plerumque fiebat edictorũ narratio, id eſt recitatio, & publica in ius vocatio, & citatio alicuius matrimonij, vel rei vendendæ nunciatio, & ſubhaſtatio.

Præda eſt id quod in bello capitur. l. antepen. ff. de capt. & poſtli. reuer. & vide Ray in ſumde rapt ru. de prædonibus.

Prædium dicitur fundus vel ager, req. ſupra Ager.

Prædia ſtipendiaria ſunt, quæ militib. pro ſtipendijs dantur, vt ff de rei vendic. item ſi verberatum, §.2.

Prædia tributaria ſunt tributa, quæ Romæ reddebantur.

Prædium vrbanum, & prædium ruſticum Req. Supra in verſ. Ager, & infra in verſ. Vrbana vt & act. ciuium regundorum in ver. vrbana.

Prædium dotale eſt, quando iſta duo concurrunt, ſ. q̃ matrimonium contractum ſit, & traditio prædij interuenerit, ſecundum Azo. C. de fun. do. in ſum.

Prædium tamiacum ſecundũ do. & Acc. C. eod. tit. & in rub. fuit prædiũ, in quo fuerunt cellulæ, vnde tamiacus. i. cellarius, aliàs cellullarius. Nã tami Græcè, cellarium dr latinè. Vel aliter

erant.

erant prædia empta, vt canonẽ redderent inter cellulas ſecundum Azo. ibi. lib. 11. & eorum coloni dicuntur tamiaci, vel dominici coloni, quia dicta prædia erant Imperatoris. Secundum And. Alc. erant fundi qui diſpenſatori in publ. præſtabāt annuos fructus vectigales, quib. ille in domo Imperatoris diſpenſabat alimenta. Nam tamias apud Græcos ſignificat diſpenſatorem.

Prædones qui ſint, declarat Vlp. in l hoſtes, de cap. & poſtli. reuer & in l. ſed & ſi. quod autẽ, de peti. hære.

Præfectus annonæ dicebatur, qui de annona, id eſt de blado curam habebat, Require ſupra, Aedilis cerealis.

Præfectus Auguſtalis dicitur præfectus Aegypti, ut ff. de off. præf. Auguſta. l. vnica, & C. eod. tit. quia Imper. maximus Auguſtus in Aegypto primo præfecti poteſtatem introduxit.

Præfectus prætorio ab initio magiſter, equitum creatus eſt, cum dictatores ſibi antiquitus magiſtros militum eligerẽt, qui principali ſolicitudini aſſociati ſummam poſt dictatores gererent poteſtatem. Hoc exemplo Principes, ad quos gubernaculum Reip. peruenit, poſtea elegerunt præfectos prætorio, quib. publicæ diſciplinæ emendatio conceſſa eſt, quorum auctoritas ita eſt ampliata, & ideo approbata, vt nec ab eorum ſententijs appellari, nec in integrũ reſtitutio facile poſſet poſtulari. Et erāt quatuor, ſ. præfectus prætorio Orientis, præfectus prætorio Africæ, cuius ſedes eſt in Chartagine, præfectus prætorio Illyrici & præfectus vrbis, ff. de off. prætec. præt. leg. 1. & ibi no.

Præfectus vigilium idem eſt, quod pręfectus nocturnus. Horum autem officium erat de nocte facere excubias, pręeratque incendijs arcendis, qui etiam cauebant, inquirebant & puniebāt incendiarios, fures, graſſatores, effractores, niſi delinquens eſſet tam famoſa perſona, vt ad prefectum vrbis deberet mitti puniendà Poterant etiam iudicare de capſarijs, qui in balneis veſtimenta cuſtodienda ſuſcipiunt, ſi aliquid dolo fecerunt, vt ff. de off. pręf. ui §. cognoſcit.

Pręfectus vrbis dicebatur, cui ab Imperatore conceſſa erat vrbis adminiſtratio, qui cęteris magiſtratibus, ex quacumque cauſa ab vrbe proficiſcentibus, & recedentibus, in vrbe relictis ius dicebat, & omnes dignitates in ciuitate antecedebat ſua dignitate, qui cum ab urbe progrediebatur, non habebat iuriſdictionẽ, quam pręberet tamen potuit ciuitate. Sed ſm̃ Azo. C. eo. tit. ẽt extra urbẽ intra centeſimũ milliare habebat iuriſdictionẽ, uide tit. de of. pręf. urb per totũ.

Pręiudicium eſt quaſi quędã pręlatio uel prępoſitio ſiue pręlo-

prælocatio vnius rei reſpectu alterius. Nam aliquid præiudicari alteri, eſt illud illi præferri. Tamen hoc verbum præiudicare alterius modi conſtructionem, & ampliorem ſignificationem habet, quam hoc verbum præferri. Dicitur enim perſonaliter ex propria conceſſione vt; in iudicio mihi præiudicaui, i. confitendo mihi ipſi in iudicio præiudicium feci. Hoc enim præiudiciū non ſignificat commodum meū eſſe factum ſed incommodum, vt ſic iudex non ſequatur veritatem, ſed meam cōfeſſionem. Ita dicitur res iudicata veritati facere præiudicium, nō vt veritas rei iudicatæ præiudicet. i. præponatur, ſed res iudicata veritati præiudicet Igitur præiudicari eſt alicui aliquid præponi, & ſic dicimus rem iudicatam veritati facere præiudiciū id eſt ei, quod præiudicandum eſt, dato, quod non ſit verum. Nam dato quod ita nō ſit, ſicut iudicatum eſt, tamē prę-ponitur veritati.

Præiudiciales actiones pro tāto dici poſſunt, quod in ipſis tractatur de magno præiudicio, vel quia quæſtioni motæ præiudicant, v.g. Agis contra me, & aliquid petis, oppono tibi quæſtionem ſtatus, dicendo, quod tu es filius meus, vel ſeruus meus, in poteſtate mea conſtitutus, aut libertus, & ſic de conſimilibus.

Prælati nomine intelligitur eccleſia, & miniſterium prælati & eccleſiæ eſt in epiſcopo, & non econuerſo, non tamen nomine prælati ſemper intelligitur eccleſia, vt in cap edocent, de reſcript. in gloſ.

Præpoſitus poteſt dici quilibet, qui alijs præeſt. Vſus tamen obtinuit, vt præpoſitus dicatur, qui quandam prioratus curam ſuper alios gerit, extra de verb. ſign. cap. quamuis.

Præpoſiti labarum, alias laborum, vel ſecūdum aliquos labiorum, à labijs dicuntur; quia fortè corrigebant eos, qui male de Principe loquebantur Dicuntur autem præpoſiti labarum pro laborum, ſicut dicitur Deum pro Deorum, a laboro ſigno bellico, quod fecit fieri Conſtantinus ex auro, & lapidibus precioſis, inter alia ſigna bellica excellētius, & deriuatur a labor. Qui ergo talibus faciendis præponebantur, dicebantur præpoſiti, vt ſupra.

Præpoſiti ſacrorum ſcriniorū erant illi, qui præerant ſcrinij imperialib. qui aliās dicebātur proximi, eo quod magis Principi approximabant quam alij. Tria autem erant ſcrinia ſiue cameræ, de quibus tractatur. C. eodem tit. lib. 12. Primum ſcrinium erat camera epiſtolarum, quæ ab alijs Principi mittebantur, vel ab eo alijs mittebantur. Secundum fuit liberorum conuentualium, vel conuentionalium, & cognitionum vel conuentio-

num.

ſum. Tertium erat diſpoſitionum, vt eſt regiſtrum ſecundum Accur.in rub.cod.tit.& lib.præalleg.

Præpoſitio in compoſitione auget, extra de præb.cap.ſi pauper clericus, lib.6. An præpoſitiones faciant conditionem dic, quod ſi regunt accuſatiuum, & adijciuntur d.ſpoſitioni de futuro, faciunt conditionē, ff de cōd. & demon. l cum vir Idem ſi regunt ablatiuum.ff.de ma.teſt.l.ſi fuerit. Idem ſi regunt vtrumque caſum, quando dies legat.cedit.l. nec ſemel.§.ſi in habitatione, & de cond.& dem.l.ſolemus.

Prærogatiua.i aliquod priuilegium, de quo infra dicetur.

Presbyter Græcè, ſenior Latinè, eſt nomen dignitatis. non ætatis tantum, licet albi dicatur nomen ętatis.93.diſtin.regimus Nam propter honorem, & dignitatem, quam accepit presbyter nominatur. 21. d. cleros, poſt med.

Præſcriptio ſecundum Goffr. C. eod. titu. eſt quoddam ius ex tempore ſubſtantiam capiens, id eſt firmitatem, & habet locum in rebus immobilibus. Et hęc diffinitio impugnatur ab alijs. Nā ex præſcriptione non competit ius, ſed exceptio. Vnde ſic diffinitur. Præſcriptio eſt exceptio rei ex tempore ſubſtantiam capiēs, quæ diffinitio etiam ab alijs impugnatur, quia pręſcriptio nō capit ſubſtantiam ex tempore, ſed ex autoritate legum. Ideo pręſcriptio ab alijs ſic diffinitur. Eſt exceptio ex tempore congruens ab authoritate legum vim capiēs negligentib.pœnam infligēs, & finem litib.imponens, quę omninò magis videtur completa, Inducunt autem pręſcriptionem bona fides, iuſtus titulus, continua poſſeſſio, & ſine rei vitio, ſ. quando eſt pręſcriptibilis ſecundum Gof. Et no.bonam gl vlt in c.illud.de præſcr.vbi habes quot modis fiat interruptio præſcriptionis naturaliter, & ciuiliter, vnde habemus dormitionem, perpetuationem, & interruptionem præſcriptionis Et requiruntur ſex ad præſcriptionem ſi valere debet, ſ.titulus, poſſ.ſſio, bona fides, res præſcribenda, & perſona præſcribens, & perſona cōtra quam præſcribitur, inter quę poſſeſſio, & bona fides ſunt maxime ſubſtantialia, vt no in c.illud, præallegat. Et ſunt 31.caſus in quibus non currit præſcriptio quos habes in gloſ. fin.cap.cum non liceat, de præſcrip. Vide etiam gl.ſummæ 26 q.3. vſucap. & pręſcriptione. Item pręſcriptio eſt longi temporis cōtinuata poſſeſſio, inter pręſentes 10.annorum, inter abſentes 20. annorum. Alia eſt pręſcriptio longiſſimi temporis, ſ.30.vel 40. annorum, & illa dicitur longiſſimi tēporis. Vnde cum aliquis rem aliquam tanto tempore poſſederit, ipſam poſſeſſionis diuturnitatem,

tate, & temporis continuatione præſcribit, & actorem remouet ſiue per vim, ſiue aliter ſine titulo nactus eſt poſſeſſionẽ, uel alio quocunque iniuſto principio. Et qui poſſint præſcribere, & qui non, & etiam quæ res non poſſint præſcribi, no. in c. cum non liceat. eod. tit.

Pręſcriptio interdum ponitur pro exceptione, ut in l. qui agnitis. de excep.

Præſcriptis uerbis actio, quæ dicatur, req. ſup. Actio pręſcriptis uerbis.

Præſentes dicuntur, qui in eadem ſunt prouincia, l. fin. C. de præſcript. 20. annor.

Præſentes dici poſſunt exiſtẽtes in diuerſis locis, dummodo ſe exaudiant. Bar. in l. 1. in princ. ff. de uerb. oblig.

Præſentes alijs quoq; modis dicuntur, ut not. in l. præſens, & l. ſeq. ff. de procur. & Iaſ. in §. rurſus, in prin. Inſt. de action.

Præſertim ponitur aliquando in iure pro maximè, ut in c. ex literis 2. de hom. Aliquando pro tantum, ut ibi in gl.

Pręſes eſt nomen generale ad omnes proconſules, & legatos Cæſaris, & omnium prouinciarum rectores, ſiue moderatores pertinens, vt ff. de off. præſid. l. 1.

Præſes prouinciæ dicitur, quã in prouincijs poſt Principẽ ſummam gerebat poteſtatem. Nam regna redacta erant in prouincijs quarum rectores dicebantur præſides, & ſic propriè capitur ſi ue ſtrictè, ſed generaliter ſumitur, vt ſupra.

Præſtigium eſt, quod præſtringit aciem oculorum, i. obumbratio quædam, videlicet cum videtur alicui ſe aliud videre, quam videt, vt in incantationibus. Dicebantur etiam præſtigia captiones verborum, quibus obumbrabantur delicta, & ideo dicebantur delicta, & ideo dicebãtur pręſtigia verſuti iuris, vt ſup. Ius verſutum. Hæc Azo. C. ad l. Iul. de adult & de hoc 26. q. 4. nec mirum, poſt primam columnam, vbi dicitur de magnorum præſtigijs quę non ſunt vera, ſed fantaſtica eſſe probantur, & pręſtigiũ dicitur inueniſſe Mercurius vt ibidem tex.

Præſumptio ſecundum Spec. eo. tit. eſt argumentum ad credẽdum factum, ſurgens ex probatione alterius, vt ex co. xiſtentia, vel complacẽtia perſonarum ſuſpectarum præſumitur coitus, c. literis, eod. tit. vbi ſolus cum ſola, nudus cum nuda in eodem lecto, ex præſumptione violenta comprobantur copulati carnaliter, Sed ſecundum Gof. diffinitur ſic. Eſt alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquoties ſemiplena inueſtigatio, ſeu probatio. Item præſumpti, & quidam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circunſtantijs inſurgens, exemplum ponitur in cap. ex ſtudijs, eo. tit. Illa tamen probatio

batio non infert neceſſariò,quia aliter poteſt ſe res habere, niſi ſit præſumptio iuris, & de iure. Vnde ſunt tres ſpecies præſumptionis. Vna eſt temeraria,quæ conſurgit a malis hominibus, & ex cauſis pluribus, aliàs puerilibus,& ſuſpicionibus leuibus, & hęc repellitur, & reprobabilis eſt,vt 12. quæſt 1 cap.1. 6. q. 1. oues, de ſenten.excom. inquiſitionis. Alia eſt probabilis,ſiue veriſimilis, quæ conſurgit ex multis cauſis, & ſuſpitionib. & hæc admittitur ad probationem ſemiplenam, vt de præſumptioni. in multis capitulis,& in cap.ſollicitè,de reſt.ſpol. Vnde coadiuuat ad probationem, ſi ſint alia coadminicula,c.a nobis,qui matr. accuſ.poſſ. vbi gl.admittitur etiā ad purgationem inducendam, c. ſi quis, de pur.can. 12. q.4.presbyter. Tertia eſt violenta, quæ ad pronunciandum vel condemnandum ſufficiens deputatur, 32.q.1. dixit dominus, ff de his, qui ſui vel ali.iur.ſunt, l.filium, & c.literis, de præſump. Diffinitiones pręſumptionum,vide plenè in cap.is qui. de ſponſa. in gl. 4. vbi de quintuplici pręſumptione. Et vide no.per Io.Theu. 50.diſt.cap.fertur, vbi de diuerſis præſumptio violenta ſubdiuiditur, quia alia eſt iuris; alia iuris,& de iure. Iuris eſt, cum ius pręſumit aliquid,ſed non ſtatuit ſuper præſumptio,& illa recipit contrariam probationem; 35.q. 3.extraordinaria, 28 quæſtio.1. nec aliqua iuris,& de iure eſt,cū ius fingit,& ſtatuit de ficto, contra quam fictionem non admittitur contraria probatio, cap.ad id & cap.is qui de ſpon.& de cōditione app.c.per tuas, vbi vide conceſ. multas. Et qualiter ius fingat,vide Goff. in ſum.eodem titu. Nam differunt præſumptio, & fictio iuris, de quo ſupra, Fictio. Et vna præſumptio tollit aliam, cap.cum inter R. de electio. uide gl. optimam in l. non eſt uериſimile, ff. quod met cau. Et notant. Doct.regulam, quòd præſumptio communis trāsfert, in alium onus probando,l.generaliter, §.ſi petito, uerſ.ſed cum ex præſumptione, ff. de fideicō. lib Item præſumptio ex neceſſitudine ſanguinis uincit omnes alias præſumptiones,ut eſt gloſ. in c. ſi de teſt. ut ſi lego Ludouico,& ſunt duo eiuſdem nominis proprij, & cognominis, præſumitur pro illo,qui mihi neceſſitudine coniungitur. Et quia præſumptio ſurgit ex qualitatib.ſciēdum,quòd quædam ſunt qualitates intrinſecæ,& naturaliter homini inhærentes.Et harum quædam adhærent animæ, & quædā corpori;exemplum de primis,ut bonitas,malitia,& in dubio præſumitur ad bonam partem, quia naturaliter naſcimur ſine malitia,cap.ad menſam, 11.q.3 & talis præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium; & ſic in teſ-

intelligitur cap. vnicum, de ſcrutī. niſi ſemel eſſet conuictus de malus præſumitur. 2.q.5. per totum, & cap. ſemel; de reg. iur. libro 6. vel ſi eſſet infamatus, ſic enim ad eum transfertur onus probandi. De ſecūdis, vt ſanitas, infirmitas, & iterum in dubio præſumitur in melius, & negans probabit, vt l. nec codicillos, C. de condi niſi quis fuiſſet infirmus infirmitate aliqua de ſui natura perpetua vt epilepſia vel apoplexia cap cum inter. de electi. vel vbi dubitaretur de perpetuitate infirmitatis, vt in furioſo ideo qui allegat contrarium debet probare, 3 q.9. iudicas. Similiter ſi negetur quis legitimus, probet negans, cap. tranſmiſſa, qui fil. ſint legit. Secundò aliquæ ſunt qualitates extrinſecæ & accidentale, vt eſſe diuitem, Iuriſconſultum, muſicum, medicum chorauelem, & cætera, quæ non naturaliter aduenunt. Nam natura non facit artem, ſed bene præparat, ſecundum Bald. Et in his onus probandi incumbit cuicūque alleganti, ad fundandam intentionem ſuam, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè alleget, maxime cum pars aduerſa fundauit intentionē ſuam; non tamen ſemper ſuccumbit non potens probare ſic, quod alter ꝓpter iſtius probationem nō admittatur ad intentum ſuum. Nam adhuc iudex ex officio poteſt illum refutare, ſi ſibi conſtiterit eum indignum, & hoc in cauſa, in qua vltra allegationes partium iudex poteſt impartiri officium ſuum, ſecus vbi hoc non poſſet niſi petitus.

Præter quandoque capitur excluſiuè, quandoque incluſiuè vide c. literas. in ſi. de præſump. et vide Inn. in c. dudum, 1. de electio. & in clem. 1. de ſum. Trini. & fid. cath. et gloſ. & Arch. in c. Ebron 14.q.2. Item Bar. in l. 1. in ſi. ff. de pign. actio. & per alios in L. actione, C. de tranſact. & in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. Stat enim incluſiuè, augmentatiuè, quando cadit inter res penitus ſeparatas, vt dicendo; Lego tibi omnes vineas meas, præter domum. Sed ſtat excluſiuè, quando cadit inter dictiones ſignificātes res ſub ſe inuicem contentas vt lego tibi omnes libros meos præter Salicetos ambos, Richar. & Bar. vide de hoc Alb. in alphabeto ſuo, & no. in l. medico, §. vxori, ff. de auro & arg. leg Item excluſiuè non exceptiuè ponitur pro ſine, vt ibi præter ſpem, i. ſine ſpe; & ſic dicitur dilatio danda eſt illi, qui dræter ſpem trahitur ad alienum iudicem, l. ſi quā do, C. de dilat. Ibi enim non ponitur exceptiuè nec incluſiuè, quia oratio illa non patitur, & ſic tantum ponitur excluſiuè, & ſic de alijs.

Præterire eſt teſtatorem omittere aliquem, qui ſuus hæres eſt, eo non inſtituto, nec exhæredato, vt

to, vt habuiſtis ſup. de hæred.

Præteritio dicitur talis omiſſio, ſecundum Azo. in ſum. C. de præter. vel exhære. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. eadem, vt ſupra.

Prætexta eſt genus veſtis, qua nobiliores ciues. Rom vti ſolebant, § iniuria. Inſtitut. de iniur. & vide l. 3. §. fina. & ibi glo. ff. de lib. exhib.

Prætor eſt, qui in vrbe Romana iudicio ſenatus ad diſceptandum dubios actus, & cauſas ordinabatur. Et erat eius officium annum, quia ſolo anno durabat. Et antequam a populo Rom. ad Principem translata fuiſſet poteſtas, vel antequam Ro. poteſtas ſub Imp. veniret, habuit poteſtatem plenam faciendi ius, & ſtatuta, & edicta, cuius edicta, iuris honorarij nomine cẽſentur, quia qui honores gerunt, id eſt magiſtratus, auctoritatem huic iuri dederunt, vt C. de off. præt. l. 1. & Inſtitut. de iu. nat. gen. & ciui. §. prætorum edicta.

Prætor fideicommiſſarius dicebatur ille, qui de fideicõmiſſis relictis cognoſcebat & ius dicebat, & reddebat, dicens ius dabo ff. de orig. iu. l. neceſſar.

Prætor peregrinus dicebatur ille, qui inter peregrinos, qui in ciuitate affluebant vel confluebant, ius reddebat.

Prætor vrbanus dicebatur, qui cum conſules ad bella finitima vocarentur, ius neceſſarium in ciuitate reddebat, ff. de or. in l. 2. præal.

Prætorium eſt locus, in quo ius ex more redditur, etiam dicitur locus, in quo quis præfecturã exercet cũ ſuis officialibus, & cũ tractaret ſoler. Itẽ eſt domos Præſidi prouinciæ aſſignata, & locus deputatus iudicibus ad cognoſcendum, & deputandum, vel ad ſententiandum de cauſis.

Prætorium quoq; ſumitur pro ornatione domus, in qua paterfa. ruri habitat. l. vrbana prædia de verb ſign. vbi Alc.

Prætorium pignus dicitur illud, quod alicui datur a iudice, vide ſupra Pignus.

Præuaricatores ſunt, qui vera crimina fraudulenter occultãt. Dicitur autem præuaricator, a varia creatione, quia aduerſam partẽ addiuuat prodita ſua cauſa propria, dum huic inſtat corpore, ex una parte, & illi mente, & corde ex altera parte, ut ff. de præuar. per totum.

Primates propriè loquendo ſunt patriarchæ. diſt. 99. cap. 1. & 2. Etiam ponitur primas pro archiepiſcopo. c ſanè. de fo. comp. Nam nõ eſt differentia inter primatem, & archiepum, quantum ad effectum, vt in c. duo. de offi. ord. Nam ius canonicũ nõ curat de nominib. c. petitio. de proc. di ſti. 21 cleros, & c. præced. vbi eſt diuiſio nominum, cum dicitur archiprimates, ſiue primates, ſiue patriarchæ.

Primates regulariter dicũtur, qui primi ſunt in ciuitate.

Primates officiorum ſunt, qui officijs præſunt.

Primicerius dicitur ille, qui primo loco ſcriptus eſt in matricula notariorum, & primũ locum obtinet, ſecundum leges, vt C. de prim. lib. 12. in rubr. Sed ſecundum canones eſt nomen dignitatis, quæ ſubeſt archidiacono, vt c. vnico, de off. pri. Dicitur enim primus in cantu, vel choro qui in aliquib. eccleſijs dicitur cantor, ſiue ſuccentor.

Primipilarij dicuntur primi adminiſtrantes, qui. ſ. primo actionem ſui officij adminiſtrant. Vel ſecundum Hug. qui primum pilum. i. telum, vel haſtam portant, & vtroque modo accipitur, ſecundum Accurſ. C. eod. tit. in rubr. lib. 12. Verius eſt peremptum appellatum fuiſſe centurionem decimæ legionis, ut tradit T. Liuius lib. 7 ab V. C. Nam decima legio erat alijs nobilior, ut non mirum ſit, ſi primipilo quoque concederetur militaris annona, per capita militum diuidenda, quod ex Græco iuris interprete Alc. noſter docuit.

Primitiæ ſunt primæ partes fructuum Deo offerẽdę. Hinc eſt quod Sacerdos primam miſſam cantans dr̃ celebrare primitias.

Primogenitum uocat ſcriptura, non quem fratres ſequuntur, ſed qui primo natus fuit, de uer. ſign. c. Ioſeph.

Princeps quis dicatur, habetur Iſai. 11. ibi; Deus fortis, pater futuri ſęculi, princeps pacis, interdum dicitur Angelus Ioſuę 9. Ego ſum princeps exercitus &c. Interdum Papa, de conſe. diſt. 1. corpora. Interdum epiſcopus, de maior. & obed. ſi quis, vel alius iudex eccleſiaſticus, 17. q. 4. diffiniuit, in fin. Item dicitur Imperat. de re iud. ad Apoſtolicæ. in princ. lib. 6. Et appellatione principis intelligitur Rex. clem. vnica de baptiſmo, vbi bona gl. in vſibus feu. ſecundum Bald. Itẽ princeps dicitur diabolus, Luc. 11. c. in princpe dæmoniorum eijcit dæmonia, ſimile, 32. q. 8. §, eccę, verſ. ſed notandum ibi, venit princeps. Ioan. 14. Item dicitur quilibet ſæcularis dominus, vt 33. q. 5. princeps. Item dicitur principalis pars in quolibet iudicio, vt ff. de fo. compet. l. 1. § in hoc iudicio. Etiam princeps dicitur quilibet prælatus eccleſiæ, vt diſt. 35. c. eccleſiæ principes, & c. corpora, præalleg.

Principium rei dicitur a parte ſuperiori, inferior autem pars ad quam deſcendit curſus aquæ dicitur finis, arg. l. 1. in ſi ff. de aqu. plu. arc. B. in l. 3 in ſi. ff. de fu.

Principia appellat lex, & tabernacula principum militiæ, l. officium, in fi. de re milit.

Priuati dicuntur proprie, qui non ſunt conſtituti in aliqua dignitate, 24. q. 1. qui contra. Item dñr omnes exempti a iure communi,

muni,ſiue ſit collegium,ſiue aliqua ſpecialis perſona, 7.q.1. petiſti,& diſt.3.priuilegia.

Priuata delicta dicuntur,quæ ciuiliter tractantur, vt ſi mihi furatus ſis 10.& ego,vt rehabeam, ago, non vt corporaliter puniaris.Sed publica delicta ſunt quorum perſecutio eſt permiſſa cuilibet de populo, quale eſt crim. læſ.maie.vel accuſatio de ſuſpecto tutore,vel curatore,in quib. accuſare poſſunt.

Priuata perſona eſt perſona carens functione publica, vide ſupra, Perſona.

Priuatum ius eſt illud, quod principaliter ad ſingulorum vtilitatē pertinet,vt in pactis,& conuentionib.ſingularium perſonarum quod require ſupra,Ius publicū.

Priuignus dicitur, qui ex marito mulieris natus eſt, antequā fuiſſet maritus eius,ei contra.

Priuigna dicitur proprie filia vxoris ab alio viro priori genita,vel econuerſo, filia mariti ex alia vxore prædefuncta.

Priuilegium eſt principis beneficium contra ius commune indultum. Non.n. eſt priuilegiū niſi aliquid indulgeat ſpeciale. c.Abbatem,de verb ſign. & c in his,de priuil.& dicitur quaſi priuans legem,vel eſt lex priuata,i. vnius ante alios honor, vel dignitas,aut immunitas, quæ ſibi conuenit, eorum., quæ alijs incumbunt, vel quæ de iure communi allegantur. Dicuntur ergo priuilegia priuatorum leges, i.a iure communi exceptorum,vt in c.priuilegia.diſt.3.Et priuilegiū eſt duplex,perſonale,& reale,c. mandata,de præſump. Perſonale extinguitur cum perſona,imò quandoq; ante perſonam extinguitur,vt cum eo male abutitur, & ſequitur perſonam; & hoc verum de conceſſo indeterminatè: quia cum determinatione loci vel temporis conceſſum,non ſequitur perſonam extra locum, vt eſt priuilegium vſus pallij, c. ex tuarum.de author. & vſu pallij. Etiam extincta re extinguitur priuilegium reale.16.quæſt. 7.&hoc diximus in cap. Abbatem,in fin.de verb. ſignif. & gl. in regula, priuilegium, de reg. iur.lib.6.Item priuilegium perditur propter ſex,vt in gloſ.vnica,in fin.cap.renouante, diſtin. 22. & eſt duplex priuilegium, ſcilicet generale,& ſpeciale.Generale eſt, quod communi corpori, vel collegio conceditur, ut in cap. cum & plantare, eod. tit.uel uniuerſitati,17.quæſt.4.ſi quis ſuadente. Et quod conceſſum eſt fratrib. & eccleſijs circa contractus,uel quaſi,& circa indicia.Itē quod cōceſſum eſt mulierib.circa fideiuſſores. Speciale eſt,quod perſonæ conceditur, & illud extinguitur cū perſona, 7.q.1.petiſti reg. priuilegia &c.

Priuilegiarius dicitur, cui priuilegium indultum eſt, l ſi uentri. de priui.cred.

Pro,& propter differunt, Nã aliud eſt ſoluere pro debitorib. aliud propter debitores no. in l. dominus Sticho, ff. de pec. leg. Item pro,ſignificat cauſam finalem,propter vero cauſam impulſiuam,vt d.l.dominus.

Proaſtia appellantur ſuburbana,quæ pulcherrimè compoſita a domino,nõ tam vtilitatis, quã voluptatis cauſa habentur. Meminit huius dictionis Iuſtin. in auth de alie.& emphy. §.j licet corruptè impreſſum ſit proauſtria.proaſtia.

Proauus dicitur pater aui, vel auiæ; & proauia, mater aui, vel auiæ, l. iuriſcon. §. tertio gradu. de grad.affin.

Probatæ caſtitatis dicitur,qui non manifeſte apparet incontinens,cap. a multis, de ætate, & qualitate.

Probatio ſecundum Azo eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. Sed hæc diffinitio ſecundum Gof. locum ſolum habet in his, quæ probantur pro inſtantia diſputationis, non autem in iudicio,vbi probatio fit per teſtes,& inſtrumenta, plerumque per iudicia,& præſumptiones. Vel probatio eſt rei dubiæ in iudicio legitimè facta declaratio. Et nota, quod probatio fit ſimpliciter. Primo per aſpectum,vt in notorio, quod probatur per facti euidentiam,cap. euidentiam, de accuſ.c.propoſuiſti, de probation. ff.de vent.inſpi.l.1.in prin.16.q.3.inter memoratos,Item in ætate,vt l.minor.ff.de mino.Secũdo fit per teſtes plures, vel per vnum cum alijs præſumptionibus vehementibus.Tertio per inſtrumenta.Quartò per confeſſionem.Et hi quatuor modi ponuntur in cap.cum ad ſedem,de reſt. ſpol. Quinto fit per ſcripturam antiquorum librorum ca. cum cauſam, eod. tit. Sextò per violentiam præſumptionis,32.q.1. dixit dominus. Septimo per famam cum alijs præſumptionib. c.3.loco. eo. 1. Octauo per iuramentum. Et no. ſoli ſacramento creditur,quando de conſcientia alicuius quæritur,ſiue dubitatur de ſent. excom. ſi vero aliquis. Item probatio teſtib. & fide tabularum conſtat. cap. forus, de verb. ſign. vide Goff. cod. tit.§. ſpecies probationum.

Probatoria, vel probatoriæ officiorum ſunt documenta ad probandum aliquem eſſe priuilegiatum ad officium aliquod authoritate Imperiali, vt poteſt colligi C. de diuer.off. l. probatorias.lib.12.

Procõſul dicitur iudex ordinarius,& eſt a populo conſtitutus, non a Principe delegatus nec ab alio,ſed ante Imperatoriã maieſtatẽ creatus, cuius olim erat in prouincijs dirigi, ſ. in regno tributarijs, vt per eum prouinciales ſua negotia expedirent. Hic vero plurib.nõ poteſt vti faſcib. quam ſex, & in prouincia ad eũ perti-

pertinebat, vt ad quoſcunque magiſtratus reſpiceret, ff. de off. proconſul. l. proconſules.

Proconſulis legatus eſt, cui proconſul prouinciam ingreſſus mandat iuriſdictionem.

Procurator eſt, qui aliena negotia mandato ſibi a domino facto gerenda gratuitè ſuſcipit plura vel vnum, ff. de neg. ge. l. 3. §. negotia. & ff. vi bon. rap l. 2. §. ꝙ ait. Et dicitur gratuitè, quia ſi interuenit merces, non eſt procurator, ſed locator operarum. Dicitur mandato domini, ad excludendum tutorem, curatorem, collegia, & prælatos eccleſiarũ, qui procuratores conſtituere nõ poſſunt, ſed ſyndicum vel actorem. Et quæ ſit differentia inter procuratorem & ſyndicum, actorem, & vicedominum, notatur de ſyndi. c. 1. de off. ord cum uos. Et cõſtituitur de mandato generali vel ſpeciali. ff. eod. tit. l. 1. & ff. man. l. ſi remunerandi. §. 1. Vel ſic: Procurator dicitur is, qui in iudicio, uel extra mandato dñi negocia miniſtrat agẽdo vel defendendo, l. 1. §. 1. ff. eo. tit. inter quem & aduocatum hæc eſt differẽtia, quia procurator cauſam abſẽtis tractat aduocatus vero cãm pñtis, vterq; tñ poſtulare dr, vel ſm cano. Oĩs adminiſtrator ritè dicitur ſeu uocat procurator, ut 1 q. 3. ſaluator. Nam procurator eſt nomen generale ad quemlibet adminiſtratorẽ pertinens, & per ſequentia, quæ traduntur in conſtitutione, reſtringitur ad id, de quo agitur. Oportet ẽt officium procuratoris eſſe gratuitũ, quia ſi quia recipit, facit contra bonos mores, & hoc intelligitur, qñ paciſcitur, vt habeat certã partẽ eius, de quo eſt quæſtio ꝙ nõ licet, põt tñ licitè recipere ſalariũ pro labore ſuo. & no. ꝙ duplex eſt procurator, ſ. ad iudicia. & ad negotia, qui differunt in trib. quia primo procurator ad iudicia nõ cõſtituit procuratorẽ alium, niſi poſt l. c. cõt. cum iam eſt dñs litis, & ant. litis cont. aliũ procuratorẽ dare non poteſt nec tutorẽ, niſi ſit procurator in rem ſuã qui ante & poſt lit. cont conſtituere poteſt. Sed procurator ad negotia conſtituere poteſt libere alium procuratorem quemcunq; vult. c. 1. de proc. lib 6 Secunda differentia habetur in c. qui generaliter, in fi. de proc lib 6. quia primus nõ datur, niſi maior 25. annis, ſecundus vero poſt 17. ann Tertia habetur differentia, de reſcr. c. ex parte decani. Et no. optimam rationẽ primæ differentiæ illorũ procuratorũ, quia negotiũ extra iudiciũ ſumit originẽ a miniſtro & poſteã tranſit dñum l. quicunque gerimus ff de actio. & obl. ſed in iudicio negotiũ originaliter eſt in dño, & poſtea transfunditur in procuratorem, l. ſi procurator meus, ff. de neg. geſt. Et dicit Lud. Ro. in ſing. ſuis ꝙ procurator conſtitutus ad agendum

dum cenſetur etiam conſtitutus ad defendendum, vt l. mutus, §. pœna. ff. de procu. Et hoc verum eſt in procuratore actoris, ſecus in procuratore rei, qui licet ſit conſtitutus ad defendendum nõ tamen ad agendum. Et dicit idẽ quod de hoc ſit caſus vnicus in cap. conſtitutus, de proc. legiſtis penitus incognitus, & etiam nõnullis canoniſtis, & dicit eſſe mirabilem text. benè menti tenendum.

Procurator Cęſaris eſt, qui ex mandato Cæſaris cauſas, & negotia agit. Et quæcũque acta aut geſta ſunt a procuratore Cæſaris, ſic à Cæſare comprobantur, atque ſi ab ipſo Cęſare geſta eſſent. Et ſicut ad procuratorem Cæſaris tantum rerum pertinet adminiſtratio; ita ad iuridicum Alexandriæ iuris tantum, & non rerum ſpectat ſolicitudo, vt ff. de off. proc. Cæſ. l. 1.

Procuratorium, & mandatum differunt, ſicut etiam eſt differentia inter literas procuratorias, & literas de rato, de hoc vide de re li. do. cap. cum dilectus, in gl. 1. de off. dele. c. coram. Et no. procuratorium mandatum debet fieri legaliter, ad quod quatuor exiguntur. Primum, vt dirigatur aduerſario, cui etiam mandati reuocatio eſt inſinuanda, vel ſaltem iudici, cui fides eſt facienda. Secundum, vt contineat nomina inſtituentis, & inſtituti. Tertium nomen iudicis, coram quo procurator debet experiri. Quartũ cauſam, in qua, dum coram iudice eodem plures cauſas habet inſtituens, quod a notarijs bene eſt notandum.

Prodigium quod ſit, notatur. ff. de ſta. ho. l. non ſunt liberi. C. de poſth. hær. inſt. l. 3. & l. portentum. ff. de verb. ſign.

Prodigium neutri generis eſt cibus, qui infra proximos dies prodigatur, i. conſumatur, & ipſis prodigis, cum interdicitur eis bonorum adminiſtratio, plerunque a fiſco præſtatur, vt ff. de off. præſi. l. plebiſcito. Et Accu. in gl. 3. l. quæcunque pro reliquis prodigorum C. de ſi. inſtr. lib. 10.

Prodigus eſt qui neq; tempus neque finem expenſarum aduertit, neque modum. ff. de cu. fu. l. 1. ſed bona ſua dilapidãdo, & diſſipando profundit, cui interdicitur bonorum adminiſtratio à iudice, per l. 12 tab vel aliàs lege, vt quia in l. Iul. maieſt. commiſit; C. ad l. Iul. maieſt. l. fi.

Prodigus dicitur ille, qui in ſe tantum prodigalitatem exercet, & in ſe delinquit, ſecundum Bal. in ſing. in l. 1. §. exigitur. ff. de bo. poſ. cont. tab. ex quo deprehenditur, quod quis ſit prodigus. Bar. in l. qui habet in princip. de tuto. & in l. is qui. § 1. ff. de tut. & curat.

Prodigus famæ ſuæ dicitur quis quando non curat infamiã, turpiter viuendo, & talis negligens famam ſuam crudelis eſt, c. nolo.

ſtolo. 11.q.1. Pan.in c. prælatorum in 2.no.de accu.

Proditor eſt ille,qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat, de pœn.diſ. 6.ſacerdos,& de pœn.& remiſſ. omnis vtriuſque. Et de multiplici ſpecie proditorum,no.in c clericus 46.diſt.

Profectitia dos, quæ dicatur, explicat diffuſiſſime Vlp. in l.pro fectitia.de iur.dot.

Profectitium peculium, vide peculium profectitium.

Profiteri indicium, eſt vltrò ſe,conſorteſq; criminis deferre, auctor Bud. in l. 1 ad l. Corn.de ſicar.

Progener eſt maritus neptis.

Prognatus eſt,qui vocatur abnepos, quaſi procul a me natus, quia in quarto,gradu. Iuſtinianus verò in § 2. Inſt.de hær. quę ab inteſt vſus eſt verbo prognatus,pro ſuo ſimplici, quod eſt natus,videturq;hoc verbum ad oẽs deſcendentes,exceptis filijs pertinere,quã porto, ſeu procul natos; ſicuti & verſa vice primogenitores pro quibuſcunque aſcendentibus accipiuntur.

Programma ſecũdum quoſdã dicitur præcedens ſcriptura,quę per plures prouincias ſiue loca deſtinatur. Sed ſecundum Azo.in ſum. C.eo.tit.eſt ſcriptura publicè propoſita, vt ibi dicitur in §. mutationes. Programma,inquit Alc.li.preter.i.in hoc ipſa dictione, Græca vox eſt, ſignificatque in iure,quod latinè appellat Vlp proſcriptionẽ, tit.de inſt.act. Capitur & pro edicto,vt in vita Auidij Caſſi Imperatoris legitur.

Prohæres eſt,qui putat ſe hæredem eſſe,cum non ſit,l.pro hęrede.ff.de pet hær.

Proiectum dicitur quoddam genus ædificii.quod nulla columna ſuppoſita ,ita ædib.appẽdet vel mœnijs vt terram non tãgat Et alio modo dicitur appendix.

Proles propriè ea dicitur,quę eſt ex iuſtis nuptijs, in authe.de nup in prin.col.4.

Proluſorium iudiciũ ait Bud. appellari cauſam præiudicialem qua.ſ. quaſi aditus ad aliud iudiciũ aperitur, cuiuſmodi eſt actio ad exhibendum, & querela inoffic.teſt. Illa enim viam, vt ita dixerim, ſternit ad rei uendicationem,hęc verò ad petitionem hęreditatis.

Prolytę appellabantur olim diſcipuli, qui 5.ann.iuri operam dediſſent in proœ.ff.

Promercale dr̃, quod præter vſus vendẽtis venale exponitur. l.quod ſi de imp. in reb.do.fac.

Promiſſio, & repromiſſio differunt,quia promittendo negotium inchoamus, ſed repromittendo adimpletũ conſolidamus. Eſt ergo repromiſſio quaſi iterata promiſſio, vt res magis ſit in ſecuro ſicut ſit in facto, vbi fideiuſſio interuenit. Nam debitor promittit & fideiuſſor repromittit,vel potius, & melius fideiuſſor promittit, ſed debitor vice-

verſa qui pluries repromittit.

Promiſſionem committit dicimus, quando peruenit in eum caſum, vt ex ea aliquid peti poſſit, v.g. Promiſi tibi equum, ſi nõ darem eum eo die, promiſi metibi daturum 100. aureus, ſi modo eo die non darem tibi equum, committitur promiſſio, vel ſtipulatio 100 aureorum.

Promptuarium appellatur locus, in quem reponuntur edulia ad vſus quotidianos parata.

Promulgare legem eſt eam cõdere, & conditam recitare, proferre, pronuntiare, patefacere, prodere, vel manifeſtare.

Promulſidarium poculũ, mulſo bibendo aptum. l. & fi. de au. & arg. leg.

Pronepo, eſt filius nepotis, ſicut proneptis eſt filia nep.

Pronuntiare propriè dicimur quod viua voce, & memoriter ꝓferimus. Sed cum dicitur iudicẽ pronuntiaſſe, latam ab eo ſententiam eſſe oſtendimus pronuntiatu, de ver. ſign. vbi Alc.

Pronurus dicitˀ vxor nepotis.

Proœmium eſt ſermo generalis præambulans in principijs librorũ oſtendens in generali, quę poſtea contineantur in ſpeciali, interdum alia pleraque complectens, vt no. Io. And. in exordio cle. ſuper ver. quoniam.

Propatruus frater eſt proaui.

Properè propriè. i. nimis citò.

Propinquorum verbo, qui cõtineantur, docet Bar. in l. fi. C. de verb. ſign.

Propria cauſa quæ dicatur tradit Vlp. in l. 1. §. in propria, quando app. ſit.

Proprietarius idem eſt, quod dñs, ſ. q̃ cuiuſq; rei ꝓpretatẽ hẽt.

Poreta qui ꝓræ nauis præeſt.

Prorogare eſt prolõgare, producere, vel primum tempus extendere. ff. de iu. l. 2.

Prorogatio fit de tempore ad tempus, c. de cauſis, de or. del. & fit etiam de re ad rem. ff. de iu. l. de qua re. § 1. & c. cum olim, de of. de le. verſ. fi. Item de perſona ad perſonam etiam altera parte inuita, c. 1. de alie. iu. mu. cau. fac. Item fit de iudice ad iudicem. ff. de iud. l. 1. vbi no. quod fundamẽtum prorogationis eſt iuriſditio. Ergo in iudicem non habentem iuriſdictionem non poteſt fieri prorogatio, quia non èntis non ſunt qualitates. l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. & c. ad audiẽtiam. 2. in fi. de eccleſ. ædif. Aliud fundamentũ eſt cõſenſus partiũ. Nam ſi eſſet error, vel titubatio, nõ fieret prorogatio. l. fi. de cõd. ind. metus em̃ & error excludũt prorogationem. l. 1. ff. de iud. quia error excludit conſenſum, qui eſt cauſa prorogationis.

Proſceniũ locus ante ſcenam ludicris exercendis paratus.

Proſcriptio eſt aduerſus abſentem iudicialis pronuntiatio, vt in poſterum procul agat, ideſt maneat ab imperio, & talis contra quem fit pronũtiatio talis, &

eius bona palam, & apertè ſcribuntur, dicitur proſcriptus, & debent omnia bona ſcribi, & de ipſis inuentarium fieri continēs tàm mobilium, et ſe mouentium diuerſas ſpecies, & qualitates, quam immobilia, vt menſuram agrorum, & numerum vinearū, quantum ſit inuineis, oliuetis, arbuſtis, aratorijs, & paſcuis. Hanc proſcriptionem Græco vocabulo dicimus pragmaticā quęſtionem, licet alia ſignificatione qō tormentum dicatur, quia tormentis cōiter veritas inquiritur, quare tortores dicuntur quęſtionarij, vt infra de Quæſtionibus.

Proſocer dicitur mariti, auus.

Proſocrus eſt vxoris auia.

Proſpectus, & lumen quomodo differant vide, l. lumen, ff. de ſer. vrb præd.

Proſtaſia, vel proteſtaſia genus eſt præfecturę, l. nec, C. de mun. patr. vbi ſecundum Alc. ſumitur pro munere, & offic. eius magiſtratus, qui præerat ſacris.

Protecta, partes ſunt domus prominentes, qualia ſunt podia penſilia, vnde aſpectus eſt nobis in plateas, & vicos.

Protector eſt, qui ſtat armatus cum Principe, vt Oliuius, & Belliſanus erant domeſtici, & protectores Inſt. ſecundum Acc. in rubr. C. de do. & protec. per totum lib. 12.

Proteruia eſt crudelitas, vel terribilitas, ſecundum Io. Andr. in clem. vnica, de foro comp. vbi alleg. Græciſmum dicente; Improbus eſt aliquis verbis, factiſque proteruus.

Proteſtatio nihil aliud eſt, quam animi agentis expreſſio, c. conſulti. extra de re. & l. ſi duo, §. cū inquilinus, ff. vti poſſ. Quid ſit proteſtatio, quotuplex ſit, q̄d declaratoria, cui ſit faciēda, quis poſſit proteſtari, qualiter, vbi, & quando fieri debeat, quis ſit eius effectus, an requiratur conſenſus proteſtati, & multa alia notabilia in hac materia plenius, quam alibi, vide apud Bart. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. no. nunc. & in l. 1. eod. tit. in quibus locis vide plene Alex. & alios Doct.

Prothyrum, & hypothyrum valuarium hians, cauitas appellari poteſt: Nam ipſa oſtiorum latera antea diximus: & in hac ſignificatione accipitur a Pomp. in l. pe. ff. de ver. ſig. & ab Vlp. in l. queſitum. §. Papi. ff. de fun. inſt. Vitruuius tamen ſcribit prothyra, pe. correpta eſſe veſtibula in domorum ianuis. Nam Græcis thyra eſt ianua, & pro, ante.

Protocolum appellatur ſcriptura tabellionis, in qua breuiter annotatur actus geſti ſubſtantia, vt deinde extendi, atq; abſolui poſſit.

Pro tutore ſe gerere dicitur, qui munimine tutoris fungitur de iure, ſiue putet ſe tutorem, ſiue ſciat ſe non eſſe, fingit tamen ſe eſſe.

Pro-

Prouincia diuerſimode conſideratur, & diſtinguitur. Nam in materia præſcriptionum diuerſæ ciuitates, in quib: habentur, & exercentur diuerſæ iuriſdictiones ſeparatæ, dicuntur prouinciæ, quandoq, diuerſitas archiepiſcoporum facit aliam prouinciam, & ſic prouinciæ quandoq; modicum diſtant, vt Piſana, & Florentina, quãdoq; diſtinguuntur prouinciæ medio freto, vt Gallia, Hiſpania, Sicilia, & ſic ſumitur diſtinctio prouinciarum, 3. q. 3. §. ſpatium vbi dicitur, quod ad producendum teſtes, de eadem prouincia dantur tres menſes, de cõtigua ſex, & de tranſmarinis nouem menſes, de hoc in c. vltra tertiam de teſti. ſecundum Innoc. Hinc prouinciales, qui in prouincia orti ſunt, vel domicilium habent, l. prouinciales vbi Alc. de verb. ſign.

Prouiſio, electio, poſtulatio differunt, de elec. c j. li. 6. & prouiſio eſt latum verbum, quod cõprehendere poteſt nominationẽ poſtulationem, præſentationem, & collationem, vt eſt gl. in cle. ſi. de elec quæ alleg. iura concor.

Proxeneta eſt paranymphus, i. media perſona, per quam aliquis contractus celebrãdus, aut meũdus procuratur, & talis procurator in ſponſalib: dicitur paranymphus qui explorat voluntatem hominum, qui & cum quibus velint contrahere, & quę ſit facultas contrahentium, vel contrahere volentium, cuius remuneratio, vel merces dicitur proxeneticum. Et conſiſtit officium eius circa amicitias complẽdas, & circa aſſeſſores conquirendos ordinarijs iudicib, vide cap. 2. de hoc in gl. 2. de teſtib: lib. 6.

Proximus eſt quem nemo præcedit, l. proximus, ff. de ver. ſign. etiamſi ſolus ſit, vt l. proximi, eo. tit. Item proximi ſunt non illi tantum, quos nobis ſanguinis gradus iungit, ſed omnes homines naturæ noſtræ participes c. charitas, verſic. Item non illi. de poe. diſt. 2.

Proximi ſacrorum ſcriniorũ, require ſupra in ver. Præpoſiti ſacr. ſcrin.

Prudentia eſt carnalis concupiſcentia, 32. q. 1. non. n. Alibi appellatur malitia, de deſp. imp. c. de illis 2. ſic etiam in delictis de delict. pue. c. pueris, de ſpon. imp. c. tuæ, in gl. 3.

P ante V.

PVberes a pube. i. a pudendis corporis ſunt dicti. Et dicitur eſſe pubes, qui iam compleuit. 14. annum, ſi eſt maſculus, & generare poteſt, & 12 ſi eſt fœmina, c. puberes, de deſp. imp.

Pubertas in maſculis incipit poſt 14. annum completum, in fœminis poſt 12. vt Inſt. quib. mo. tut. fi. in prin Sed cum fit mentio pubertate plenæ, varijs modis Doc. de interpretari ſolet, prout

materia,

materia, de qua agitur, ſuadet, vt notabiliter tradit gl. in §. minorem, Inſt. de adop.

Publica propriè dicũtur, quæ populi Rom ſunt. Nam bona ciuitatum abuſiuè publica dictã ſunt, l. bona, de verb. ſign.

Publica iudicia ſunt quaſi populica, quia cuilibet de populo permiſſa eſt eorum perſecutio vt ſupradictum fuit in ver. Priuata delicta.

Publicani dicuntur, qui publica vectigalia adminiſtrant, vnde eorum nomen deſcendit, ſiue ad hoc conſtituti; vt publica vectigalia exigant, ſiue tributa conducant. ff. de pu. & vect. l. 1. Nam etiam dicuntur vectigalium conductores fiſci, vel rerum publicarum, & qui lucra, vel publica negotia ſæculi ſectantur ibidem l. 3. Aliter publicani dicuntur, qui publicè peccant, vt in Euang. Luc. 18. cap. de Phar. & Public.

Publicaria dicũtur ea, quę ob aliquod delictum ſic enorme in publicum ærarium deuoluuntur & inde dr̃ publicatio bonorum.

Publicarij dicũtur, qui ob aliquod delictum ſic enorme res delinquentium in publicum ærarium deuoluunt.

Publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalib. proueniens, robur trahens ab eccleſiæ inſtitutione propter honeſtatem. Non. n eſt honeſtũ, vt quis eam ducat, quam ſuus conſanguineus deſponſauit, c. ad audientiam, & c. ſponſam de ſpon. Vnde huiuſmodi prohibitio non cõſurgit ex conſanguinitate, nec affinitate contracta ex nuptijs conſumatis: ſed ex quadam publica æquitate inductum eſt hoc ius, prohibens matrimonium cõtrahi, & contractum dirimens. Et no. quod ideò dicitur publicę honeſtatis iuſtitia, quia in matrimonijs non ſolum, quod liceat, ſed quod honeſtum eſt conſideretur. ff. de ritu nup. l. ſemper, & oritur etiam ex ſponſalib. quæ de iure non ſortiuntur effectum, vt in c. ad audientiam, præalleg. ſecus in matrimonio, quia affinitas non contrahitur ex nuptijs interdictis, vide Goff. in ſum. de ſpo. vbi dicitur, quod ſecundum quoſdã in nullo caſu locum habet hodie publicæ honeſtatis iuſtitia, niſi in ſponſa fratris, de qua in veteri, & nouo teſtamento prohibitũ eſſe videtur, quam ſponſam fratris fratres habere non poteſt, d. c. ad audiẽtiam, cum conc. in gl. & rationem dicunt, quia ſublata eſt in eo caſu in quo de maiori æquitate locum habuit. ſ. in ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulanda prioris, vt de conſang. & affin. non debet, ideo & in alijs reuocata videtur, quia de ſimilib. idem eſt iudicium, vt ibi.

Publiciana actio. Req. ſup. Actio publiciana.

Publicum abſolutè, quandoq; capitur pro vectigali, vt tradit

Bud.

æſtimationem refertur l. inter hęc verba, de verb. ſign. vbi Alc.

Quanto minoris actio. Require ſupra, Actio.

Quanto minus, hæc verba quomodo intelligenda ſint, vide l. ſi ita a te, de verb. ſign.

Quartarum tres ſunt ſpecies vna eſt debita iure naturæ, quæ dicitur bonorum ſubſidiū, quæ hodie eſt aucta ad trientem & ſemiſſem ſecundum numerū filiorum vnde. Quatuor aut infra dāt natis iura trientem; Semiſſem verò dant natis quinq; vel vltra, Alia eſt Trebellianica, tertia Falcidia, de quib. in c. Raynutius, de teſt. in gl. ſuper ver. quartam partem, & in c. ſi patet, eo. tit. lib. 6. Et differūt Trebellianica, & Falcidia in hoc, quia teſtator poteſt auferre Falcidiam, et grauare hęredem, quod ipſam non detrahat, Trebellianicam verò nō poteſt interdicere ipſi.

Quaſi, quandoq; eſt expręſſiuum veritatis, vt Io. 1. Quaſi vni geniti à patre c. parochianos. de deci. vbi gl. & ff. ex qui. cau. mai. l. ait prætor, §. item ei.

Quaſi caſtrenſe peculium vide ſup. Peculium quaſi caſtrēſe.

Quaſi ſententia eſt, ſi quis in iudicio confiteatur ſe furem, ſecus ſi extra, & cum quis pręmiſſis actionibus, quæ naſcuntur ex delicto, non eſt damnatus, ſed ipſe dedit, vel dare debet pecuniā, ne conueniatur illis actionib. & præſumitur, quod illud faciat ex conſcientia delicti, excuſatur tamen vbi cum iuſſu Prætoris cum eo tranſigitur.

Quaſi Seruiana, vide Actio quaſi Seruiana.

Quatenus facere poſſit, ſi quis iuxta hanc formulam cōdemnetur non totum, quod habet extorquendum eſt, ſed hēnda eſt ratio negat, l. in condemnatione de reg. iur.

Querela eſt ius quoddam reſcindendi teſtamentum vel donationem, vel dotem in totum captam, & competit reo ex his, quæ acta ſunt, vel in partem. Nō .n. eſt propriè actio, quia nō agitur, vt, quid detur vel pręſtetur, nec proprie accuſatio, quia non accuſatur qs, vt puniatur in corpore, ſed obtinet mediam viā & aperit viam ſuccedendi, ſecundū Azo. in ſum C, de inoff. teſt.

Querela inofficioſæ donationis inducitur ad inſtar inofficioſi teſtamenti, & cōpetit liberis, vel parentib. a debito bonorum ſubſidio excluſis, eſt. n. cauſa huius quærelæ, in qua excluſio a debito bonorum ſubſidio, & datur contra illos, quibus datum eſt in immenſum, ſecundum Azo. C, eod. tit.

Querela inofficioſæ dotis inducitur adinſtar donationis inofficioſæ, & competit filijs contra matrem, cum omnia vel penè omnia dotis cauſam in filiorum fraudem dedit pro ſe, vel filia vel muliere alia, ſecundum Azo.

Azo. eodem titulo.

Querela inofficioſi teſtamenti datur omnib. qui tẽpore mortis imminentis ab inteſtato poſſunt ſuccedere, exhæredatis, vel preteritis contra ſcriptos hæredes vel fideicommiſſarios.

Quæſtio eſt inquiſitio veritatis per tormenta, ſecũdum Azo. in ſumma, eod.tit. vel eſt oratio interrogatiua. Alia ſignificatione idem eſt, quod tormentum, quia tormentis veritas inquiritur, vt cum ſeruus torquetur pro crimine fraudati cenſus aut læſæ maieſtatis, vt de domino dicat, quæ nouit. Ita capitur pro tortura, l.item, § quæſtionem, de iniu, & l. 1. §. quæſtionem, ad Sylla. Unde quæſtionarij, & dicuntur tortores.

Quæſtio emergens dicitur ea, quę proponitur ex his, quę emergunt in lite, vt ſi quæritur an iſte poſſit teſtari, vel an danda ſit dilatio, vel conſimilia.

Quæſtio incidens dicitur illa, quę ante litem cęptam competit reo ex his, quę acta ſunt inter reum, & actorem, vt datum de non petendo rem iudicatam.

Quæſtio mota dicitur, quãdo quis vocatus eſt per except vel ſupplicatum eſt.i.datus libellus arg.l ſi quis maior. C.de tranſa. vel fortę verius per litis conteſt. l.amplius, ff.de rem ha.

Quæſtio poſſeſſionis eſt, in qua de ſola poſſeſſione controuerſia ventilatur, extra dę ord. cog. cap ſuper ſpoliatione.

Quæſtio proprietatis, eſt, in qua de ſola proprietatis, hoc eſt, de dominio vel quaſi dominio eſt q.de cauſa poſſeſſ. & pro peta.c.cum dilectus, & dico quaſi dominio, propter res incorporales, quæ nõ poſſidentur, vt in ſpiritualib.Inſt.de reb.corpo.& incorpo.§.incorporales.

Quæſtio ſtatus mouetur, cum quis vendicatur in ſeruum C. de aſſer toll l.vnica, in princ.& 45. diſt.frequens.

Quæſitor, i.cancellarius, l.fin. C.de diuer.reſc.& in authen.de exhib.reis, §.quia verò. Et notat. quod tribus modis dicitur quæſitor. Primò ille, qui quęrebat pecunias tributorum per mundũ, & ſeruabat. Secũdò ille, qui pręerat capitalib.cauſis. Tertiò, qui ſtabat vt legeret libros, qui candidatus principis dicebatur, l.1. de offic. q. quomodo in proœ. Inſt.ſumitur, & no.quod ſecundum primum modum dictum in iure varijs nominib.nũcupatur, ſ.ſuſceptor, & opinator, vt C.de ſuſc.& archi.l.niſi opina.lib 10.

Quæſtores illuſtres ſic dicti ſunt eo, quod pecuniæ publicæ quærendæ per mundum, & conſeruandæ, ſiue congregandæ curam, & ſollicitudinem haberent & ad hoc creati eſſent. Et dicebãtur quæſtores, ærarij ab ære, i. pecunia dicti. ff.de orig. iur. l.2. §. Ex actis deinde legibus, poſt princip.

Quæ-

Quæſtores patricidij dicūtur quam cauſis capitalib. præfecti vel præpoſiti erāt, ff. de orig. iur. l. 2. §. præal. Inde eſt ex quæſtor, i. extra quæſturam poſitus.

Quæſtores ſacri Palatij dicebantur qui erant in Palatio Principis, libris principalib. legendis vacantes, non dico ſententijs, quia illuſtres tantum illas legebant. Vel dicebantur, qui idem officium gerebant in domo Imperatoris. Talis eſt candidatus principis vocabatur, & ſic capitur in proœ. Inſtit. & ff. de offic. quæſt, & l. 1. in fi. & ff. de ori. iur. & l. 2. §. deinde. Vide Acc. in glo. 3. in §. cumq. Inſt. vt ſupra.

Quæſtus eſt, qui ex opera, ſolertia, vel diligētia alicuius prouenit, & ideo hæreditas, legatū, & donatio non continentur appellatione quæſtus, l. coram, & l. quæſtus, ff. pro ſoc. & l. aditio, §. 1. ff. de acq. hæred.

Quia vide in verſ. Si.

Quilibet eſt diſtributiuum, vt no. ff. de duob. reis, l. duos reos, Et aliquādo ponitur pro aliquis vt in c. de homine, de celebr. miſſarum.

Quincunx, eſt pars aſſis conſtans ex quinq; vncijs. Inſtit. de hæred. inſt. §. hæreditas.

Quirites ſunt Romani, ſic dicti a Quirino, i. Romulo eorum Rege ſic dicto, vel a quiris, i. haſta, quia magna haſta in bello vtebantur.

Quis vel qui reſtringit præcedentia, etiam quandoq; declarat vt no. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. Et refert aliquando antecedens in genere, C. de iniu. l. dominum, ſicut, & alius iuxta illud. Et alij duo nequam. Et qui eſt relatiuum ſubſtantiæ. C. de ſum. Trin. & fide cath. l. 1. in glo.

Quiſquiliæ dicuntur ſordes domus mundatę, quæ ſcopijs eijciuntur, ſ. lapides, folia, ſtramenta, pulueres, oſſa, &c.

Quo, eſt idem quod vt, vt C. de pœ. l. ſi quis in metallum.

Quod iuſſu actio, Require ſupra, Actio.

Quod metus cauſa, Require ſupra, Actio.

Quod vi aut clam, Quorū bonorum, Quorum legatorū. Req. ſupra, de Interdictis.

Quominus aliquando eſt vna pars, & exponitur, i. in præſentia l. fi. C. de legi. aliquando, i. in continenti, l. ſi quaſi. ff. de pig. act. Aliquando duę partes, & exponitur, vt no. in l. quominus, ff. de flum. Aliquādo, i. non l. ſi ego, ff. ſi cer. pet. l. cum ipſe, de excuſat. tut. & l. ſi dolo, ff. de donat. Aliquando exponitur quo, pro vt, & minus pro non. C. ne vxor. pro mari. l. 1. Aliquando quo minus. i. quam, l. liber homo, ff. de verb. obl. Et de hac dictione vide Doct. in l. continuus, in prin. ff. de verb. oblig.

Quondam poteſt ſignificare tria tempora, præſens, præteritum, & futurum, vt not. per gl. l.

nec emptioni. §. fin. ff. de contrahen. empt. & cap. cum olim, in prin. de offic. delegat. cap. ex parte de foro compet. Bar. in l. 1. §. hoc autem, colum. 1. ff. de nou. ope. nunc.

Quoties intelligitur quandiu fieri poteſt id, de quo agitur, niſi tempus fuerit oppoſitum, l. ſicut ff. quemadm. vſusfru. amit. & l. veluti. ff. de eden. & differũt quoties, & rurſus in reiteratione, vt no. in l. fideicommiſſa §. ſi quis decem, ff. de leg. 3 & per Cyn. in l. in legem, C de indi. vid. tollen.

R Ante A.

RAbies eſt furor, ſiue diſcurſus cum impetu, c. de viro, & ibi no. Archidiac. 12. q. 2.

Rancor, & iniuria differunt, quia licet iniuriam non teneatur quis remittere, rancorem tamen tenetur remittere. Spec. in tit. de treuga & pace, verſ. & no.

Rancor eſt vitium carnis, ſicut mucor panis, & acor vini. Vnde dicitur, caro ranceſcit, vel rancida eſt.

Rapere, & amouere, ita differre Vlpian. ait, vt amoueri aliquid etiam ſine vi poſſit, rapi autem non niſi cum vi. l. 3. de incend. ruin. naufr. Sed qui vi adhibita aliquid ſcidit, aut fregit alicui rapuiſſe dici poteſt. l. Marcellus, de verb. ſign. vbi Alc.

Rapina eſt violenta receptio rerum, vt l. 1. C. vi bon. rapt. ſed raptus proprie eſt violenta receptio mulierum ſecundũ Goſ.

Raptor rerũ dicitur ille, qui bona aliena vi rapit, & apertè. ff. ne quis eum, qui in ius, l. ſed eximendi, & ſic etiam eſt raptor hominũ, & maxime mulierum. Raptor, & fur ex animo dicuntur, Inſt. vi bon. rap. in gl. in verſ. comprehendatur, & quomodo diſtinguantur, uide ibidem.

Raptus, tus tui, dicitur rerum, ut ff. de incendio ruin. naufr. per totum. Et hominis, ut C. de rap. uirg. uel uid leg. unicà, licet quidam teneant contra primum. Et loquitur ſolum de mulierib. raptis a uiris, non de mulieribus rapientibus uiros.

Ratis dicitur nauigium incondĩtum, & temere factum, ut trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem prębent. A rate ratiarius dicitur, vt nauicularius, non opifex, ſed qui rationib. negotiatur, ſecundum Bud in l. 1. de exer. actio.

Ratio ſecundum Azon. de edendo, eſt ſcriptura cauſa negotiationis mutuæ edita de datis & acceptis, ſecus ſi ibi continetur de pignore tantum, uel de mandato tantum, uel de conſtituta pecunia tantum. Aliter accipitur ratio dum dicitur rationẽ eſſe reddendam de omnib. & aliter cum dicimus, habenda eſt ratio ætatis, & ſimilia, ut in l. in condemnatione, de reg. iur. & l.

a.in princ.de poſtul.Nam habere rationem ætatis, eſt habere reſpectum ætatis, i. conſiderationem. Et multum intereſt inter reddere rationem,et edere.Nam edere, eſt rationes exhibere, & copiam deſcribendi facere, reddere autem eſt computare, & quod reliquum eſt reſtituere, l. boues, de verb.ſign.argumento extra,de reſcrip.ſi quãdo in verſic. rationabilem cauſam, quia teſtis non valet, niſi cauſam ſui dicti reddat,ſi quæratur ab eo.2. quæſtio.1.in primis. Tunc enim ratio ſumitur pro cauſa, ſimiliter ibi,Quod ratione caret,extirpare neceſſe eſt,vt 63. diſtin.capit.epiſcopi.Etiam prælatus debet eſſe paratus rationem reddere omni poſcenti.§.eccl.in fi.36. diſtin.& in l.ſi quis, §.ſed interdum,ff.de relig.& ſum.fun & intelligitur illud dictum, ſi poteſt, quia per impotentiam quandoque non eſt omnium reddenda ratio,ff.de leg.l.non omnium,& præcipuè in arbitrarijs, vt quod Specu.intitulat de teſte, in ſingulari,hoc Grego.9.de teſtib.ſecũdum Ioan. Andr. ergo dicitur. Sic volo, ſic iubeo,ſic pro ratione voluntas.

Ratiocinia ſunt rationum redditiones,ad quas aliquis obligatur ex adminiſtratione rei publ. vel priuatæ,quam geſſit,vnde publica ſunt illa, quibus obligatur offi[illegible] curię ex adminiſtratio[illegible]rem publ.pertinente,vt in l.officialis,C.de epiſcop. & cler. Priuata autem ſunt illa, quibus obligantur aliqui ex adminiſtratione rerum pertinentium ad priuatos, vt tutores.curatores,vel procuratores,gaſtaldiones,& balliui aliquorum.Vnde obligatus ad ratiocinia;eſt ad rationem reddendam alicui aſtrictus.

Rationalis, idem qui logiſta, de quo ſup.ſuo loco.

Rõnalis Cæſaris idẽ eſt, quod procurator Cæſaris, a rationib. gerendis ſic dictus.Vide conſtõnem Græcam. C.de rat. ope.pu.

Raucæ vocantur vermes, qui in radice quercus naſcuntur, & tranſeunt, de quib. habetur in l. ex conducto §.1.ff.loca.licet gl. intellexit de ſpinis.

R ante E.

Reatus dicitur ſtatus atq; habitus ipſe rerum,antequam abſoluantur aut damnentur cũ ſquallidi,prolixa barba, de ſalute litigant, & rerum ſuarum anxij ſatagũt, Iuſtin. tamen vſus eſt pro pęna, in auth. de incep. nup. vulgo autem accipitur pro crimine, eo modo quo abigeatum dicimus, abigeorum delictum.

Rebellis dr̃ inobediens Principi circa concernentia proſperitatem Imperij,in extrauagãti, qui ſint rebelles,& ibi per Bart

Rebellis, & contumax differunt vt no.Doct in cap.ſanè. de offic.

Offi.dele.Et no.quod rebellis officiali domini Papæ,vel eccleſię vel Imperij dicitur rebellis Papæ,& Imper.l.hoſtes,& ibi Bar. ff.de capt.& poſtl.reuer. & vide etiam Bart. in l.1.de deſcr. rubr. 14.C.de pœna rebellantis, vide Barto. in d. extrauaganti, in 12. colum.

Receptatores dicũtur,qui aliquos receptant, & vt frequẽtius ſonat in malum. Sunt.n.illi, qui fures,raptores,& cæteros malefactores recipiunt, vt C. de his, qui latron.l.1.& ff. de recepta.l. 1. ſine quib. latere non poſſunt, vt in c.ſicut ait, de hær.vel hærę ticorum receptatores anathematizantur, ſed receptores, ſecundum Inn. dicuntur aduocati, in c.ex parte,de poſt.

Recipere quandoq; ſignificat excipere,vt in l.qui fundum, de verb. ſign. aliquando eſt præſtitutum ſe promittere; interdum approbare , vnde illa locutio: More maiorum receptum eſt,& conſimilis.

Reciſius,ideſt breuius, c.cum ſit Romana,de appell.

Recommendari reus a Doc,dicitur.quando quis eſt carceratus propter vnum crimen, & alij implorant officium iudicis , vt detineatur etiam propter eorũ intereſſe.

Recontrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto.Inſt.qui mo.re. cõtra obl. per totum.

Reconuentio eſt mutua petitio, quæ fit a reo conuento contra actorem, vt ſi petas a me decem ex cauſa mutui, & ego recõ ueniam te ad alia decem mihi debita ex operis tibi præſtitis.

Recta linea aſcendentes ſunt pater,auus,proauus,abauus,atauus, tritauus, ſicut in fęminis lineam dicimus, matrem, auiam, proauiam,abauiam,&c.

Recta linea deſcendẽtes ſunt filius,filia,nepos, neptis,pronepos, proneptus, abnepos, abneptis,&c.

Rectè denotat iuſtitiam ſicut ritè ſolemnitatem, ff.de in offic. teſt.l.2.in gl.& ſię ſtat aliquid actum eſſe ritè, videlicet ſecundũ ordinem,& ſolemnitatem iuris, quod tamen nõ eſt actum rectè, i. ſecundum iuſtitiam, & æquitatem,vt no.Io.And in clem.ſi.de app.& no c.quoniam contra,de probat & eſt glo.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acq.poſſ.

Recuſare dr̃,qui debitè requiſitus nec cauſa rationabili differt executionem, no.in auth.de exac.iuſtam,dot.§.illud, col.7.

Recuſatio ſecundum Spe. eo. tit.eſt iuriſdictionis, vel audientiæ cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio,vt C.de iu,l.apertiſſimi,& dic vt no.ibi. & ſit vſq; ad 20.dies ſecundum leges,vt C.dę lit.cont.auth.offeratur.

Rheda eſt quoddam vehiculum ad eundum,vel redeundum habile, & eſt quatuor rotarum

l. Cum in plures, §. fin. ff. loc.

Redictum dicitur etiã quod nõ eſt exactum, ſed exigi poteſt, l. ſi poſſeſſor, §. redacte, ff. de pet. hæred.

Reddere propriè eſt retrò dare, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem, l. verbum reddendi. de verb. ſign.

Reddere rationes, vide Ratio.

Reditus anni inter immobilia comparatur, in auth. vt hi. qui obli. ſe ha. perhib. res min. §. licebit, auth. & l. iubemus nulli, §. 1. C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. Et reditus appellatione omnes prouentus continentur ſecundum Pau. de Eleaz. & Zaba. in clem. vnica, de exce. præl. & vide not. in c. paſtoralis, de dec. & dicitur reditus quaſi retrodatus, Bart. in l. filio in 2. no. ff. de lib. & poſth. & in rub. ff. ſol. mat. in 4. col. ver. idem dic de verbo reddendi. Vel melius reditus dicuntur a redeundo quaſi ſingulis annis redeuntes, & ideo ſcribendum ſimplici d, id quod, & ratio ſyllabæ, neceſſariò expoſcit, & idem ſunt reditus, & fructus, l. fundi Trebatiani, & ibi Bar. in 1. col. ff. de vſu, & vſufruc. leg. Sed Spec. facit differentiam in tit. de loc. & conditio, §. 1. ver. illud. Quid ſint reditus, & fructus, eſt bona gloſ. in c. [illegible] reditus, de elect. [illegible]

[illegible] conductore,

[illegible] liquem facere

rehabere iterum, quod prius habuit, vt ff. de ædi. edi. & pe. redhibit. actio. l. redhibere, in princ.

Rehibitoria actio, Req. ſupra Actio redhibitoria.

Redimere interdum ponitur pro conducere, & tunc plerunque refertur ad eum, qui pacta mercede aliquid faciendum ſuſceperit, l. pl. num. §. operas, de vſu. & hab.

Referendarij ſunt aduocati, qui referunt hominum negotia coram Principe, in auth. de referenda, col. 3. & ibi gloſſ. In curia Rom. ſunt ſpeciales officiales, qui referunt Papę ſuplicationes c. ex literis, de in inte. reſtitu. vbi Inn. & Hoſt.

Referre quandoque idem eſt quod accuſare aliquem.

Reficere eſt, quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare, l. 1. §. 1. ff. de riuis, & vide ibidem not. de hoc verbo, & in l. 3. §. pen. ff. de itin. actuq. priu. & in l. 1. §. 1. ff. de via pu. Quæ requirantur in refectione, vide Barto. in l. 1. ff. de ritu nup.

Refragari eſt nocere, vel impedire ſiue contradicere.

Regalia ſunt quædam iura imperij, vt portus, & flumina, & alia, vt notat, in vſib. feud. quæ ſint regalia, & Innoc. in cap. generali de elect. libro ſexto, & ibi per Car.

Regula ſecũdum Azo. eſt plurium rerum, compendioſa narratione facta traditio; vel eſt cõpendioſa

pendioſa diffinitio rerum, vniuerſitatem complectens. Item regula quandoque dicitur ſpecialis norma, vel modus viuendi monachorum vel canonicorum, quia talis normam recte viuendi prębet. de ſta. mon. per totum, & inde dicitur regularis. Item quãdoque regula dicitur conſtitutio canonica, 11. diſt. hoc veſtræ indicimus charitati. Item regula ſecundum Goffr. & legiſtas eſt, quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat, vt ff. de reg. iur. l. regula. Nam ex regula non fit ius, ſed ex iure, quod eſt regulare, fit regula. Alias. n. dici deberetur ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula ideo, quia recte ducit nec aliorſum trahit, quaſi à rego, eò quod recte regat, & debet regula fieri ſigno vniuerſali, vel indefinito. Aliter in Grammatica, Regula eſt multorum ſimilium collectio vel cõiunctio. Quid ſit regula, vel poteſtas eius, quis effectus, quod officium eius, & qualiter perdat officium ſuum, dic, vt ff. de regul. iur. l. regula, eodem titulo in rub. libro 6.

Erat & regula inſtrumentum, quo in factura oleo veteres vtebantur, l. ſed addes vbi Bub. ff. loc.

Regula Catoniani dicit, quod legatum, quod fuerat inutile, ſi teſtator moritur, licet ex interuallo moriatur non conualeſcat, vt ff. eodem tit. l. 1. in princ. & ff. de leg. 2. l. cætera, §. 1. Et non propriè dicitur regula, nec inter eas ponitur.

Regulam dicuntur propriè habere illi, qui profitentur tria ſubſtantialia cuiuslibet religionis approbatæ, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiã, vt in c. cum ad monaſterium de ſtatu regula. Panor in rubrica, de regula.

Regulares ſecundum Goffre. ſunt, qui ad viuendum regulariter ſe aſtringunt, ſiue ſint monachi, qui debent vacare diuinis, vt C. de epiſ. & cler. generaliter, §. ſiue ſint canonici regulares. Nam idem eſt iudicium de ambobus, vt in c. ex partem, de poſtul. & c. nõ magnopere, ne cler. vel mon. & hoc eſt verum quoad rem, non quoad regulam latiorem, vt in titu. de ſtatu mona. Vnde monachus dicitur a monos, ideſt vnus, & icos cuſtos, vel acos, ideſt triſtis, quia ſolus debet ſtare triſtis, vt not. C. de epiſcop. & cler. in rubr. 16. q. 2. c. placuit, 2. vbi dicitur quia mundo mortuus eſt. Deo autem viuit. Et Latinè redditur vnus triſtis, vt ea. q. ſi cupis. Sed canonicus dicitur a canon. ideſt regula, & icos cuſtos, quia ſemper debet eſſe ſub regula, quare dicitur regularis. Nam regularis eſt, qui per profeſſionem imperio prælati ſe ſubijcit.

Rei vendicatio, ſecundũ Azo.

dum cenſetur etiam conſtitutus ad defendendum, vt l. mutus, §. pœna. ff. de procu. Et hoc verum eſt in procuratore actoris, ſecus in procuratore rei, qui licet ſit conſtitutus ad defendendum nõ tamen ad agendum. Et dicit idẽ quod de hoc ſit caſus vnicus in cap. conſtitutus, de proc. legiſtis penitus incognitus, & etiam nõnullis canoniſtis, & dicit eſſe mirabilem text. benè menti tenendum.

Procurator Cęſaris eſt, qui ex mandato Cæſaris cauſas, & negotia agit. Et quæcũque acta aut geſta ſunt a procuratore Cæſaris, ſic à Cæſare comprobantur, atque ſi ab ipſo Cęſare geſta eſſent. Et ſicut ad procuratorem Cæſaris tantum ferum pertinet adminiſtratio; ita ad iuridicum Alexandriæ iuris tantum, & non rerum ſpectat ſolicitudo, vt ff. de off. proc. Cæſ. l. 1.

Procuratorium, & mandatum differunt, ſicut etiam eſt differentia inter literas procuratorias, & literas de rato, de hoc vide de re iu. do. cap. cum dilectus, in gl. 1. de off. dele. c. coram. Et no. procuratorium mandatum debet fieri legaliter, ad quod quatuor exiguntur. Primum, vt dirigatur aduerſario, cui etiam mandati reuocatio eſt inſinuanda, vel ſaltem iudici, cui fides eſt facienda. Secundum, vt contineat nomina inſtituentis, & inſtituti. Tertium nomen iudicis, coram quo procurator debet experiri. Quartũ cauſam, in qua, dum coram iudice eodem plures cauſas habet inſtituens, quod a notarijs bene eſt notandum.

Prodigium quod ſit, notatur. ff. de ſta. ho. l. non ſunt liberi. C. de poſth. hær. inſt. l. 3. & l. portentum. ff. de verb. ſign.

Prodigium neutri generis eſt cibus, qui infra proximos dies prodigatur, i. conſumatur, & ipſis prodigis, cum interdicitur eis bonorum adminiſtratio, plerunque a fiſco præſtatur, vt ff. de off. præſi. l. plebiſcito. Et Accu. in gl. 3. l quæcunque pro reliquis prodigorum C. de ſi. inſtr. lib. 10.

Prodigus eſt qui neq; tempus neque finem expenſarum aduertit, neque modum. ff. de cu. fu. l. 1. ſed bona ſua dilapidãdo, & diſſipando profundit, cui interdicitur bonorum adminiſtratio à iudice, per l. 12 tab. vel aliàs lege, vt quia in l. Iul. maieſt. commiſit, C. ad l. Iul. maieſt. l. fi.

Prodigus dicitur ille, qui in ſe tantum prodigalitatem exercet, & in ſe delinquit ſecundum Bal. in ſing. in l. 1. §. exigitur. ff. de bo. poſ. cont. tab. ex quo deprehenditur, quod quis ſit prodigus. Bar. in l. qui habet in princip. de tuto. & in l. is qui. § 1. ff. de tut. & curat.

Prodigus famæ ſuæ dicitur quis quando non curat infamiã, turpiter viuendo, & talis negligens famam ſuam crudelis eſt, c. nolo.

ſolo. 11.q.1. Pan.in c. prælatorum in 2.no.de accu.

Proditor eſt ille,qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat, de pœn.diſ. 6.ſacerdos,& de pœn.& remiſſ. omnis vtriuſque. Et de multiplici ſpecie proditorum,no.in c clericus 46.diſt.

Profectitia dos, quæ dicatur, explicat diffuſiſſime Vlp. in l.pro fectitia.de iur.dot.

Profectitium peculium, vide peculium profectitium.

Profiteri indicium, eſt vltrò ſe,conſorteſq; criminis deferre, auctor Bud. in l.1.ad l. Corn.de ſicar.

Progener eſt maritus neptis.

Prognatus eſt,qui vocatur abnepos, quaſi procul a me natus, quia in quarto,gradu. Iuſtinianus verò in § 2.Inſt.de hær quę ab inteſt vſus eſt verbo prognatus,pro ſuo ſimplici, quod eſt natus,videturq; hoc verbum ad oēs deſcendentes,exceptis filijs pertinere,quā porto, ſeu procul natos; ſicuti & verſa vice primogenitores pro quibuſcunque aſcendentibus accipiuntur.

Programma ſecūdum quoſdā dicitur præcedens ſcriptura,quę per plures prouincias ſiue loca deſtinatur. Sed ſecundum Azo.in ſum. C.eo.tit.eſt ſcriptura publicè propoſita, vt ibi dicitur in §. mutationes. Programma,inquit Alc.li.preter.i.in hoc ipſa dictione, Græca vox eſt, ſignificatque in iure,quod latinè appellat Vlp proſcriptionē, tit.de inſt.act. Capitur & pro edicto,vt in vita Auidij Caſſi Imperatoris legitur.

Prohæres eſt,qui putat ſe hæredem eſſe,cum non ſit,l.pro hęrede.ff.de pet hær.

Proiectum dicitur quoddam genus ædificii.quod nulla columna ſuppoſita ,ita ædib.appēdet vel mœnijs vt terram non tāgat Et alio modo dicitur appendix.

Proles propriè ea dicitur,quę eſt ex iuſtis nuptijs, in authe.de nup in prin.col.4.

Proluſorium iudiciū ait Bud. appellari cauſam præiudicialem qua.ſ. quaſi aditus ad aliud iudiciū aperitur, cuiuſmodi eſt actio ad exhibendum, & querela inoffic.teſt. Illa enim viam, vt ita dixerim, ſternit ad rei uendicationem,hęc verò ad petitionem hęreditatis.

Prolytę appellabantur olim diſcipuli, qui 5.ann.iuri operam dediſſent in proœ.ff.

Promercale dr, quod præter vſus vendētis venale exponitur. l.quod ſi de imp. in reb.do.fac.

Promiſſio, & repromiſſio differunt,quia promittendo negotium inchoamus, ſed repromittendo adimpletū conſolidamus. Eſt ergo repromiſſio quaſi iterata promiſſio, vt res magis ſit in ſecuro ſicut ſit in facto, vbi fideiuſſio interuenit. Nam debitor promittit & fideiuſſor repromittit,vel potius, & melius fideiuſſor promittit, ſed debitor vice-

uerſa qui pluries repromittit.

Promiſſionem committit dicimus, quando peruenit in eum caſum, vt ex ea aliquid peti poſſit, v.g. Promiſi tibi equum, ſi nō darem eum eo die, promiſi me tibi daturum 100. aureus, ſi modo eo die non darem tibi equum, committitur promiſſio, vel ſtipulatio 100 aureorum.

Promptuarium appellatur locus, in quem reponuntur edulia ad vſus quotidianos parata.

Promulgare legem eſt eam cōdere, & conditam recitare, proferre, pronuntiare, patefacere, prodere, vel manifeſtare.

Promulſidarium poculū, mulſo bibendo aptum. l. & fi. de au. & arg. leg.

Pronepo, eſt filius nepotis, ſicut proneptis eſt filia nep.

Pronuntiare propriè dicimur quod viua voce, & memoriter ꝓferimus. Sed cùm dicitur iudicē pronuntiaſſe, latam ab eo ſententiam eſſe oſtendimus pronuntiatu, de ver. ſign. vbi Alc.

Pronurus dicitᷓ vxor nepotis.

Proœmium eſt ſermo generalis præambulans in principijs librorū oſtendens in generali, quę poſtea contineantur in ſpeciali, interdum alia pleraque complectens, vt no. Io. And. in exordio cle. ſuper ver. quoniam.

Propatruus frater eſt proaui.

Properè propriè .i. nimis citò.

Propinquorum verbo, qui cōtineantur, docet Bar. in l. fi. C. de verb. ſign.

Propria cauſa quæ dicatur tradit Vlp. in l. 1. §. in propria, quando app. ſit.

Proprietarius idem eſt, quod dñs, ſ. q̄ cuiuſq; rei ꝓpretatē hēt.

Poreta qui ꝓræ nauis præeſt.

Prorogare eſt prolōgare, producere, vel primum tempus extendere. ff. de iu. l. 2.

Prorogatio fit de tempore ad tempus, c. de cauſis, de or. del. & fit etiam de re ad rem. ff. de iu. l. de qua re. § 1. & c. cum olim, de of. de le. verſ. fi. Item de perſona ad perſonam etiam altera parte inuita, c. 1. de alie. iu. mu. cau. fac. Item fit de iudice ad iudicem. ff. de iud. l. 1. vbi no. quod fundamē tum prorogationis eſt iuriſditio. Ergo in iudicem non habentem iuriſdictionem non poteſt fieri prorogatio, quia non ēntis non ſunt qualitates. l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. & c. ad audiētiam. 2. in fi. de eccleſ. ædif. Aliud fundamentū eſt cōſenſus partiū. Nam ſi eſſet error, vel titubatio, nō fieret prorogatio. l. fi. de cōd. ind. metus em̄ & error excludūt prorogationem. l. 1. ff. de iud. quia error excludit conſenſum, qui eſt cauſa prorogationis.

Proſceniū locus anno ſcenam ludicris exercendis paratus.

Proſcriptio eſt aduerſus abſentem iudicialis pronuntiatio, vt in pōſterum procul agat, id eſt maneat ab imperio, & talis contra quem fit pronūtiatio talis, &

eius

eius bona palam, & apertè ſcribuntur, dicitur proſcriptus, & debent omnia bona ſcribi, & de ipſis inuentarium fieri continẽs tàm mobilium, et ſe mouentium diuerſas ſpecies, & qualitates, quam immobilia, vt menſuram agrorum, & numerum vinearũ, quantum ſit inuineis, oliuetis, arbuſtis, aratorijs, & paſcuis. Hanc proſcriptionem Græco vocabulo dicimus pragmaticã quęſtionem, licet alia ſignificatione qô tormentum dicatur, quia tormentis cõiter veritas inquiritur, quare tortores dicuntur quęſtionarij, vt infra de Quæſtionibus.

Proſocer dicitur mariti, auus.

Proſocrus eſt vxoris auia.

Proſpectus, & lumen quomodo differant vide, l. lumen, ff. de ſer. vrb præd.

Proſtaſia, vel proteſtaſia genus eſt præfecturę, l. nec, C. de mun. patr. vbi ſecundum Alc. ſumitur pro munere, & offic. eius magiſtratus, qui præerat ſacris.

Protecta, partes ſunt domus prominentes, qualia ſunt podia penſilia, vnde aſpectus eſt nobis in plateas, & vicos.

Protector eſt, qui ſtat armatus cum Principe, vt Oliuius, & Belliſarius erant domeſtici, & protectores Inſt. ſecundum Acc. in rubr. C. de do. & protec. per totum lib. 12.

Proteruia eſt crudelitas, vel terribilitas, ſecundum Io. Andr. in clem. vnica, de foro comp. vbi alleg. Græciſmum dicente; Improbus eſt aliquis verbis, factiſque proteruus.

Proteſtatio nihil aliud eſt, quam animi agentis expreſſio, c. conſulti. extra de re. & l. ſi duo, §. cũ inquilinus, ff. vti poſſ. Quid ſit proteſtatio, quotuplex ſit, q̃d declaratoria, cui ſit faciẽda, quis poſſit proteſtari, qualiter, vbi, & quando fieri debeat, quis ſit eius effectus, an requiratur conſenſus proteſtati, & multa alia notabilia in hac materia plenius, quam alibi, vide apud Bart. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. no. nunc. & in l. 1. eod. tit. in quibus locis vide plene Alex. & alios Doct.

Prothyrum, & hypothyrum valuarium hians, cauitas appellari poteſt. Nam ipſa oſtiorum latera antea dicimus: & in hac ſignificatione accipitur a Pomp. in l. pe. ff. de ver. ſig. & ab Vlp. in l. queſitum. §. Papi. ff. de fur. inſt. Vitruuius tamen ſcribit prothyra, pe. correpta eſſe veſtibula in domorum ianuis. Nam Græcis thyra eſt ianua, & pro, ante.

Protocolum appellatur ſcriptura tabellionis, in qua breuiter annotatur actus geſti ſubſtantia. vt deinde extendi, atq; abſolui poſſit.

Pro tutore ſe gerere dicitur, qui muniminе tutoris fungitur de iure, ſiue putet ſe tutorem, ſiue ſciat ſe non eſſe, fingit tamen ſe eſſe.

Pro-

Prouincia diuerſimode conſideratur, & diſtinguitur. Nam in materia præſcriptionum diuerſæ ciuitates, in quib: habentur, & exercentur diuerſæ iuriſdictiones ſeparatæ, dicuntur prouinciæ, quandoq; diuerſitas archiepiſcoporum facit aliam prouinciam, & ſic prouinciæ quandoq; modicum diſtant, vt Piſana, & Florentina, quãdoq; diſtinguuntur prouinciæ medio freto, vt Gallia, Hiſpania, Sicilia, & ſic ſumitur diſtinctio prouinciarum, 3. q. 3. §. ſpatium vbi dicitur, quod ad producendum teſtes, de eadem prouincia dantur tres menſes, de cõtigua ſex, & de tranſmarinis nouem menſes, de hoc in c. vltra tertiam de teſti. ſecundum Innoc. Hinc prouinciales, qui in prouincia orti ſunt, vel domicilium habent, l. prouinciales vbi Alc. de verb. ſign.

Prouiſio, electio, poſtulatio differunt, de elec. c j. li. 6. & prouiſio eſt latum verbum, quod cõprehendere poteſt nominationẽ poſtulationem, præſentationem, & collationem, vt eſt gl. in cle. ſi. de elec quæ alleg. iura concor.

Proxeneta eſt paranymphus, i. media perſona, per quam aliquis contractus celebrãdus, aut meũdus procuratur, & talis procurator in ſponſalib: dicitur paranymphus qui explorat voluntatem hominum, qui & cum quibus velint contrahere, & quę ſit facultas contrahentium, vel contrahere volentium, cuius remuneratio, vel merces dicitur proxeneticum. Et conſiſtit officium eius circa amicitias complẽdas, & circa aſſeſſores conquirendos ordinarijs iudicib. vide cap. 2. de hoc in gl. 2. de teſtib. lib. 6.

Proximus eſt quem nemo pręcedit, l. proximus, ff. de ver. ſign. etiamſi ſolus ſit, vt l. proximi, eo. tit. Item proximi ſunt nõn illi tantum, quos nobis ſanguinis gradus iungit, ſed omnes homines naturæ noſtræ participes c. charitas, verſic. Item non illi. de poe. diſt. 2.

Proximi ſacrorum ſcriniorũ, require ſupra in ver. Præpoſiti ſacr. ſcrin.

Prudentia eſt carnalis concupiſcentia, 32. q. 1. non. n. Alibi appellatur malitia, de deſp. imp. c. de illis 2. ſic etiam in delictis de delict. pue. c. pueris, de ſpon. imp. c. tuæ, in gl. 3.

P ante V.

PVberes a pube. i. a pudendis corporis ſunt dicti. Et dicitur eſſe pubes, qui iam compleuit. 14. annum, ſi eſt maſculus, & generare poteſt, & 12. ſi eſt fœmina, c. puberes, de deſp. imp.

Pubertas in maſculis incipit poſt 14. annum completum, in fęminis poſt 12. vt Inſt. quib. mo. tut. fi. in prin Sed cum fit mentio pubertate plenæ, varijs modis Doc. de interpretari ſolet, prout materia,

materia,de qua agitur,ſuadet,vt notabiliter tradit gl. in §. minorem,Inſt.de adop.

Publica propriè dicitur,quæ populi Rom ſunt.Nam bona ciuitatum abuſiuè publica dicta ſunt,l.bona,de verb.ſign.

Publica iudicia ſunt quaſi populica ; quia cuilibet de populo permiſſa eſt eorum perſecutio vt ſupradictum fuit in ver. Priuata delicta.

Publicani dicuntur,qui publica vectigalia adminiſtrant, vnde eorum nomen deſcendit,ſiue ad hoc conſtituti ; vt publica vectigalia exigant,ſiue tributa conducant.ff.de pu.& vect.l.1. Nam etiam dicuntur vectigalium conductores fiſci,vel rerum publicatum,& qui lucra, vel publica negotia ſæculi ſectantur ibidem l. 3.Aliter publicani dicuntur, qui publicè peccant, vt in Euang. Luc.18.cap.de Phar.& Public.

Publicaria dicũtur ea, quę ob aliquod delictum ſic enorme in publicum ærarium deuoluuntur & inde dr publicatio bonorum.

Publicarij dicũtur,qui ob aliquod delictum ſic enorme res delinquentium in publicum ærarium deuoluunt.

Publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalib. proueniens,robur trahens ab eccleſiæ inſtitutione propter honeſtatem.Non.n eſt honeſtũ , vt quis eam ducat , quam ſuus conſanguineus deſponſauit,c ad audientiam,& c.ſponſam de ſpon. Vnde huiuſmodi prohibitio non cõſurgit ex conſanguinitate, nec affinitate contracta ex nuptijs conſumatis : ſed ex quadam publica æquitate inductum eſt hoc ius, prohibens matrimonium cõtrahi , & contractum dirimens . Et no.quod ideò dicitur publicę honeſtatis iuſtitia,quia in matrimonijs non ſolum, quod liceat, ſed quod honeſtum eſt conſideretur ff.de ritu nup.l.ſemper,& oritur etiam ex ſponſalib. quæ de iure non ſortiuntur effectum, vt in c. ad audientiam,præalleg.ſecus in matrimonio ; quia affinitas non contrahitur ex nuptijs interdictis,vide Goff.in ſum.de ſpõ.vbi dicitur ; quod ſecundum quoſdã in nullo caſu locum habet hodie publicæ honeſtatis iuſtitia , niſi in ſponſa fratris, de qua in veteri,& nouo teſtamento prohibitũ eſſe videtur , quam ſponſam fratris fratres habere non poteſt, d. c.ad audiẽtiam ; cum conc.in gl. & rationem dicunt,quia ſublata eſt in eo caſu in quo de maiori æquitate locum habuit.ſ.in ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulanda prioris , vt de conſang. & affin. non debet,ideo & in alijs reuocata videtur, quia de ſimilib. idem eſt iudicium,vt ibi.

Publiciana actio.Req. ſup. Actio publiciana.

Publicum abſolutè,quandoq; capitur pro vectigali , vt tradit

Bud.in ann.in Pand.vbi vide.

Publicum ius eſt, quod principaliter ſpectat ad publicam vtilitatem.Req. ſup. Ius publicū.

Publicum munus quid ſit, explicat apertiſſimè Pomp. in l pupillus,de verb.ſign.

Pueri dicuntur filij,non filiæ. Secundo dicuntur omnes ſerui pueri etiam ſexagenarij. Tertiò dicuntur omnes,qui ſunt in ætate puerili, ſ. mares a ſeptennio vſque ad 14. annum, & puellæ vſque ad 12.annum, ff de verb. ſign.pueri, de ætat. & qualit. ex ratione in gloſſ. Quando tamen legantur pueris alimenta, pueri, & puellæ dicuntur vſque ad 30 annū,ff.de ciba. & alim leg. l.Mela.

Puerpera eſt,quæ parit in annis pueril ib. vt inquit text. in c. puberes,de deſpon.imp.

Pugiles dicuntur qui pugnandi artem norunt.

Pugillares,id eſt tabulæ cereę l.in commodato, §.ſicut autem, ver.ego ſi pupillares,ff.commodati.

Pulſare differt a verberare,q̃a pulſamus ſine dolore,ſed verberamus cum dolore.

Pupillus dicitur, qui cum impubes eſt, deſinit eſſe in poteſtate patris,aut morte patris, aut emancipatione,& ſic pupillus dicitur etiamſi habeat patrem, l. pupillus,ff.de verb ſign.

Pupilla ſimiliter dicitur infra annos pubertatis emācipata,vel morte patris deſinens eſſe in poteſtate eius.ſ.12.annorum, ſicut pupillus infra 14 ann.

Pupillaris ſubſtitutio dicitur, quę fit impuberi in euentu mortis eius in ętate pupillari,vide infra in ver.Subſtitutio pupillaris.

Pura ſtipulatio, vide infra,in ver Stipulatio pura.

Purus locus dr̃,qui neq; ſacer neq; ſanctus,neq; religioſus eſt, l 2 ff de reli.& ſump.fun.

Purgare, huius verbi ſignificatum vide in l.1.§. purgandi,ff. de riuis.

Purgatio eſt de obiecto crimi ne innocentiæ oſtenſio. Et eſt duplex,ſ.canonica,quæ fit per iuramentum, & hęc approbatur, & vulgaris, ſ. quam ſibi vulgus inuenit, & hęc fit per ferrum candens,per duellum,per aquam frigidam ſiue bullientem,& hęc reprobatur, vt eo.tit c. ex tuarum, & per totum, eo.tit.2.q 4.mennam Forma autem purgationis hęc eſt, quod infamatus iurabit ſe immunem eſſe a crimine,quo infamatur, & compurgatores iurabūt illum verum ſe credere iuraſſe, c.quoties, & c.vlt eod.tit. Aliter autem deponere non debent, ne ſubeant anceps periurium, ff.de in lit.iu.l.videamus, & numerus compurgatorum hr̃. 2.q.4.omnib.vobis, & c præsbyter ſi a plebe. Hodie numerus cōpurgatorum arbitrarius eſt, inſpecta perſonę qualitate,& infamię quantitate, c.cum in iuuentute.

tute.eo.tit. Et hęc de forma purgationis canonicæ. ſed de purgatione vulgari patet in eo.tit. per totum, & 2.q.4 monomachiam, c.mennam, & c cōſuluiſti. Eſt eſt triplex ratio quare huiuſmodi purgatio prohibeatur Primò, q i hæc facti ſunt inuenta fabri ... vt in c.mennam, præall. Secūda, quia Deus in eo tentari videtur, vt in eo tit.c. vlt. Tertia, quia vt plurimum innocens condemnatur, vt in c. ſignificantib.eo. titu. Deus autem tentari non debet, 22.q.2.quæritur.

Purpurę appellatione, quę cōtineantur, declarat iuriſc. in l. ſi cui lana, §.vlt, de leg.3.

Purpurarij, qui purpuras capiunt, vel qui purpura tingunt aut negotiantur.

Puſtulatum aurum vel argentum vide ſupra, in ver. Argentū poſtulatum.

Puteal eſt illud, quo puteus cooperitur.

P ante Y.

PYctacium eſt ſcriptura continens petitionem alicuius, c.pyctacium, 30.q 3. vel dicitur breuis ſcrip. quæ in Tuſcia dicitur apodicium, C.de ero.mil.an. l.actuarij lib.12. & gl.in c.ſi quis Papa, 79.diſt.

Pyrrhicharij ſiue purrhicarij dicūtur ſaltatores armati, vt author eſt Bud in l. Athletas, de ijs qui no.infa. & in l.aut de pœn.

Pytiocampæ ſunt ærucæ in pinu naſcentes, quæ annumerātur a Iuriſconſulto inter venena, l.3.de ſicar.

Q ante V.

QVi pro quatenus, l pretiis, ad l.Falc. aliquando ſignificat ... em quod per quam partē, l.1.de mor.inf.

Quadrās eſt quarta pars aſſis, quà perficiuntur tres vnciç: Alia nomina require ſupra, Al.

Quadratarij dicuntur marmorarij, qui marmora ad amuſſim quadrantur, l.11.C.de excuſat. artif. vbi Alc.

Quadripendium eſt as quadriplicatus, l 48.

Quali qui ſint, exponit Vlp.in l.inſtrumenta, de fun inſtr.

Qualiſqualis, pro qualiſcunque. l.reſcriptum.de diſtr pig. ſic qualiterqualiter pro qualitercunque, l. qui fundum, quemad.ſer.amit.

Quam citius, hoc tempus eſt arbitriū boni viri, cum lege vel canone non terminetur.

Quamdiu, hæc dictio quando inducat conditionem, vide Bar. in l.1.de cond.& dem.

Quamuis, hæc dictio habet ampliare ad maiore expreſſis, cle. 1.de re iud.

Quāti ea res erit, & quanti eā rem eſſe apparet, inter hæc verba nihil intereſt, & vtraque harum clauſularum ad veram rei æſti-

æſtimationem refertur l. inter hęc verba, de verb. ſign. vbi Alc.

Quanto minoris actio. Requi re ſupra, Actio.

Quanto minus, hæc verba quomodo intelligenda ſint, vide l. ſi ita a te, de verb. ſign.

Quartarum tres ſunt ſpecies vna eſt debita iure naturæ, quæ dicitur bonorum ſubſidiū, quæ hodie eſt aucta ad trientem & ſe miſſem ſecundum numerū filiorum vnde. Quatuor aut infra dāt natis iura trientem; Semiſſem vero dant natis quinq; vel vltra, Alia eſt Trebellianica, tertia Fal cidia, de quib. in c. Raynutius, de teſt. in gl. ſuper ver. quartam par tem, & in c. ſi patet, eo. tit. lib. 6. Et differūt Trebellianica, & Falcidia in hoc, quia teſtator poteſt auferre Falcidiam, et grauare hę redem, quod ipſam non detrahat, Trebellianicam verò nō poteſt interdicere ipſi.

Quaſi, quandoq; eſt expręſſiuum veritatis, vt Io. 1. Quaſi vni geniti à patre c. parochianos. de deci. vbi gl. & ff. ex qui. cau. mai. l. ait prætor, §. item ei.

Quaſi caſtrenſe peculium vide ſup. Peculium quaſi caſtrēſe.

Quaſi ſententia eſt, ſi quis in iudicio confiteatur ſe furem, ſecus ſi extra, & cum quis pręmiſſis actionibus, quæ naſcuntur ex delicto, non eſt damnatus, ſed ipſe dedit, vel dare debet pecuniā, ne conueniatur illis actionib. & præſumitur, quod illud faciat ex conſcientia delicti, excuſatur tamen vbi cum iuſſu Prætoris cum eo tranſigitur.

Quaſi Seruiana, vide Actio quaſi Seruiana.

Quatenus facere poſſit, ſi quis iuxta hanc formulam cōdemnetur non totum, quod habet extorquendum eſt, ſed hēnda eſt ratio negat, l. in condemnatione de reg. iur.

Querela eſt ius quoddam reſcindendi teſtamentum vel donationem, vel dotem in totum captam, & competit reo ex his, quæ acta ſunt, vel in partem. Nō .n. eſt propriè actio, quia nō agitur, vt, quid detur vel pręſtetur, nec proprie accuſatio, quia non accuſatur qs, vt puniatur in corpore, ſed obtinet mediam viā & aperit viam ſuccedendi, ſecundū Azo. in ſum C, de inoff. teſt.

Querela inofficioſæ donationis inducitur ad inſtar inofficioſi teſtamenti, & cōpetit liberis, vel parentib. a debito bonorum ſubſidio excluſis, eſt. n. cauſa huius quærelæ, in qua excluſio a debito bonorum ſubſidio, & datur contra illos, quibus datum eſt in immenſum, ſecundum Azo. C. eod. tit.

Querela inofficioſæ dotis inducitur adinſtar donationis inofficioſæ, & competit filijs contra matrem, cum omnia vel penè omnia dotis cauſam in filiorum fraudem dedit pro ſe, vel filia vel muliere alia, ſecundum Azo.

Azo. eodem titulo.

Querela inofficioſi teſtamenti datur omnib. qui tépore mortis imminentis ab inteſtato poſſunt ſuccedere, exhæredatis, vel preteritis contra ſcriptos hæredes vel fideicommiſſarios.

Quæſtio eſt inquiſitio veritatis per tormenta, ſecũdum Azo. in ſumma, eod. tit. vel eſt oratio interrogatiua. Alia ſignificatione idem eſt, quod tormentum, quia tormentis veritas inquiritur, vt cum ſeruus torquetur pro crimine fraudati cenſus aut læſæ maieſtatis, vt de domino dicat, quæ nouit. Ita capitur pro tortura, l. item, § quæſtionem, de iniu. & l. 1. §. quæſtionem, ad Sylla. Inde quæſtionarij, & dicuntur tortores.

Quæſtio emergens dicitur ea, quę proponitur ex his, quę emergunt in lite, vt ſi quæritur an iſte poſſit teſtari, vel an danda ſit dilatio, vel conſimilia.

Quæſtio incidens dicitur illa, quę ante litem cęptam competit reo ex his, quę acta ſunt inter reum, & actorem, vt datum de non petendo rem iudicatam.

Quæſtio mota dicitur, quãdo quis vocatus eſt per except vel ſupplicatum eſt. i. datus libellus arg. l ſi quis maior. C. de tranſa. vel fortę verius per litis conteſt. l. amplius, ff. de rem ha.

Quæſtio poſſeſſionis eſt, in qua de ſola poſſeſſione controuerſia ventilatur, extra de ord. cog. cap ſuper ſpoliatione.

Quæſtio proprietatis, eſt, in qua de ſola proprietatis, hoc eſt, de dominio vel quaſi dominio eſt q. de cauſa poſſeſſ. & pro pe. ta. c. cum dilectus, & dico quaſi dominio, propter res incorporales, quæ nõ poſſidentur, vt in ſpiritualib. Inſt. de reb. corpo. & incorpo. §. incorporales.

Quæſtio ſtatus mouetur, cũm quis vendicatur in ſeruum C. de aſſer toll l. vnica, in princ. & 45. diſt. frequens.

Quæſitor, i. cancellarius, l. fin. C. de diuer. reſc. & in authen. de exhib. reis, §. quia verò. Et notat, quod tribus modis dicitur quæſtor. Primò ille, qui quęrebat pecunias tributorum per mundũ, & ſeruabat. Secũdò ille, qui pręerat capitalib. cauſis. Tertiò, qui ſtabat vt legeret libros, qui candidatus principis dicebatur, l. 1. de offic. q. quomodo in proœ. Inſt. ſumitur, & no. quod ſecundum primum modum dictum in iure varijs nominib. nũcupatur, ſ. ſuſceptor, & opinator, vt C. de ſuſc. & archi. l. niſi opina. lib 10.

Quæſtores illuſtres ſic dicti ſunt eo, quod pecuniæ publicæ quærendæ per mundum, & conſeruandæ, ſiue congregandæ curam, & ſollicitudinem haberent & ad hoc creati eſſent. Et dicebãtur quæſtores, ærarij ab ære, i. pecunia dicti. ff. de orig. iur. l. 2. §. Ex actis deinde regibus, poſt princip.

Quæ-

Quæſtores patricidij dicũtur quam cauſis capitalib. præfecti vel præpoſiti erat, ff. de orig. iur. l. 2. §. præal. Inde eſt ex quæſtor, i. extra quæſturam poſitus.

Quæſtores ſacri Palatij dicebantur qui erant in Palatio Principis, libris principalib. legendis vacantes, non dico ſententijs, quia illuſtres tantum illas legebant. Vel dicebantur, qui idem officium gerebant in domo Imperatoris. Talis eſt candidatus principis vocabatur, & ſic capitur in procе. Inſtit. & ff. de offic. quæſt. & l. 1. in fi. & ff. de ori. iur. & l. 2. §. deinde. Vide Acc. in glo. 3. in §. cumq. Inſt. vt ſupra.

Quæſtus eſt, qui ex opera, ſolertia, vel diligẽtia alicuius prouenit, & ideo hæreditas, legatũ, & donatio non continentur appellatione quæſtus, l. coram, & l. quæſtus, ff. pro ſoc. & l. aditio, §. 3. ff. de acq. hæred.

Quia vide in verſ. Si.

Quilibet eſt diſtributiuum, vt no. ff. de duob. reis, l. duos reos, Et aliquãdo ponitur pro aliquis vt in c. de homine, de celebr. miſſarum.

Quincunx, eſt pars aſſis conſtans ex quinq; vncijs. Inſtit. de hæred. inſt. §. hæreditas.

Quirites ſunt Romani, ſic dicti a Quirino, i. Romulo eorum Rege ſic dicto, vel a quiris, i. haſta, quia magna haſta in bello vtebantur.

Quis vel qui reſtringit præcedentia, etiam quandoq; declarat vt no. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. Et refert aliquando antecedens in genere, C. de inin. l. dominum, ſicut, & alius iuxta illud. Et alij duo nequam. Et qui eſt relatiuum ſubſtantiæ. C. de ſum. Trin. & fide cath. l. 1. in glo.

Quiſquiliæ dicuntur ſordes domus mundatę, quæ ſcopijs eijciuntur, ſ. lapides, folia, ſtramenta, pulueres, oſſa, &c.

Quo, eſt idem quod vt, vt C. de pœ. l. ſi quis in metallum.

Quod iuſſu actio, Require ſupra, Actio.

Quod metus cauſa, Require ſupra, Actio.

Quod vi aut clam, Quorũ bonorum, Quorum legatorũ. Req. ſupra, de Interdictis.

Quominus aliquando eſt vna pars, & exponitur, i. in præſentia l. fi. C. de legi. aliquando, i. in continenti, l. ſi quaſi. ff. de pig. act. Aliquando duę partes, & exponitur, vt no. in l. quominus, ff. de flum. Aliquãdo, i. non l. ſi ego, ff. ſi cer. pet. l. cum ipſe, de excuſat. tut. & l. ſi dolo, ff. de donat. Aliquando exponitur quo, pro vt, & minus pro non. C. ne vxor. pro mari. l. 1. Aliquando quo minus. i. quam, l. liber homo, ff. de verb. obl. Et de hac dictione vide Doct. in l. continuus, in prin. ff. de verb. oblig.

Quondam poteſt ſignificare tria tempora, præſens, præteritum, & futurum, vt not. per gl. l. inec

nec emptioni. §. fin. ff. de contrahen. empt. & cap. cum olim, in prin. de offic. delegat. cap. ex parte de foro compet. Bar. in l. 1. §. hoc autem, colum. 1. ff. de nou. ope. nunc.

Quoties intelligitur quandiu fieri poteſt id, de quo agitur, niſi tempus fuerit oppoſitum, l. ſicut ff. quemadm. vſusfru. amit. & l. veluti. ff. de eden. & differũt quoties, & rurſus in reiteratione, vt no. in l. fideicommiſſa §. ſi quis decem, ff. de leg. 3 & per Cyn. in l. in legem, C de indi. vid. tollen.

R Ante A.

RAbies eſt furor, ſiue diſcurſus cum impetu, c. de viro, & ibi no. Archidiac. 12. q. 2.

Rancor, & iniuria differunt, quia licet iniuriam non teneatur quis remittere, rancorem tamen tenetur remittere. Spec. in tit. de treuga & pace, verſ. & no.

Rancor eſt vitium carnis, ſicut mucor panis, & acor vini. Vnde dicitur, caro ranceſcit, vel rancida eſt.

Rapere, & amouere, ita differre Vlpian. ait, vt amoueri aliquid etiam ſine vi poſſit, rapi autem non niſi cum vi. l. 3. de incend. ruin. naufr. Sed qui vi adhibita aliquid ſcidit, aut fregit alicui rapuiſſe dici poteſt. l. Marcellus, de verb. ſign. vbi Alc.

Rapina eſt violenta receptio rerum, vt l. 1. C. vi bon. rapt. ſed raptus proprie eſt violenta receptio mulierum ſecundũ Gof.

Raptor rerũ dicitur ille, qui bona aliena vi rapit, & apertè. ff. ne quis eum, qui in ius, l. ſed eximendi, & ſic etiam eſt raptor hominũ, & maxime mulierum. Raptor, & fur ex animo dicuntur, Inſt. vi bon. rap. in gl. in verſ. comprehendatur, & quomodo diſtinguantur, uide ibidem.

Raptus, tus tui, dicitur rerum, ut ff. de incendio ruin. naufr. per totum. Et hominis, ut C. de rap. uirg. uel uid leg. unicà, licet quidam teneant contra primum. Et loquitur ſolum de mulierib. raptis a uiris, non de mulieribus rapientibus uiros.

Ratis dicitur nauigium in conditum, & temere factum, ut trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem prębent. A rate ratiarius dicitur, vt nauicularius, non opifex, ſed qui rationib. negotiatur, ſecundum Bud in l. 1. de exer. actio.

Ratio ſecundum Azon. de edendo, eſt ſcriptura cauſa negotiationis mutuæ edita de datis & acceptis, ſecus ſi ibi continetur de pignore tantum, uel de mandato tantum, uel de conſtituta pecunia tantum. Aliter accipitur ratio dum dicitur rationẽ eſſe reddendam de omnib. & aliter cum dicimus, habenda eſt ratio ætatis, & ſimilia, ut in l. in condemnatione, de reg. iur. & l.

ſ.in princ.de poſtul.Nam habere rationem ætatis, eſt habere reſpectum ætatis, i. conſiderationem. Et multum intereſt inter reddere rationem,et edere.Nam edere, eſt rationes exhibere, & copiam deſcribendi facere, reddere autem eſt computare, & quod reliquum eſt reſtituere, l. boues, de verb.ſign.argumento extra,de reſcrip.ſi quãdo in verſic. rationabilem cauſam, quia teſtis non valet, niſi cauſam ſui dicti reddat,ſi quæratur ab eo.2. quæſtio.1.in primis. Tunc enim ratio ſumitur pro cauſa, ſimiliter ibi,Quod ratione caret,extirpare neceſſe eſt,vt 63. diſtin.capit.epiſcopi.Etiam prælatus debet eſſe paratus rationem reddere omni poſcenti.§.eccl.in fi.36. diſtin.& in l.ſi quis, §.ſed interdum,ff.de relig.& ſum.fun & intelligitur illud dictum, ſi poteſt, quia per impotentiam quandoque non eſt omnium reddenda ratio,ff.de leg.l.non omnium,& præcipuè in arbitrarijs, vt quod Specu.intitulat de teſte, in ſingulari,hoc Grego.9.de teſtib.ſecũdum Ioan. Andr. ergo dicitur. Sic volo, ſic iubeo,ſic pro ratione voluntas.

Ratiocinia ſunt rationum redditiones,ad quas aliquis obligatur ex adminiſtratione rei publ. vel priuatæ,quam geſſit,vnde publica ſunt illa, quibus obligatur officialis curię ex adminiſtratione aliqua ad rem publ.pertinente,vt in l.officialis,C.de epiſcop. & cler. Priuata autem ſunt illa, quibus obligantur aliqui ex adminiſtratione rerum pertinentium ad priuatos, vt tutores, curatores,vel procuratores,gaſtaldiones,& balliui aliquorum. Vnde obligatus ad ratiocinia;eſt ad rationem reddendam alicui aſtrictus.

Rationalis, idem qui logiſta, de quo ſup.ſuo loco.

Rõnalis Cæſaris idẽ eſt, quod procurator Cæſaris, a rationib. gerendis ſic dictus. Vide conſtõnem Græcam. C.de rat. ope.pu.

Raucæ vocantur vermes, qui in radice quercus naſcuntur, & tranſeunt, de quib. habetur in l. ex conducto §.1.ff.loca.licet gl. intellexit de ſpinis.

R ante E.

Reatus dicitur ſtatus atq; habitus ipſe rerum,antequam abſoluantur aut damnentur cũ ſquallidi,prolixa barba, de ſalute litigant, & rerum ſuarum anxij ſatagunt, Iuſtin. tamen vſus eſt pro pęna, in auth. de incep. nup. vulgo autem accipitur pro crimine, eo modo quo abigeatum dicimus, abigeorum delictum.

Rebellis dr inobediens Principi circa concernentia proſperitatem Imperij,in extrauagãti, qui ſint rebelles,& ibi per Bart

Rebellis, & contumax differunt vt no.Doct in cap.ſanè. de offic.

Offi.dele.Et no.quod rebellis officiali domini Papæ,vel eccleſiç vel Imperij dicitur rebellis Papæ,& Imper.l.hoſtes,& ibi Bar, ff.de capt.& poſtl.reuer, & vide etiam Bart, in l.1.de deſcr. rubr. 14.C.de pœna rebellantis, vide Barto. in d. extrauaganti, in 12. colum.

Receptatores dicũtur,qui aliquos receptant, & vt frequẽtius ſonat in malum. Sunt.n.illi, qui fures,raptores,& cæteros malefactores recipiunt, vt C. de his, qui latron.l.1.& ff. de recepta.l. 1. ſine quib. latere non poſſunt, vt in c.ſicut ait, de hær.vel hærę ticorum receptatores anathematizantur, ſed receptores, ſecundum Inn. dicuntur aduocati, in c.ex parte,de poſt.

Recipere quandoq; ſignificat excipere,vt in l.qui fundum, de verb. ſign. aliquando eſt præſtiturum ſe promittere; interdum approbare, vnde illa locutio: More maiorum receptum eſt,& conſimilis.

Reciſius,ideſt breuius, c.cum ſit Romana,de appell.

Recommendari reus a Doc,dicitur.quando quis eſt carceratus propter vnum crimen, & alij implorant officium iudicis, vt detineatur etiam propter eorũ intereſſe.

Recontrahitur obligatio traditione rei ab altera parte certo pacto.Inſt.qui mo.re. cõtra obl, per totum.

Reconuentio eſt mutua petitio, quæ fit a reo conuento contra actorem, vt ſi petas a me decem ex cauſa mutui, & ego recõ ueniam te ad alia decem mihi debita ex operis tibi præſtitis.

Recta linea aſcendentes ſunt pater,auus,proauus,abauus,atauus, tritauus, ſicut in fęminis lineam dicimus, matrem, auiam, proauiam,abauiam,&c.

Recta linea deſcendẽtes ſunt filius,filia,nepos, neptis,pronepos, proneptis, abnepos, abneptis,&c.

Rectè, denotat iuſtitiam ſicut ritè ſolemnitatem, ff.de in offic. teſt.l.2.in gl.& ſię ſtat aliquid actum eſſe ritè, videlicet ſecundũ ordinem,& ſolemnitatem iuris, quod tamen nõ eſt actum rectè, i. ſecundum iuſtitiam, & æquitatem,vt no.Io.And in clem.fi.de app.& no c.quoniam contra,de probat & eſt glo.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acq.poſſ.

Recuſare dr̃,qui debitè requiſitus nec cauſa rationabili differt executionem, no.in auth.de exac.iuſtam,dot.§.illud, col.7.

Recuſatio ſecundum Spe. eo. tit.eſt iuriſdictionis, vel audientiæ cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio,vt C.de iu,l.apertiſſimi,& dic vt no.ibi. & fit vſq; ad 20.dies ſecundum leges,vt C.de lit.cont.auth.offeratur.

Rheda eſt quoddam vehiculum ad eundum,vel redeundum habile, & eſt quatuor rotarum

l. cum in plures, §. fin. ff. loc.

Redactum dicitur etiã quod nõ eſt exactum, ſed exigi poteſt, l. ſi poſſeſſor, §. redactę, ff. de pet. hæred.

Reddere propriè eſt retrò dare, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem, l. verbum reddendi, de verb. ſign.

Reddere rationes, vide Ratio.

Reditus anni inter immobilia comparatur, in auth. vt hi. qui obli. ſe. ha. perhib res min. §. licebit, auth. & l. iubemus nulli, §. 1. C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. Et reditus appellatione omnes prouentus continentur ſecundum Pau. de Eleaz. & Zaba. in clem. vnica, de exce. præl. & vide not. in c. paſtoralis, de dec. & dicitur reditus quaſi retrodatus, Bart. in l. filio in 2. no. ff. de lib. & poſth. & in rub. ff. ſol. mat. in 4. col. ver. idem dic de verbo reddendi. Vel melius reditus dicuntur a redeundo quaſi ſingulis annis redeuntes, & ideo ſcribendum ſimplici d, id quod, & ratio ſyllabæ, neceſſariò expoſcit, & idem ſunt reditus, & fructus, l. fundi Trebatiani, & ibi Bar. in 1. col. ff. de vſu, & vſufruc. leg. Sed Spec. facit differentiam in tit. de loc. & conditio, §. 1. ver. illud. Quid ſint reditus, & fructus, eſt bona gloſ. in c. generali, in ver. reditus, de elect. in ſexto.

Redemptor pro conductore, l. Cæſar. de publ ic.

Redhibere eſt aliquem facere rehabere iterum, quod prius habuit, vt ff. de ædi. edi. & pe. redhibuit. actio. l. redhibere, in princ.

Rehibitoria actio, Req. ſupra Actio redhibitoria.

Redimere interdum ponitur pro conducere, & tunc plerunque refertur ad eum, qui pacta mercede aliquid faciendum ſuſceperit, l. pl. num. §. operas, de vſu. & hab.

Referendarij ſunt aduocati, qui referunt hominum negotia coram Principe, in auth. de refe renda, col. 3. & ibi gloſſ. In curia Rom. ſunt ſpeciales officiales, qui referunt Papę ſuplicationes c. ex literis, de in inte. reſtitu. vbi Inn. & Hoſt.

Referre quandoque idem eſt quod accuſare aliquem.

Reficere eſt, quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare, l. 1. §. 1. ff. de riuis, & vide ibidem not. de hoc verbo, & in l. 3. §. pen. ff. de itin. actuq. priu. & in l. 1. §. 1. ff. de via pu. Quæ requirantur in refectione, vide Barto. in l. 1. ff. de ritu nup.

Refragari eſt nocere, vel impedire ſiue contradicere.

Regalia ſunt quædam iura imperij, vt portus, & flumina, & alia, vt notat, in vſib. feud. quæ ſint regalia, & Innoc. in cap. generali de elect. libro ſexto, & ibi per Car.

Regula ſecũdum Azo. eſt plurium rerum, compendioſa narratione facta traditio; vel eſt cõ-

pendioſa

pendioſa diffinitio rerum, vniuerſitatem complectens. Item regula quandoque dicitur ſpecialis norma, vel modus viuendi monachorum vel canonicorum, quia talis norman recte viuendi præbet. de ſta.mon.per totum, & inde dicitur regularis. Item quandoque regula dicitur conſtitutio canonica, 11.diſt.hoc veſtræ indicimus charitati. Item regula, ſecundum Goffr. & legiſtas eſt, quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat, vt ff.de reg. iur.l.regula. Nam ex regula non fit ius, ſed ex iure, quod eſt regulare, fit regula. Alias.n.dici deberetur ius regularum, & non regula iuris. Et dicitur regula ideo, quia rectè ducit nec aliorſum trahit, quaſi à rego, eò quod rectè regat, & debet regula fieri ſigno vniuerſali, vel indefinito. Aliter in Grammatica, Regula eſt multorum ſimilium collectio vel cōiunctio. Quid ſit regula, vel poteſtas eius, quis effectus, quod officium eius, & qualiter perdat officium ſuum, dic, vt ff. de regul. iur.l.regula, eodem titulo in rub. libro 6.

Erat & regula inſtrumentum, quo in factura oleo veteres vtebantur, l.ſed addes vbi Bub. ff.loc.

Regula Catoniani dicit, quod legatum, quod fuerat inutile, ſi teſtator moritur, licet ex interuallo moriatur non conualeſcat, vt ff.eodem tit.l.1.in princ.& ff. de leg.1.l.cætera, §.1. Et non propriè dicitur regula, nec inter eas ponitur.

Regulam dicuntur propriè habere illi, qui profitentur tria ſubſtantialia cuiuslibet religionis approbatæ, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiã, vt in c.cum ad monaſterium de ſtatu regula. Panor in rubrica, de regula.

Regulares ſecundum Goffre. ſunt, qui ad viuendum regulariter ſe attringunt, ſiue ſint monachi, qui debent vacare diuinis, vt C.de epiſ.& cler.generaliter, §. ſiue ſint canonici regulares. Nam idem eſt iudicium de ambobus, vt in c.ex partem, de poſtul.& c.nō magnopere, ne cler. vel mon. & hoc eſt verum quoad rem, non quoad regulam latiorem, vt in titu.de ſtatu mona. Vnde monachus dicitur a monos, id eſt vnus, & icos cuſtos, vel acos, id eſt triſtis, quia ſolus debet ſtare triſtis, vt not.C.de epiſcop. & cler.in rubr.16.q.2.c. placuit, 2.vbi dicitur quia mundo mortuus eſt. Deo autem viuit. Et Latinè redditur vnus triſtis, vt ea.q.ſi cupis. Sed canonicus dicitur a canon. id eſt regula, & icos cuſtos, quia ſemper debet eſſe ſub regula, quare dicitur regularis. Nam regularis eſt, qui per profeſſionem imperio prælati ſe ſubijcit.

Rei vendicatio, ſecundũ Azo.

ſpitalia,& alia loca, vt ſup.& in c.de xenodochijs,eo.tit.& C.de epiſ.& cle.in l.orphanotrophos & omnia oratoria. Etiam illa, quæ aliqui ex deuotione in proprijs domibus epiſcopi autoritate cõſtituunt,loca religioſa ſunt, vt 41.diſt. oratorium.

Religioſus locus eſt in quo mortuus ſepultus eſt, vel etiam caput eius, vt ff. de religioſ. & ſumpt. fune. per totum. Vnde mortuo illato in prædiũ, ipſum religioſum efficitur, C. quæ res pig.obl.poſſ.l.3.

Relinquere verbum propriè eſt in vltima volũtate, ff. de tab. exhib.l.1.& C. de ſacroſ.eccleſ. l.1.& l.iubemus,§.fin.in vltima gl.Item adde de hoc verbo rel in quo,Bar.in l.illa inſtitutio,ff. de hær. inſti. Reliquari apud Iuriſconſultos dicitur qui æs alienũ integrè non ſoluit, vnde reliquatores vectigalium, qui reliqua publico debent. Alc. leg. 4. de verb.ſign.

Reliquum, ſeu reſiduum aliquando totum admittit, vt l. 2. C.de hær.inſt. Aliquando nihil addit, ſi nihil reperiatur, ff. de hær.inſtit.l. item quòd Sabinus, § ſed ſi. item adde quid veniat reliquorum appellatione.Bar.in l.Officius,ff.de leg.3.

Remiſſio eſt cauſæ comiſſæ ad committentem facta miſſio. Item quandoque ſignificat idẽ quod indulgentia ſecundũ Spec. & ſic ſumitur in tit.de pœ.& re.

Renuntiare eſt remittere, vel negare, Vnde dicitur; Liberum eſt vnicuique iuri ſuo renuntiare,i.remittere ius ſuum & negare eo ſe velle vti.

Renuntiatio propriè eſt rei vel iuris ſpontanea refutatio, & poteſt fieri per illum, ad quem pertinet illud, cui renuntiat, alias generaliter renunciatio,poteſt fieri per quemlibet de re ſua vel iure proprio, C.de pac.le.ſi quis conſcribendo.

Rhenus flumen eſt per Bononiam ſeu Alemaniam currens,ff. de euic.l.Lucius, & Inſt. de re. diui.§.2.in gl.

Repedare pro reuerti.l.ſi quis ex grege.C.de cohorta.lib. 12.

Repetere propriè eſt reſtituẽdum petere. Aliquando tñ idem ſignificat qđ iterare, vt in l. rep. de quęſt.quandoq; ſignificat recordari,l quidam de iure cod.

Repetita die promittere, eſt cũ id agitur, vt promiſſio retrorſum trahatur, & prius facta intelligatur,quod vulgo dicunt ex nunc prout extunc,& ecõtrario.

Repetundarum,vide ſupra in ver.Lex Iul. repetundarum.

Repignorare eſt luere pignus l.ſi vt certo, §. nunc videndum, ff.commod.

Replicatio ſecundum Spe.eo. tit. de exceptio. §. multum, eſt exceptionis factæ excluſio, & ſic eſt quædam exceptio competens actori contra exceptionem rei, & iſtam ſemper ponit actor,

& contra replicationem actoris datur duplicatio reo, & iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio, & ſic in infinitum extendere licet, Inſtitut. eodem tit. in principio, de replicatiōn. Vide Ioannem Andr. per modum ſummæ, in cap. a nobis, de except.

Replumbare ſignificat plumbum eximere, l. cum aurum, de au. & arg. leg.

Repręſalia eſt poteſtas pignorandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori pro iniurijs, & damnis. De his repræſalijs dicitur de iniur. & dam. da. c. & ſi pignorationes, lib. 6.

Repræſentare pecuniam, eſt illā ſtatim, & in præſens numerare, l. cum 2 §. eam. de tranſact.

Repromiſſio eſt promiſſionis iam factæ confirmatio. Vide ſupra promiſſio.

Repromittit, qui nuda ſtipulatione ſe obligat. Alc. in l. ſatiſdationis, de verb. oblig.

Repudiare eſt ſpernere, reſpuere, vel dedignari.

Repudium eſt renunciatio ab vxore miſſa marito, vel econtra, quia mittēs cōditiones alterius petit renūciari. Item dici poteſt repudium, quod ſub teſtimonio trium teſtium, vel à præſenti remittitur. Etiam repudiū reſidentium diſcordantia. Inde dicitur libellus repudij, ſcriptura, in qua alter alterius conditioni renunciat: in libello autē repudij ſcribebantur hęc verba, ſ. res tuas tibi habito, vel res tuas tibi agito, nec tamen poteſt mulier mittere repudium, niſi cā approbata, vt ſi fortè maritus propter naturalē imbecillitatē minimè coire poſſit, in libello diſcutiendorū ſponſaliū, hęc verba erant in vſu, conditione tua nō vt ar, ff. de diuor. & rep. l. 2. Quę autem ſit differētia inter diuortium, & repudiū, no ff. eo. tit. in rub.

Reputatio ſecundum Plan. eſt compenſatio, vt l. 1. ff. de ſol. vel ſecundum Azo. reputatio, i. reſtauratio, vel ſecundum Acc. recomputatio.

Rex eſt verbum generale, ff. ſi cer. pet. l. 1.

Res communes naturali iure dicuntur quarum vſus omnib. animalib. eſt communis, vt aer, aqua profluens, & mare, & eius littora, ſecundum Azo. & Inſ. de re. diui. §. flumina autem, & ff. de acq. re. dom. l. 1.

Res emphyteutica eſt res emphyteuticæ conditioni ſubiecta, ſ. illa, quam eccleſia, vel aliquis dominus dominio, & proprietate retenta conceſſit emphyteutę, quantum ad ſolam poſſeſſionem vnde ſi hic emphyteuta rem illā in aliam perſonam tranſponere vult, non poteſt tradere eā, i. dominium transferre, eo quod ipſe nec hēt, nec habuit illud, & ideo alteri dare nō poteſt, quia nemo in alium plus iure tranferre poteſt, quam ipſe habet, vt in regula ne-

la nemo plus, de reg. iur. lib. 6.

Res integra dicitur in contractu venditionis, quando res non eſt in toto, vel in parte tradita, & pretium in toto, vel in parte non ſolutum, licet contractus ſit factus, aliter etiam dicitur res integra reſpectu iudicij, quando lis nondum ſuper tali re accepta eſt videlicet ante. lit. conte. vt in c. ex inſinuatione, de proc.

Res iudicata ſecundum Azo. eo. tit. dicitur ſententia, quem finem controuerſiarum pronuntiatione iudicis accipit vt. ff. eo. tit. l. 1. Vel eſt, quod condemnatione vel abſolutione contingit. Et addunt quidam, ſi nullo iuris remedio ſententia poſſit retractari, aut lapſis 10. diebus poſſit reformari. Sed hoc non placet Azo. Itē res iudicata eſt à iudice eius, quod in iudicio deductum eſt, ratione per eum adiudicatio, vt d. l. 1. cum ibi not. Nam ibi notatur quod res iudicata non eſt ſententia, ſed id, quod eſt deciſum pronuntiatione iudicis. Sententia verò eſt diſpoſitio vel pronuntiatio iudicis legaliter declarata, licet ibi gl. videatur hoc ignoraſſe Ex quo ſequitur, quod interlocutoria non poteſt appellari res iudicata, quia non capit finem controuerſiarum, licet quandoq; & interlocutoria cauſa diffiniatur. Nec ſententię arbitrorum dicuntur res iudicatæ, quia non imponunt finem. Nam per ſolutionem pœnæ poteſt reſiliri.

Res publicę dicũtur, quę ſunt omnium populorum, & hominũ tantum, vt ſunt flumina, & portus, & quę ſunt dedicata vſibus populi, ut forum, ſtadium.

Res religioſę, ſepulchra ſunt, in quib. homines ſepeliuntur, ut Inſt. de rerum diu. §. religioſum.

Res ſacræ dicuntur, quæ ritè Deo per pontifices conſecratæ ſunt, u tædes ſacræ, & alia donaria, quæ ad diuina myſteria conſerueda, dedicata ſunt, vt cruces, & thuribula, quæ etiam alienari prohibentur, excepta cauſa redēptionis captiuorum, Inſtit. de re. diui. §. ſacræ res, & in gl.

Res ſanctæ dicuntur, quæ ab omni lęſione munitę ſunt, vt muri, & portæ ciuitatis, quæ ideo ſanctæ dicuntur, quia pęna ſanguinis conſtituta eſt contra eos, ſeu aduerſus eos, qui aliquid in his delinquũt violādo, vel aliud committendo, vel tales res tranſcendendo ſcalis admotis, vel etiam aliquid in eorum læſionem auferendo, vel qualibet alia ratione occupando, vt Inſtit. de re. diu. §. ſanctę. Nam ciues R. Alias quam per portas egredi non decet cũ iſtud hoſtile, & abominandum ſit. Nam & Remus frater Romuli occiſus traditur ob id, ꝙ murum tranſcēdere voluit, vnde Lucanus. Fraterno primi madue runt ſanguine muri.

Res ſoli eſt res immobilis, ut. Inſt. ui bon. rap. §. 1. uerſic. quod non ſolum.

Reſar-

Reſarcire eſt reſtaurare: vnde dicitur, compelli debes mihi dãnum reſarcire, i. reſtituere.

Reſcriptum ſecundum Goff. eſt mandatum Principis, quod ipſe ad inſtantiam alicuius, vel aliquorum, ſiue proprio motu, vel ex relationib. abſentium, vel ex ſuggeſtionib. præſentium, vel ad alicuius conſultationem, facit vel cum alicui, vel aliquib. vel corpori, collegio, vniuerſitati, vel ciuitati aliquid mandatur, vel indulgetur. Talia. n. ius faciunt, nõ generale, ſed ſpeciale in negotijs, & inter perſonas, in quib. & inter quas promulgata ſunt, vt C. de legat. & conſtitutio. l. 2. Et nota, quod reſcriptum capiatur tripliciter. Primò generaliter, & ſic quælibet ſcriptura continens aliquam diſpoſitionem ſuperioris, dicitur reſcriptum, & ſic idẽ eſt quod ſcriptum, & ſecundum hoc ſi Papa reſpondeat etiam de iure dicitur reſcriptum. Secundò minus generaliter, vt concernit tit. de reſcript. & ſic eſt ſcriptum ſuper negotio, vel negotijs particularib. alicuius, vel aliquorum, ſiue ſingulorum, ſiue vniuerſitatis ſiue motu proprio, ſiue ad inſtantiam, ſiue cauſa cognita, ſiue non cognita, à ſuperiore emanãs ſiue aliquid iuris tribuat, ſiue tribuat ſolum exercitium iuris alicui competentis, & ita comprehendit reſcriptum ad lites, de quo de reſcript. in cle. 1. & 2. Fit autem ſuper literis plerumq; ſimilib. & dicitur reſcriptum ad beneficia, de quo eo. tit. c. ſuper literis, & comprehendit etiam annotationem, & pragmaticam ſanctionem. Tertio capitur ſpecialiter, & ſtrictè pro ſcriptura continente diſpoſitionem, per quam datur iudex, nec aliquid aliud conceditur, niſi vt coram illo iudice ius tibi competens conſequaris, & hoc dicitur reſcriptũ ad lites, quod datur alicui ad confirmationem ſui iuris, de quo in c. ſuper literis, eo. tit. & ſic eſt ſpecies diſtincta a priuilegio (quo conceditur aliquod ius particulare contra ius commune) & a reſcripto ad beneficia, quod magis propriè comparatur priuilegio.

Reſidere in eccleſia, ſecũdum Goff. eſt in eccleſia deſeruire beneficio, & eccleſiæ curam habere, c. conquerente, de cler. non reſid. Parum. n. eſt reſidere, niſi reſidens curam habeat eccleſiæ, in qua beneficium habet, vel perſonarum, vt in c. quia nonnulli. de cle. non reſi. Debet autem reſidere per ſeipſum, non per vicariũ, c. quia nonnulli præalleg. niſi in caſibus, vt cum ex indulgentia ſpeciali competit alicui non reſidere, vel cum conſuetudo excuſat non reſidentem, vel cum eccleſia dependet ex prębenda, vel cum perſona ſine culpa ſua incidat in debilitatem, deformitatẽ, vel morbum, vt per ſe deſeruire non poſſit, vel cũ neceſſaria profectio

ſectio imminet, vel etiam voluntaria vtilis tamen, & honeſta, vt ſtudiorum, vel peregrinationis cauſa, cum licentia tamen prælati, vel cenſenſu capituli, vt no. Goff. in ſum. de offi. vi. §. nunc videndum. Sunt ergo clerici non reſidẽtes, qui in eccleſiis, in quib. intitulati ſunt, non faciunt reſidentiam, etſi perſonaliter reſident, non tamen deſeruiunt beneficio, nec eccleſiæ curam hẽnt.

Reſponſa prudẽtum ſunt, quæ Iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus, §. conſtat & c. reſponſa, diſt. 1. vnde etiam reſponſa Pauli dicta ſunt. Fuerunt .n. quidam prudentes, & arbitratij æquitatis, qui inſtitutiones iuris ciuilis ediderunt, quib. diffidentium lites, & contentiones ſopirentur, ſecundum Iſid. lib. 6. etymo. c. 14.

Reſtituere eſt retrò ſtatuere, hoc eſt, rem in eum ſtatum ducere, in quem fuiſſet, ſi nihil, aduerſus, quod facienda eſſet reſtitutio euenißet, l. 1. §. reſtituas, ne quid in loco publico, & l. reſtituere, de verb ſig. Propriè tamen reſtituere dicimur, quod accepimus, ſecundum Alc in d. l. reſtituere.

Reſtituere in integrum. Require ſupra, In integr. reſt.

Reſtitutio, hoc verbum plenam habet ſignificationem. l. cũ Prætor, & l plus, de verb. ſignif. vbi Alc.

Reſtitutio in integrum, Require ſupra, In integrum reſtitutio, & datur tam eccleſiæ, quàm minoribus ratione ætatis, quare eſt prioris ſtatus vel iuris reintegratio, quia ſuccurritur p reſtitutionis auxilium minoribus 15. annis, & etiam eccleſijs, & quæ minorum iure cenſentur. Semper .n. eccleſia debet iure minoris illæſa ſeruari, vt in c. 1. eo. tit. & reſtituitur minor vel eccleſia ſiue lædatur, ſiue decipiatur ipſe minor, ſiue tutor, ſiue procurator eius vel ſi prælatus, ſyndicus, œconomus eccleſiæ decipiantur. Nam delictum perſonæ non debet in detrimentum eccleſiæ redundare, in regula delictum, de reg. iur. libr. 6. & ſi reſtitutio fit iure minoris, differt ab ea reſtitutione, quæ fit iure maioris, quia prima datur officio iudicis deficiente actione, ſecunda verò habet actionem ſuo iure, ſ. vtilem officio iudicis accedente, vt in c. cum veniſſent, de in integ. reſtit. in gl. verbi reſtituimus. Etiam reſtitutio quandoq; petitur, vbi nulla poſſeſſio poteſt eſſe, vt cum petitur reſtitutio conſanguinei, vt in c. cum veniſſent eo. tit. in gl. in c. in literis, de reſtit.

Retiarius poteſt dici ille, qui iecit retem ad piſces capiendos, vt patet in l. ſi iactum. ff. de act. empt. Sic etiam retiarius rictus eſt alter ex gladiatorib. qui fugiẽtem vel fugam ſimulãtem ſequeretur, vt retem immitteret, quod genus pugnæ primò à Pithaco Mittileneo, vno ex ſeptem ſapientibus

tibus inſtitutum eſt, de quo Val. Max. in primo, & Feſtus Retiario (inquiens) pugnanti aduerſi aduerſus Mirmilonem cantatur. Non te peto, piſcem peto, quid me fugis, galle? interpretatio tamen illa eſt melior vt a rate ratiarum deducamus, quemmadmodum à naui nauicularius formatur, l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomin. Piſcatores. n. cõmuniter ratem habent, quod etiam innuit. Scæuo. in l. periculi pretium, ff. de nau. fœno.

Reuerentia eſt honor, qui exhibetur cum pauore. c. 2. de officio delegat. lib. 6. per Arch. in c. decret. de immunita. eccleſi. & eſt exhibenda patri, & patrono tam viuo, quam mortuo, l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de doli except.

Reuocare domum eſt allegare, & dicere ſe non poſſe compelli eo loco, quo conuenitur ad litem ſuſcipiendam, ſed remittit ad locum, in quo domicilium habet, inde dicitur, legatos, qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipſis inuitis, ſed habere ius reuocandi domum. De hoc vide c. fi. de foro compet.

Reus eſt, qui defendit, & propulſat actionem, vel accuſationem, non a reatu dictus, ſed a re, quæ petitur ab eo præſtanda, vel ſuper qua ipſe impeditur, quia quamuis conſcius ſceleris nõ ſit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicium pro re aliqua petitur, vt c. forus, de verb. ſig. ad fi. 15. q. 3. c. vlt. 3. q. 11. c. non eſt. Etiam quandoque reus à reatu dicitur ille, videlicet, qui cõuincitur criminoſus, c. 1. de re iud. lib. 6. vel ſic, Reus eſt ille, qui neceſſe habet ſe defendere c. dilecti filij, de except. & ſic dicitur a re, quam ipſe defendit. c. forus. præalleg.

Reus agitur vel fit, quicunque accuſatur. l. vltim. C. de fide inſt. Reus autem peragi dicitur cum condemnetur, l. 2. ff. de adult.

Reus credendi eſt idem qui creditor.

Reus debendi appellatur ipſe debitor.

Reus promittendi dicitur ille, a quo quis ſtipulatur, & dicitur à re, vel firmitate, quia firmiter, & omnino verum eſt eum obligatum. Nam reus ſignificat firmitatem, vt dicit Virg. voti reus, & Azo. C. de duobus reis ſtipulan. in ſum.

Reus ſtipulandi dicitur ille, qui ſtipulatur, gl. Inſtit. de duobus reis.

Reus ſatiſdandi apud Vlpianum eſt, qui fideiuſſore dato obligatus eſt. Reus vero ſatis accipiendi, creditor, qui ob eius creditum fideiuſſores a debitore accepit, l. qui hominem, §. quidã de ſolut.

Rex vel Imperator poteſt qui libet dici in domo ſua, vt in c. duo ſunt Io. And. in c. venerabilis, de elect.

R ante I.

RIgor iuris quandoque poni tur pro ſolemnitate,& ordi ne iuris communis habito reſpe ctu ad reſcriptum Papæ c.ſuper literis,de reſcrip. Secundo ponitur pro auſteritate contraria diſpoſitioni,aliàs diſpenſationi,& miſericordiæ, & ad aliorum terrorem inducta. Tertio pro ſtricto ordine iuris communis, & ſic ſumitur in c.ſi clericus,de foro compet.& not.gl.in c. vt con ſtitueretur.50.diſt.

Ripa proprie eſt fluminis, ſicuti littus maris.§.1. Inſt. de re. diui.Ripa autem ita recte diffini tur id, quod flumen continet na turalem rigorem curſus ſui tenens,l.1.ff.de flum.

Riparenſes in l.contra, C. de re mil.intelliguntur milites, qui in imperij limitib. excubabant aduerſus Barbaros, puta in ripis Danubij ad tuendas Pannonias aduerſus Sarmatas.

Ritè,req.ſup.in ver.Rectè.

Riuus dicitur locus per longi tudinem depreſſus, de quo aqua decurrit.l.1.§.1.ff.de riuis.

Riuales ſunt, qui per eundem riuum aquam deducunt.l. 1.§.ſi inter riuales, ff. de aqua quot. & æſtiua. & c. horrendus. 32. q. 5. vbi not. quod etiam riuales dicantur illi, qui exquiſita libidine cum eadem muliere conſuetudinem habent.

Rixa ex litibus, & contentione naſcitur. l. ſeruus. ff. de act. & obl.& eſt inter duos l prætor ait cuius.§.2 ff. vi bono. rap.& l. ſi non conuitij,C.de iniu.

R ante O.

RObur, eſt debita proportio omnium ſuorum membrorum,ſecundum Aegid.de regimi ne princ.c.13.& hr inſt. de don. §.perficiuntur, & de tranſ.c.1,

Rhodos inſula eſt,in qua anti quitus vſus mercatorum fuit & inde dicuntur leges Rhodiæ, vt no.ff.ad l.Rod.de iac.

Rodius eſt genus piſcis, cuius ſanguis valet ad tingendas veſtes, vt in C. de veſti. holob. & deau.lib.11.

Rogo capitur quãdoque pro præcipio.11.q.3. rogo. quamuis qui exhortatur mandatoris opera non fungatur. ff. de his, qui notant infamia. l. ob hæc verba.

Rogare interdum eſt interrogare,l. 2.ff.de adopt.

Rogus,vide 23. q. 8. conuenior ſuper ver.buſto. vbi gloſ. ꝙ buſtum dicitur, cùm res eſt exuſta rogus cum comburitur, pira eſt congeries lignorum ad comburendum.vide ibi Arch.

Roma eſt communis patria.l. Roma,ff.ad munici.& in c.expo ſuit, de dila. ſecundum Inn.& c. vlt.de foro cõp.vbi dicitur,Roma mater. & magiſtra omnium

eccle-

eccleſiarum c.baſilicas.de conſe. diſt. Et quod dicitur. Vbi Papa, ibi Ro ſecundum Inn. in c. ego, enim, de iureiu. dicit Ludou. Ro. pro hoc non eſſe in mundo aliquem text. licet multi multos alleggent. Et de præeminentijs Papę, vide per Bal in l. reſcripta. C. de prec. imp. off.

Roma in iure interdum accipitur pro Conſtantinopoli, vt in l. 1. §. Romam. C. de ve. iu. enu.

Roſtrum dicitur forus cauſarum, vbi cauſæ tenentur, vel tractantur.

R ante V.

Rvbrica eſt qua legum tituli, & capita notantur à terra rubei coloris, & minio proxima. Quæ aliquando generalior eſt nigro, Inſt. de iuſtitia, & iure, in gl. rubricæ.

Rudera ſunt ea, quæ eijciuntur domibus diſcuſſis, vel à domo mundata ſcopis vel fragmēta lapidum, vel de molimenta cęmentorum vel folia, fauillæ, pulueres, &c.

Rumor ſecundum Spe. de notorio crimine, eſt particularis aſſertio, vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione ex incerto autore proueniens, cap. ſuper eo. de eo, qui cog. coſang. vxor. ſuæ, & hic minus probat quam fama, quia fama eſt cōmunis aſſertio, rumor vero, cum pauci aliquid non tamen publice dicunt, & ideo non probat, ſed ſolam ſuſpicionem, & præſumptionem inducit.

Ruptū intelligitur, quod quouis modo corruptum eſt. Vnde non ſolum facta, ſed etiam vſta, ſciſſa, colliſa, effuſa, & quouis modo perempta aut deteriora facta, hoc verbo continentur §. Capite. Inſt. de l. Aqui.

Ruſtica prædia, Require ſup. Ruſtica.

Ruſticani ſunt ijdem, qui ruſtici. C. de ruſt. lib. 11. Et ruſticitas ſæpe in iure noſtro ſumitur pro ſimplicitate, & imperitia, ut l. 2. ff. ſi quis in ius voc non ierit.

Ruſtici qui dicātur docet pulcherrimè Bar. in l. conficiuntur, de iure cod.

Rurſus, i. iterum, uel quotieſcunque, & ſignificat prout ſignificatum proprium, uel aliud medium ſignificare declarat, v. g. Teſtator relinquit alicui decem, & ſi perdiderit, rurſus rei reliquit, dicit tex. quòd non amplius quam ſemel, poſtquam pediderit, ſit iuuandus. Et ſic dictio rurſus aliquando verificatur in vna vice, l. fideicommiſſa. §. ſi quis, ff de leg 3. Ratio, quia niſi ſic ſignificaret, hæres grauaretur ſæpius nouam quantitatem præſtando, quod non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe, &c.

Ruta cæſa ſunt, quæ caduntur uel eruntur, ff. de act emp. l. fundi. §. ſi ruta.

Sa-

S ante A.

SAccularij dicuntur, qui uerias artes exercentes, ex ſaccu lo partem ſubducunt, & partem ſubtrahunt vel diſtrahunt, vt ff. de extra.cri.l.ſaccularij.

Sacra quæ ſint, Requi. ſuprà Res ſacræ.

Sacra annotatio dicitur reſcriptum, quod Imperator proprio mentis motu diuini indulget cõſtituens ſecundum preces illius aliquid fieri, vel non fieri. Vide ſupra Reſcriptum.

Sacra ſcriptura cõtinet ſolum libros veteris, & noui Teſtamenti, & non alios, & ratio redditur in c.quis neſciat 9.diſt.

Sacer locus dicitur, qui ritè per Pontifices conſecratus eſt.l. in tãtum, & l ſacra loca.ff.de re. diu.& Inſ.eo tit.§.ſacræ, & differt locus ſacer à ſancto, vt colligitur in gl.l.2.§.interdicta, ff.de interd.

Sacrum oraculum dicitur reſcriptum Imperatoris quod orãdo quis impetrauit, vel eſt idem, quod reſcriptum, vt ſupra, de litera R, in uerbo Reſcriptum.

Sacerdos, hoc nomine intelliguntur quandoq; inferiores, & nomine clericorum ſuperiores, & componitur ex dictione Græca dos.i.datio, & Latina, ſacer, ut 21 diſtin.cleros. Sicut. n Rex à regendo: ſic ſacerdos à ſacrificando dictus eſt. Et ſacerdotes Gentilium dicebãtur flamines, quaſi filamines, a filo, quod gerebant in capite, in ſignum ſacerdotij, & aliqui fuerunt proto flamines, vt in c.cleros, præal.

Sacerdotes in diuinis eloquijs aliquando Dij, aliquando Angeli vocantur, & a regib ſunt honorandi, non iudicandi, dicente Cõſtantino Imperatore, Dignũ non eſt, vt nos iudicemus, deos, 11.q.1. ſacerdotib. Etiam ſumitur ſacerdos quandoque in malam partem C. de mal. & math. l nullus aruſpex, vbi ponitur pro incantore.

Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. Et qualiter differant ſacramentum, ſignum, ſacrificium & myſterium probatur, 1. q. 1. multi, de conſecr.diſt.2.c. ſacrificium, & c.ſignum.

Sacramenta eccleſiæ, ſunt ſeptem duo voluntaria, & quinque neceſſaria, no. gloſ.in c.veniens de tranſa.

Sacrarium eſt locus, in quo ſacra reponuntur.l ſacra loca §.j. ff.de rer.diuiſ. dic, quod ſit illa pars, quæ eſt prope altare, in ea ſunt clerici ad celebrãdum propter ſacramenta, quæ ibi conficiuntur, & quia in altari maiori (cum ſoleat eſſe ſacrarium) includuntur reliquiæ de conſec. eccle.vel alta. per totum. Do.in c.1.in gl.2.de vi.& ho.cle.

Sacrificium dicitur quaſi ſacrum factum quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memo-

memoriam Dominicæ paſſionis. 1.q.1.c.multi.

Sacrilegium de iure ciuili eſt, cum ſacrum de ſacro tollitur. l. 4.ff.ad l.Iul. pecu. & l.aut facta. §.locus . ff. de pæ.& C. de cri.ſacr. per totum . De iure canonico quid ſit, vide cap. ſi quis contumax,§.ſacrilegium iuncto.c.ſeq. 17.q.4.vide Alb.in ſuo dictionario in dictione ſacrilegium, & ſuprà in ver. Crimen ſacrilegij.

Sacrilegium dicitur quaſi ſacrum lædens, vel ſacrum legens. i.furans, de quo 17.q.4. per totum,& maximè in c. quiſquis ad fi. Et eſt crimen mixtum,vt ſupra dictum eſt de crimine. Vide bonam,gl.in c.ſunt qui opes. 17 q. 4.vbi dantur deſcriptiones ſacrilegij, & pœna committentis ipſum, & melius in c.ſacrilegium. ea.q.in gl.1.

Sagmina ſunt quædam herbę, quas legati pop.Rom.portabant interlocutores pacis, quia nemo illas herbas portantes lædebat,ſicut legati Gręcorum ſolebant ea quæ vocantur cerycia,ferre.ff.de rerum diu.l.ſanctum.

Sagum, militare ac bellicum geſtamentum fuiſſe conſtat. Eſt alioquin ſagum genus ſtragulæ veſtis haud diſſimilis ciliciò, in qua ſignificatione frequenter vtuntur Tranq. Pli. & D.Hier. Vlp. verò noſter enumerat ſagũ inter veſtimenta familiaria.l.veſtis,de au.& ar leg.A. ſago ſagarius,deriuatur. Vnde ſagar a negotiatio, in l cũ duob.pro ſocio.

Salarium eſt vectigal domicirum dictum quaſi ſolarium a nomine ſolum,eò quod redditur,& impenditur,pro ſolo nomine pẽſionis. Alias ponitur pro pręmio, vel pro mercede laboris, & pro remuneratione, vt ſalarium aduocatorum l.ſalarium . ff. mand. Quandoq;pro ſolatio.l.iubemus per hac.C.de erog.mil.anno. Aliquando pro expenſis.l.ſi cum dotem.ff.ſol. matr. Aliquando pro honore ex par.eius cui debetur, l.ſi remunerandi.ff.man.

Salgamum, ſecundum Huſto. eſt idem,quod culcitra, dictum a ſaluo vel ſalica,& gamos,nuptię vel gama mulier, quia maximè propter talia fiunt culcitræ,ſ.maximè propter mulieres,vt in rub C.eod.tit.lib.12.

Salgami appellatione ſecundum Alciat. venit oleum, butyrum & eiuſmodi eſculenta ad cõdiendum, & alia ad quotidianos vſus neceſſaria, cuiuſmodi ſunt ligna.

Salientes,autore Budæo, capita ſunt fiſtularũ, atque etiam ipſæ tubulorum fiſtularumque ſcaturigines.

Salinaria dicuntur ea,quæ dãtur pro ſale. Etiam dicuntur portoria, Require ſup.Portorium.

Salinæ, locus vbi fit ſal.l.1.qđ fit cuiuſq;vniuer.nom.

Saltus,tus,tui,eſt denſitas altarum arborum, & dicitur nemus raras habens arbores, vbi feræ, canes,

canes, & venatores ſaliunt, vnde: Eſt nemus ſaltus, ſalientis dicitur actus. Et dicitur a ſalio ſalis, eo quod exiliat in altum, & in ſublime conſurgat, ſecundum Iſid. lib. 15. c. 6. & inde venit fundus ſaltuēſis, C. de fun. pa. & ſaltuen. lib. 11. Etiam dicuntur talia loca uiuaria & foreſtæ, ut in clem. ne in agro, de ſta. mo. Eſtq; duplex ſaltus, ſcilicet, hybernus, & eſtiuus.

Saltubrius, uide in uerbo, Topiarius.

Saltuenſes dicitur conductores hortorum, coloni uero prædiorum, l. 4. C. qui mil. non poſſunt & l. 3. §. ſaltus, ff de acq. poſ. & l. creditor. ff de act. empt.

Salubris dicitur quaſi ſalutis vber, ſecundum gl. in clem. dudum, de ſepul.

Saluianum interdictum req. ſupra in verſic. Interdictum Saluianum.

Saluo eſt dictio modificatiua, & reſeruatiua præcedentium, gl. ſing. in l. item Labeo, ff. fam. her.

Samaritanus, & Sarracenus differunt. Vnde Sarraceni ſecundum Goff. dicuntur illi, qui nec vetus, nec nouum recipiunt Teſtamentum, qui non ab Agar ancilla Abrahami, de qua fuit eorum origo, vocari voluerunt Agareni, ſed potius a Sara vxore eius libera Sarraceni. Tamen ſunt quidam inter Sarracenos Samaritani vocati a Samaria ciuitate, qui receperunt quinque libros Moyſis ſed Prophetas reſpuerunt, & quia illos reſpuerūt ideo dicitur quod non coutuntur Iudæi Samaritanis.

Sanctæ res, Requir. ſupra, Res ſanctæ.

Sanctum dicitur, quod defenſum, & munitum eſt ab iniuria hominum, vt ff. de rer. diu. l. ſanctum, Vnde Iuſtinianus dictus eſt vir ſanctus. i. firmus & virtutib. munitus. Martianus autem vnus ex autoribus legum ait, q ſancti dicuntur à ſanguine quaſi immolando ſe ad effuſionem ſanguinis Deo. Aliàs a ſanguinibus ſanctus dicitur, quod nomen herbas ſignificat, quas ſolebant portare legati populi Rom. ne quis eos violaret ff. de rer. diu. l. ſanctum. Sic ſancta dicuntur, quæ neque ſacra, neque prophana ſunt. Sic leges dicuntur ſanctæ.

Sanctio dicitur proprie illa conſtitutio, vel lex, contra quam, ſi facta fuerit, pœna irrogatur, & imponitur, vt no. 3. diſtin. in ſum. & capitur quandoque late, vt in proœ. clem. Io. And. in verſ. ſanctio.

Sanctio quandoque dicitur quælibet Imperialis conſtitutio, vel inſtitutio, quandoque dicitur totius iuris collectio. Et ſumitur etiam ſtricte pro conſtitutione pœnali, vt not. 3. diſtinct. in ſumma.

Sanctio Imperatoris eſt, cui pœna ſanguinis additur.

Sanctio pragmatica, Require ſup.

re ſup. P. in verſ. Pragma.

Sapa muſtum dicitur, vſq; ad tertiam partem, vel vt quidam volunt, vſque ad dimidiam deco ctum. l. quæſitum eſt, in §. cellarium. ff. de fundo inſtrum. vas (in quiens æneum, in quo ſapa conqueretur.

Sapientia eſt de diuinis, ſed ſcientia de mundanis.

Sarcinator, vel ſartor eſt ille, qui nouit artem ſarciendi, & ſuē di veſtimenta, & dicitur a ſarcio. Et differunt ſarcinator, & fullo vt not. Inſtit. de mandato. in ſig. gloſ.

Sarcophagus eſt locus, vel tūba, in quo ſepelitur defunctus, & dicitur a ſarx, ſarcos, quod eſt caro, & phagin Græcè, id eſt comedere Latinè, quia ibi caro hominis comeditur a vermibus.

Sarculus eſt inſtrumentum quo ramus abſcinditur, vel aliquid aliud, & cardones, & herbę inutiles, exciduntur, & euelluntur, quæ naſcuntur inter bonas. Eſa. c. 7. Omnes montes in ſarcu lo ſarcientur, & 1. Reg. 13. in fi. ſecundum Io. And. in proæ. cle. in verſ. ſarculum.

Sartātecta dicuntur opera publica, quæ locantur, vt integra præſtētur, vide Bu. in l. hactenus. ff. de vſu. in an. ad pan.

Satis accipere, correlatiuum habet ſatisdare vnde ſatis acceptio dicitur ſtipulatio, quę ita ob ligat promittētem, vt & promiſſores quoq; ab eo accipiantur, l. qui idem promittant. l. 5. de verb. oblig.

Satiſdare eſt ſecuritatem per fideiuſſores dare. ff. qui ſatiſ. cog. l. 1. Vel ſecundum Azo. eſt alicuius implere voluntatem.

Satiſdatio eſt cautio fideiuſſoria, vel etiam iuratoria, ſi fideiuſſorem quis dare non poſſit Req. ſupra Cautio.

Satisfacere quid ſit, patet in l. 1. præall. & ff. de pign. act. & l. ſi rem alienam. §. omnis, & ſatisfactum intelligitur qualitercūque ſatisfiat. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. item liberatur, in prin. & ff. de pig. l. ſi rem præalle. §. ſi ſatisfactum.

Satyra lex, Req. ſupra in verſ. Lex ſatyra.

S ante C.

Scapha, eſt parua nauis. l. ſcha pham. ff. de euic.

Scaphina, genus eſt cinguli, l. quintus, §. fin. ff. de au. & ar. lega. Imò verò illic legitur ſcaphia in nu. plurali a ſingulari ſcaphium, quod ſignificat vas mulierum ad alui excrementum ſuſcipiendum.

Scapula & cuculla veſtes ſunt monachales, in auth. de nupt. §. ſancimus.

Scena eſt obumbratio, vel velatio in theatro, vel alio loco, in quo hiſtriones, mimi, vel ioculatores ſiue comedi ludos ſuos

exercent, & ſic vr̄ accipi. C. de ſpecta. ſcen. & leno. lib. 11. Idem verbum habes. ff, de his, qui. no. infa. l. 2. §. ait prætor, & 33. diſt. maritum, ibi exponit Archi.

Sceniæ mulieres. i. proſtibulariæ, vel meretrices. Et dicuntur ſcenicæ mulieres, quæ in ſcena. i. loco turpi, vt proſtibulo ſtant, a ſcena. i. theatrali inumbratione, vel ſpectaculo circi, vbi conſueuerunt tales proſtare, ff. de. inf. l. 2.

Scæuæ dicuntur qui promptiorem, & expeditorem habent ſiniſtram manum quam dexteram. l. qui clauum. §. item ſciendum, de ædi. edic.

Schedia Græcè Latinè dicitur ratis, de qua dictione dictum eſt ſuperius loco ſuo.

Schema. i. ordo iudiciorum in auth. de iud. in prin. vel ſchema. i. ſententia, eo. tit. § 1. Aliquando ſchema. i. ermodicium, no. in auth. qua in prouin. C. vbi de crim. agi oportet. Aliquando accipitur pro tit. pro ſoluto. in auth de ecc. rerum alie. §. pen.

Schiſma, ſecundum Goff. eſt illicita diſſenſio, diuiſio, vel deceſſio eorum, inter quos vnitas eſſe deberet. Vel ſic: Eſt illicitus ab vniuerſitate eccleſię, vel ab vniuerſitate diſceſſus. Et dr̄ à ſciſſura, quia per ſchiſ na fit ab vnitate ſciſſura. 24. q. 1. ſchiſma, & differt ab hæreſi, quia hæreſis à principio hēt peruerſum dogma, ſed ſchiſma in fine fingit aliquam hęreſim, vt recte ab eccleſia videatur receſſiſſe, vt dicit Hier 24. q. 3. hr̄ſis. Et ſic ſchiſma & hæreſis differunt ſicut genus, & ſpecies, qa oīs hęreticus eſt ſchiſmaticus & non econuerſo, niſi durauerit.

Schola dr̄ ſocietas ſcholarium vel locus, in quo diſcunt aliqui, vt ſcolares, vt ſciant ſcīētiam, & prudentiam, alij militiam, vt tyrones, vt C, de pri. ſcho, li. 12. Nā ſcola Græcè eſt vacatio Latinè.

Scholaris eſt perſona vacans ab humanis negotijs ſcholaſticis dedita diſciplinis. Et dicitur à ſchola Grecè, i. vacatio Latinè, & a res virtus, quaſi virtutibus vacans.

Scholares etiam appellantur militantes in ſacro palatio Imperatoris, & in hoc ſenſu accipiuntur ſcholares in tit. de priu. ſch. li 12. C. Nam & ſchola militum dicitur, authore Vegetio.

Scientia triplex eſt, eminens mediocris, & ſufficiens, Eminens dicitur illa, per quam quis ſcit difficillimas quæſtiones explicare, & diffinire in promptu ſine reuolutione librorum. Mediocris verò per quam quæſtiones difficiles deciduntur cum reuolutione librorum. Sufficiens autem eſt legitima requiſita ſecundum qualitatem officij, ſeu beneficij ſecundum Innoc. & Abb. in c. cum in cunctis. nu. 4. de elec.

Scientiæ quadriuiales ſunt, vt Muſica, Aſtronomia, Geom. &c. Inſt. vt ſupra.

Sciſcere idem eſt quod ſtatuere ſeu decernere. Propriè autem plebs ſciſcere dicebatur, populus verò iubere. Hinc plebiſcita, i. plebis decreta.

Sciſcarij, truncarij, & oratorij idem ſunt.

Scita ſunt ea, quæ plebs tantũ conſtituit, vocantur ſcita, eo quod plebs ea ſcit, & ſcitatur ſeu rogat, ut fiant ſecundum Iſidor. lib. 6.

Scoparij ſunt ſerui, qui domũ ſcopis uertunt, ac purgant. l. inſtrumenta, de fun. inſt.

Scribæ cenſuales ſunt, qui ſcribunt cenſum, C. de tabul. in rub. lib. 12.

Scribæ logographi ſecundum Acc. dicuntur qui publicis rationibus ſcribẽdis deputati ſunt Nam logos Græcè ratio eſt latinè & graphos ſcriptura. Hic etiã numerarij appellantur, vt C. de ſuſcep. præp. arca. l. duos. lib. 10.

Scribæ tabularij ſecundũ quoſdam olim creabantur ad tempus triennij ad ſcribendum publica latrocinia prouinciarum, ſeu ciuitatum ſecundum Acc. C. eod. tit. in rub. lib. 10. Et propriè ſunt illi, qui ſcribunt nominatos ad munera, & honores, & tributa ſoluta, & dicuntur tabularij, quia publicis inſtrumentis præſunt in ſingulis ciuitatib. & hi appellantur librarij, vt ff. de reg. iur. l. ſi librarius, & tabelliones, & in auth. de tabellio. col. 2. & ſic poteſt accipi. C. de bo. lib. l. ſi quis. §. 1. licet & aliter ibi exponatur. Aliàs ſcribę dicũtur, qui circa principes, vel alios magnos iudices ſunt deputati pro actis, & geſtis conficiendis. Hi quoque vocantur ſcriptores notari libellenſes, pragmaticales, epiſtolares, & quæ ſtores vt. C. de app. l. præcipimus, & in l. offerendis.

Scrinarij, & ſcriniorum memoriales idem ſunt, & magiſtri ſcriniorum etiam ſcriniarij appellantur tabelliones, vt in c. ad audientiam, de pręſcriptio. in gl.

Scrupuloſitas i. nimia ſubtilitas l. poſthumus, in prin. ff. de inuſto teſt. Aliquando, id eſt damnum, no. in gl. § quia uerò lenonis, in auth. de non alien. & in l fi. C de neceſ. ſe. hær. inſt.

Scrupulus eſt 24. pars unciæ, tres ſcrupuli faciunt drachmam, octo drachmæ faciunt unciam. l. 1. C. de metal. & metall. lib. 11, & vide ibi Bar.

Scrupulus etiam quandoq; accipitur pro ſollicitudine, & dubitatione, l. 3. C. de interd. matrim. ducta metaphorica ſignificatione a ſcrupulis, i. minutis lapillis, qui inſilientes in calceos pedes magna cum moleſtia premere ſolent.

S ante E.

Seceſſus, locus a turba & tumultu ſeparatus. l. ſi cum dies de recep arb.

Secretarium in l. 2. C. de proxi. ſacr.

xim.ſac. ſcrin. ſumitur pro aula, in quam iudices conueniunt ad ius reddendum.

Secundæ nuptiæ dicũtur, cum aliquis cum aliqua ſecundò nubit, & ſunt omnes nuptię, quæ ſequuntur primas nuptias, ſiue ſint tertiæ, ſiue quartæ, & ſic de alijs. De hoc. C. de ſecundis nupt. in rubr.

Secundicerius olim dicebatur qui ſecundum locum obtinens, ſcriptus erat ſecundo loco in matricula notariorum, vt C. de primicer. & ſecundice. l. 1. & 2. lib. 12.

Secundus hæres appellatur hęres ſubſtitutus. l. precibus. C. de imp. & alijs ſubſtit.

Securus dicitur, qui ſine ulla cura eſt, quem alioquin Iuriſcō. vocaret ſolent ſupinum, i. focordem & deſiden. l. plurimum. de iur. & fac. ign Securum etiam dicimus, eum, cui vel pignore vel fideiuſſione cautum eſt. l habere, §. cautum, ybi Ale. de uerb. ſign.

Sed, quandoq; capitur aduerſatiuè & aduerſatur in iure. Quandoq; autem adiuncta copula aduerſatur etiam in facto. ff. de pet. hæred. l. ſed, & ſi. in prin. cum gl. impropriatur tamen, ut in l. 2. in fi. ff. ſi quis cau. ubi quando cum copula ponitur, ut dicendo, ſed & ſi l. aduerſatur ad factum, non ad ius, imò ſignificat identitatem iuris, & ſumitur illud ſignificatum ex copula, quæ copulat nomina, & non factum ſequens cum præcedenti, quia non poteſt cum ſit factum diuerſum, copulat ergo quoad ius. Quando autē ſine copula ponitur cum conditione ſi, uel ſine ea tunc ſimpliciter ſignificat aduerſatiuè quoad factum, & quoad ius, ut in l. ſed & ſi. præalleg. ſimiliter in l. 2. in gloſ. ſuper uerbo fortius. ff. ne quis eum, qui in ius uo. ui. exi. Significat ergo dictio ſed, aduerſatiuè ſimpliciter uel tantum ad factum, prout ſignificatum ſuum vel aliud declarat vel concludit.

Seditio dicitur quaſi ſeorſum itio, quia in diuerſum vadunt, alioſque trahũt, vel a ſedo ſedas, per cōtrarium, vt dicit gl. in rub. ff. de ſeditioſis. Et dicitur ſeditio quietis publicæ turbatio. C. eod. tit. l. j. & 2. de hoc not. 45. diſt. ſeditionarios, & ibi per Arch. & Io. An. de immu. eccle. c. decet. li. 6. Et tales concitantes ſeditionē puniuntur pœna capitis, vt no. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccl. confug.

Sedularium, quæ vxor hr̄ in l. 4. de ſupellecti. leg. quidam interpretantur ſellam ſeu lecticam.

Sella, idem quod ſedes Pau. in l. qui ſella, de ruſt. præd. accepiſſe videtur pro ſedes, in qua ſedet qui vehitur lectica:

Semeſtre eſt tempus ſex menſium, & duo ſemeſtria faciunt annum. Vide Inſt. de exc. tut. § item diuus, in gl.

Seminarium locus eſt ſubactas,

ctus,in quo ſemina, ideſt ſurculi vel vitium,vel aliarum arborum panguntur, vt, cum ad certam quantitatem excreuerint, vt vinetum,pomarium,arbutū,tranſplantentur.

Semis colligitur ex ſex vncijs, & eſt dimidia pars aſſis, & dicitur quaſi Semias, C. de meta.l. hac lege.lib.12.

Seminecis,i.ſemimortui,vt in l.qui indignum, C. de teſta. vbi dicitur. Non ſunt neceſſaria obſeruari momēta verborum, quę ſeminecis,& balbutientis lingua profundit.

Semita.i.via l. ſi ex plagis, ff. ad l.Aqu.ad audientiam, de homicid.

Semper.i.omni tempore, & omni caſu,l.ſemper, ff.de iu. immu.& no.l.1.ff.ſol.matr.& denotat continuationem, vt Inſtit.in proę.ibi, ſemper Auguſtus, & l. 2.in fi.C.de epiſ.& cler. Aliquādo hæc dictio ſemper, ſubauditor a iure,l.iuriſgetium, in prin. ff de pac. Aliquando,ſemper fieri dicitur, quod fit horis debitis, & ordinatis, & ita exponitur in c.ſi laicus,31.diſ. Aliquando ſemper,i.in perpetuum,l.fin.ff.ad l. Pompe.de parricid. Aliqū ſemper i. ſine temporis præfinitione, §.appellantur.Inſt.de excep. & l.in cognitione,ff.ad Syll. Aliquando denotat animi motum Iuuenalis. Semper ego auditor tantum. Et de hoc vide Spec.in tit.de reſt. in integ. §. 54. circa medium, & per Bart. & alios, Doct.in l.1.ff.ſol.matr.

Senatores dicuntur magiſtratus populi,quaſi ſeniores. Nam ſecundum Azo. leges prius fiebant a populo eiuſq; interuentu, ſed quia aucto populo cępit difficile conuenire in legib.condendis,iō elegit populus centum ſenatores,vt C.de pet.hær.l.vlt.vt ipſi vice populi conſulerentur, & quidquid ſtatuerent,lex eſſet. Senatores ſunt qui a patritijs & conſulib. vſq; ad viros illuſtres deſcenderunt, & hi ſolebant dicere ſententiam in ſenatu,quare etiam conſulem Roman. vocamus ſenatorum magiſtratum, vt ff.de ſenat.l.vlt.& Inſt. de iu.nat. gen.& ci.§.lex eſt. Senatores et dici debent ſenatorum filij, & nepotes ex filijs nati,non autem nati ex filiabus vt l.liberos,ff.de ſenato.

Senatus eſt cętus ille honeſtiſſimus ſenatorum,quorum centū erant numero, vt dicit Az. ff. de leg.& ſen.coſul.& parificatur ſenatus Principi, vt puta cum habeatur vice populi, & ante Imp. per populum, & poſt Imp. per Principem conſtitutus fuit ſenatus,vt ff.de orig.iu.l.2.

Senatuſconſultum eſt quod tā tummodo ſenatores habito conſilio populi conſulendo decreuerunt,ſecūdum Iſido. lib Et nota quod multiplex eſt ſenatuſconſultum,vt infra patet.

Senatuſconſultum Apronianum

tium alias Sempronianum, omnibus ciuitatibus fideicommiſſariam hæreditatem iubet reſtitui, & in eam, & ad eam omnes actiones transferri.

Senatuſconſultum Artificianum, aliàs Artificulianum, eſt quo cauetur, vt præſides prouinciarum cognoſcant in prouincijs de libertate, licet hæres non ſit illius prouinciæ.

Senatuſconſ. Claudianum ſtatuerat, vt mulier libera, ſeruili amore capta, ſi ei denunciatum eſſet a domino ne cõmiſceretur ſeruo ſuo, & iudex ſuper ea cauſa admonuiſſet, nec ipſa acquieſceret, ſubſtantiam ſuam, & libertatem amitteret, & fieret ſerua, vel ancilla dñi denunciantis, ꝙ quia viſum eſt miſerabile, & indignum eſt ſublatum.

Senatuſconſ. Damaſianum dicitur, quo cautum eſt, & ſi abeſt ille iuſta cauſa, qui libertatẽ det, & hoc pronunciatum ſit, perinde libertas ei competat, acſi ab ipſo directè data eſſet.

Senatuſc. Domit. Domitiani temporib. factũ eſt, quo cautũ eſt vt, quam per colluſionem ingenuus iudicatus eſſet, cum eſſet re vera ſeruus, fieret ſeruus eius, qui colluſionem detexiſſet.

Senatuſconſultum Fauianum in diſſuetudinem abijt, introducens adoptionem fieri per tres mares adoptantes, & tres intercedentes emancipatores.

Senatuſconſultum Iulianum dicitur, quo directam ſibi ſerui accipiunt libertatem, cum illi, a quib. libertates erant relictæ, a Prętore vocati nolunt adeſſe.

Senatuſconſultum Iunianum, aliàs Vintinianum, poſt vocationem ad libertatem producit proprium hæredis ſeruum vel emptum ſiue dominus iuſta cauſa abſit, vel latitet, ſiue non vult manumittere.

Senatuſconſultum Largianum merito eſt abrogatum, latinam inducens libertatem, quia quis morte ſua recipiebatur extra libertatem.

Senatuſconſultum Libonianũ eum coercet, qui ob inſtruẽdam actionem, vel teſtimonium dicendum, pecuniam acceperit, pactuſve fuerit. Item qui perfecto inſtrumento legatum ſibi aſcribit. Item, qui hæredi in exhæredationem, aut in alicuius condemnationem legatum aſcribit.

Senatuſconſultum Macedonianum habet locum, quando aliquis filiofamilias in poteſtate patris exiſtenti mutuo pecuniam tradidit, quia hoc Senatuſconſultum prohibuit mortui pecuniã dari filijsfamilias ne onere debitorum prægrauatis, eſſet occaſio machinandi mortem patri. Si autem contra Senatuſconſultum illud quis filiosfamilias nũmos tradiderit, traditos amittat, niſi ipſe filiusfamilias habeat caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, eo n. vtitur, vt

paterfamilias. Eſt autem dictum Macedonianum ſecundum Azo. C.eo.tit.à Macedone peſſimo fœneratore, qui tradendo pecuniã, etſi non expreſsè, tamen tacitè, & velatis verbis ſuadebat de occiſione patris. Et no.quod Macedoniano renunciari non poteſt, vnde poſt ſententiam datur exceptio ex eo. ff.ad Maced.l.1.& ratio eſt, quia eſt inductum in fauorem filiorum familiâs, & in odium creditorũm, ff.de cond.in deb.l.qui exceptionem,hoc Gof. de nuncia §.renunciatur.

Senatuſconſultum Numianum cenſuit, non licere libertinis ſtatum ſuum priuatis pactis immutare,pœna contra colluſorem ſtatuta,& iure patronatus in detectorem colluſionis tranſlato.

Senatuſconſultum Orficianum ad ſucceſſionem matris inteſtatæ filias, vel filios legitimos de vulgò quæſitos vocat,niſi mater ſit illuſtris, cuius filium nominare ſpurium ſatis eſt acerbum.

Senatuſconſultum Pegaſianum ſtatuit, vt quando ſcriptus hæres rogatus eſt totam hæreditatem ,vel pluſquam dodrantem teſtituere alicui , liceat ſcripto hæredi totius hæreditatis quartam partem retinere, quo caſu onera hæreditaria ſuſtineat inter ſe,& illum, cui hæreditas reſtituitur, inter quem, & ipſum, cui hæreditatem reſtituit, ſtipulationes ſolebant interponi, vt communicent pro rata parte lucrum & damnum.

Senatuſconſultum Piſonianũ vult, vt, ſi pœnæ obnoxius, ſiue ſeruus veniſſet, quando animaduerſum ſit in eum,pretium,venditor præſtet emptori.

Senatuſcõſultum Plautianum de liberis agnoſcendis loquitur qui poſt diuortium eduntur, per hoc permittitur mulieri, ſi puta ſe prægnantem,denuntiare marito ſuo infra 25.dies, vel 30.poſt diuortium,vt,niſi maritus cuſtodes miſerit,aut contrarium nuntiauerit ex ſe ea non eſſe prægnãtem, cogatur partum agnoſcere tanquam ſuum. Si verò ipſa oppreſſa fuerit, nullum huic partui generat præiudicium.

Senatuſconſultum Syllanianum & Claudianum punit ſeruos capite,qui dominis ſuis,cum vocarentur,omnimodam opem, vel auxilium inquantum potuerunt,non tulerunt,vel impenderunt,cum ipſi hoc viderent,& audirent. Et ponit edictum, in quo prohibetur teſtamenta aperiri, recitari,vel hæreditates adiri ſub certa pœna ante quæſtionem adhitam de morte defuncti,& contrafacientibus pœnam imponit, vt l. ſi quis in graui. §. quòd autem.ff.eo.

Senatuſconſultum Tertullianum eſt quo cauetur matri non auiæ de ab inteſtam. ſucceſſione deferenda, vt mater ingenuæ

trium

trium liberorum ius habens;ſi li bertina quatuor, filio ſuccedat defuncto non ex ſtentib. legitimis liberis,vel emancipatis; nec à patre, nec à matre defuncti,ſed nouo iure; & ſi ſolùm vnum peperiſſet,ſiue ſit ingenua; ſiue libertina,idem ius verſatur; Vel Senatuſconſultum Tertullianum dicitur cum matres vocantur ad hæreditates filiorũ,vt Inſ. de Senatuſc. Tertull. per totum, & no. in l. 1. ff. eod. tit.

Senatuſconſultum Traianum, alias Caruianum,ſtatuit, ſi inter plures hæredes infans ſit, qui fari non poſſit, & ipſi rogentur ſeruum manumittere, non ideo libertas intercedat, quia fari non poteſt infans, nec ſeruum poteſt vendere, ſed æſtimatis patribus ſeruum manumittant ſalua portione infantis.

Senatuſconſultum Trebellianum à nouo iure incrementum, & formam hanc accepit, vt excluſo ſenatuſconſulto Pagaſiano liceat hæreditatem reſtituenti, quartam partem retinere inter ipſum & fideicommiſſarium pro rata portione, diuiſis actionibus contra communem ſtipulationem, & ſi totam hæreditatem volens reſtituerit ad eum, & in eum omnes transfert ſtipulationes.

Senatuſcõſultum Turpilianũ eſt quo ſtatuitur,ne quis publici iudicij crimen intentans, ab accuſatione publici criminis cauſa ordinata, i. poſt inſcriptionẽ, & fideiuſſionem datam, reſiſtat abolitione non impetrata.

Senatuſconſultum Velleianũ inductum eſt in fauorẽ mulieris illarum,quæ leuitate ſua, & ſexus fragilitate ſe,& ſua obligant pro alijs fideiubendo, vel obligationem in ſe recipiendo. Per hoc ſenatuſcõſultum eis ſubuenitur, & conceditur,vt ipſę imdemnes ſeruentur, & ſi cõueniantur pro tali obligatione pñt opponere exceptionẽ Senatuſconſulti Velleiani. Ceſſat autem hoc ſenatuſconſultum cum mulier renunciauit Velleiano,et oĩ auxilio,ff. eo. tit. l. vlt. Et dictũ eſt a Vellio conſule,qui fuit author illius ſtatuti. Et no. quod mulier poteſt renunciare Velleiano abſque alia certioratione, vt no. in l. iuris ignorantia, C. qui admitti bon. poſſ. & Bald. ibi diſtinguit membra, aut mulieris interceſſio,vel fideiuſſoris eſt ſecũdũ leges,aut præter leges,aut contra. Primo caſũ non eſt quęrenda certificatio,cũ nõ ſit opus renũciatione,ex quo lege permittente fideiuſſit. Et sũt quinq; caſus Primus ſi intercedendo aliquam pecuniam recipit,& ſic ſe obligat l. aliquando, in princ. ff. ad Velleianum. Secũdus ſi ſecundo interceſſit. l. ſi mulier perfectæ ætatis, C. eod. titu. Tertius ſi pro dote fideiubeat, l. fin. eodem titu. Quartus ſi pro libertate alicuius,& in cauſa pia. Quintus ſi apud minorem in-

ſercedat,ff.de minorib.l.ſi apud. Secundo caſu aut eſt certificata, aut non Si primum, valet renunciatio,ſeruata ſolemnitate,videlicet, cum inſtrumento publico, & teſtium ſubſcriptione. Si ſecũdum, non valet. Fallit tamen in duob.caſibus. Primò quando fit renunciatio in iudicio, valet colore, & fauore iudicis. Secundò ſi interuenit iuramentum, valet ſecundum Bar.in l. ſciendum, ff. de ver.obl.& ſecundum Bald.in auth.ſacramenta impuberũ,C.ſi aduerſus vendi.Tertio caſu contingit contra legem fideiubere duob. modis. Primò pro marito,non in ſui vtilitatem, ſed mariti.Secundo omiſſa ſolemnitate inſtrumenti,& teſtium.Hæc addit Bal. ſuper additionib.Io.An. in ſpec.tit.de diſput. & alleg.

Senatuſconſultum Vintianũ, vide ſupra, in verſ. Senatuſconſultum Iunianum.

Senatuſconſultum Voluſianũ ſtatuit, quod qui improbè in litem coeunt,vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redditum ſiue relatum ſit,inter eos ex communicetur,l.Iulia.de vi priuata tenentur.

Senex multipliciter dicitur, not.ff.de adopt.l.ſi pater, §.2.de teſt.l.inuiti,& vide C.de his qui non imple. ſtipen.l.2. Aliquãdo dicitur ſenex maior 72.annis,C. qui æta.l. vnica. Item adde quis dicatur ſenex per Felyn. in cap. quoniam,in prim.in 6.col. verſi. ad ter[illegible]am,vt lite non conteſt. Se nes, & valetudinarij qui dicantur,vide Panor.in c.quoniã frequenter,in 8.col. ver.tertio principaliter quæro,& ver. ſeq. vt lite non conteſt.

Senium eſt quadruplex,ſ.naturæ,gratiæ,culpæ, & æternæ gloriæ, vide Alb.in ſuo dictio. in ver.Senium.

Senſus ſapientis non arbitratur contra iura,vnde quando alter contrahentium paciſcitur ali quid facere ad ſenſum ſapientis, alter contrahentium tenetur ea facere, quæ de iure fieri debent ſuper illo contractu, quia ſapiẽs arbitrari contra iura non poteſt, aliàs ſapiens non poteſt, aliàs ſa piens non eſſet.

Sententiæ ſecundum Azo. in ſum. C.quo.& quan.iud.ſen.profer.debet. Quandoq; poteſt dici cuiuſcunq; orationis ſignificatio. Quandoq; ponitur pro opinione magiſtrorum. Quandoq; dicitur,quicquid alicui re aliqua placet. Quandoque deportatio. Quandoq; excommunicatio,vel interdictum,ſed impropriè,quia excommunicatio,vel interdictũ potius punit,qua finem cauſę im ponit. Ideo potius poteſt pœna dici, quam ſententia vel diffinitio.Quandoq; ſententia dicitur, quodcunq; iudicantis pręceptũ, non naturæ, non iuri,non bonis morib.contrarium. Et ſecũdum hanc ſignificationem diſtinguitur, quia ſententia alia eſt diffinitiua,

nitiua; alia interlocutoria; alia conuentionalis; alia quę dicitur præceptum, alia mulcta, alia diſpenſationis. Et poteſt ſic deſcribi ſententia diffinitiua. Eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ, finē imponens, ff. eo. tit l. 1. Et addūt quidam ad diffinitionem indubitatam, & quæ nullo remedio retractari poſſit, per l. eleganter, §. ſi poſt rem iudicatam; ff. de cōdi. indeb. Vel ſic deſcribitur ſententia diffinitiua. Eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponens, ex pronunciatione iudicis, dāmnationem, vel abſolutionē continens. Et hæc principalem diffinit quæſtionem; vt quando auditis vtriuſq; partis legationibus; cauſa terminatur, & finis principali negotio imponitur, quam ſemel datam iudex retrocare non poteſt, & iudex eſſe deſinit, quia officio ſuo functus eſt licet retineat iuriſdictionem ad exequendum, de offi. deleg. c. in literis, & c. quærenti. Sed an corrigere poſſit, ſi dicat abſoluo pro condemnō, vide Goff. in ſum. de ſent. & re iud.

Sententia interlocutoria eſt ſententia ſemiplena, quæ profertur inter principium; & finē cauſæ, nō ſuper principali, ſed ſuper emergentib. & incidentib. quæſtionib. puta ſuper libello offerēdo, vel cōcipiendo; vel danda dilatione, aut deneganda; & ſimilib. principali cauſa durante. Vnde quando iudex non reſidens pro tribunali interloquendo inter partes ſine ſolemnitate ſcripturæ aliquid pronunciat de plano, & ſuper aliquo incidenti, vel emergenti extra primum intentum principale hāc reuocare poteſt, iudex, ſiue ſit ordinatius, ſiue delegatus, ſiue arbiter; debet tamen cūm cauſę cognitione fieri, & iudice concedente nō procedente, 3. q. 3. §. ſpatium, ſecundum Goff. & ſententiam interlocutoriam fert iudex contra reum contumacem, quando citato reo, & non veniente pronunciat actorem fore mittendum in poſſeſſionem rei; aut bonorum pro mēſura debiti declarati, vel rei petitæ. De emergenti quæſtione, vt quando eſt quæſtio inter partes vel aduocatos, vtrum aliquis ſit recipiendus in teſtimonium, &c. vt ſup. Et illa ſentētia trāſit in rem iudicatam quoad dūo, ſ. vt remedio appellationis attentari non poſſit, & vt excipiatur, & ex ea, c. cūm dilectus, de elect. in fi. non autē ex ea agatur actione in factū, ſicut ex diffinitiua. A qualibet .n. tali poteſt appellari ſecundum canones, nō autem ſecundum leges; generaliter fallit in caſib. l. 2. C. vt lit pendēn. vel dicitur ſi interlocutoria ſit talis, quæ abſorbeat totū ius alicuius; & inſtar habeat diffinitiuæ, ita vt poſt interlocutoriam non ſit opus ad appellandum à diffinitiua, ſi ab eā appellatur, ſecus ſi poſt interlocutoriam ſal-

tuum

uum ſit beneficium appellationis a diffinitiua. Goffr. tenet primum in ſumma, eo. tit. de ſent & re iud. Item interlocutoria ſecundum eundem eſt declaratio iudicialis ſuper aliquo articulo ſummariè ius tribuens inter partes. Et finaliter omne verbum a iudice in iudicio prolatum iudicialiter, faciens ad cauſam, eſt ſententia interlocutoria, vt in authent. de litig. §. omne, coll. 8. &c. Et notandum, quod aliud eſt ſententia, & aliud eſt ſtatutum. Nam ſtatutum fertur pro futuris delictis, dicendo. Statuimus, vt nullus hoc faciat, & faciens ſit excommunicatus ipſo facto, vt not. in cap. fin. de conſtitut. libro 6. Sententia vero prolata ſic: Excommunico te, ſi furtum feceris, prohibetur furtum, quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem, de hoc glo. opt. de ſent. excomm. cap. Romana, lib. 6. & cap. a nobis, de ſent. excom. Item differt ſententia a canone in hoc; quia canon archiepiſcopi in prouinciali concilio ligat ſubditos totius prouinciæ. 18. diſt. c. vlt. Sententia autem archiepiſcopi dicendo; Quicunque furtum fecerit, ſit excommunicatus, non comprehendit ſubditos totius prouinciæ, ſed ſolius diœceſis ſuæ, vt eſt glo. in c. Romana, præalleg. Item ſententia excommunicationis, ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, tenet, 11. q. c. 1. niſi in duob. caſib. ſ. poſt appellationem legitimam, & intolerabilem errorem in forma, cap. per tuas, de ſent. exc. c. ſolet, & c. venerabilis, eo. tit. lib. 6. Et quõ ſententia trib. modis dicitur iniuſta .ſ. ex cauſa, ex animo, & ordine, & eſt gl 3. in c. ſacro, de ſent. exco. & illud iterum verum eſt in ſententia excõmunicationis, in qua eſt ſpãle, quod teneat non ſeruato iuris ordine, alias autem ſentẽtia lata iuris ordine non ſeruato non tenet, C. de ſen. & interloc. om. iud. l. prolatam. Item de diffinitiua, & interlocutoria eſt gl. in cle. vnica, ſuper verbo diffinitiua de ſeq. poſ. & fructuum. Et nota, quod ſententia lata ſuper verbo poſſeſſorio dicitur diffinitiua, ſecundum gl. in c. fi. de iud. & intelligitur, quãdo cauſa poſſeſſionis eſt deducta principaliter in iudicium, vel habet annexum petitorium, ſecus ſi per accidens veniret in iudicium. Etiam diffinitiua, prout imponit finem cauſæ, nunquam datur ſuper poſſeſſione, niſi ſit proprietas annexa, vt ibi notat.

Sententia conuentionalis, eſt amicabilis compoſitio, vt quando iudex conuenit aliquem, & commouet eum, ne faciat contra conuentionem. Aliàs ſententias ſcilicet præceptum, mulctã, & diſpenſationem require in locis ſuis.

Sæpe not. regulam in contrarium, vt in §. in fraudem, Inſ. qui ex cau. manumit. non liceat.

Sepius,

Sepius, ſi aliquando, regulariter tamen contrarium ſignificat, verificatur in duab. vel tribus vi cib. Item facit contrarios caſus ſpeciales, l. ſi in diem, §. ſeruo, ff. de cond. & dem. ſecundum Dyn.

Septa ſunt clauſulæ, & dicuntur a ſepio. vt eſt glo. in cle. ne in ago. de ſta. mon.

Septunx ſeptem habet vncias, Req. ſupra, As.

Sepulchrum eſt locus, in quo mortuus cõtinetur, vel ſepultus eſt. Sed monumentum dicitur idem locus ſine corpore, Req. ſupra, M.

Sepultura ſecundum Gof. quãque dicitur officium, quod impẽditur ſepeliendis. Qñq; ipſa terra ad vſum ſæpulturæ deputata. Quandoque tumba marmorea, vel lapidea, vel locus concauus in eccleſiaſtico cœmiterio factus in quo corpus catholici quieſcit. Item ſepultura eſt ius funerandi in eccleſiæ cæmiterio. Eſt autem ius funerandi poteſtas ſepeliendi in cæmiterio proueniẽs eccleſiæ ex conceſſione Pontificis.

Sequela dicitur omne, quod naturaliter ſequitur ad aliud, vt iumentum equam, vitulus vaccam.

Sequeſter eſt is, apud quem res litigioſa deponitur a plurib. & ſequeſtratur, vt ei, qui in cauſa vicerit, reddatur, dictus ab eo, quod occurrenti, aut quaſi ſequẽti eos, qui contendunt, committitur res, de verbor. ſignif. l. ſequeſter, vide extra de iudi. capit. examinata. Eſt enim ſecundum Goffre. depoſitarius rei in iudicium deductæ, vt ff. depoſit. lege proprie.

Sequeſtrum eſt illud ſcriptum quod de ſequeſtratione conficitur, & ſi ſit ex cauſa voluntaria, transfert poſſeſſ. in ſequeſtrum; ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, l. intereſſe puto. ff. de acqu. poſſeſſ. & not. in cap. examinata, de iudic. in glo. & in glo. clem. 1. de ſequeſt. poſſ.

Sequeſtratio eſt rei, de qua agitur vel controuerſia eſt, ſeparatio, vel depoſitio, vel poſſeſſionis interdictio, Interim. n. quod res apud ſequeſtrum eſt, nec actor, nec reus poſſidet, vt ff. de ſta. ho. l. libertus. Non poteſt autem illa depoſitio, quæ ſequeſtratio dicitur, fieri, niſi a pluribus quamuis aliàs, & vnus, & plures deponere poſſint, vt l. licet, ff. de po. Nam plures rem litigioſam deponunt, quando de voluntate partium fit. Etiam vnus deponere poteſt de mandato iudicis, vt in gl. c. examinata, de iudic. & ibi per Doct. Et not. quod ſecundum Goffre. ſequeſtratio fit aliquando cauſa omittendæ poſſeſſionis, & tunc neuter litigantium poſſidet, ſed ſequeſter. Aliquando cauſa cuſtodiæ, & tunc poſſeſſio remanet penes poſſidentem. Et generaliter prohibita eſt ſequeſtratio. C. de prohib. ſequ. l. vnica.

Permiſ-

Permiſſa vero caſualiter. Primò voluntate partium, vt lite finita res victori detur. Secundò ex neceſſitate, ne perſona ſuſpecta cũ re mobili aufugiat. Tertiò ne perſona ſuſpecta circa rem immobilem fructus depopuletur, vel diſſipet. Quartò propter contumaciam non cauentis de collatione honorum facienda. Quintò ſi ſeruus de poſſeſſione ſeruitutis proclamat in libertatẽ. Sextò cum appellatur executore. Septimò cum timetur de ſæuitia viri, nec poteſt ſufficienter vxori caueri, ſequeſtratur vxor. Octauò ne perdatur vendendi cõmoditas. Nonò cum aliquis de comitib. præſidis furtum patitur. Nã res ſequeſtratur vſq; ad tempus ſucceſſoris præſidis. Meritò.n.ſequeſtratio fieri non debet, niſi tunc demum, cũ timetur, ne poſſeſſor, vel appellans fructus depopuletur ſecundum Goffr. in ſum. Alios caſus. vide in cle. vnica, eo. tit. & l. 1. ff. de col. bo. & ſecundum Arch. in c. quia res, 11. q. 1. vbi latè de hac materia, & per Io. Mon & Io. And. in reg. locupletari, de reg. iur. lib. 6. vide etiam gl. fi. in c. dilectus, de ſequeſtra poſſ. cum ibi no.

Sequioris vitæ eũ vocat Vlpi. in l. Cum ij. de tranſa. qui ſibi ex ſe alimẽta ſuppeditare nequeat, ſed de alienis laborib. pendeat.

Seriæ vaſa ſunt fictilia, ob longa de quib. T. Liuius, in 4. ſecũdi lib belli punici ſic inquit. Et in vnico hiſtrico fonte ſub terra tanta vis aquæ fluxiſſe, vt ſerias, doliaq;, quæ in eo loco erant prouoluta, velut impetus torrentis tulerit, & de his intellexit. Vlpi, in l. vinaria vaſa, ff. de ver. ſignu. licet alij aliter, & in l. ſed, & ſi qs. §. proprietatis, vide ibi glo. ff. de vſufruct.

Sericoblatæ dicuntur veſtimẽta, quæ inſeruuntur, & texuntur, ſerico, vt l. lotas. C. de mur. lib. 11. ſecundum Acc.

Legendum, Sericoblattæ cum duplici tt, vt ibi atteſtatur Alc. Nam blatta dicitur purpura vnde Sericoblattæ veſtes purpureę ſerico intextæ.

Seruiana, & quaſi ſeruiana actio Req ſupra, Actio.

Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis contra ius naturale alieno ſubijcitur dominio & quando ſeruitus inducta ſit; vide gl ſuper verbo ſeruos, de Iudæ, & Sarracen. c. ita quorũdam, optimam gl. ſuper verbo ſeruitutes, diſt. 1. ius gentium. Sunt autem duplices ſeruitutes, ſ. prædiales, & perſonales.

Seruitus prædialis eſt quædã conſtitutio, qua prædium prædio ſubiugatur. & ſeruitutes prędiales, lex reales appellat, quę ſe quuntur prædia, & earum conſtitutio eatenus tenet, quatenus expedit prędij, id eſt ad fructus eorum percipiendos.

Seruitutum autem prędalium aliæ ſunt vrbanæ, & alię ruſticę, ſed

ſed has quidem ſeruitutes lex dicit eſſe iura communia quę liber tatis ſunt: vnde no. ſecundum Azo. in ſum. C. de ſer. & aquædu. quod hoc verbum ius in eadem lege, et in eadem voce poni tur pro ſeruitute. Dictio. n. ſemel poſita duas quandoq; importat ſignificationes, ſ propriam, & impropriam vel vtranque. Propriè autem ſecundum diuerſa dicuntur ſeruitutes Nam ſi nō poſ ſem ex ædib. meis exire in agros meos vel peruenire ad viam puplicam, niſi per agros tuos, vel hortos, & emam à te licentiam eundi, hæc licentia dicitur ſeruitus itineris. quia prædium tuum in hoc mihi ſeruit Et harum ſeruitutum. quædam habēt cauſam continuam quædam quaſi continuam, quędam diſcontinuam, ſecundum gl. in l. ſeruitus magna, in prin gl magna, ff. de ſer. ti. ge. Et quę ſeruitus dicatur habere cauſam continuam, & quę diſcō tinuam, declarat Bar. in l. 1. C. de ſerui. & aq.

Seruitutes ruſticæ ſunt, quæ prædijs ruſticis debentur, velut iter, actus via, aquęductus, aquæ hauſtus, pecoris appulſus, ad aquam. ius paſcendi, calcis coquēdæ, arenæ, fodiendæ, quæ tria vl tima poſſunt dici nominatæ ſer uitutes ruſticę, ſed ſuperiora pro prijs nominib. carent, quæ omnia req. locis ſuis, Nam iter eſt ius; quo ex æde mea per agros tuos poſſum in vicos publicos exire, vel intrare, ſed aquæ hauſtus eſt, vt aquam haurire poſſim de puteo tuo.

Seruitutes vrbanæ ſunt quæ prædijs vrbanis debentur, ſ. intuitu alicuius ædificij. Nam ædificijs inhærent, velut altius, tollendi, aut non tollendi, ne officiatur luminib. vel proſpectu domus vicini Item ſtillicidium auertedi, vel non auertendi in tectum, vel in aream vicini, vt ſtillicidium tecti mei cadat in aream vel fundum eius. Item vt liceat immittere, vel proijcere tignum in pariete vicini. Et no. quòd an ſeruitus ſit vrbana vel ruſtica, colligitur ex qualitate prædij, cui debetur ipſa ſeruitus, quod patet. Nā talis eſt ſeruitus, quale eſt prædiū, cui debetur. Hinc eſt, quod licet via ſit ſeruitus ruſtica, tamē ſi ſeruiat domui, quæ eſt vrbanū prædium, l. vrbana prædia, de ver. ſign. cenſebitur ſeruitus, vrbana, inſpecto fundo, cui debetur, gl. in l. 1. & in gl. fi. de ſeruit. vrb. præd.

Seruus eſt, qui de iure gentiū vel ciuili dominio alieno ſubijcitur. In hac parte, & ius gentiū, & ius ciuile detraxerunt iuri naturali Et dicuntur ſerui nō à ſeruiendo, ſed à ſeruando, Imperator. n. vel princeps captos ab hoſtib. qui ſerui ſunt capientium, vendere iubet, & per hoc ſeruare, & non occidere. Hoſtib. n. captis, et ſic in ſeruitutem eſt, quod vtile, & begnignum viſum eſt, ſ. cos

gos omnes ſeruari, & non occi-di. Hoc n. benignitatis eſt, ſed oc cidi, crudelitatis. Ideo etiam dicta ſunt mancipia, quia ab hoſtibus manu capiuntur, vt Inſti. de iud. perſ. & ff. de ſta. ho. l. libertus. Sunt etiam ſerui vernæ, qui ſunt ex ancillis manent ib. in domo vati, l. Titiæ textores, leg. 1.

Serui ſtricto modo dicuntur carentes libertate. Sed largo modo etiam ſeruiētes pro pecunijs, & mercede, dicuntur ſerui, à ſeruiendo Pan. in rub. de Iudeis.

Serui arcarij Req. ſup. Arc.

Serui aſcriptitij, vide Aſcriptitius.

Serui atriarij, vel atriēſes ſunt illi, qui atrij cuſtodiam faciunt.

Seruus corruptus dicitur ſeruus, qui per alicuius inductionē factus eſt de bono malus, vel de malo deterior, ſcilicet in anima, & corpore.

Serui corrupti actio, Req. ſup. Actio.

Serui cubicularij dicuntur, qui lectum, & cubiculum domini ſui procurant, qui vulgò camerarij vocantur à camera.

Serui deditij dicuntur, qui in morte liberi, & in vita ſua ſerui ſunt, quorū libertas ſublata eſt, vt Inſt. de lib. §. libertinorum.

Serui Latini ſunt, qui a dominis erant manumiſſi, vt in vita eſſent liberi, & in morte ſerui, & eorum bona tanquam ſeruorum ad dominos douoluebantur, vt in §. præal. Inſt. de liber.

Seruus librarius a libra dictus eſt, qui ſ. ponderib. præeſt, & libræ nummorum, & permutatorum cuſtodiam habet domi domini ſui.

Serui inſulani aliàs inſularij ſunt, qui retinentur in inſula, i. in domo, nec mittuntur in agros nec in villam. Domus autem inſula dicitur eò, q inſunt ei habitatores, licet inſula quandoq; dicatur in ſalo, ideſt, mari ſita.

Seruus vicarius eſt, qui ſeruo ordinario ſubminiſtrat.

Seruus originarius, vide Originarius.

Seruus publicus dicitur tabellio, non quia ſeruus, ſed quia publicum exercet officium. ff. de adop. l. non aliter.

Serui vernæ, vide in ver. Ver.

Serui victores ſunt, quo quis victus habet præparandi cauſa.

Seſcunx conſtat ex vncia, & dimidia, & eſt octaua pars aſſis, & debet eius litera tertia ſcribi, ſ & nō, x, vt Inſt. de hær. inſtituē dis, §. hæreditas, ſecundum Acc.

Seu, dictio eſt diſiunctiua C. de ſacroſa eccl. l. generali, & aliquando ampliat, ff. de aur. & ar. leg. l. ſi quis, ita, & ſecundū Bart. in d. l. generali, et no. 72. diſt. ego. Lud. & 75. di. c. vlt. in fin & per Arch. de fo. comp. in c. 1. lib. 6.

Seueritas dicitur rigor, & integritas iuſtitię, Arc. in c. vt officiū §. verum, in ver. ſeueritas, de hæ. in 6. Vel dic, quod ſeueritas, ſit per quam iudicialis ſententia,

vel vindicta diſtrictè exercet, vel eſt virtus, debito ſupplicio coercens iniuriam ſecundum Alb. in ſuo dict. in ver. Seueritas.

Sextans eſt ſexta pars aſſis ex duabus vncijs conſtans.

Sextarius, vide Modius.

S ante I.

SI, de proprio ſignificatu importat conditionem, non tamen ſemper ſignificat. Vnde quãdoq; facit diſpoſitionem conditionalem. Quandoq; executionẽ tantum. Quandoq; ſignificat cauſam incertam. Quandoq; certã. Quandoq; euentum incertum, non conditionalem, quia non ſuſpendentem. Quandoq; accelerationem, & quandoq; nihil ſignificat. Exemplum primi ibi; promitto, vel lego, l. ſi nauis ex Aſia venerit; vt in l. itaq;, ff. ſi ce. pet. Secũdi ibi; iudex dicit, do tutorem, ſi ſatiſdederit, quia ſenſus eſt, quod purè datur, & immediatè ſit tutor, ſed adminiſtrare nõ debet, niſi prius ſatiſdederit, vt l. multos, §. hanc autem, ff. de tut. vbi dicitur, hanc autem conditionem, ſi ſatiſdederit, conditionem non facere, ratio eſt volũtas proferentis. Nam tutor a iudice non põt dari ſub cõditione, ca. actus legitimi, de reg. iur. lib 6. Etiam quia inuitus datur tutor, ergo nõ ſtabit in voluntate ſua per conditionem. Nec iudices in decernendo ſolent facere iudicia ſua conditionalia. Exemplum tertij; lego Titio, ſi negotia mea geſſerit. Et eſt aliud exprimere cauſam, per quia exprimendo falſa cauſa non vitiat, ſed per ſi vitiat, l. demon. ff. de condit. & dem. niſi aliud appareret ex voluntate diſponentis. Etiam quandoq; ſi capitur pro quia, vt ibi: Si Deus eſt quia hic ſubiecta materia, & fides catholica habet, quod Deus creator eſt omnium certitudinaliter. Quarti, quando ille euẽtus eſt de præſenti, vel de præterito, vt ibi promitto, vel lego, ſi Rex eſt Pariſijs, vel fuit tali die, vbi euentus eſt diſponentib. vel diſponenti incertus, non tamen conditionalis, quia non ſuſpendit. Nã actus purus ſtatim valet, vel nõ valet, §. fi. Inſti. de verb. oblig. & hic accelerationem ſignificat. Etiam quandoque nihil ſignificat, vt ibi: promitto, ſi talis morietur, argum. leg. ſi pupillus, §. qui ſub conditione, ff. de noua. & de dele. quia non poteſt ſignificare conditionem, quæ eſt de euentu futuro certo. Sed quia nihil certius morte, ergo materia ſubiecta non patitur. Dicit tamẽ Bart. quòd in vltimis voluntatibus operatur conditionem, dicendo: lego, ſi hæres morietur, vel ſi Sempronius morietur, non ex eo quod mors ſit incerta, ſed quia incertum, an legatarius morietur antequam hæres, vel Sempronius, alleg. l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de con-

dit.& demõſtr, vbi dicitur, quod legatum tale, ſi mater tua morietur, eſt conditionale, Petrus dicit contra quod eſt purum. Et ſic in textu allegato debet ſumi pro cum, quod ſignificat principaliter tempus, & per conſequens conditionem. Item nihil ſignificat. vt ibi, promitto ſi volueris, lego, ſi hæres voluerit, leg. ſub hac, ff. de act. & oblation. quia actus in voluntate obligandi eſt, & ſic nulla eſt diſpoſitio, vel reſtrictio fit, niſi diſponens videatur decidere, l. ſi ita expreſſum, ff. de cond. & demon. Finaliter autem ſemper ad mentem diſponentis recurrendum eſt, quia ſæpe contingit, quod vna dictio vel oratio per vnum capitur in vno ſignificatu, & per alium in alio. Sunt ergo circunſtantiæ attendendæ, per quas mens proferentis declaratur.

Si non valet hoc iure, valeat illo. Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, &c. Hę clauſulæ ſignificãt, ſi non poteſt valere ex defectu ſolemnitatis, vt teſtamentum, ſ. quod nõ ſunt ſeptem teſtes vel non ſigillauerunt eodem cõtextu, valeat iure codicillorũ, ſi ſint quinq; teſtes, diſponens hoc voluit, & lex admittit. Significat ergo dictio ſi, appoſita his verbis, vel alijs, qđ voluntas diſponentis declaratur ex verborum ſignificatu, uel alio quo modo dicta.

Sic, qualiter intelligatur, uide extra de priu. ca. ex ore, de conſ. cap. examinata, & de uerb. ſig. c. abbate, cum ſim.

Sica eſt ferrum, uel cultellus breuis in utraq; parte ſcindens, & acutus, quo maxime utuntur, qui apud Italos latrocinia exercent, ſed eius interpretatio eſt larga, ut contineat telũ lapidẽ, ſignũ, & quodlibet ferrũ, ut Inſt. de pub. iud §. itẽ lex. & §. ſicarij.

Sicarij dicuntur homicidæ, & interfectores, dicti a ſica. i. ferro, uel cultro, Inſt. de pub. iud. §. ſicarij, etiam dici poſſunt ſicarij, qui alicuius uitę armis inſidiant, de pę. diſt. 1. ſi quis cum telo, de homic. c. ſicut dignum, in gl.

Sigillatim, i. ſingulariter ita exponit Hoſt. in c. uenerabilis, de teſti. & Arc. in c. præſentium, §. teſtes, eo. tit. lib. 6. & habetur de hac dictione in l. ſed & ſi per Prętorem, § ſi. ff. ex quib. cau. maio. & in l. cũ quidam, C. de uerb. ſig.

Sigillum, præter uulgatam ſignificationem, interdum ſignificat paruam ſtatuam, l. quęſitum, §. Papinianus, de fun. inſtr.

Signum quid ſit, & quomodo ſignũ differat a ſacrificio, de con ſecrat. diſt. 1. ſacrificiũ, & c. ſignũ, & quõ multiplex ſit ſignum uide extra de conſue. c. 2. in gl. frequentius autem accipitur pro ſigillo, l. 3. de tab. exhibend.

Signare eſt aliquam formam, uel ſignum alicui imprimere, uel notam imponere. Vnde teſtamentum ſignare, ideſt notare debet quis,

quis, vt notum ſit illud, quod in teſtamento ſcriptum eſt, Iſid. lib. 5. etymo. Sed ſubſignare eſt ſubſcribere, vt ſi teſtes vocati, & rogati a teſtatore ſubſcribant.

Signatas tabulas (inquit Vlp. in l. ad teſtium, de teſt.) accipi oportet, & ſi linteo, quo tabulæ inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint.

Signatum aurum vel argentũ quod dicatur, docuit Iuriſconſu, manifeſte in l. Quintus, de au & arg. leg.

Signatorius annulus eſt, qui characterem, i. ſculpturam habet, quo vtimur ad imprimendum ſigna.

Significatio ſecundum Azo. de ver. ſign. propriè eſt demonſtratio facta, proprio nomine rei de qua quæritur, attributo; ſed largè ponitur ſi proprium nomẽ nõ interueniat, ſi tamen res per aliud verbum, quod aliquo modo accedere poſſit ad rei oſtenſionem noti ficetur.

Signium opus, vt interpretatur Nebriſ. ex Plin, dicitur, quod conficitur fractis tectis cõcuſſis addita calce.

Silentiarij fuiſt idem quod cõſiliarij uel ſecretarij Principis, qui ſilere debent, & occultare Principis conſilia, ut ff. de mino. l. uerum & gloſ. 3. l. illud. C. de collat.

Siliginarius, cuſtos ſiliginis, l. ſi quis uxori, de furt.

Siliqua ſecundum Iſid. eſt uigeſima quarta pars ſolidi; alij dicunt octaua, alij quarta pars unciæ, ſuper quo uide, l. liberto, §. ſi lium, ff. de annis leg. & in auth. ſed hodie, C de epiſ. & cle. & in auth. de ſanct. epiſc. §. ſportularum. Aliquando eſt cortex, ſeu pellis fabæ, & ciceris. l. frugen. §. ſi. ff de uer ſign. & ibi gl.

Sylua cædua eſt, quæ ad hoc, ut cędatur, deputata eſt, & dr apta cædi, quia facilè ſuccreſcit.

Sylua palaris eſt ex qua pali, & Pedamenta ſumuntur.

Sylua paſcua dicitur, quæ paſcuis pecudum eſt aſſignata.

Simile dici non poteſt, ubi diſſimilitudo ſubeſt. 28. q. 1. ſicut enim & l. 3. ff. de iniu. rup. & irri. teſta. & qualiter exponatur hoc uerbum ſimile, uide c. olim. de uer. ſign.

Similitudo eſt rerum differentium comparatio, ſecundũ Boet. & quæ ſimilitudo ad ſpeciem, uel genus referatur, eſt gl. no. in uer. curam animarum, in c. non poteſt, de præb. lib. 6.

Simonia ſecundum Goffr. eſt ſtudioſa cupiditas, uel uoluntas emendi, uel uendendi ſpirituale, uel ſpirituali annexum, quod ſpirituale cenſetur. Ius. n. percipiendi prouentus præbendales. f. rõne præbendæ, uel prelaturę, ſpirituale non eſt, ſed annexum ſpirituali. f. canonicę, propter res tẽporales, quę ex illo iure prouẽniunt, ut. f. fructus, 1. q. 2. ſi quis obiecerit, ſic & ius patronatus

dicitur annexum ſpirituali, propter quandam confœderationem quia cadit in laicum, a quo poſſi detur, vt c.de iure, eo.tit.& dr̄ a Simone mago, qui fuit primus autor huius ſceleris, in nouo teſtō. Ipſe.n.voluit emere gratiam Spiritus ſancti a B. Petro; ſic & Giezi in veteri teſtamēto voluit gratiam ſanitatis Naaman Syro vendere,vt 4.Reg.5.Vnde ſimoniacus dicitur propriè emptor ſpiritualium; ſed Gieziticus venditor eorundem, q.1.qui ſtudet. Et eſt ſimonia peccatum enorme, reſpectu eius, qui per ſimoniam beneficium acquiſiuit, qui pœnitentiam agere nō poteſt beneficio retento,vel dicitur enorme,ideſt indiſpenſabile,quia diſpenſari non poteſt cū ſimoniaco,niſi beneficio reſignato, ſicut in ſimoniaco in ordine contingit,vt 14. diſt.nerui. Et ſimoniacus etiam occultus in ordine ſuſcepto; qui vitioſum habet characterem,vt 1.qō.1.quibuſdam, ſuſpenſus eſt quo ad ſe,et quoad alios,1.quæſtio.1.Reperitur etiā ſimonia ſola intentione abſque pacto, vel facto committi, vt in c.qui ſtudet,præal.

Simplex præceptum eſt, cum præter lit. conteſtat. iudex confeſſione partium accedente aliquid præcepit, verbi gratia. Si quis a reo in iudicio abſq; libello cum inſtrumento debiti petat decem, & confiteatur de plano, tunc iudex ſine alia cauſæ cognitione,vel commiſſione ipſi præcipiet,vt certo termino ſoluat,et hoc dicitur præceptum, & non ſententia, quia ſententia non dicitur, niſi quando ordo iudiciarius eſt ſeruatus.

Simpliciter,quid hoc verbum importet,notat.per Inno. & Hoſtienſ. in cap. olim, de accur.& in Specul.de inqui.§.tertio, verſicul.ſed quid ergo. Item de hac dictione,vide Bar.Ioann.de Imola, Alexandr. & Franc. de Aret. in l.1.§.ſi quis ſimpliciter, ff.de verb.oblig.

Sine,hæc dictio tria importat eſt.n. priuatiua, negatiua & excluſiua,no.ff.de pigno.act.l.1.§. præter. Item importat argumentum a contrario ſenſu, extra de his,quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu capituli, c.cum apoſtoli.§. ſi.Aliquando includit.6.diſti.ad eius, & de temp. ord.c.nec epiſcopi,& ibi in gl. Aliquando ponitur pro non.ff.mand. l.ſi mandauero, §.fugitiuus. Aliquando pro contra,ff.de acq.poſſ. l.ſi ex ſtipulatione, & plenè de hac dictione vide per Alber.de Roſ in auth.quod ius. C.de procura.& Bar. in l.ſi eum. §.qui iniuriarū, ff.ſi quis caut.

Singulare ſæpe ponitur pro plurali,l.in vſu,de ver.ſign.

Siphones, vt ſcribit Alc. in l. l ferti,de verb.ſign. erant inſtrumenta,quib.olim fabri vtebātur ad extinguenda incendia.Siphonum meminit Vlp. in l. quæſitū, de fun.

de fun. inſtr. tamet ſi in vulgatis codicib. Scopæ, non Siphones, impreſſum ſit,

Si quis, verbum hoc tam maſculos, quam fœminas complecti tur, l. 1. de ver. ſign.

Siſtere in iudicio dicitur, qui præſtat eius, de quo agitur, præſentiam, l. apud Labeonem, de ver. ſign. Vide ſuera in verbo, Iudicio ſiſti cautio.

Sitocomia, i. fames vel guerra C. vt nemi. lic. in emp. Specie, in gl. rub. vel dic, ſitocomia frumentaria dicitur vnde ſitocomia præfectus frumentariæ. Nam ſiton, frumentum; & como, curo dicitur, vt habetur in l. fin. ff. de administr. rer. ad cipertin. vbi corruptè legitur ſitonias pro ſitocomas.

Sitonæ, latinè frumentatę res dicuntur, quo nomine appellabantur magiſtratus quidam, qui frumentum, & annonam curabant; vnde ſitonia, tale eorum munus.

Sitoſtaſius erat, qui vendendo frumento præerat, ſecundū Alc. in l. quicquid. C. de fru. Alex.

Siue non euenerit, hę orationes de ſe ſunt contrariorum caſuum, & tñ coniunctę ſignificāt puritatem, ſ. quod actus, qui deponitur, his verbis ſit purus, & ſumitur ſignificatum ex hoc, qđ certum eſt alterum caſuum euēturum, & ſic diſpoſitio redditur pura, facit l. quod ſi petente, §. vlt. de pericul. & commo. rei vē. vbi habetur quod venditio facta hoc modo, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non, ſit pura; vt l. ſi pupillus, §. qui ſub conditione, ff. de noua. vbi habetur quod qui ſtipulatur ſub conditione omnino extitura, purè ſtipuletur, vt l. itaq; ff. ſi cer. pet. vbi conditio dicitur, cum in incertum confertur & ſic patet, quod hæc conditio nō reddat actum conditionalem per ſe, ſed hæc oratio, applicata diſpoſitioni vltimæ voluntatis, cam reddat conditionalem, vt l. huiuſmodi, ff. quando die leg. ced. vbi dicitur, quod legatū hoc modo factum, ſiue illud factum fuerit, ſiue non, ſit conditionalē & intellige ſiue non fuerit infra certum diem, ne in infinitum expectetur. Et licet certum ſit alterum caſuum euenturum; tamen incertum eſt, an viuente legatario, vel non, & ſic in certitudo facit conditionē in vltimis volūtatibus, facit l. 1. ff. de condit. & demonſtra. Secus in contractu, qui purè tranſmittitur, ſiue factum exiſtat, ſiue non. Ergo contractus factus, cum ille morietur, non eſt conditionalis, ſed in diem. l. nam ſi cum moriar; de condit. indeb. Et ſumitur in his ſignificatum ex communi modo intelligendi, niſi aliud certè appareret ex voluntate teſtatoris, vel contrahentium.

S ante O.

SObrini,& ſobrinæ dicuntur, qui vel quæ ex patruelib. fratribus, vel ſororibus cõſobrinis, vel amitis progeniti, vel progenitæ ſunt.

Sobrinus propior, & ſobrina propior sũt patrui magni, vel amitæ magnæ, auũculi magni, vel materteræ magnæ, filij filiæve.

Socer eſt pater mariti, l. ſic autem, ff. de re iudi. etiam eſt pater vxoris, vt ead.

Socrus eſt mater mariti vel vxoris. Adde quod ſoceri appellatione cõtinetur etiam auus mariti vel vxoris, & appellatione ſocrus, auia, l. ſoceri, de verb. ſign.

Socer magnus, & ſocrus magna appellantur auus, & aui mariti, vel vxoris, l. non facile, ff. de gradib.

Societas eſt duorum, pluriũve conuentio, honeſtè contracta ad vberiorem quæſtum, & commodiorum vſum, Requi. ſupra. Actio pro ſocio.

Sodales, qui ſunt eiuſdem collegij; l. vlt. de colle. illic.

Solariũ, vectigal quod Reip. ſoluit ob publici ſoli occupationem, l. 2. ff. ne quid in loco publ.

Solarium, idem quod ſtipendium ſecundum Alc. in l. inter donum, de verb. ſign.

Solemnitas ſumitur pro actu reali, vt ſolemnitas ſtipulationis dum quis fideiubendo ſe obligat interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente, Inſt. de fideiuſſ. §. fi. Et hoc etiam notandũ pro intellectu huius, ſi ſcriptum repetitur, aliquẽ fideiuſſiſſe, quia ſub hoc verbo ſignificatur ſolemnitas ſtipulationis, niſi fieret in patria tali, in qua efficax eſt ſimplex promiſſio. Similiter in authẽtico inſtro ſi repetitur ibi ſcriptum aliquẽ promiſiſſe, ſub hoc verbo includitur ſolemnitas ſtipulationis, l. 1. C de vſur. & §. ſi ita ſcriptum, Inſt. de inutil. ſtipu. Et ſumitur ſignatum ex ſolemnitate inſtrumenti, quod ſignificat ibi contentum ſolemniter factũ etiam ex parte notariatus, quia notarij non redigunt inſtrm in ſcriptis publicis, niſi de actib. coram eis ſolemniter celebratis. Aliàs promiſſio non facit de ſe ſolemnitatẽ ſtipulationis, ſecus de fideiuſſione, dum ſaltem appatet, inquantum pro quo, & penes quem, aliàs etiam nulla eſſet fideiuſſio. l. cum de indebito, ff. de prob. §. fi. iuncta, l. 1. de fid & ſic de alijs in quib includitur ſolemnitas vel non.

Solertia, i. cautela, de iure patroncin. c. 1. lib. 6. per Arch. vel ingenij ſcientia vel aſtutia, not. in l. 1. §. nõn fuit, ff. de dolo. & in l. 1. C. ſi maior fac.

Soler, quid importet, vide Bar. in l 1. C. quo. & quan. iu.

Solicitus dicitur inquietus, quaſi ſolers, & citus, ſecundum Iſid. in tit. de ſolicitudine.

Soli-

Solidum,i. firmum, & componitur cum in,vt inſolidum, i.qui libet eorum per ſe ſolum. Vnde locum habet in promiſſionibus, ſtipulatione valatis,quæ ſtipulatio concipitur per verba futura, & inſerit inſolidum ſe daturos vel ſeruaturos.

Solidus idem eſt,quod aureus & 72.ſolidi faciunt libram auri, Inſt.de pęna teme. li.§. fin.ff.de in ius vocat..libertus. Item ſolidus & aureus qualiter accipiantur in iure,& quot ſolidi faciant libram.Panc.in c.conquerentur, de off.ord.vbi Fel.

Solium Latini, Græci thronũ vocant, & eſt locus, in quo Reges ſedent,c.quorundam, & ibi Arch.de elect.in 6.

Soluendo eſſe, eſt habere vnde ſoluat, vel ſoluere poſſit inſolidum per ſe vel per alium. ff.de verb. ſign l. ſoluendo & ſic dicitur quis eſſe ſoluendo. Econtra non ſoluendo dicitur ille,qui ſoluere non poteſt.

Solum idẽ eſt,quod terra, Vnde,Sit tibi terra ſolum, quo poſſunt vincere ſolum.Vbi primum eſt ſubſtantiuum neutri generis, ſecundum adiectiuum maſculini generis, vnde dicitur. Quicquid plantatur,ſeritur, vel inędificatur,Omne ſolo cedit,radices ſi tamen egit.Inſt de rer.diuiſ.§. cum in ſuo.

Solus eſt,cui nullus eſt contrarius.diſt.8.ſi ſolus.

Soluta oratio dicitur,quæ neque coniunctim,neq; diſiunctim connexa eſt, vt cum dicitur in inſtrumentis, vendidit, dedit, tradidit,& alia id genus, l.ſæpe,de verb.ſign.

Solutio ſecũdum Goff.eſt rei, quæ debetur,redditio. Inſti.quibus mo.tol.oblig.in prin.vel largè,eſt ab obligatione libero. Et alia eſt naturalis ſiue vera, quæ fit per redditionem eius,quod debetur, alia ciuilis ſiue imaginaria, & fit multipliciter per Nouationem, Delegationem, Acceptilationẽ, vel Compenſationem, de quib. in locis ſuis.

Solutum matrimonium dicitur ſiue morte ſiue diuortio, l.cũ quærebatur, ff.de verb.ſign.& l. ſi quis,ff.ſol.matr.

Solutus dicitur, cui libera facultas recedendi eſt, l.qui neque de verb.ſign.

Sonticus morbus eſt ille, qui perpetuo nocet, niſi ſit curatus, vide ſup. Morbus.

Sortes apud Iuriſconſul.ſignificant auaritiam.

Sors eſt ars diuinandi.Diuinatio autem propriè in malam partem ſumitur. Item etiam ſors idẽ eſt,quod ſortilegium,vt extra de ſorti.Item eſt portio hæreditatis eo,quod per ſortes ſolent diuidi hæreditatum portiones, de præben. cum ſecundum Apoſtolum 21. diſtin. cleros. Sumitur etiam pro fortuna vel euentu, 26 q.2. ſors..Item pro capitali capitur, vt de vſu.ca. 1.& 2. de hoc vide gl.in

gl.in proœ.clem.in ver.fortis.

Sortilegium eſt, quando aliquid per creaturam diuinatur. Et ſpecies diuinationis numerãtur, 26.q.3.c.igitur, & eandem cau. q.5.epiſcopi,& c nec mirum.

Sortilegi,uel ſortilegiſtæ ſunt diuinatores, vel iſti, qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam,quas ſanctorum,vel apoſtolorum vocant ſortes,vel diuinationes,ſententiam,vel ſcientiam profitẽtur,ſiue diuinationis, aut quarumcunque ſcripturarum,& inſpectione futura promittunt, vt 26.q.1.c.1.

Sotulares dicuntur quaſi ſubtalares à ſub & talo. Et aliud ſuborti eſt genus calciamenti, vt in c.nẽgato,de ſta.mo.

S ante P.

Spado, qui ſit vide ff. de excu. tu.l ſpadonem,& Inſtitut. de adoptio §.illud, & vide ſupra in verbo Caſtratus.

Secies ſignificat terminum ſignificatiuum plurium differentium numero, vt homo ille terminus ſignificat omnes homines inter ſe differentes numero, qui terminus homo ſignificatur per hoc nomẽ ſpecies,prout eſt vnũ de quinq; prædicabilib. Sed ſecũdũ legiſtas ſumitur ſpecies quandoq; pro iudiuiduo,vt Seius Stichus fundus Cornelianus.

Species apud veteres Iuriſconſ. frequenter accipitur pro eo quod recentiores dicunt caſum, aliquando tamen ſignificat id, quod fit ex aliqua materia, vt in §.cum ex aliena: Inſt.de rer. diu. quandoque ponitur pro parte. §.plebs autem Inſt.de iu.na.& l. 2.de liber. agnoſ.

Speciale delictum, quod vide in ver.Delictum.

Species perſonas accipere debemus clariſſimas, pſonas vtriuſque ſexus;item eas,quæ ornamẽtis ſenatorijs vtuntur, l. ſpecioſas,de verb.ſign.

Spectabiles qui, Require ſupra in verſ. Magiſtratus, & eſt optima gl.in auth.vt ab illuſtri.col.5.

Spectacula ſunt, quæ fiunt in loco, vbi ludebant, tragœdi, & comœdi,vt dicunt Græci,& habetur in auth. de conſulibus. Et ſpectaculum prohibitum eſt, prout importat effuſionem ſanguinis,C.de glad.l.1. lib.11.& l. legatum,ff.de vſu & vſu fruc. Sed ludi permittebantur ad lætificationem populi,vt comœdiæ, & ſimilia, l. 1. 2. & 3. C. de ſpe. lib.11.

Specularia, quorum fit mentio in l.quæſitum, §. itaque, de fun.inſtr. conficiebantur ex ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas ſecto, & pellucido, vt tradit Alc.in l.malum,de verb.ſign.

Speculariј inter artifices nominantur, l. 1. C. de excuſ. mu. lib.10.

Speculatores proprie dicuntur præſides prouinciarum,l.1.C. de

de priu. car. & l. ordinariorum, C. de coho. lib. 12. & eorum auctoritas eſt magna. Pan. in c. ſuſpicionis, de offic. deleg.

Speculum quaſi exemplum eſt c. Enimuero 19 diſt. Vnde eccleſia Ro. eſt ſpeculum aliarum, vt d. c. Enimuero, & eſt triplex ſpeculum, ſecundum Arch. in §. ecce, 26. diſt.

Specus eſt altus locus ſupra terram, per quem ducitur aqua. ff. de riuis, l. 1. §. ſpecus. Item ponitur pro foſſa, qua colligitur aqua, & eſt ampla & rotunda ff. de aqu. plu. arc. l. ſupra iter. ibi gl. ponit differentiam inter ſpecus, & cuniculum, vide ſupra in lit. C.

Sperant, i. putant, Inſt. quib. ex cau. man. non lice. §. in fraudem, verſ. Sæpe.

Spheriſterium, de quo in l. ſi quis mihi ff. mand. locum fuiſſe in balneis, Bud. putauit. Lampr. in Alexand. accepiſſe videtur pro loco ad ludum pilæ accommodato.

Spiculatores pro apparitoribus, l. diuus, ff. de bo. da.

Spoliatio eſt a poſſeſſione rei immobilis violenta, & iniurioſa deiectio, vel rei immobilis ablatio, dicitur violenta, quia ſi quis quis ſponte poſſeſſionem ſuam renunciauerit, vel abiurauerit, locum non habebit ſpoliatio, & per conſequens nec reſtitutio, Nam reſtitutio ſpoliatorum, eſt ablatorum in iudicio redintegratio. Et quia credendum eſt, canones loqui ſano intellectu, ſpoliatus intelligitur in caſu, quo criminaliter accuſatur, qui tota ſua ſubſtãtia vel maiori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum affirmat, quia nec nudi contendere, nec inermes inimici nos opponere debemus. Habet enim ſpoliatus priuilegium, vt non poſſit exui iam nudatus, vt eſt tex. in c. frequens, de reſt. ſpol. lib. 6. Vnde, Cantabit vacuus coram latrone viator. Vide Goff. in ſum. de reſt. ſpol. vbi prædictam diffinitionem ſpoliationis ſubtiliter declarat.

Sponſus & ſponſa ſunt, qui inter ſe de futuris nuptiis promittuut per verba de futuro a ſpondeo ſic dicti, i. promitto, vt l. 3. ff. de ſponſa.

Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum conuentio, & repromiſſio ff. eod. tit. l. 1. & 30. quæſt. 5. noſtrates, & ita ille conſenſus eſt de futuro matrimonio Conſenſus uero nuptiarum eſt de præſenti matrimonio. Sed dicit Plac. eundē eſſe conſenſum ſponſalium, & nuptiarum. Sponſalia autem dicta ſunt a ſpondeo. Nã moris fuit ueterib. ſtipulari, & ſpondere ſibi uxores futuras, ut l. 2. ff. eod. tit. & Inde ſponſi, & ſponſæ appellatio nata eſt, & certa ſtipulatio poteſt interuenire, ſed non neceſſaria. Et no. quod ſpõſalia diſſolui poſſunt plurib. modis ſecundum Io. And. in tractatu

ſtatu ſuper quarto decretali, & ne. ſuper rub. de ſponſ.

Sponſalitia largitas dicitur, quod dat ſponſus ſponſæ, ſine animo tamen recompenſandi, ſed omnino gratis, vel econuerſo. Et iſta donatio dicitur contractus de iure ciuili, vt in §. ius autem gent. Inſtitut. de iur. natiu. gent. & ciuil. in gloſ. ſuper verbo, pœnæ.

Sponſio appellatur omnis ſtipulatio, promiſſioque, etiã quæ non fit per ſponſi interrogationem, l. ſponſi de verb. ſign. Hinc & ſponſor dictus, licet gloſ. in auth. de fideiuſſio. eum tantum ſponſorem eſſe crediderit, qui ſponte, & a nemine rogatus pro alio ſe obligat.

Sportulæ ſunt ſalaria apparitorum, vel ſecundum Azo. C. eo. tit. fortè apparitores iſta non ſibi, ſed pro fiſco recipiebant, & illa reponebantur in ſporta, vel in aliquo ſimili vaſe, vt corbe, in quo conſueuerunt aliqua portari, & ita ſub tuta cuſtodia a fiſco conſeruabantur, & ſic continentia ponuntur pro cõtentis, vt C. de ſpor. & ſump. in rubro, & nigro. Appellantur ſportulę, & iudicantium mercedes.

Spurca eſt aliquid turpe, per quod aqua turbatur, lęg. apud Trebatium, ff. de aqu plu. arc. l. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit, ff ad l. Aq. & l. 1. §. 1. ff. de extra. cri.

Spurcare vinum eſt aqua infuſa vitiare, & ita ſumitur in d. l. ſi ſeruus, ad l. Aq. vt ibi annot. Bud. ex feſto.

Spurius eſt filius ex inceſtuoſis nuptijs natus, & dicitur a Gręca voca ſporadin, quod eſt vulgò conceptus, vel ſine patre, vt ff. de ſta. hom. l. vulgo concepti. Vel eſt natus de cõcubina, vt de ren. c. niſi cum pridem. §. perſonæ verò, in gl. quæ diſtinguit nothum, ſpurium, manſerem, & naturalem.

Spurij qui dicantur, vide Pan. in c. tanta. in penul. col. ver. quidam ſunt filij ſpurij, filij ſint legitimi.

S ante Q.

SQualor eſt infectio propter multitudinem carceratorum. l. ſi quis, C. de cuſt. reorum.

S ante T.

STabula antiquitus pro diuerſorij, & tabernis accipiebantur, vnde ſtabularijs dictio. Eſt tamen, quando ſtabulum poſitũ inueniatur pro ſeptis, quib. iumenta, gregeſque ſtabulantur, & ita ferè hodie hæc vox vſurpatur. l. eo iure in quibus cau. pign. vel hyp. ta. con.

Stabularij dicuntur qui aduocatis hoſpitib. & tabularijs pręponuntur, à ſtabulis ſic dicti. Qui verò ſic receperunt hoſpites ſine equis, vocantur caupones.

Stadium eſt octaua pars miliaris

liaris Italici, quod (ut hiſtoricè refertur (Hercules vno anhelitu currebat,& poſtea ſtabat, & eſt ſpatiū centum, & triginta paſſuum,ſecundum Az.Inſt. de rer. di §.vniuerſitatis,l gl.uer.ſtadia.

Stallus in choro eſt locus, in c.cenſentur de partib. beneficij canonicalis.Pa.in c.cum inter.iu 1.col.de ren.

Statim, uide ſupra,in uer. Facere.Et ibi dictis adde,quod hoc aduerb.ſtatim, aliquando denotat idem quod ipſo iure ſecundū Iaſ.in §.rurſus,col.3,Inſt.de act.

Statio modo ſignificat uigiliā. ut in l.deſertorē,de re mil Hinc ſtationarij milites; modo ſumitur pro omni loco ubi naues tutæ ſtare poſſunt l.1.§. ad ſtationem de flu & ne quid in flu.pub.

Stationarij dicuntur milites, qui ut alicubi teneant ſtationē, ſunt conſtituti.Poſſunt etiam dici librorum uenditores,quia ſtationem faciunt pro libris uendendis. Item dicuntur eleemoſynarum quæſtores in c. cum ex eo,de poen. & remiſ.

Statiua dicuntur loca,in quib. aliquis moratur a ſtando.

Statores ſunt nuntij, uel appa ritores magiſtratuum, qui reos in ius,uel in carcerem ducunt.l. obſeruare. ff. de off. proconſ. & legal.licet alibi mendoſe legantur ſtratores,ut in l. in eadem,ff. ex quibus cauſis maio.

Statua ſecūdum Pap.eſt ſimulachri,idolum,imago. Et eſt differentia inter ſtatuam, & imaginē,quia in ſtatua,nihil eſt, quod non deſignet affigiem hominis; ſi imagine eſt pictura ſola, & multæ partes, quæ non deſignāt membra hominis, ut dicit gl.ſuper rub.C. de ſta. & ima & Az. in ſum.C.eo tit.

Statuimus bene ſignificat ſententiam diffinitiuam,vt c in h.s, de uerb.ſig.& importat communiter nouum ius, ſecus decernimus & innouamus,ut in c.decernimus; de iud. & in c. innouamus, de treu. & pa. Nam decernimus diſcuſſionem dubij,innouamus antiqui iuris renouationem & ſtatuimus noui iuris promulgationem importat.

Statuliber eſt,qui ſtatutam,& deſtinatam in tempus, uel in conditionem habet libertatem, l.1.de ſtatulib.

Status, eſt conditio hominis in qua ut plurimū pōt,ut ait Pla.

Statuta libertas, eſt libertas conceſſa ſub conditione,ut dicēdo; lego ſeruo meo libertatem, ſi nauis ex Aſia uenerit, l.1.ff.de uerb.obl.

Statutum eſt ius ab homine poſitū, uel diſpoſitū, ex quo ius producitur. Nam eſt idem quod lex municipalis, ſeu ius ciuile, quod vnaquæque ciuitas ſibi cōſtituit. Inſt. de iu.natu. gen,& ciui. & ſignificatur ius ſtatuti ex uerbis in ſtatuto poſitis, q̄ ſignificant, ꝙ ſonant aut ſtrictius, aut extēſius,uel aliter put obſcuritas eorum

corum declaratur, ſeu quouis me dio probabili cócluditur, de quo latiſſimè Doct. maximè Bart in l. omnes populi de iuſt. & iure.

Stellatura nomen erant in lite ris annonæ, vt auctor eſt Bud. in l. moris, ff. de pœn.

Stellio dicitur, qui animo incō ſtans, & uarius eſt verbo, vel facto vel qui rem aliquam obligauit alicui, & deinde impignorat alijs non facta mentione de primo, & generaliter quod in his cri minalib. cauſis dicitur dolus, in ciuilib. dicitur ſtellionatus. Stellio. n. propriè eſt animal, varijs maculis plenum, & venenatum, ſimile lacertæ, & eſt corpore pinctum licentib. guttis, vide de hoc ſup. Crimen ſtellionatus.

Stichus eſt nomen proprium.

Stigma eſt ſignum, vel inſtrumentum, quo brachia fabricenſium figurabantur, cui erat impreſſum nomen Imp. facies verò eorum non figurabantur, vt l. ſi quis. C. de penult. ſecundum Ioan. And. in cap. ſi iudex laicus, de ſen. excom lib. 6. in gloſ. verba agnoſcitur.

Stylus aliquando ponitur. i. diſpoſitio, C. de ſacr. eccl. l. 2. Item quomodo differat ab vſu vel con ſuetudine, vide ff. de l. l. quib. & Io. An. in no. in c. fi. de conſue.

Stillicidium quid ſit, vide Inſ. de ſerui. §. item prædiorum.

Stinarij dicuntur amatores, idem dicuntur carnearij.

Stipatus. i. vallatus, vel fultus ſecundum io. An. in cle. paſto ralis, ver. ſtipatum, de re iud.

Stipendium, merces militum a ſtipe, hoc eſt pecunia, l. ager. de verb. ſign.

Stirpes eſt perſona, a qua alij originem ducunt.

Styperia, cuius mentio fit in l. 3. de reb. eo, qui ſub tute. ſignificat alumen, vt oſtendit in Parer. Doctiſſimus Alc.

Stipula illecta dicitur culmus cum ſpica non collectus, ſed in merendo derelictus, quem poſtea ruſtici, cum ſupereſt ocium, colligere ſolent, l. Sylua. de verbor. ſign.

Stipulatio eſt firma verborum conceptio, qua quis aliquid ſe facturum, daturum ve promittit alteri ſuper hoc ipſum interroganti, & dicitur a ſtipulatio Græcè, quod eſt firmum Latinè, denominatur etiam a ſtipite. Conſtat autem ſtipulatio ex interrogatione præmiſſa, & reſponſione ſubſequenti, quemadmodum contradictio ex affirmatione, & negotiatione, hoc modo: promittis, uel dabis mihi 50. promitto, vel dabo tibi. Quandoq; dicitur ſtipulatus ille, qui promittit per ſtipulationem paſſiuè. Vel ſic: Stipulatio eſt ſolemnis promiſſio facta interrogatione præcedente, & reſponſione ſequēte.

Stipulatio alia eſt pura, alia conditionalis, & alia in diem.

Stipulatio pura eſt, quæ nec fit ſub

fit ſub conditione, nec in diem, ſed purè, vt dicendo dabis hoc? dabo.

Stipulatio cōditionalis fit ſub conditione hoc modo, promittis mihi dare centum, ſi nauis ex Aſia venerit, & reſpondes, promitto.

Stipulatio in diem fit hoc modo, dabis mihi 10. in Kalendis Iulij, & reſpondes, dabo.

Stipulatio Aquiliana eſt, quæ nouat omnem contractum, vt ſic quicquid mihi debes ex quacunque cauſa, idem mihi promittis; Si.n.ex mutui datione mihi debitor ſis, velimq; acceptum ferre, i. per acceptilationem remittere, non poterit res expediri, niſi per obligationem, quæ in rem contrahitur, Require ſupra, Aquiliana actio.

Stipulatio prætoria ideo dicitur, quia a mero Prætoris officio proficiſcitur. Inſt. de diui. ſtip. §. prætoriæ, & harum ſtipulationū prætoriarum videntur eſſe tres ſpecies. ſ. iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat iudicatum ſolui, & ex operis nou. nunc Cautionales ſunt, quæ inſtar actionis habent, & ut fiat nouatio, intercedunt, ut de legato ſtipulatio & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti. Communes ſunt ſtipulationes, quæ fiunt iudicio ſiſtēdi cauſa. Et omnes ſtipulationes, naturæ ſui ſunt cautionales. Hoc.n.additur in ſtipulationibus, ut quis cautior ſit, & ſecurior interpoſita ſtipulatione.

Stipulum ueteres firmum appellabant, fortè a ſtipite deſcendens ſecundum Iuſtin. in §. 1. de uerb. obl. Inſ.

Stirpes ſunt ferulæ, ſeu uirgulta, quæ de radicib. naſcuntur.

Stola, ſpecies erat antiquitus ueſtis muliebris, l. ueſtis, de auro & arg. leg.

Stragula ueſtis eſt, l. ueſtis, §. 1. & fi. ff. de aur. & arg. leg. l. iuncta, l. ſeq. & l. quæſitum, §. ſed ſi fundus, ff. de fund. iuſtr.

Stramenta dicuntur, quicquid ſolo quieſcendi gratia inſternitur, ueluti ſtoreæ, paleæ, & mattæ, quæ uulgo dicuntur mattaracia, l. quos, §. ultim. ubi Alciat. de uerb. ſig.

Stratores etiam a ſternendo dicuntur, quia cuſtodientes in carcere reos condemnatos puniebant, uel ſtratores dicuntur eſſe illi, qui ſtabulis uel equis ſtantib. in eis præſunt. Et dicuntur a ſtratori, i. ſtabulo, ſecundum Accu. C. de ſtrato. lib. 2. in rub.

Stratū dicitur generaliter omne genus ueſtis, uel omne indumentum, ut ff. de uerb. ſig. l. ſtratum, alias inſtratum, ſed magis proprie ueſtes cubiculares dicimus ſtratum a ſternendo. Etiam uia publica ſtrata dicitur.

Stratura eſt locus uilis ad incendiū diſpoſitus in auth. de monachis,

pachis, §. cogitandum.

Strena eſt donum factum in Kalend. Ianuarij C. de aduo. diu. iu. l. laudabile, & 36. diſt. legant epiſcopi.

Strepitus. i. clamor vel tumultus ext. de elect. c. quorundam, in princ. lib. 6 per Arc & dicitur quandoq; vocatio. l. 2. C. de epiſ. & clem. de cauſis commiſſis ſine ſtrepitu, & figura iudicij. cle. ſæpe, & iai ple. per Ioan. And. de verb. ſign.

Strepitus iudicialis, ext. de fer. c. vl. & vide C. de fal. l. vbi.

Stricti iuris quot modis dicatur vide C. de iudic. l. placuit, & per Arch. de app. c. ſi. lib. 6.

Strobyli, nuclei primum. l. Carbonum. de verb. ſign.

Structile opus, Require, ſup. Opus ſtructile.

Studium (vt dicit Azo.) eſt vehemens, & aſſidua ad aliquam rẽ agendam cum ſumma voluntate occupatio, ex qua voluntate labor in opus defertur, & perdit laboris tædium, verſus in oblectamentum. Studium liberale, & latinum olim tantum erat Romæ, & Conſtantinopoli, in alijs autẽ locis non niſi ex priuilegijs, vt C. de ſtu. lib in rub & nigro lib. 11 & in proce. digeſt. §. hæc autem tria. Hodie Imperio ſciſſo ſtudium in multis locis fit, & maximè Bononię, quę legalis ſtudij obtinent monarchiam.

Stuprum eſt illicita virginis defloratio, quamuis in vidua cõmittit dicatur, niſi ſit meretrix vel licita concubina, ſecundum leges. ff. de concu. l. in concubina tu. in fine. Item committitur in pueris. ff. ad leg Iul. de adulter. l. ſtuprum.

S ante V.

SVarij. Req. ſupra Porcarij.

Suaſio accipitur in bonam partem, vel in malam ff de ſeru. corrup. l. 1. §. perſuadere, & C. de fur. & ſer. cor. l. ſi quis.

Sub, Aliquando exponitur. i. poſt. de interdic. & rele. l 1. Aliquando, i. coram c. de iureiur. l. generaliter. § fin. Item ſub, qualiter ponatur, no. in l. Mathematicos. C. de epiſc. aud.

Subarrhatio fit per annulum, datum ſponſæ ſine alijs verbis, fit etiam alijs modis, vt no in c. ſi quis vxorem. 27. q. 2. & in cap. fin de deſpon impube.

Subdiaconi dicuntur, qui ſubiacent officijs, C præceptis Leuitarum, cap cleros 21. diſtinct. & eorum officium eſt calicem, & patenam ad altare deferre, & Leuitis tradere. c perlectis. 25. diſt in, nec debet aliquis ordinari in ſubdiaconum niſi promiſſa caſtitate, 27. diſt. §. ecce. & c 2. ſequ. & tempore Apoſtolorum ſubdiaconatus non erat ordo ſacer. v. nullus. 60. diſt. hodie ſecus, c. a multis. extra de æta, & qual.

Subdiſiunctiua eſt, quæ diuerſa diuidit, ſiue ea ſimul eſſe poſſint,

ſint,ſiue non. Diuerſa autem hic intelligenda ſunt quæ habēt medium,veluti cum dicimus, aut ſedet,aut ambulat,quorum mediū eſt accumbere,ſiue ſtare. Idem ſi inuicem non repugnent, vt cū dicimus omne animal, aut agit, aut patitur. Poteſt.n.ſimul & pati, & agere.l. hæc verba ille aut ille.ff.de ver.ſign. Sed & quoties ſenſus coniungitur, licet verba disiungantur ſubdiſiunctiua eſt, vt Alexander ſiue Patris, Bar.in rub. C.de nauic lib 11. Idemq; ſi aurum vel argentum a te petam; non.n.alterum peto, vt alterum excludam,cùm vtrumq;ſim paratus accipere.

Subditus propriè dicitur ratione domicilij gl. eſt in clem. vnica,in verb.ſubditos,de fo.comp. & vide Pan.in c.3. de app ;& gl. in c.nuper, de ſent.excom.& gl. eſt in c.ſtatutum. §.cum verò,de reſcrip.lib.6.

Subhaſtari eſt rem venalem proponi haſta ſuppoſita, quod frequens eſt circa prædia, quæ nunciantur vel cenſentur fiſco vacare, & ſic per ſubhaſtationē plus offerenti debetur.

Subhaſta, i.præconizata.l.ordo.C.de execu.rei iudi. & de ſubhaſtatione habetur in auth. hoc ius porrectum C.de ſacroſ.eccl. & qualiter fiat, vide Spec.in tit. de empt & vend.§.4 verſic. hoc quoque,& Bar.in l.licitatio.ff.de publ.& in l.ſi tempora, C.de ſide inſtr.

Subgrunda eſt vna pars tecti vniuſcuiuſque domus,quæ incūbit extremis capitibus tignorum tectoratium,vt ff.de his qui deiec. vel effud.l. ſi verò.§. prætor ait. Et aliàs dicitur ſubgrauida, vel ſubgrandia.

Subiectum, eſt de natura ſubiunctiui,Fel.pulchrè in c.ad hęc, de reſcriptis, & c 1 poſt principium,de teſtib cogn.

Subnotare dicimus,cum quaſi inuentarium conficimus, adſcribimuſq;quot corpora inſtrumentorum ſint, & de qua re.l. fin.de bo.auto.iud.poſ.

Subornatio eſt informatio facta per aliquem de veritate tacenda,& falſitate dicenda, ſecūdum Guliel.de Mon.Lau.in cle.teſtib. de teſt.

Subpunctare literam eſt ſeam dānare pūctis ſuppoſitis, vt quādo litera ſuperflua inferius punctatur. Vide ſup.literam C, in vee.Cancellare.

Subrogare eſt aliquem in locum alterius ſubſtituere, vel conſtituere, vt officiales, vel iudices alios ſubrogant. Et poteſt ſcribi r,pro b, commutando vt ſurrogare.

Subſidiaria actio. Req.ſupra, Actio ſubſidiaria.

Subſignare eſt ſubſcribere; vt teſtes in chirographo ſolent ſignare, & quaſdam notulas ſubſcripere. Et quando ſubſcribens ſe conſentire dicatur, & quando non, eſt bona gloſ.in cap.ſi quis

presbyt.

presbyt.in verſ.ſubſcripſerit, de reb.eccl.nnn alien.

Subſiſtere eſt dubitare.l. ſemper. de iu.immun.& l. ſeruum, de proaur.

Subſtantia eſt, per quam materia in certam ſpeciem deducitur, vt in vaſis, vel veſtib.artificium, in emptionis contractu pretium & ita differt a materia, forma,& ſolemnitate, de quib dictum eſt ſuo loco, Doctores tamen quandoque hæc nomina indifferenter vſurpant, diffiniuntq; ſubſtãtiam generaliter eſſe, quæ neceſſario ad res eſſentiam requiritur. Non nunquam etiam ſubſtantia ſignificat patrimonium, vt in l.vlt.C. de verb.ſign.

Subſtantiuũ reuertitur ad adiectiuum, vt ratio & vindicta.i.rationabilis vindicta, ff.de off. proc. l.obſeruare, §.proficiſci.de aqua plu.l.pluuialis, ff.de aq.plu.arc.l. 1.in princ. Item ſubſtantiua duo copulata quandoq. reſoluuntur in adiectiuum, & alterum ex ipſis duob.ſubſtãtiuis, vt vis, ac poteſtas, i.violenta poteſtas. ff. de tut.l.1.

Subſtitutio eſt ſecunda conditionalis inſtitutio, quia inſtitutio dicitur primus gradus, & ſubſtitutio ſecundus. Et licet ſubſtitutiones in infinitũ de vno in aliũ poſſint procedere, tamen omnis inſtitutio poſt primam dicitur, ſubſtitutio, & ſecundus gradus, ſicut ſecundæ nuptiæ dicuntur omnes quæ ſequuntur primas. Et diuiditur, quia ſubſtitutionũ alia eſt directa, alia obliqua. Et not. differentiam inter verbum directum, obliquum, & commune. Vnde directum eſt, quod ſignificat, vt ille, cui relinquitur, vel in quem diſponitur, ſua manu recipiat, vt eſt verbum inſtituo, vt pater.ff. de hær.inſt. Item illud, hæres eſto, vt ibid. Item accreſcat, ſimiliter verbum capiat, vel accipiat. Sed verbum obliquum eſt, quod ſignificat, vt ille in quẽ diſponitur, vel cui relinquitur, de manu alterius accipiat, vt eſt verbum reſtituo, facit.l.reſtituta. ff.ad Treb.& per to.tit. Item volo, & quando per fideicommiſſum pars hæreditatis eſt reſtituẽda.l pater filium.§. fin ff.de leg. 3.Item verbum rogo,&c.Sed verbum commune eſt, quod vtranque ſignationem habet, ſiue de manu ſua, ſiue de alterius quis recipiat, vt verbum ſubſtituo, ſicut in l. Centurio. ff.de vulg ſubſtit. Habet enim quãdoque directam ſignificationem, quandoque obliquam.

Subſtitutio directa dicitur cũ nullo mediante, quis capit hæreditatem deficientis, & directè efficitur hæres ipſi teſtatori, qui inſtituit eum Inſtit. de pupilla.ſubſtit.§ quo caſu. Et hæc ſubdiuiditur, quia alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloquia, ſiue reciproca, alia compendioſa.

Subſtitutio vulgaris dicitur, quia

quia vulgò ei a quolibet fieri poteſt, dum tamen hic teſtamẽtum facere, & ille ex teſtamento capere poſſit. Et hęc diuiditur, quia quædam eſt vnlgaris expreſſa, & quædam tacita. Subſtitutio vulgaris expreſſa eſt, quæ fit verbis negatiuis expreſſis, hoc modo: Titius hæres eſto, & ſi ipſe hæres non ſit, vel erit, Seius hæres eſto, id eſt, ſic inſtituo mihi Titium hæredem, vt ſi ipſe voluerit, vel non potuerit eſſe hęres, ſit hæres Seius. Subſtitutio vulgaris tacita fit per verba affirmatiua, veluti cum non miles puberem, & impuberem hæredes inſtituit & communi verbo eos ſubſtituit, hoc modo, Sei impubes, & Meui pubes, hæredes eſtote, vel ſunto, quos vnanimiter inuicem ſubſtituo, vel ſic, & in idem redibit: puberem Seium, & impuberem Meuium hæredes facio, & eos ſibi inuicem ſubſtituo, ex qua ſubſtitutione colligo, quod ſi vnus non fuerit hæres, vel ſi vnns moriatur, alius in ſolidum ſit. Et dicitur vulgaris, quia fit a quolibet de vulgo, ſiue in poteſtate ſiue non. Et dicitur tacita, quia puberem tacitè vulgariter impuberi ſubſtituit, quæ ſubſtitutio magis eſſet pupillaris, niſi propter adiunctam perſonam. Sed in milite talis ſubſtitutio pupillaris eſt propter priuilegium militis. Quæ ſubſtitutio quantum ad puberem vulgaris eſt: quantum ad impuberem pupillaris, quoniam ſi pubes hæreditatem adeat pro parte ſua, non euaneſcit ſubſtitutio prius facta, ſed ſi impubes hæreditatem adeat, priuſquam expleuerit pubertatem euaneſcit, vnde ſub expreſſa pupillari continetur tacita vulgaris. ff. eodem titul. l. nam hoc iure.

Subſtitutio pupillaris eſt, quæ ſoli pupillo, & impuberi fit. Eſt & ipſa duplex: alia expreſſa, alia tacita. Subſtitutio pupillaris expreſſa fit hoc modo; iſte filius meus impubes hæres eſto, & ſi hæres non erit, aut ſi hæres erit, & infra pupillarem ætatẽ deceſſerit, ille hæres eſto, vel ſic: inſtituo mihi in hæredem Titium filium meum pupillum, & ſi nõ erit hęres, aut ſi erit hæres, & infra annos pubertatis, vel in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei Seium, hæc dicitur expreſſa ſubſtitutio, quia in ea omnia verba exprimuntur, quę exprimi oportet.

Subſtitutio pupillaris tacita eſt hæc; filius meus impubes hæres eſto, & ſi ille. Non erit, iſte hę res eſto, vel ſic: Quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo. Hæc dicitur tacita, quia verba quædam, non expreſſa hic tacitè ſubintelliguntur, quę exprimũtur in expreſſa ſubſtitutione pupillari. Nam per hanc tacitè intelligitur, quòd ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, ille qui erit

hæres patri, erit hæres filio. Et debentur illæ pupillares ſubſtitutiones ſolis pupillis in poteſtate parentum exiſtentibus, & ab ipſius parentibus fiunt, per quod euidenter patet, quòd non a matre, ſed a ſolo patre fiant, cum mater filios non habeat in poteſtate. Sed nunquam ſubſtitutus ex pupillari expreſſa repellitur a matre pupilli, & ſubſtitutus ex tacita repellitur a matre pupilli, & ſuccedit ipſi pupillo mater. Item, qui eſt ſubſtitutus ex pupillari ſubſtitutione, fit hæres ipſi pupillo, Ille verò qui eſt ſubſtitutus ex vulgari, fit hæres ipſi teſtatori. Item pupillaris tacita intelligitur eſſe vulgaris expreſſa, qua mater ſubſtituitur pupupillo, & hoc propter priuilegium matris. Item eodem modo quando quis pupillo vel alij ſubſtituitur propter adiunctam perſonam.

Subſtitutio exemplaris vel exemplaria eſt, quæ fit a parentibus vtriuſque ſexus filio furioſo vel mente capto. Et dicitur exemplaris, quia fit ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quia ſicut pater prouidet filio pupillo, qui teſtari non poteſt, de hæreditate ita prouidet filio mente capto, vel furioſo & hoc modo: Titium filium furioſum, vel mente captū mihi hæredem inſtituo, & ſi deceſſerit furioſus, vel mēte captus antequam ad ſanam mētem peruenerit, ſubſtituo ei hunc vel illum filium vel fratrem, vel aliquem alienum, ſi deficiat filius vel frater.

Subſtitutio breuiloqua, ſiue reciproca eſt, quæ continet duas pupillares ſubſtitutiones, vt duo impuberes inſtituti a parēte, qui habet eos in poteſtate ſibi inuicem ſubſtituuntur hoc modo; & S. & T. filios meos impuberes mihi inſtituo hæredes, & eos inuicem ſubſtituo. Vnde quia continet expreſſam pupillarem, ſi aliquis prædictorum deceſſerit in impuberi ætate, mater impuberis deſcendentis omnino repellitur, & ſuccedit ſubſtitutus, & hanc ſubſtitutionem lex appellat reciprocam, & omnes quatuor expreſſæ ſunt.

Subſtitutio compendioſa eſt, quæ fit verborum cōpendio, quę verba in pupillari expreſſa ſunt prolixiora, & ex hoc dicitur cōpendioſa, & fit hoc modo: Inſtituo Titium filium meum mihi in hæredem, & quandocunque deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ei Seium, vel ſic: iſte filius impubes hæres eſto, & quocunque tempore deceſſerit, ille hæres eſto, quæ ſubſtitutio tantum locum habet in milite, de hoc in l. precib. C. de impub. & alijs ſubſtit.

Subſtitutio obliqua, ſiue non directa & fideicommiſſaria eſt illa, quæ fit per fideicommiſſum, vt hic; Quicunq; veſtrum ſine liberis deceſſerit, rogo ut eius portio ad ſuperſtitem perueniat, &

quan-

quando quis inſtituit hæredem, & eius fidei committit, vt quam ci to poſſit eius hereditatem adeat, & eam alteri certæ perſonę, cui, & quando teſtator voluerit, reſtituat, videlicet tali die, vel ſub tali coditione ſi deceſſerit ſine filijs, vt ſi fortè in ea conditione fuerit, quod teſtator magis diligat eum, & ex teſtō eis directo nihil capere poſſit, puta, quia directè, & immediatè capax non eſt (qualis eſt ſpurius) ſaltē hoc modo aliquid capiat, & conſequatur ex hereditate, vel totā ipſam hæreditatem, vt C. ad Treb. per totum quaſi. & ff. eo. tit. in multis legib. & in c. Raynu. & c. Raynal. de teſt. Et not. quod in ſubſtitutionib. fideicommiſſarijs locū habet quarta deductio, in directis autem non, c. ſi pater, de teſt. lib. 6, vbi eſt caſus, & ibi vide gl. De his ſubſtitutionib. eſt gl. in c. Raynu. præall. & Inſ. de vulg. & pup. ſubſt. per totum.

Subſtitutus heres, req ſup. ſubſtitutus. Et no. quod in omnibus ſubſtitutionib. primò præcedere debet inſtitutio ſicut primus gradus, & poſtea poni debet ſubſtitutio, vt ſecundus. Hinc eſt, quod dicitur, inſtitutus primus heres, & ſubſtitutus ſecundus, l. cū proponas, C. de hæred. inſtit.

Succeſſio naturalis eſt ex parte matris, legitima eſt ex parte patris, ita no. ſing gl. in l. 1. C. vn de vir, & vxor.

Succeſſio quandoq; fit de capite in caput, & quandoq; de gradu in gradum ſecundum Azo. in ſum. de ſucceſſio. edic. C. & ff. eo. tit. l. 1.

Succeſſio de capite in caput, eſt cum deficiente primo capite liberorum, oritur ſecundum caput agnatorum; illo deficiente ſuccedit tertium caput cognatorum, & cognatis deficiētib. ſuccęditur quarto per ordinem, vnde & mulier vel vxor, vt C. in titulo, vnde vir. & vx. in auth. præt.

Succeſſio de gradu in gradum eſt, quando plures perſonæ ſunt in eodem capite in diuerſis gradib. vna prior, altera poſterior. Nam priore repulſa ſpe, vel repudiatione, ſequens ſuccedit, vt ff. de ſucce. edi. l. 1. & C. eo. tit. per Az. in ſum. Et ad pleniorem, ſ. doctrinam ſucceſſionum ab inteſtato, ſic eſt diſtinguendum: aut dubitatur, qualiter deſcendentes ſuccedant aſcendentib. aut qualiter aſcendentes deſcendētib. aut qualiter collaterales collateralib. Primò caſu aut ſuperſunt legitimi, & naturales. aut legit. tm̄ aut adoptiui, aut naturales tantum: aut nati ex illicito coitu, vt ſpurij, &c. Si legitimi, & naturales, aut ſuperſunt tantum filij primi gradus, aut vlteriores. Primò caſu, aut omnes emancipati, aut omnes in poteſtate ſunt, & tunc iure veteri, & nouo ſuccedunt ęqualiter ſublata differentia ſexus vt l. 12. tab. C. de leg. hær. & Inſ. de hær. quæ ab inteſt. def. §. emancipati,

cipati, C.de ſuis & leg.hær.l.vlt. & auth.in ſucceſſione, ibid. Aut ſuperſunt quidam emancipati; & quidam in poteſtate, & tunc iure veteri Digeſtorum vocabantur emancipati, de iure prætorio exiſtentes in poteſtate, de iure ciuili omnes æqualiter, licet diuerſis iuribus vocarentur, C.de leg. hær. l. meminimus, ibi cum igitur prætorem filium emancipatum, &c.ff.de bo. poſſ.l.ſed cum patrono, §.bonorum. In iure verò authenticorum vocabantur etiam mancipati, cum ſuis æqualiter, vt in auth. de hære.quæ ab inteſt.defe. §.reliquum, ibi nullam, &c. Si verò ſuper ſunt vlteriores, aut erant concepti viuente eo, de cuius hęreditate agitur, aut eo mortuo. Si eo viuente, aut naſcuntur eo ſuperſtite, per quem coniunguntur, & conſtat eos excludi, ſi velit ille adire hæreditatem, quia præcedit eos in gradu. Sed ſi nolit, vel non poſſit quia moritur, antequam adeat, vocantur vlteriores per eum cōiuncti, & ſi ſoli, & eodem gradu, vocantur æqualiter, ſed cum patruis vocantur in ſtirpes iure veteri, & nouo. Idem ſi naſcuntur mortuo patre, quia paria ſunt, eum non eſſe mortuum, & repudiare, & eum mori antequam repudiet. Si verò erant concepti mortuo eo. de cuius hæreditate agitur, nec prætorio nec ciuili iure vocantur, nec excludunt ſequentes, vt hæc omnia euidenter probantur, C.de ſuis & legi hær.l.nepotes, & in auth.in ſucceſſione.ibi.præal. & Inſtitut.de hær.quæ ab inteſt.defe. §.cum filius, & in Auth.de hære.quæ ab inteſt.§. reliquum præall. col.9. & ff de iniuſt.rup. & irri.teſt. l.ſi quis filio. Sanè tamen hęc intelliguntur eſſe vera non æqualitate tituli, C.de his, qui ante aper. tab.l.vnica, & de cad toll.l.1.§. in nouiſſimo, eod.caſu quando ius competebat adulto filio, vt C. ad Senatuſconſ. Orfi.l.vltim. Prædicta procedunt ſi naſcuntur eo exiſtente in poteſtate per quē coniunguntur. Si verò ſit emancipatus, & nepotes reponantur, ſ. remaneant in poteſtate eius, de cuius ſucceſſione tractatur, conſiderato iure ciuili antiquo, præferuntur nepotes, ſed per edictū de coniungendis cum emancipato liberis eius, vocantur ſimul, & tantum conſequitur filius, quantum omnes nepotes ex eo nati, vt apparet, ff.de coniungen.cum eman.l.j.§.inter ipſum, ff.de bo. poſ.cont.tab.l.1.qui habebat, & l.cum emācipatus, §.ſi pater. Sed iure nouo authenticorum præferuntur filij, quia priores in gradu cum ſublata ſit dňia patrię ptātis. Et ſic eſt correctus ille titulus de conuin.cum emanc. vt ino.eo.ti. l.j.in princ.& C.de ſuis & legi.l. fi.& auth.in ſucceſſione ibidem, quod intellige, vt ibi dicitur. Nā titulus ille adhuc hodie manet, ſecūdum Iacob. de Rauen. aliàs de

Rauani,

Rauani, ſ.quoad ſucceſſiones ex teſtamento. Si autẽ mortuo aſcendente ſuperſunt deſcendentes legitimi tantum, vt adoptiui, tunc, ſi dantur in adoptionem, aſcendentib. per lineam maſculinam, vel fœmininam, ſuccedunt eis ex teſtamento, & ab inteſtato, & exhæredati habent querelam. Si dantur extraneis in adoptionẽ, aut moritur pater adoptiuus teſtatus, aut inteſtatus. Si teſtatus, regulariter nihil relinquere cogitur. Fallit in caſu ſi arrogatus ſit impubes, cui cogitur quartam relinquere ex conſtitutione diui Pij.l. Papiniabus, §.ſi quis, ff.de inof.teſ ita ſimpliciter dicit Cy. Sed quid, ſi erat factus pubes, an debeatur, ſibi quarta? dic vt not. C.de adoptio l.2. Si autem moritur pater adoptiuus inteſtatus, aut ſine legitimis, & naturalibus & tunc ſecundum omnes ſuccedunt adoptiui. Aut extantib. legitimis, & naturalibus, & tunc, (reprobata quorundam opinione, qui dixerunt contrarium) vocantur etiam cum legitimis, & naturalib. æqualiter ſi tempore mortis reperiantur in poteſtate. Hęc probatur, C.de ſuis, & leg.l. fi. Primò caſu aut decedit pater teſtatus, aut inteſtatus. Si decedit teſtatus, tunc poteſt eos inſtituere in vncia, vt l.2. & in auth. ibi poſita, C.de na.lib. Si inteſtatus, in nihilum ſuccedunt, ſed aluntur, in auth. de natu.lib. §.ſi verò, & C.de natu.lib. auth. licet, Secundò caſu quando non extantibus legitimis filij naturales ſuperſunt, aut extantib. parentibus, aut non extantib. Si extant, aut decedit teſtatus, & tunc poteſt naturales inſtituere in ſolidum parentibus relinquendo legitimam. Aut inteſtatus, & nõ ſuperſit coniux legitima, & tunc ſuccedunt in duas vnc. vt in auth. licet præall. Tertio caſu quando mortuo aſcendente, naturales tãtum ſuperſunt, aut extantibus legitimis, aut non extantibus. Quartò caſu, quando ſuperſunt ſpurij, aut tractatur de ſucceſſione lineæ paternæ, aut maternæ. Si paternæ, ſpurij ex illicito coitu nati, nulli ſuccedunt, in auth. quibus mod. nat. eff. ſui, §. vlt. Si maternæ, aut tractatur de ſucceſſione matris, aut ſucceſſione coniunctorum per matrem. Si matris, aut non eſt illuſtris, aut illuſtris. Si primum videlicet non illuſtris, aut ſuperſunt ſpurij vulgò quæſiti, aut ſuperſunt ſpurij inceſtuoſi, vel nefarij. Si ſunt vulgò quæſiti, ſuccedent matri indiſtinctè, vt ff. ad Tertul.l.1.§.1. & Inſtit. eo. tit. §. nouiſſimè. Si autem ſuſcepti ex damnabili coitu, non ſuccedunt, vt in auth. quib. mo. nat. effi. ſui, §. fi. Si verò mater eſt illuſtris, tũc aut extantibus iuſtis filijs, aut non. Et dic, vt C.ad Senatuſconſ. Orfi. l. ſi qua. Si verò de ſucceſſione coniunctorum per matrem indiſtinctè ſuccedunt & eis

ſucceditur, vt ff. vnde coga. l. ſi ſpurius, & l. hac parte. Secundo caſu principali, ſcilicet quando agitur qualiter aſcendentes vcedant, aut ſupereſt pater, & mater, vel mater tantum, aut vterq; ſimul cum fratribus vtrinque coniunctis, aut cum coniunctis ex altera parte tantum, aut ſuperſunt auus, vel aula vna cum fratribus. Primo caſu iure veteri præferebatur pater matri, ſi filius fuit in poteſtate, quia olim occupabat iure peculij, & quia erat agnatus; mater vero cognata, vt ff. ad Tertul. l. ultim. Item hæc erant tunc uera in naturali, & legitimo patre, ſecus in naturali, tantum, quem non habet in poteſtate, & ſic non habet beneficium manumiſſorum. Item ſecus in legitimo, ut ff. ad Tertul. l. patrem. Hodie uero filius habet hæredem, & non occupatur iure peculij, ut in authen. de hæred. quæ ab inteſta. deſer. §. 1. Item ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis, ut eodem tit. §. nulla, & ideo pater, mater pariter uocantur, ut C. ad Tertul. in authent. defuncto. Secundo caſu habet locum, Inſtit. de S.C. Tertull. §. 1. quia hodie ſimul uocantur in portiones uiriles, vt in authen. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. §. conſequens, & in authen. defuncto præalleg. Tertio caſu præferuntur pater, & mater fratribus coniunctis ex altera parte tantum, vt authen. præalleg. defuncto, &c. Quarto caſu eſt opinio inter Bulgarum ex vna parte, & Martinum & Ioannem ex altera, vt in iam alleg. authen. defuncto. Tertio caſu principali cum tractatur de ſucceſſione collateralium, aut ſunt fratres utrinque coniuncti tantum, & ſuccedunt, ut ff. de ſuis & legit. hæred. l. 1. §. ultimo aut ſuperſunt coniuncti ex altera parte tantum, ut uterini tantum, uel conſanguinei tantum, & tunc aut ſuperſunt ex legitimo nati matrimonio, aut non. Si primum, tunc ſuccedunt, ut C. de leg. hæred. authen. poſt fratres. Si ſecundo, aut ſunt coniuncti per patrem tantum, & non ſuccedunt, ut in authen. quimod. natura. effic. ſui. §. filium. Si per matrem, ſuccedunt etiam ſpurij, uel uulgo quæſiti, ut ff. unde cognat. l. 2. Aut ſuperſunt uterini tantum, & conſanguinei tantum, & tunc pariter ſuccedũt in bonis a ſe quæſitis, quia cognatio hodie ab agnatione non differt, ut in authen. poſt fratres, præalleg. Sed in bonis quæſitis a patre præferuntur conſanguinei, & in quæſitis a matre præferuntur uterini, ut C. de leg. hæred. l. emancipatis. Et in hoc non remanet illa lex incorrecta. Aut ſuperſunt utrique coniuncti cum conſanguineis tantum, uel uterinis tantum, & præferuntur in undecunq; quæſitis, ut in authen. itaque. C. communia de

ſuc-

ſucceſ. Nam duplici iure utuntur, ut in corpore, unde ſumitur Aut ſuperſunt fratres, & filij fratrum, & tunc ſuccedunt, eadem diſtinctione ſeruata, utrinque coniunctorum ut in authen. ceſſante. C. leg. hær. dic ut ibi. Vel ſuperſunt etiam nepotes fratrum, uel ulteriores, & tunc qui prior eſt in gradu, potior erit in iure, authen. poſt fratres, præalleg. ſecundum Dyn. cuius fuit hæc diſtinctio paucis per Cyn. additis, qui hanc ponit ad iterã, C. communia de ſucceſ. in auth. itaque. Et datur ſuper c. authoritate de conceſ. præb. lib. 6.

Sucula machina eſt tractorij generis, artemoni ſimilis, ſuculę meminit Vlp. in l. ſed addes, §. illud nobis, ff. locat. & Cato de re ruſtica in inſtrumento torcularis tradit eſſe debere ſuculas quinque, funes ductarios quinque, trocheas decem.

Suffragium eſt proprie patrocinium, quod præſtat aduocatus aut conſilium uel ſeruitium 12. q. 2. quicunque ſuffragio. Quandoque ponitur pro ſalario, quod debetur aduocato, ſecundum Azo. C. de ſuffra. Quandoque eſt conſenſus in ſcriptis redactus ſ. cũ dicitur, ergo B. nomino P. in prælatũ, & ſic ſumitur de elect. c. perpetuo. lib. 6. Eſt etiam auxilium deprecationis pro animab. factum. De hoc uide gl. in c. cum creatura. de celeb. miſſ.

Suffragari, i. auxiliari. Inde dicuntur ſuffraganei, i. auxiliarij diœceſanorum epiſcoporum, de elec. c. ſuffraganeis, ubi epiſcopi diœceſani dicuntur, archiepiſcopi metropolitani.

Suggillare, i. diminuere, l. ſed ſi hac. §. prætor, ff. de in ius uoca. no per Arch. in c. fundamento, col. fin. de elect. in 6. & l. uerbum, C. de his qui notat. infa. & l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de donat. exc.

Summa ſecundum Pap. i. ſuprema, vel prima quoad tractatum, ſcilicet, vel ſumma, ideſt breuis, vt Inſtit. de act. §. omnium, in gl.

Supellex eſt domeſticum patrisfamilias inſtrumentum, in quo continentur menſæ, ſcyphi, trapeza, ſubſellia, culcitræ, toralia, vaſa aquaria, pelues, aquinaria, candelabra, vaſa ænea vulgaria, i. non ad certum officium attributa, & cætera inſtrumenta domus, vt ſcribit Paulus. Dicitur autẽ ſupellex (vt Labeo ait) quia, hi, qui in legationem mittebantur, ſecum ſupellectiles deportabant, vt in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. Quæ aũt comprehendantur ſub vocabulo ſupellectilis, determinat Bal in l. lega C. de leg.

Super, hæc præpoſitio de ſuo ſignificato ſignificat in iure hypothecationem, & per hoc ſi teſtator legat annua decem per tali fundo, ſẽſus eſt quod ipſum fundum hypothecat pro illo legato, & idem in promiſſione.

Nam hypotheca dicitur ab hypo,i.ſub,& theſis idem, poſitio, quaſi ſuppoſitio. Item dictio ſuper, quandoq; non ſignificat hypothecationē,quandoq; aliquid impedit,v.g. concedo ibi decem annua ſuper tali re transferens in te dominiũ, ex hac cauſa per translationem dominij impeditur hypotheca,vt in l.pignus, ff. de re iud.Item dictio ſuper;Quã doque ponitur pro de, vt in c.ſuper ſpoliatione,de ord.cog.c.ſuper literis, de reſc.c. ſuper eod. de elec. Et ſic dicit Alexander. Cum ſupereſt pro de &c. Quan doque ſuper ponitur pro propter,vt no.in dictis iuribus.

Superexactores dicuntur qui vltra,quam debetur,nomine tributi exigunt, & tales tenentur in duplum,& propter conſuetudinem capitaliter puniuntur, l. 1.C.de ſuperexact.& debet reſti tui protinus ei, a quo exactum eſt,de quo in l.ſi bene,ff.de vſur. & in l.fi.,ff. quod metus cau.

Superficies dicitur quicquid ſupra faciem terræ eſt; quia pro pter in prædijs vrbanis ſuperficies dr̃ parietes,& tecta, in ruſti cis arbores,& herbæ fructiferæ.

Superficies & emi, & locari poteſt,l.1.§.3.ff.de ſuperficie.Superficies, de ſuperficie. in rem actio. Require ſupra Actio.

Superficiariæ ædes ſunt, quæ in ſolo cõducto, vel empto ſunt poſitæ,quarum proprietas ciuili & naturali iure eius eſt cuius eſt ſolum,vt ff de ſuperficie,l.1.vel ædificia ſuper ſoli faciem facta, puta quia dominus ſoli ex locatione cõceſſit ſuper ſolum ſuum ædificia fieri.

Superficiarius appellatur,qui in alieno ſolō ſuperficiem,ita habet, vt certam penſionem præſtet.l.ſuperficiario,de rei vend.

Super illuſtres ſunt Senatores Conſules.Patricij,& Dictatores vt not.in l.1.ff. de offic. eius, cui man.eſt iuriſ.

Superindictum ſecundũ Pla. eſt quod propter fertilitatem inducitur,vel neceſſitatem publicã extra ordinem, non per luſtra. Indictio autem, vel indictum quod per luſtra inducitur, no. Bal.in l.fin.C.ſine cen. vel reli.

Superindictum eſt munus extraordinarium,quod propter neceſſitatem belli inducitur,vt declarant gl. & Bart. in rub. C. de ſuperindicto lib.10.

Superlatiuus aliquando ponitur pro poſitiuo Inſt. loc. §. vlt. Aliquando reſoluitur in poſitiuum,l. cum pater. §. rogo. ff. de leg.2. & de tut. & curat. da. ab his,l.diuus,& in auth.de mon.§. fi.& no.8 q.1.licet.

Superſedere dicitur,qui volũtatem differt, no.l.fi. C. depoſi. & l.Lucius,in prin.ff. ad munic.

Supina ignorantia, pro ſtultæ habetur, & craſſa, l. nec ſupina, de iur.& fac.igno.

Supinum habet duos caſus tantum accuſatiuum,& ablatiuũ

in ablatiuo ſignificat terminum a quo vt minor natu, vt in l.3.§. minorem, ff. de Min. Nam tempus legis computatur tempore natiuitatis, vt a termino a quo ſed in accuſatiuo ſignificat terminum ad quem. Ratio, quia voluntas defuncti.ſ.ei obtemperari, eſt terminus ad quem. Et nec præcedenti ſignificat conditionem, quia nihil, quod ſuſpendi poſſit, ſubeſt, Supinum ergo in vtroque caſu. ſ. accuſatiuo, & ablatiuo ſumptum, de ſe ſolo nõ importat conditionem, niſi addatur ei verbum, vel participiũ futuri temporis, vt venturus, vel iturus. Tunc enim ex adiuncto, quod continet euentum, conditionem ſignificabit: ſed non ex ſuo proprio ſignificato, quo tantum ſignificat terminum a quo vel ad quem.

Supplicarij dicuntur, qui ob aliquod delictum enormè in publicum deuoluuntur ærarium, quæ deuolutio dicitur bonorum publicatio.

Supplicatio eſt petitio veniæ prioris erroris, vel eſt quædam benignitatis ipſius ſuperioris imploratio. Et ponuntur tres differentiæ inter ſupplicationem, & appellationem, vt in gl.4.c.ex literis, de in integr. reſtit. Et ſumitur ſupplicatio ſtricte pro ea, quæ porrigitur aduerſus ſententiam, quæ petitur reuocari, quãuis alias capiatur large pro qualibet precum porrectione; & ponit Bud. quartam differentiam, quia non licet tertio appellare, ſed benè licet, tertio ſupplicare, quam differẽtiam Io. And. (quẽ ſequitur Bart. reprobat dicens Bud. erraſſe, quia ſi intelligitur, quod poſt duas ſupplicationes tertia admittatur, tunc eſt contra caſum. l. ſi quis aduerſus, C. de pre.imp.off. Si ſecundo intelligitur, quod poſt duas ſententias latas, in cauſa appellationis liceat poſtea loco tertiæ ſententiæ facere ſupplicationem, item falſum eſt, quia quando non licet tertia vice appellare, nec licebit ſupplicare. Alia differẽtia. Licet in appellatione à ſnĩa diffinitiua (ſecus tñ ab interlocutoria) non ſit neceſſe exprimi cauſam aliquã: tñ in ſupplicatione neceſſario apponitur cauſa ſaltẽ colorata, aliàs ſuperior non debet admittere ſupplicationẽ. Itẽ differũt, quia ſolus princeps ſuperior concedit ſupplicationem, ſed appellatio etiam fit ab inferiori.

Supra, i. præter. ff. loc. l. ex conducto. §. ſed & ſi labes. Aliqñ, i. vltra, in Authen. de nup. §. illud quoque. Aliqñ refertur ad modi cum tps. ff ex quib. cau. ma. l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. Aliqñ ſtat in propria ſignificatione, vt cũ dicitur porticus meus eſt ſupra tuum. ff. ad l. Aquil l. 1. §. quemadmodum. Item an hæc dictio includat, vel excludat, no. per Iaco de Aretino, & Bar. ff. de do. præleg. l. qui ita.

Supre-

Supremus eſt quem nemo ſequitur, l. proximus, ff. de ver. ſig. aliquando ad eum, qui ſolus eſt refertur in l. vulgari, ff. de verbo. ſign. de bon. poſſ. ſecundum tab. leg. 1. 4. reſponſo.

Surreptio eſt repentina, & feſtina alicuius falſitatis ſuggeſtio. Et dicitur a ſub, & repo, de hoc not. in cap. ſuper literis, de reſcrip.

Suſpectus dicitur, qui non ex fide adminiſtrat vt Inſtit. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectus.

Suſpenſio excommunicatio, & exilium differunt, quia poteſt ſuſpenſus ſine peccato communicare alijs hominib. & alij ipſi, ſecus in excommunicatione, & exilio, quę tamen differunt inter ſe, quia excõmunicatus poſt manere in ciuitate, licet priuetur hominum communicatione. Sed in exilium miſſum repellitur tam a ciuitate, quam a communione hominum, & ſuſpenſus celebrãs perpetuo deponi debet, c. vt clericorum, de vi. & ho. cle. & c. clerici, & clatores, de cler. excom. miniſt.

Suſpenſum dicitur id, quod excedit domos, vel vltra eas extenditur. Quod ſi ceciderit, & alicui nocuerit, vel damnum intulerit in via publica eunti, tenebitur dominus domus illius, de qua damnum illatum eſt, vt ff. de his qui deiec. vel eff. per totum.

Suus, qui dicatur, cum dicitur quis proſequi iniuriam ſuorum; vide in c. de cætero, de teſt. & in l. ſi fęmina C. ad Turpil. Nam dicitur ille, qui etiam admittitur ad ſucceſſionem ab inteſtato ſiue iure agnationis, ſiue cognationis, de quo in l. neganda. C. qui. accu. non poſ. canonizata. 2. q. 1. c. neganda, Bal. & Mo. dicunt illum eſſe ſuum, pro quo poteſt quis agere ſine mandato cum ſola cautione de rato, vt ſunt omnes agnati, cog. filij, liberti, patroni, &c. contra quos nõ poteſt quis compelli teſtificari in cauſa criminali, vt no in c. de cætero, prælle. Item aliter capitur, cum quis dicitur eſſe ſuus, id eſt, ſuæ mentis, vel apud ſe, vt in l. Fulcinius, §. ideò autem latitatio, ff. quib. ex cauſ. in poſ. eatur. Item ſuum eſt verbum ambiguũ. Ideò dicens ſuum non eſſe, adijcere debet neq. ſibi commune, ff. de ver. ſign. l. pupillus, in fi. & quid commune eſt meum dici poteſt, vt leg. ſerui electio. §. adeo ff. de legat. 1.

Suus hæres, vide in ver. Hæres ſuus.

S ante Y.

SYlua, vide ſupra in S, ante, I, licet non recte cum ſcribi debeat per y, non per i.

Symbolum eſt quadruplex, quoddam apoſtolorum; quod ſecundum quoſdam theologos cõtinet 12. articulos fidei propter 12. Apoſtolos Chriſti, qui in vna, & eadem hora inſtinctu Spiritus

ritus ſancti ipſum conſumpſerunt. Vnde dicitur ſymbolum, a ſyn, qđ eſt ſimul, & bolus morſellus, quia quiſq; Apoſtolorum ſuum bolum, id eſt partem appoſuit. Secundum alios theologos verius eſt, quod principales articuli fidei noſtræ ſunt tantum 7 quos quælibet Chriſtianus ſcire tenetur, clerici explicicitè, laici implicitè, vt patet de ſum. Trin. c. firmiter, in tex. & gl. Aliud eſt ſymbolum maius, quod canitur in miſſa, factum in ſyn. Nicenæ propter Græcos, qui non credebant, quod Spiritus S. procederet ab vtroq; ſed a patre tantum, de conſ. diſt. 5. c. vlt. & pęn. Tertium ſymbolorum eſt Athanaſij .ſ. Quicũq; vult ſaluus eſſe. quod canitur in primis. Quartum ſymbolum eſt iuris. ſ. primus titu. de ſum. Trin. & fi. cath. vt ait Iſid. 7. lib. Ety. c. 6. in quo id, quod de fi. cath. & ſum. Trin. in prædictis ſymbolis continetur, confirmatur, & repetitur.

Symphoniaci ſerui erant hi quibus antiqui vtebantur, vt in claſſe claſſicum pugnantib. canerent, vt docuit Aſcon. referens celeuma cani cõſuetum per ſymphoniacos ſeruos nauib. & meminit horum Vlpia. in l. ſed, & ſi quid, de vſufru. & Cice. in li. de diuin. Ab hac (inquit) muliere præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos adducebant p iniuriam quibus ſe in claſſe vti velle dicebat.

Syndicus eſt procurator vniuerſitatis, vel collegij pro certo ſalario ad iudicia conſtitutus, ſ. qui cauſam vniuerſitatis agit vel defendit, & dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens. Eſt. n. ſyndicus Græcè, defenſor Latinè. Nã officiũ eius eſt agere vel defendere nomine vniuerſitatis cauſas penitentes vel emergentes, vt ff. quod quiſq; iu. in rub. & in gl. 1. in c. vnico, eo. tit & quando dicitur cauſa vniuerſitatis agi per ꝓcuratorem debet exponi. i. ſyndicum vel actorem, vt de procu. c. quia in cauſis, & de iur. cal. cap. cum cauſam.

Syngrapha, Latinè ſonat conſcriptio, inde dicta, quod vtriuſque manu ſcripta, vtrique parti tradi ſoleat.

Synodus Gręcè exponitur Latinè comitatus vel cætus, & inter cætera concil. quatuor venerabilis fuerunt ſynodi, quæ totã fidem complectantur quaſi quatuor Euangelia, & quatuor ſymbola, & totidem Paradiſij flumina. Prima Nicena 328. epiſcoporum, à Conſtantino Imp. peracta, qua damnata eſt blaſphemia Arrianæ perfidiæ de inæqualitate Trinitatis. Nam ſecundum gl. dicebat patrem maiorem filio, & filium maiorem Spiritu ſancto. Secunda centum quinquaginta patrum Theodoſio ſeniore, Conſtantinopoli quæ condẽnauit Macedonium negantẽ Spiritum ſanctum eſſe Deum, & cõ ſubſtan-

ſubſtantialem patri, ſed (ſecundum gl.) ſeruum patris, & filij, 1.q. 1. eos qui. Tertia Epheſina, centum epiſcoporum ſub Theodoſio iuniore, quę damnauit Neſtoriũ aſſerentem duas perſonas in Chriſto, & beatam Virginem non Dei, ſed hominis tantum genitricem. Et hæc oſtẽdit in duab. naturis, vnam Chriſti perſonã, & dicitur prima ad differentiam ſynodi Epheſinæ ſecundæ, quæ fuit reprobata. diſtinctione 16. quoniam ſanctæ. Quarta Calcedonenſis, quingentorum centũ, & triginta ſacerdotum ſub Martiano Principe; damnans Eutychen Conſtantinopolitanum abbatem, verbi Dei, & carnis vnã naturam pronuntiantem, ſ. diuinam poſt reſurrectionem, di. 16. c. 6. & Dioſcorum eius defenſorem quondam Alexandrinum epiſcopum, & Neſtorium epiſcopum cum reliquis hæreticis. De his eſt tex. ad literam, diſt. 15. canones, & §. harum prior, & ſecũdum Gregor. in c. ſeq. & de eiſdẽ Gelaſius Papa, in c. ſequ. De his etiam vide tex. §. ſuſcipimus in epiſtola inter claras, C. de ſum. Trin. & fide cath.

Syntheſin Grecè, Latinè omnium poſſeſſionem importat, l. alumen. §. Titio, & ibi gloſ. ff. de adimen. leg. Sed Scæuola in l. Titia, de aur. & argen. leg. in alium ſenſum accepiſſe videtur, nempe pro ordine quodam, & conformi veſtium compoſitione, quam lingua vernacula Italica libream vocemus, cum tunica, ſagum, chlamis, caligæ, eiuſdem ſunt coloris, & ita interpretatur Alc. libro 2. Parergon.

T ante A.

TAbardum eſt genus veſtimẽti, clem. ſi. ver. ſed & tales, de vita & honeſt. cler.

Tabe, id eſt putredine, C. de cuſto. reo. l. 1.

Tabellarius ſiue tabellio eſt publica perſona ſacramento aſtricta in ciuitate, vt rationes, & acta in formam publicam redigat à Principe ad hoc officiũ deputatus, & confirmatus vel ſic: Eſt perſona publica, habens officium ſcribendi inſtrumenta ſuper cõtractib. vel alijs reb. ad faciendam fidem ſuper eiſdem.

Taberna generaliter dicitur omne ædificium vtile ad habitandum, l. tabernę, ff. de ver. ſign. non ſumpta abuſione vocabuli per etymologiam, l. 2. §. appellata, ff. de rebus credi. ſicut etiam ſumitur in l. hæres abſens, ff. de iud. & l. tabernam, ff. de fundo inſtru. Strictè tamen dicitur domus, in qua vinum venditur, l. palam, in princip. ff. de ritu nup. Aliquando taberna, id eſt ſtatio, & tunc impropriè, l. ſecunda, C. de epiſcopis, & cler. Differentia eſt inter tabernam, & cauponam, quia taberna eſt locus, in quo paratum eſt vinum vendi, licet non vendatur, caupona

pona verò vbi venditur.

Tabernaculum dicitur a taberna, l. tabernæ, ff. de vet. ſign. iuncta, l. inde. not. in l. palam, ff. de ritu nuptiarum, aliquãdo eſt domus Deo dicata, cap. & ibi Arc. extra de ſententia & re iudica Aliquando dicitur habitaculum militare, notat, per eundem Archidiaconum in cap. ad hoc. 16. quæſt. 1.

Tabernarius dicitur, qui tabernam exercet vinum vẽdens, qui & tabernæ inſtitor dicitur, ff. de exerci. act. l. 1.

Tabulæ teſtamenti inde vocatæ ſunt, quia ante chartarum vſum in tabulis, tàm teſtamenta, quàm epiſtolę ſcribebantur, quarum portitores tabularij vocabantur, ſecundum Iſid. lib. 5. Et tabulæ teſtamenti propriè ſunt teſtamentum editum in ſcriptis ſignatum, & perfectum. Sed abuſiuè etiam illæ teſtamenta tabulas appellamus, quæ falſa ſunt, & illicita, ſecundum Azonem, in ſum. C. de tabul. exhibend.

Tabulas teſtamenti hodie intelligimus omnem materiæ figuram, in qua teſtamentum ſcriptũ fuerit, ſiue ſit charta, ſiue mẽbrana, ſiue corium alicuius animalis, ſiue lignum, ſiuæ quæcunque alia materia, l. prima, de bonor. poſſ. ſecunda tabula.

Tabularij etiam ſecũdum Accur. ſunt, qui faciendis publicis inſtrumentis publicã præſunt in ſingulis ciuitatib. Require ſupra Scribę, & C. de tabul. libro 10

Tacere, hoc verbum de ſe, nec ſignificat conſenſum, nec diſſenſum, ſed tamen medium. Vnde nota, eſt dare conſenſum, diſſenſum, & medium quod non eſt cõſenſus nec diſſenſus, vel aliter. Nam habemus velle, & nolle, & medium quod non eſt velle, nec nolle. Nam velle eſt conſentire, nolle eſt diſſentire, ſiue reſiſtere per motum animi, vnde in vtriſque, ſ. velle, & nolle eſt motus animi ad hoc quod vult, vel non vult, i. reſiſtit. Sed non velle, ſiue non nolle eſt cum nullus eſt motus animi ad vnum, vel ad aliud pro vel contra, facit, l. 1. §. ſcientiam, ff. de tribu. ac. vbi dicit Vlpianus. Scientiam hic eam accipimus, quæ habet voluntatẽ, ſed (vt ego puto) non voluntatem ſed patientiam. Non. n. velle debet Dominus, ſed non nolle, ſi igitur ſcierit, & non poteſtatur, i. non contradicit, tenetur tributaria actione, ſi verò diſſentit non tenetur illa actione. tenetur autem ſi conſentit, aut ſi non cõſentit, ſi tamen non diſſentit, vt ibi dicitur. Sequitur ergo, quod tacere de ſe, nec conſenſum, nec diſſenſum ſignificat Quandoq; autem ſic; quando aliunde ſumpto quovis probabili medio concluditur tacentem cõſentire vel diſſentire, de quo latiſſimè tractat Dynus in re. qui tacet, & ſeq. de re. iu. li. 6. & nouiſſime Iaſ. in l. quæ dotis, poſt Bar. ſolu. matr.

Tacens

Tacens verum ita incurrit crimen falſi,ſicut ſi falſum diceret, l.1,de crim.falſi,l. qui teſtamentum,ff.de falſis.

Tacitè intellectum diuerſimodè capitur in iure, ſ. per modum diſpoſitionis, conditionis vel aliter, prout ex diuerſificatione, ſignificatione,vel clauſula concluditur,v.g.in contractu ſocietatis facta conuentione,quod vnus ſociorum habeat duas partes lucri, intelligitur etiã tacitè, quod habeat duas partes damni. Et hoc tacitè intellectũ capitur per modum diſpoſitionis, ſeu conuentionis,vt in § illud, Inſtit.de ſocie. Et ſumitur ſignificatum ex æqualimente paciſcentium in tacito expreſſo.Item ibi, concedendo aquæ hauſtũ,intelligitur concedi iter ad illum, Et hoc tacite intellectum, ſumitur etiam per modum diſpoſitionis, ſed non principaliter,ſed acceſſoriè, ſeu conſecutiuè, vt in l. tertia, ff.de ſeruit.ruſtic.præd.Ratio,quia in itinere nulla eſt vtilitas, niſi in quantum deſeruit ad aquæ hauſtum.Item ibi; promitto partum filiæ,vel fructum fundi,intelligitur ſi naſcantur,l.interdum,ff.de verb.obl.quia niſi naſcantur,nihil eſt in legato vel conuentione,ſic vtilitas eſſe non poteſt.Itè ibi; debitum ſub conditione acceptum ſimpliciter, intelligitur tacitè,ſi conditio debiti extiterit quoad effectum acceptilationis, non quoad diſpoſitionem, vt l.ſi ſub conditione, ff.de acc.Itè ibi; promitto tibi decẽ, intelligitur ſi petieris,non per modum conditionis, ſed per modum admonitionis, & interpellationis, vt ante non ſim in mora,poſtea ſic, l.ſi cum petieris,ff.de verb. obli. iuncta l.mora, ff de vſu. Ratio, quia debitor non eſt in mora retinendo debitum volente creditore,ſed eo inuito, quando fit interpellatio.Item & ibi;patronus operas ſtipulatur a libero ſimpliciter,intelligitur cum fuerint indictæ, quæ adiectio requiritur in operis,ſicut in alia ſtipulatione intelligitur cum petieris, & eſt ratio, quia patronus ſtipulatur operas ad vtilitatem ſuam

Tacitè ineſſe multipliciter cõtingit,v.g.Conuenio cum depoſitario propter amiſſionem rei depoſitæ, ne agam cõtra ipſum, In illa conuentione tacitè ineſt, vel continetur remiſſio,quia ſi ꝑ dolum perdidit agere non poſſum depoſiti,ſed pone,facio conuentionem ne agam de dolo, dicit text.quod non valet conuentio.Et ſic valet tacita remiſſio,& expreſſa non,l.ſi vnus,§.illud,ff. de pact. Et ſic expreſſio eorum quę tacitè inſunt,nihil ibi operatur.Ratio,quia expreſſum aliter ſignificat, quia in primo caſu ſignificatur remiſſio doli, non ſimpliciter, ſed prout continetur in obligatione,ſiue actione depoſiti. Ideo pro dolo non poteſt agi actione depoſiti, ſed alia actione,ſ.

ne,ſ.rei vendicatione, quia dolo deſijt poſſidere, vel actione de dolo. Sed in ſecundo caſu dolus ſimpliciter remittitur,& ſic ſi cõuentio teneret,nõ poſſet pro dolo agi aliqua actione,& ſic remaneret impunitus,& ideo non tenet conuentio,quia daretur occaſio delinquendi, vt leg.conuenire,ff.de pactis dotal.Item ibi, cõcedo rem precario ſimpliciter, tacitè intelligitur, quod durat donec voluero,ſiue reuocauero, l.1 ff. de precario Etiam morte mea non finitur, l.4 ff.locat.,q.a in precario ſimpliciter conceſſio intelligitur voluntas,ſ.quod per voluntatem contrariam ſiue reuocationem non perſeuerat, & quod perſeueret donec reuocetur,ſed morte non reuocatur,igitur perſeuerat. Sed quando conceditur quandiu concedens voluerit,tũc ſignificat, quod durat quandiu volũtas adeſt.Sed morte quis deſinit velle,ideo tunc finitur precarium. Item ibi:iudex condemnat quem pęna capitis, ſiue deportationis,ad quam tacite ſequitur pœna ademptionis bonorum. Pone, condemnatus appellat.pendente appellatione moritur,ipſa pęna principis tollitur,& etiam acceſſoria, ſ.ademptionis bonorum. Tunc morte illius pęna principalis,ſ.deportationis tollitur, etiam acceſſoria, ſ.ademptio bonorum, vt in l.3. C.ſi pe. ap. mors interue. Ratio quia tacitum intelligitur acceſſoriè,& conſecutiuè, modo ſublato principali expreſſo, auffertur & acceſſorium.Sed dum duo exprimuntur, quæ ambo principalia ſunt,ad ſublationem vnius non auffertur aliud,ſicut dum pęna imponitur in duob. factis vtrunq; eſt æquè principale Alij dicuntur,quod etiam in iſto caſu pęna ademptionis tollatur,quia expreſſio (vt dicitur) non fit niſi ad maiorem declarationem. Etiã pœnæ in dubio ſunt molliendæ, de pęnit.diſt.1.§.pęnæ, licet forte ſecus in vſuris. Eſt tamen in arbitrio iudicis,cuius mens attendi debet,quia ſecundum eius mẽtem,vel arbitriũ, morte finitur, vel non.Item ibi; lego alicui ſimpliciter,intelligitur præſenti die & ſic ex primo in præſenti die, tunc ſignificat quod verba ſonãt ſ. quòd præſens dies iſti legato apponitur,& hæc expreſſio,ſi illud non eſſet, nihil operaretur aliud,quam tacitum,nec aliud tacitum, quam expreſſum. Sed ex clauſula poſtea appoſita, ſ.legata,quib.dies nõ eſt appoſitus volo ſolui, annua bima, trima die, aliud ſignificatur in tacito, aliud in expreſſo, quia ex tacito, cui clauſula appoſita nõ eſt vel dies, ex clauſula ſecuta, debentur annua bima, &c. In expreſſo vbi dies eſt appoſitus,dicendo, præſenti die,ad ipſum legatum prædicta clauſula non refertur,quia iſti legato dies eſt appoſitus.Vbi autem tacitè intelligitur,non eſt

appoſitus.licet idem operaretur ſi aliud nõ ſequeretur. Item ibi; lego tibi purè,intelligitur,ſi vo. lueris;hoc tamen non facit legatum conditionale, nec impedit tranſmiſſionem legati, ſi legatarius ante moritur, & tamen exprimendo,hoc in legato dicẽdo, lego tibi purè ſi volueris, legatũ eſt conditionale, l. ſi ita expreſſum,ff.de cond.& dem.Item ibi; filium meum exhæredo intelligitur tacitè conditio,ſi hęres adie. rit,Sed pone,quod hæc conditio exprimatur,dicit tex.quod exhæredatio vitiatur,l.ſi quis,ff.de hęred.inſtit.Ratio ſecundum Doc. quia aliter intelligitur, & aliter exprimitur. Nã intelligitur quoad effectum,ſ.vt exhæredatio habeat effectum, ſi hæres adierit, non autem intelligitur quòd exhæredatio ſit conditionalis; ſed quando exprimitur, tunc refertur ad diſpoſitionem,& ſic exhęredatio eſt conditionalis,& ideo vitiatur, quia eſt actus, qui non recipit conditionem, per c actus legitimi,de reg.iu.lib.6.Et eſt rõ diuerſitatis in legato,& in exhæredatione, quia veriſimiliter nõ videtur teſtator legatũ velle facere conditionale per expreſſionem illius conditionis,ſi hæres adierit,ſi apponatur illa, ſecus in exhæredatione,quam teſtator videtur velle facere cõditionalem, dum apponit conditionem talẽ, vt magis reſtringatur.Sed per appoſitionem conditionis vitiatur lege poſitiua,ideo non valet conditio,ergo expreſſa ad diſpoſitionem vitiat, ſed tacitè intellecta ad effectum non vitiat,etiam qñ apparet de mente exprimentis, quod per expreſſionẽ vult aliud ſignificare, ſ.facere actum conditionalem,qui non eſt conditionalis,ex tacito intellectu,tũc actus eſt conditionalis,quia exprimẽs hoc vult, qui ad hoc conditionẽ exprimit,& ſic tunc legatum relictum,ſi hæres adierit,eſt conditionale, & veriſimile eſt, quod conditio exprimatur, ſicut intelligitur ad maiorem declarationẽ & ſic liceat actus non recipiat conditionem per illam tamen expreſſionẽ non debet vitiari, quia ſolum quod tacitè ineſt exprimitur,& lex poſitiua non admittẽs conditionem, videtur intelligi conditione extranea, & non de illa, quæ ineſt, quæ exprimitur ex abundanti. Sic etiam exhæredatio poteſt eſſe conditionalis, quando teſtator ſic voluit, ſed quia non recipit cõditionem, vitiatur,etiam acceptilatio erit cõditionalis propter voluntatem acceptum ferentis, ſed quia etiã non recipit conditionem, vitiatur. Et ita hic his debet attendi mens diſponentis, & ſeruari qđ vult, & prout vult, niſi vbi lex poſitiua hoc impediat. Item vbi iudex dat tutorem pupillo ſimpliciter,intelligitur tacitè,quod miniſtret,ſi ſatiſdederit. Sed pone, quod iudex in dando tutorẽ

hoc

hoc exprimat, dicit tex. quod valet datio, & eo mō intelligitur, quo exprimitur, l. muto, §. hanc autem, ff. de tutor, & hæc lex facit pro prædictis. Et eſt ratio huius legis, quia veriſimiliter exprimitur, ſicut intelligitur in dubio hoc iuncto, quod ſi faceret conditionem, actus vitiaretur, quod non eſt dicendum in dubio, maximè in hoc caſu propter periculum, quod pupillo immineret ſi tutoris datio nō teneret. Item ibi, promitto 10. ſimpliciter, intelligitur tacitè, quod ſoluam cū petieris, dicit tex. quod idem ſignificat, nec aliud operatur, vt l. ſi cū petieris, ff. de ver. obl. quia etiam intelligitur, ſicut exprimitur, nec habet aliud ſignificatum quā expreſſum eſt cōi modo intelligendi. Sed ibi, lego, illi, ſi capitolium aſcenderit, hæc conditio tacitè continetur, ſi voluerit, quia volens aſcendit, & tamē exprimendo hanc conditionem aliquid operatur, quia legatum vitiatur, quod nō vitiaretur tacitè intellect. l. nonnunquam, ff. de cond. & dem Et eſt ratio, quia aliud ſignificat conditio, ſi aſcenderit, & ſi voluerit. Nam legando ſub conditione expreſſa, ſi voluerit, legatum ponitur in ſua libera, & mera voluntate, ideo vitiatur per legem poſitiuam ſtatuentem, quod legatum non poſſit poni in libera voluntate, ſecus in illa conditione, ſi aſcenderit, quia ſi aſcenderit, ſiue libere volens, ſiue non, tamen conditio impletur & ſic de alijs exemplis.

Tacitum propriè, & verè dicitur, quod nullatenus eſt expreſſum, & hoc in iure nihil ſignificat eo, quod non eſt ſignificatū eius, nec apparet. Dicitur autem in iure expreſſum, quod non aliter quam verbis expreſſum eſt. Nā inter modos ſignificandi verba obtinent principatū, ideo verbis expreſſum, dr̃ vere expreſsū. Et quod dico verbis, idem dico ſcriptis, quia illa continet verba. Aliter autem expreſſum quā verbis dicitur ad differentiā expreſſi verbis. Et hoc eſt tacitum ius, quod non eſt expreſſum, v.g. Mutuaui dolium vini, non exprimitur, vt reddatur vinum eiuſdem bonitatis, hoc tamen tacitè intelligitur, l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ſumitur ratio ex natura mutui, quæ eſt vt res reddatur, quæ eadem in valore cum mutuata eſſe cenſetur, hoc eſt, ſi eſt eiuſdem naturæ, & bonitatis, hoc tacitum intellectum idem ſignificat, & operatur, ac ſi eſſet verbis expreſſum, l. cum quid, prælleg.

Taciturnitas eſt quandoq; habenda pro confeſſione. Etiā quandoque tacitum habetur pro expreſſo, ff. ſi cer. pe. l cum quid. & c. gratum, de off. deleg.

Taciturnitas non reſpōdentis habetur pro confeſſione, l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. ff. de

interrog.act.gl.& Pan.in c.quoniam,in 8.col.de probat.

Talis,ideſt ille. C.de ſum.Tri. & fide cath l.1.

Talio,genus erat pęna ex l.12. tab. quo damnum illatum ſimili damno penſabatur,§.pęna Inſt. de iniur.

Tamiaca prædia, vide Prædia Tamiaca.

Tanquam eſt nota ſimilitudinis, c.ſolitæ, de maior. & obed. Aliquando no. veritatis,c.ex parte, de ſponſa, De iſta dictione, tanquam,vide in l.ſi pater,§.qui duos,ff.de adopt.

Taxare, eſt idem, quod æſtimare.

Taxatiuæ dictiones ſunt, tantum ſolum,dumtaxat,tantū modo,& conſimiles.

T ante E.

Tegulæ ſunt lateres, differũt tamen, quia tegulæ dicuntur à tego,quaſi tegentes,& non ſunt coctæ,ſed ligna ſublaterib. poſita pro eorum ſuſtentatione. Sed lateres fiunt ex lapidibus,& argilla,& coquuntur.

Telos Gręcè,tributum dicitur Latinè. Inde telonarij publicani dicuntur,et tributorum collectores,ſeu exactores. Et etiam telonium dicitur locus, in quo tributum exigitur.

Telum non dicitur tantum, ꝙ ab arcu mittitur,ſed etiam quod a manu,eo quod in longum mittatur. Ergo lapis,lignum ferrum nomine teli continentur tex. eſt Inſt.de pub.iud.§.talum autem.

Temeritas eſt, cum quid facimus propria voluntate, & ſine ſuperioris authoritate, ita diffinit Gemi. in c. cum qui. §. inſuper, de præben. lib.6. vbi etiam dicit,quod temeritas eſt, quā do quis facit actum a iure prohibitum, & de temeritate vide Bart. in l 1.ff.ad Tur.

Templarij ſunt pręceptores, vel commendatarij, & perſonæ religioſę,vt cle.de reli.do.& cle. cum ex eo.de ſenten.exc. per Io. And.in rubr.de reg & c eccleſia S Mariæ de conſt.tales deputantur ad adminiſtrationē eccleſiaſticam,& ſic poſſunt agere,& defendere iura eccleſiæ, & cle.1.de reſcr. & poſſunt eſſe perſonæ incognitæ,& de longinquis partibus,cap.cum deputati,de iud.& quandoq; eliguntur, & habent eccleſias parrochiales, & ſic autoritas diœceſani debet interuenire,facit c vnicū,de cape.mon. lib.6.& no.in d.clem.1.de reſcr. quandoq; non habent eccleſias parrochiales,& ſui maiores habēt ptātem eos, deputādi, & inſtituendi pręter conſenſum dięceſani Et ſecūdum Inn.in dignitate comparantur inſtitutorib.c. ꝙ quibuſdam,de fideiuſ quia inſtant negotijs ſibi commiſſis,vel etiam comparantur viſitatorib. ſiue vicarijs miſſis a ſuperiorib. ad aliqua officia exercenda.

Tempus continuum eſt, quod conti-

continuè currit diebus feriatis, & non feriatis, ſiue in præſentia, ſiue in abſentia ſit copia iudicis vel non. C. de præſcr. long. temp. l. fi.

Tempus verò vtile non currit dieb. feriatis, & abſentiæ, & diebus, quibus nō eſt agendi copia. Et illud eſt multiplex, ſ. cōtinuè vtile, & inutile quoad ſui principium tantum, non quoad progreſſum, &c. vt in gl. clem. vnica, de in integ. reſt. vbi gl. remittit, de conceſ. præb. c. 2. & c. quia diuerſitate, in fi.

Tenor literarum eſt idē, quod ſententia literarum. Require ſupra, Sententia literarum, ſed tamen tenorem literarum dicimus rectè tenorem text. quamuis titellis ſcribatur. Vnde tenor dicitur ipſa ſententia literalis, licet theoricè plurima ſcribantur.

Tepidarium eſt idem, quod balneum, a tempore aquæ nomē trahens.

Tergiuerſator dicitur, qui in vniuerſum ab actione recedit, quaſi tergum vertens, vt in c vlt. de collu. dete. in gl. 4. & ibi not. Et differunt tergiuerſator, & prę uaricator, & calumniator, nota bonos verſus: Tergiuerſator deſiſtit, præuaricator Occultat verum, profert calumnia falſum.

Tergiuerſari eſt in totum, ab actione deſiſtere, & dorſum vertere, ff. ad ſen. Turp. & in gl. præalle. in c. vlt. de collu. deteg.

Tergiuerſatio quandoque eſt verſutia, vel calliditas, qua quis inducit alium, vt deſiſtat ab eius inquiſitione, & ſic capitur in c. vlt in gl. præal. Qn̄q; etiā eſt fruſtratio, deluſio, vel colludium.

Terminus dicitur finis, vel limes, diſtinguens cōfinia agrorū. Hinc Virgilius 12. Aen. Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis, & in c. foro, de verb. ſign.

Terminus peremptorius obtinere debet tantū temporis, quantum tria edicta, niſi aliud exigeret iuſtitia, vt in c. dilecti. de dila. in gloſ.

Terram integram Caius vocat, in quam dn̄s adhuc non immiſit pecus paſcendi gratia. Sylua. de vera. ſign.

Terra prociſſa, in d. l. ſylua eſt quæ primum aratrum experta eſt grandioribus glebis relictis.

Territorium eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſcunq; ciuitatis, ab eo dictum, quod magiſtratus eiuſdem loci intra eos fines terrendi, id eſt amouendi, vel ſubmouendi ius habet, ff. de ver. ſign. l. pupillus. §. territoriū. Alibi ponitur pro diœceſi. gloſ. in cle. ne Rom. de ele.

Teſſeræ frumentariæ ſigna erant frumentaria, quib. exhibitis frumentum a principe dabatur pop. Ro. vt hodie quibuſdam in locis nummi plumbei vel ærei, vel quid ſimile, quod pro ſymbolo ſit. Ex quo factum eſt, vt teſſera pro iure percipiendi frumentum ponatur. Vnde ff. de le. l. l.

ſed & ſi ſuſceperit, ita legitur. Si libertis ſuis teſſeras frumentis emi voluerit.

Teſtamentum eſt voluntatis noſtrę iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortē ſuam fieri vult, ff. eo. tit. l. 1. Et additur cum inſtitutione hæredis, Inſtit. de leg §. ante hæredis, & hoc de vniuerſo patrimonio, vt excludatur ſingulare relictum, & codicillus. Et dicitur teſtamentum quaſi teſtatio mentis, vel vltimum elogiū, ſeu vltima voluntas, qua quis de rebus ſuis diſponit legatario legata aſſignanda. Et diuiditur quia aliud eſt teſtamentum nuncupatiuum, quod conſiſtit in ſola nuncupatione teſtatoris, non in ſolennitate ſcripturæ, tamen ſeptē teſtes neceſſarij ſunt, & hæredū nominatio, Inſt. e. tit. §. fi. Aliud eſt in ſcriptis conditum, quod ſimiliter exigit numerum, ſubſcriptiones, & ſignacula ſeptem teſtium. Antiquitus autem tria genera teſtamentorum in vſu fuere, de quib. infra in ver. teſtamentum ſurreptitium. Item teſtamēti aliam diuiſionem ponit Iſid. libro 5. ſ. teſtōrum aliud iuris ciuilis, aliud iuris prætorij.

Teſtamentum iuris ciuilis eſt teſtamentum ſeptem teſtium ſigillo ſignatum, ſubſcriptione firmatum, quod apud ciues fit, & indę dicitur ciuile.

Teſtamentum iuris prætorij eſt ſeptem teſtium ſignis ſignatum. Et dicitur ſic, quia fit apud Prætores, ſecūdum Iſid. ibidem.

Teſtamentum holographum, eſt manu authoris totum cōſcriptum, & ſubſcriptū, vnde & nomen accepit ab holon, i. totum, & graphos ſcriptura, vel litera, quaſi tota litera ſecundum Iſid.

Teſtamentū inofficioſum eſt, quod fruſtra liberis exhæredatis ſine officio naturali pietatis in extraneas perſonas redactū eſt, ſecundum Iſid. lib. 5.

Teſtamentum irritum eſt, ſi ille, qui teſtatus eſt, capite diminutus eſt, vel captiuitate detentus, aut ſi non ritè, vel contra legem, factum eſt, ſecundum Iſid.

Teſtamentū ruptum ideo vocatum eſt, quia naſcente poſthumo neque exhæredato, neque hęrede nominato, diſrumpitur ſecun. Iſid.

Teſtamentum ſurreptitiū vel ſuppreſſum eſt quod in fraudem hęredum, ſeu legatariorum, & libertorum non palam prolatum eſt quod ſi non latet dictas perſonas, nō proinde ſuppreſſum videtur. Erāt autem olim tres aliæ ſpecies, quæ hodie in vſu eſſe deſierunt. Quoddam erat pacificū teſtamētum, & appellabatur calatis comicis à calos, quod eſt bonum, & comicus pax, quia in bona pace fiebat, vel a calatis comitijs, hoc eſt, bonis conuentib à calos bonum, & comitia conuentus, vel conuentiones ſapientiū Bonæ. n. conuentiones erāt quæ in pace fiebant. Nam faciebant teſta-

teſtamenta dieb.feriatis propter penuriam hominum, quia alijs dieb.non feriatis,erant homines diuerſis negotijs occupati,quare teſtes non poterant inueniri,vel dicitur à calo.i.voco,quia perſonarum vocatio fiebat Aliud erat bellicum,quod procinctum dicebatur eo.quod tempore præliorum, cum in prælium exituri eſſent homines,in procinctu faciebāt poſtea acceſſit tertia ſpecies, ſ.teſtamentum per æs & libram, quod fiebat per emancipationē, i.imaginariam quandam venditionem ſub 5.teſtib.& libri pende,i.æſtimatore.qui libri pendebat,i æſtimabat familiam,i.hæreditatem,& emptore, qui erat loco hæredis ciuib. R.i. liberis hominib.& puberib.præſentib. Prima duo illorum teſtamentorum penitus aboleuerunt Tertium verò partim remanſit in vſu. ſ.quo ad numerum teſtium, videlicet ſeptenarium,Erant.n.quinq; teſtes,libripens, & emptor Et prædicta nomina teſtamentorum ad ius ciuile referebantur, quia ius ci.inuenit illa.

Teſtes ſunt,quos ante iudiciū quiſq; ſibi placitat,& allegat,ne poſſit librum aut diſſimulare aut ſubtrahere ſe Vnde etiam legati appellantur.Item teſtis eſt rei geſtæ probator. Sed teſtis cogendus eſt, qui ad teſtimentum faciendum cogitur. Dicuntur ergo teſtes,quia teſtimonium adhibere ſolent ſicut ſignatores, qui teſtamentum ſignificant ſecundū Iſid.lib 6. Itē antiquitus ſuperſtites dicebātur eo,quod ſuper ſtatu cauſæ proferebantur,nūc parte nominis ablata per apherꝭſin. teſtes dicuntur,& conſiderantur conditione, natura, & vita,vt in c.forus de verb.ſign.ad fi.Teſtes etiam continentur ſub nomine inſtrumentorum c peruenit, de teſt.cogen.Et qualiter teſtis examinetur,vide c.conſt.de fideiuſ.

Tetratericum dicitur, ꝙ quarto quoquo anno inſtauratur, Bud. in l.Septilia,ff.de pollici.

Textrinum locus,vbi texitur, l.qui textrini, C.de muri leg.libro 11.

T ante H.

THeatrum eſt locus in ciuitate communis, & publicus ad ſpectacula, & dicitur a theorando,i inſpiciendo, vt in foro, vel palatio communi,ſicut in harena Veronen Inſt.in gl. de rer. di.ver.theatra.

Theatralis liberalitas eſt, qđ dari conſueuit ad ludum theatri, C de præd.curia l.vlt.in gl.

Theſaurus propriè dicitur pecunia abſcondita ſub terra,cuius non eſt memoria.l. namq;, ff.de. acq.poſ.Quādoq; impropriè dicitur,vt ff.de acq.poſſ.l peregrè, in prin.& ff.de exhi.l.theſaur.

Thlaſiæ dicūtur ſpadones,quibus teſtes fracti ſunt.

Thlibiæ verò, qui attritos eos habent.

Thymelici ſunt fidicines, ci-

thariſtæ,lyriſtæ,tibicines, qui in orcheſta actiones, ſuas per agebant,ſicut hiſtriones in ſcena,vt M.Vitruuius aſt author.

T ante I.

Tibias, aliàs tilibias, inſtrumentum eſt ad abſcindendum virilia,vel aliter,vt no.in l. hi quoque, ff. ad legem Cor. de ſic. imò thilibiæ legendum eſt.

Tibialia apud Pau. l. pe. de re mil. dicuntur arma, quib. crura muniuntur.

Tignus,vel tignum dicitur eſſe omne genus, materię ligneæ, vt in l.12.tabu.& Azon. in ſum. cod.tit.& Inſt.de rer.diui. Vnde tignarij dicuntur omnes, qui ædificant. Tignus iniunctus, Require Actio.

Tiguli dicuntur foramina, qui bus exit fumus.

Titubatio eſt,cum ego hinc in de duo contraria ſcio,nec tamen alicui eorum (quia dubito) cre dulitatem meam applico. Vnde titubare dicitur quis, quando ſuſpitionē habet ſuper eo, de quo contenditur, vt in cap.in noſtra præſentia, de procu.in gloſ.3.etiam titubare eſt defectuoſe loqui,vel ignorāter,vnde titubās pro ignorante habendus eſt. C. de cond.ind l.vlt.& ff. de lib.ho. exhi.l.3.§.is, qui ar.c.dominus, de ſecun.nup.vbi gl.& pro contra.& cap. propoſuit, de coniu. ſer.in gloſ.

Titulus quandoq; ſignum dicitur,quandoq; cauſa acqui. dominij,quandoq; ipſa eccleſia, vt titulus S. Petri, quandoq; clericatus, quandoq; canonicatus in aliqua eccleſia,vnde dicitur quis intitulari, i.clericari, canonicari. Item quandoque capitur pro cauſa mobili ad dominij translationem,vt per locationem, vt c. eccleſia ſanctæ.2.vt lit.pen Item titulis eſt iuſta cauſa poſſidendi, quod noſtrum eſt, & ſic exigitur iuſtus titulus in vſucapione, & præſcriptione cap. ſi diligenti,de præſcript. & gloſs. ſummæ 16. q.3. Etiam titulus poſſeſſori cauſam tribuit præſcribendi, vt c. 1. de præſcript, lib.6.& eſt vnum de principalibus requiſitis ad præſcriptionem. Dicitur etiā titulus quilibet ordo eccleſiaſticus, quælibet dignitas, vel prælatio, & ſic dicitur quis intitulari in aliqua eccleſia, id eſt, ordinari ſecundum Ber. in capit. dudum, de elect. ſuper verbo intitulatam, & ff. ſi certum petatur, in rubrica.

Titulus nonnunquam accipitur pro rubr.vt l.1 ff.ſi certum petat.

Titulus poſſeſſionis, vel poſſidendi eſt initium poſſeſſionis, & cauſa,quare quis poſſideat,vt emptio, venditio, donatio, permutatio,quia per emptionem,et ſimilia incipimus poſſidere.

T ante O.

TOchi ſecundum Azo. dicun tur ſuſtentatores pauperũ Prochi ſcribendum eſt.

Togatos dicimus aduocatos à toga veſte nominatos, quam habebant olim aduocati diuerſam à cæteris, vt per hoc cognoſcerentur.

Tolerare pro ſuſtentare dixit Alphe. in l. in lege. de verborum ſignific.

Tomentum accipit Nebriſſenſis pro omni, quod infarcitur puluillo, ſiue illud ſit de pluma, lana ſiue ſtramentis, vel qua alia re.

Tonſura in clerico, vid gl. in clem. quoniam, de vita, & hone. cler & 23. diſt. c prohibere, c. clerici, cap. ſi quis ex clericis, c. non liceat cuilibet, & 22. quæſtio. 1. duo ſunt.

Topiarius eſt, qu prędium ornat ſaluarius, qui cuſtodit. l. cum quærebatur. §. fi. ff. de leg. 3.

Tormentum dicitur quaſi tor quens mentem, à torqueo, torques. Quæſtio verò eſt veritatis indagatio per tormentum, ſeu torturã, & poteſt appellari quæſtio a quærendo, quia iudex per tormentum inquirit veritatem, Pan. in c. cum in contemplatione, de reg. iur.

Torneamenta dicuntur quædam nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex edicto conuenire ſolent, & oſtenſionem virium ſuarum, & audaciæ, temerè congregari vel congredi, vt cap. 1. de tornea.

Torrens eſt aqua in imbre cũ impetu, quæ in æſtate torreſcit, id eſt, areſcit ſecundum gloſ. in clem. dudum, de ſepul. Vide ff. de flum. l. 1. §. 2. & de acq. pſu. arc. l. in ſumma §. pen.

Tota, id eſt omnis, ff de pac. l. ſi vnus, §. pactum, verſic. idem dicimus.

T ante R.

TRabea eſt veſtis conſularis, vt C. de conſul. l. 1 lib. 12. qua veſte etiam vtebatur Imperator, etiam ſe conſulem vocabat, in auth. de conſuli. col. 4.

Tractatorij erant viri, qui tractabant, contractabant. i. manib. contingebant, & palpabant animalia publica, & equos ſacro vſui deputatos. Vel dicuntur tractatoriæ literæ impetratæ pro licentia vehendi animalia, vel literæ datæ licentiæ ad tractandũ, & puniendum criminoſos ſecundum Acc. C. eo tit. in rub.

Tractatores Alc. ſcribit appellari eos, qui habent tractorias, id eſt licentiam adducendi equos in curſu publico, quã Plin. in epiſt. & Iuriſc. vocant diploma.

Tradere duplicem habet ſignificationem. Vno modo eſt rẽ ſuam in alterum transferre. Cor-

poralis ! enim res tradi poteſt, & à domino tradita alienatur, hoc patet per etymologiam dictionis. Dicitur .n. trado quaſi transfero dominium, & ſic bene dicitur in inſtrumentis venditionis, iure proprio tradidit, i. transferēs tradidit, ſeu dedit. Alio modo tradere capitur pro inducere in poſſeſſionem, ſiue pro ipſa corporali præſtatione rei, vt cum dicitur, poſſeſſionem tradidit, vel ipſum equum per frenum, aut librum in manibus.

Traducere vſus eſt Paul. in l. ſi duo vti poſſit pro facere traduces. Traduces autem in vitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati ſunt.

Traha eſt inſtrumentum ruſti cum quod æquandis ceſpitibus vel fœno colligendo aptatur.

Traijcere eſt mare tranſire. Vnde dicitur: Sipontonib. traijciatur mare, id eſt tranſeatur Inde traiectum eſt per mare tranſitur. Etiam alio modo eſt nomen ciuitatis.

Traiectitia dicitur pecunia, quæ locatur vel permittitur alicui per mare ad quemcunq; locum tranſuehenda, vel deportanda, ff. de act. & obl. l. traiectitia.

Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta nondum finita, dato aliquo promiſſo, vel retento, nō gratuita pactio, vt in c. ſuper eo. de tranſa. & eſt idem quod compoſitio inter aduerſarios, & litem intelligo præſentem, vel futuram, quia ante lit. conteſt. poteſt fieri tranſactio, vt ff. de cōd. ind. l. eleganter, §. ſi quis poteſt. Item litem ſubauditio iuſtā vel iniuſtam, vt C. eod. titu. l. 2. & ſi quis quando agit, credit, ſe habē re iuſtam cauſam, aliàs contrarium, vt ff. de cond. inde. in ſum. vt tamen inter inſiſtentem, & reſiſtentem, vt ſi actor per calumniam inſiſtat, nulla ſit tranſactio ſed ſi reus per calumniam reſiſtat, valet tranſactio quātum ad eum, C. eod. titu. l. ſub prætextu, licet per aliam viam, hoc eſt, per actionem de dolo, vel replicationem doli conſulatur actori, vt ibidem dicitur, quādo dolo reus inducit actorem ad tranſigendum, & dicitur in deſcriptione, nō gratuita pactio, ideo quia fieri non poteſt gratis, imò ex edit, vt is, cui fit trāſactio, aliquid det vel dare promittat tranſigenti Vnde fieri debet alioquo dato retento, vel promiſſo, alioquin trāſactio non procedit. Et in eo, quod dicitur aliquo, intelligitur etiam de modico, quia ſi quæſtio erat de re valente centum, poteſt fieri tranſactio pro decem, vel pro minori, nec poteſt dicere tranſigens ſede ceptum, quia tranſigit ſuper incerto. Item in eo quod dicitur, re dubia, & lite incerta, intranſitiuè ponitur, vt ſit ſenſus, de re, quæ dubia, & incerta eſt lite, id eſt, propter litem, quia lis, quamdiu pendet, facit rem dubiam, & incertam.

Nam

Nam euentus litis, & iudiciorum incertus eſt. l. quod debetur. ff. de pec. vnde ſuper ſuper eo. quod in quæſtione vertitur, lite pendente poteſt fieri tranſactio, & ideo dicitur, lite nondum finita. Nam ſi iudicatum eſſet, nec appellari poſſet, nec aliquo remedio ſententia retractari, ita q de ſnīa non dubitaretur, certè tranſactio non valeret, vt ſi quis condemnatus ad 10. dicat: Verum eſt me tibi condemnatum eſſe ad 10. & verum eſt, quod debeo; ſed ſi vis eſſe contentus, quinque dabo incontinenti, tunc tranſactio nulla eſſet, & ſi iudicatum negaret, adeo tamen liquida foret probatio, vt non ſufficeret negare, adhuc eſt idem, vt C. de pœn l. qui ſententiam. Dicitur. n. tranſactio quaſi actionis in amicitiam ſeu amicabilem compoſitionem trāſitio. Tranſeunt enim à lite, & ab actione, qui componunt inter ſe paciſcentes, cum tñ gratis non remittitur actio, ſecus ſi gratis remittitur, quo caſu non fit tranſactio, ſed ſimplex per donationē pactio. Qui enim tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit. i. componit, vt in c. ſuper eo. tit in gl. 3. & ſic is trāſit ab actione, qui tranſigit & is, qui agit, proprie dicitur trāſigere vt C. eo. l. 2. præalleg. reus autem impropriè. Item in ſpiritualibus non valet tranſactio proprio nomina dicta, c. ſi, qñ clerici. de off. del. & c. ſuper eo. preal. & eſt tex in c. conſtitutus, & cap. prèterea, eod. tit. Ratio, quia tranſactio in ſpiritualibus continet ſpeciem ſimoniç, v.g. Duo litigant ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico, puta eccleſia vel præbenda, & ēt ſuper iure præſentandi. Talis trāſactio cum ſit ſuper re ſacra, non valet, quando alter illorum dat alteri 10. vel 20. annuatim, vt ceſſet a lite, & alter obtinet eccleſiam, ſeu præbendam, ſeu ius prę ſentandi, cum ſit annexum ſpirituali. Ergo ſpecies ſimoniæ eſt, vbi aliquid datur vel promittitur ſiue retinetur in talibus, vt poſſideatur, aliàs procederet in ſpiritualibus, nullo dato, retento vel promiſſo. ſed tunc proprie non eſt tranſactio; ſed in temporalibus valet tranſactio tali modo ſumpta. Sumitur autem aliter, & largo modo trāſactio, pro ut eſt amicabilis compoſitio, & ſic poteſt fieri in ſpiritualib. vt in c. ſtatuimus. de tranſ. ac. c. niſi eſſent. de præb. & c. vlt de rer. permu. Et hoc dum ex vtraque parte datur ſpirituale, authoritate tāmē ſuperioris, vt ſi aliqui litigāt ſuper eccleſijs. & epiſcopus, vel archiepiſcopus cōponat eos iure. Item non valet tranſactio in ſubiectione ſpirituali c. ꝑterea. 2. eo. tit. Subiectio n. eſt ſpiritualeq d; & ideo aliquo dato, vel ꝑmiſſo, ſiue retento remitti non pōt. v.g. Iſte ſubiectus eſt primò abbatiæ tali. ſ. eccleſię S. Petri, nō vult trāſigere, i. dare 30. ſolidos, vel

aliud incerto cenſu, vt ſit exemptus ab abbatiæ ſubiectione, qui cenſus eſt, licet eſſet recognitio debitæ ſubiectionis, c. omnis anima, de cenſ. tamen non valet talis tranſactio propter ſubiectionem. Sed ſi gratis vellet quis aliquam eccleſiam eximere ſubiectã, bene poſſet ex ea annuatim aliquid accipere, nec eſſet ſimonia, c. conſtitutus de relig. domi. vel ſibi conſtituere ſoluendum cenſum in recognitionem dominij, vt in cap. omnis. præall. vel ad indicium perceptę libertatis, vt in c. recepimus, de priui. Item in matrimonio compoſitio, vel tranſactio nõ valet c. ſi. de tranſ. Et no. duas regulas. Prima eſt affirmatiua, quod in omni cauſa criminali, vel in omni crimine, pro quo venit imponenda pęna ſanguinis, licitum eſt tranſigere, excepto crimine adulterij. Ratio huius regulæ, quia vnicuique licet redimere ſanguinem ſuum. Sed ratio exceptionis, eſt frequẽtia criminis adulterij, 32. quæſt. 7. quid in omnib. & de iud. cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. Secũda regula negatiua eſt, quod in alijs criminibus, in quibus nõn venit pœna ſanguinis, non eſt licitum tranſigere, excepto crimine falſi, in quo poteſt tranſigi, ratio regulæ eſt, ne delicta maneãt impunita. Ratio vero exceptionis, quia non poteſt maius crimẽ imponi, quam falſitatis, quod adimit omnem honorem. Et hæc dicta procedunt de iure ciuili. Iure nanque canonico hic non licet tranſigere ſic, quia ibi non venit pęna ſanguinis imponenda. Item tranſigi non poteſt ſuper alimentis, niſi authore Prætore, ff. de tranſ. l. cum hi in ſum. Ergo no. quod quædam ſunt in quib nec compoſitio, nec tranſactio locum habet. Quomodo. n. poſſet fieri per amicabilẽ compoſitionem, diſpoſitionem, vel per tranſactionem, vt vir dimiſſa vxore aliam ſuperinduceret, vel vt monachus talis exiſtens proprium haberet. de ſta. mon. cum ad monaſteriũ, vel vt ſubiectus in ſubiectione perduram, domino non obediret, ſ. in licitis, & honeſtis. In his ergo cum ſimil. trãſactio locum non habetur, vt in c ſi eo. ſtit. Effectus tranſactionis eſt, vt omnia inſtrumenta ad cauſam ſpectantia, ſuper qua tranſactum eſt, & quicquid aliud eſt, quod opem partibus ferre poterat, ſi vacuum, & omni virtute caſſatum, & ſola tranſactio validum perpetuumq; robur obtineat, vt in c. 1. eod tit ſecundum Goff. in ſum. de tranſa.

Tranſcribere, præter illam ſignificationem, quæ omnib eſt notiſſima, modo ſignificat iure ceſſo tradere, i vt in l. ſi vir vxoris, de præſcr. ver. modo transferre, vt in rationibus fit cum id, quod mihi expenſum latum eſt, in aliud nomen transfertur, & nomen meum è rationibus eximitur.

mitur.l. Aliquando ad Senatuſc. Velleia Bud.

Transfuga dicitur, qui tranſit ad hoſtes.

Tranſlata legata dicũtur, quæ teſtator vni legatario ademit, & alij legauit. Nam ſic transfert teſtator auferendo ab eo, cui primum legauerat, & alij dando.

Tranſlatio eſt de ſede ad ſedẽ facta cõmutatio, vt cum epiſcopus de vna ſede ad aliam tranſfertur. Vnde quod hic appellatur translatio, aliter dicitur mutatio, vt 7.q.1.mutationes, vel ſic: Eſt ab vna eccleſia ad aliam regulariter tranſitio. Põt.n. aliquis de minori eccleſia ad maiorẽ tranſferri. Nam qui prouehitur de minore, ad maius prouehitur 93. diſt. legitimus in fi & hoc maximẽ de tranſlatione Epiſcoporũ. Vnde translationum duæ ſunt cauſæ. Prima vtilitas, cum in ſua eccleſia infructuoſus eſt. Secũda neceſſitas, vt cum perſecutionẽ patitur, & hoſtilitatẽ. Et ſunt tres cauſæ tranſitus. Prima leuitas. Secunda cupiditas. Tertia humilitas, de hoc Goff. in ſum. eod. tit.

Trãſlatiue ſignificat ſegniter, & non accuratè, l.1 §. præuaricationem ad Senatuſ. Turp. & l.1. de iu.pat.

Translatiuum edictum, vide in ver. Edictum.

Tranſmigrare eſt de loco ad locum tranſire.

Tranſuectionem, vt ait Bud. in l.2. de in ius voc. hodie, licet barbarè, monſtram vocamus, cum ſequites ſolemniter recẽſentur.

Tranſuerſales dicũtur, qui ex traſuerſo ſiue a latere coniuncti ſunt, vt fratres, ſorores, & eorum earumque liberi.

Trapetum eſt mola olearia, l. ſed addes. §. illud. ff. locati.

Trapezita, i. campſor, vel mercator, 23. di. in nomine Domini.

Trapezophoræ erant menſæ ornatu maximo elaboratæ, quæ effictis imaginib. ſubſtituebantur. Trapezophorarum mentio fit in l 3. de ſupel. leg.

Tremis, ſpecies erat pecuniæ ſignatæ, ſic dictæ, a tertia parte aurei, quam pendebat, vt docet Bud. in l. qua vulgo. de ędi. edi.

Treuga eſt ſecuritas præſtita perſonis, & reb. ad tempus, diſcordia nõdum finita, vt de treu. & pa. c.1. ſed pax, require ſupra in litera P.

Treuga ad tempus facta poteſt appellari pax. c. nouit. ver. poſt remo, & ibi ad hoc no. Pa. in pen. no. de iud.

Tribunal, ſecundũ Gof. eſt locus maiorum iudicum, qui habẽt merum imperium, ſecũdum Az. in ſum. C. de iuriſ. om. iud. vel eſt locus, vbi iudex pro tribunali ſedet, qui alias forus vocatur, ext. de verb. ſig. forus, & eſt gl. in c. 1. de re iud. lib 6.

Tribunus plebis eſt, plebeius magiſtratus, ſic dictus, quia populus Rom. olim erat diuiſus in tres partes, & ex ſingulis ſinguli

tribu-

tribuni creabantur, vel quia tribuni ſuffragio conſtituebantur.

Tribunus quiritum.i.militum erat Rege exacto ante dictatores,qui præfuit equitib. poſtquã partim ex plebe,& partim ex patribus militum creati ſunt tribuni conſulari poteſtate.

Tribuni i. primicerij, l. 2. & ibi gl.C. de off.pri. & qui dicantur tribuni,vide l.off.ff de re mil.

Tributum eſt cenſus,qui preſtatur ratione ſoli proprij a poſſidentib. Dicitur aũt tributũ ideo, quia militib. tribuebantur, qui expeditioni publicę vacabãt, vnde & ſtipendium appellatur, vt ff.de verb. ſign. l. ager. & ff. de publ.& vect.l.1.§ hic titulus ſuper ver.pendant.in gl.

Tributarij dicuntur a tributo, quod a tributione deriuatur.

Tributaria actio. Req.ſup de actionibus.

Tricennium eſt tempus 30. ann.inde tricẽnalis præſcriptio, vt in c.vigilanti.eo.tit.

Triclinium erat locus, tribus cõſtratus lectis, ad diſcumbẽdũ

Triclinaria veſtimẽta ſunt illa, quib. vtimur in cubiculo.l. apud Aufidium,ff.de opt.leg.

Triennium eſt tempus trium annorum, vt in c 1.de præſt. Et inde dicit triẽnalis præſcriptio, quæ cõiter currit in vſucapione.

Triens eſt tertia pars aſſis, quatuor continens vncias.

Trierarchus dicitur princeps nauis.Trieris.n. nauis dicitur triplici remotum ordine inſtructa. l.Seius.ad Senat.Treb.

Trietericum,quod tertio quo quo anno contingit.l.ſeptitia.de pollici.

Triplicatio eſt, quæ duplicationem infirmat,& adiuuat actorẽ Et ſic deinceps quadruplicatio.Req.ſup. Duplicatio.

Tripondius eſt as triplicatus, ſ 36.vnciæ.

Triũuiri capitales dñr,qui carceris habebãt cuſtodiã, quorum interuentu animaduertendũ erat in quos etiã dicimus ſtratores a ſtringendo quia in carcere cuſtodiẽdos,& reos dãnatos puniebãt

Triumuiri monetales dicuntur videlicet æris,& argentij, vel auri conflatores.

Trocleam,inſtrumentum fuiſſe antiquitus, quo prelum releuaretur, oſtendit iuriſ. in l. ſed addes,ff loca.

Trophima merces nutricum.

Trulla inſtrumẽtum eſt, quod vernaculæ linguæ alluſione ſatis intelligitur.Eo.n. in linẽdis muris,& arena gypſoq; inducendis vtuntur, & inde trullizatio ex gypſo inductio, & linitio. Sed apud iuriſ.ff.de aur. & arg.leg.l. & ſi non ſunt. §. argento facto, accipitur vel pro vaſe potorio, vel pro vaſe,in quo ventris onus excipitur & aliter apud Pap.ff. de fun.inſtr l.Tabernæ, cum inquit.Trullæ, quæ circa cœnam ſolent traijci.

T ante V.

TVbi per diminutionē tubuli ſunt canales fictiles, p quos fumus vltra parietē conducitur, quorum meminit Iuriſc.in l.qui dam hyberus, ff. de ſeru. vrban. præd.dum dicit non licere tubulos habere admotos ad parietem communem, & ijdem dicuntur feneſtræ, quibus calor balnei euaporat.

Tugurium dicitur eſſe tectum, quod reb.vrbanis,vel ruſticis cuſtodiendis eſt deputatum, vel dr̄ omne ædificium, quod magis cō petit ruſticis,quam vrbanis ædibus, & dicitur quaſi tuguriū,eo ꝙ tegat,ff.de verb. ſig.l. tugurij.

Tunc ſignificat extremitatem tēporis,l.ſi is legatū. §.ſi ita ſcripſit.ff.de cond. & dem. hoc facit ad quæſtionem notabilē. Si quis ita teſtatur: Si Imper.nō venerit in Italiam infra quinquennium, hæres meus tunc decem det Titio, Imperator moritur primo anno, quæritur an Titius poſſit petere decē: Reſpondetur quod non niſi poſt quinquennium. Ad hoc ſemper allegatur tex.præall. & hoc, qñ tēpus apponitur in conditione poteſtatiua, Si vero in conditione caſuali apponitur ſi deficiat,non expectatur,l. hoc iure. ff.de verb.obl. Fallit niſi addatur dictio tunc, & hinc exceptum eſt, de elect. commiſſa.lib. 6.vbi de hoc.

Turba conſtat decem hominib.l.prætor,ff.de vi bon.rapt.& ſic differt a rixa, quam etiā duo conſtituunt,ut ibi dicitur.

Turpia uerba, id eſt diffamatoria.

Turpium perſonarum appellatione continentur meretrices, l.3. ſi quis a par ſue. manum.

Tutela ſecūdum Azo. in ſum. eſt uis,& poteſtas in capite libero ad tuendum eum,qui propter ætatem ſe tueri nequit,iure ciuili data ac permiſſa,ut Inſt.de ture.§.eſt autem. Vis autem dico de facto, & poteſtas de iure, ut talis ſit tutor, qui propria imbecillitate non impediatur, nec a iuriſdictione repellatur, quales ſunt pupillus, furioſus, & qui perpetuo morbo laborat. Illi n. propter imbecillitatem corporis,uel animi tutores eſſe nō poſſunt. Sed fœminæ quamuis ſciant res adminiſtrare pupillares, & ad id expediendum, uires habeant; tamen a iure inſtitutionum non admittuntur.

Tutela teſtantia eſt, quando pater dat filio tutorem in teſtō.

Tutela datiua eſt, quando nullus datus eſt tutor filio in teſtamento, & non extantib conſanguineis idoneis ad tutelā, iudex ex off. ſuo dat tutorem.

Tutela legitima eſt, quæ defertur a lege,ſecundum quā quādo nullus datus eſt tutor filio in teſtamēto, qui primo loco deberet ei ſuccedere ab inteſtato,

tene-

tenetur ſuſcipere tutelam huius.

Tutelæ actio directa, & contraria, Req ſupra, Actio.

Tutor eſt, qui pupillum, vel pupillam morte patris, vel emancipatione ſui iuris factum, vel factam tuetur. Differt autem a curatore, quia tutor datur impuberi; curator verò puberi, vel adulto. ſ. furioſo, prodigo, ſurdo, muto, & ſimilib. qui reb. ſuis præeſſe non poſſunt. Item tutor quandoq. datur a Iudice, quandoq. a teſtatore. Datur. n a teſtatore, & confirmatur ex decreto iudicis vel præſidis. Etiam datur inuito: ſed curator non niſi volenti, præterquam ad litem. Item tutor nō datur certæ rei vel cauſę, ſecus in curatore, immò tutor principaliter datur perſonæ ſecundariò rebus. Sed curator primò, & principaliter datur rebus, & ſecundariò perſonæ. Et no. quidam eſt tutor legitimus, quidam fiduciarius, quidā teſtamentarius, quidā honorarius. Tutor fiduciarius eſt, qui pupilli emancipati, cuius pater, qui eum emancipauit, tutor erat legitimus, pro patre mortuo tutelam accipit, cum mortis tempore erat in patris poteſtate v. g. Titius duos filios habuit, ſ. Seium & Meuium, Seius fuit maiorennis Meuius fuit pupillus. Seium habuit in poteſtate, & Meuium emancipauit, & ipſe tutor eius erat, & mortuus eſt, eo patre mortuo, Seius frater Meuij pupilli fiduciarius tutor eſt. Emācipatione. n. perit ius agnationis, ne fratris ſui frater legitimus tutor eſſe poſſit, tāquam proximus agnatus, ſed fiduciarius bene, & ſic tutor fiduciarius eſt frater fratris ſui emancipati, vt patuit. Sed ſi pater emancipet vnum de filijs ſuis impuberem, eius eſt legitimus tutor, & mortuo patre filius alter maior fiduciarius tutor appellatur, & dicuntur tutores, quaſi tuitores, atque defenſores, Inſt. de tut. §. tutores, & iſte tutor nō poteſt dari niſi libero, licet ſit caſus vbi ſeruo datur tutor, vt ff. de tut. & cura. da. ab ijs, l. ſi impuberi. 1. reſpon.

Tutores a quib. iudicib. dentur, vide gl. Inſt. de cura. in princ. in ver. magiſtratibus.

Tutor legitimus eſt, qui lege præcipiente pupilli nanciſcitur tutelam, quales ſunt proximi agnati, & cognati Regulariter. n. traditum eſt, ut ſecundum leges ad quem ſpectat emolumentum hæreditatis alicuius pupilli, ad eundem pertinet, & onus tutelæ eius, niſi fortè ſit mulier, quæ bene vocatur ad hæreditatem morientis, non tamen ad tutelam ſuperſtitis, quia tutrix eſſe non poteſt.

Tutor honorarius eſt, qui datur pupillo, vt ipſum defendat a vexationib. aliorum, vel datur notitiæ gratia, vt alios tutores inſtruat. c. venerabilem, de elec. in gl. ſuper verbo aduocatus. Vel honorarius dicitur datus cauſa ho-

noris-

noris, non adminiſtrationis. Et tales non habent onus, vt Reges Principes, comites, barones, quib. committuntur filij cauſa honoris, ideo illorum tutela vacationem non præſtat. Inſt. de exc. tut. vel cu. § item tria onera.

Tutor teſtamentarius dicitur, qui ex teſtamento tutor filio a patre pupilli datur, ſ. qui actu in teſtamento nominatur, & aſſignatur.

Tutor ſuſpectus ſecundũ Az. in ſum. C. eo. tit. dicitur ille, qui morib. talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Non. n facultas, & paupertas, ſed fraudulenta vel callida conuerſatio. in reb. pupillarib. ſuſpectum tutorem facit.

T ante Y.

TYmpanum eſt inſtrumẽtum ad faciendum oleum. l. ſed addes, §. illud nobis. ff. loca.

Tympanum (inquit Nebriſ. in Lexico iuris) margaritæ genus eſt ex altera parte ſpæricum, ex altera planum l. pediculis. ad ff. de au. & arg. leg.

Tyro eſt nouus miles, vt C. de tyro lib. 12.

Tyrociniũ in l. vlt de ædil. edi. Venuleius eleganter prorudimẽto poſuit, vt ibi atteſtatur, Bud.

Tyrus eſt ſerpens venenoſiſſimus, de qu o fit tyriaca magna; Thariacam ſcribunt alij.

Tyrannica poteſtas eſt, cum Rex quoſdam fauoris gratia ſub limat, quoſdam odio, vel inuidia humiliat, & leuib. ſuſpicionibus eum condemnat. 15. q. 7. c. 1.

V ante A.

VAcans poſſeſſio, requiras ſupra poſſeſſio.

Vacantia bona dicũtur ea, quæ dominium non habent, vel quæ fiſco, vel dominio alicuius applicantur. Quod contingit multis modis. Quandoque ſi quis inteſtatus decedit, vel qui teſtari nõ poteſt, vel facit propter quod hęres ſuus ſuccedere non poteſt, uel etiam vbi aliàs de conſuetudine bona alicuius dominio applicantur, tunc dicuntur vacare bona.

Vacillare quid ſit, vide extra de proc. in noſtra, & de cau. poſſ. cum eccleſia, & de teſt. cap. præterea, per Innoc. & alios.

Vacillare dicitur, qui dubitando, & tremendo loquitur, & qui varié loquitur, Ca: din. Zabarel. in c. pręterea circa ſi de teſt. cog.

Vacuam pecuniam dixit Iuriſco. in l. Quintus, depoſi. pro otioſa, & repoſita, & ex qua quis lucrum non facit.

Vagabundus eſt, qui non habet domicilium, ſed hodie hic eſt cras alibi. l. 4. §. prætor. ff. de da. infec. Sed quaſi vagabundus eſt, qui habet domicilium, ſed raró moratur in eo, & vagatur hinc inde. Quomodo conueniant iſti, habetur in c. fi. de fo ro compet. in gl. 1. & ibi nota.

Vale-

Valetudo dicitur infirmitas in vno ſignificatu, c. quoniã freqnẽter, vt lite non cont. per Inno. & Hoſt. in c. fi. de teſt l. 2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautio. l. unica, C. de his, qui morbo excuſ.

Valetudinarij dicuntur infirmi, qui frequenter ęgrotant, uel qui laborant per lucida interualla, vt qui modo ſani ſunt, poſt horam infirmi.

Valetudinarij qui dicantur vi Panorm. in cap. quoniam frequẽter, in 8. col. verſ. 4. quæro, vt lite non conteſtata.

Vari, ſecundum Bud. in l. 1. de ædi l. edic. ſunt qui pedes incuruos, & in ſe contractos habent.

Variare dicitur, qui primò dicit unum, deinde cõtrarium nulla aſſignata cauſa uariationis. Cõtradicens uerò dicitur, qui ſimul duo incompaſſibilia, ut ſe inter fuiſſe contractui, & ſe eadem die fuiſſe alibi in loco incompaſſibili. Cardin. Zabarel. in cap. præterea, circa finem, de teſtib.

Varicoſus dicitur curuus, à uarice neruo cõtracto, quia neruus in ſenectute reddit hominem uaricoſum, & curuum, uel eſt, qui modo huc, modo illuc uadit, ut ſtultus, l. uaricoſus, ff. de ædil. edi. Melius eſt uaricoſos appellari eos, qui laborãt uaricib. quæ ſunt noxiæ uenulæ in cruribus, quæ propter atram bilem turgeſcunt & ferro aduſtioneq; curantur.

Variè aliquando exponitur, i. uarijs in locis, §. hæc conſiderant aut ut omnes obe. iudicib.

Vaſallagium ſecundum Spec. in tit. de feud. idem eſt, quod homagium. Quod. n. in Francia dicitur homagium, in Italia dicitur uaſallagium.

Vaſallus eſt feudatarius, & ſecundum uulgare prouincialium nobiles feudatarij uaſalli dicuntur, plebeius uerò homo medius nuncupatur ſecundum Spec.

Vaſa ſi cui legata ſint, quæ uaſa ueniant in legatum, diffusè tractat Iuriſconſ. in l. & ſim. §. ſed ſi cui, de aur. & arg. leg. Nam uaſorum appellatio generalis eſt, ut ibi dicitur.

Vaſa irę ſunt omnes peccatores, ut 33. q. 4. Nabuchodonoſor, ubi dicitur, uaſi iræ nunquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum.

Vaſa uinaria, Require in uer. Vinaria.

Vaſcularius eſt, qui uaſa facit aurea, & argentea, Bud. in l. apud Labeonem, de præſcriptis uerb.

Vates modò ſacerdotem, modo prophetam, modo poetam ſignificat. 21. di. cleros poſt col.

V ante B.

VBaldini ſunt homines certi, & ſignanter clerici, uel canonici turrę, uel eccleſię alterius de quib. in l. 1. c. de col. illicit. ubi dr̃, quod collegium Vbaldinorũ non põt conſtituere ſyndicum.

V ante E.

VE, pro & ponitur interdum, vt in l. ſi fundum, ſub conditione, §. his verbis, ff. de leg. 1.

Ve in compoſitione ſignificat priuationem, vt vecors, & veſanus, qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſt. l. malum, de verb ſig.

Vectigal eſt tributum, quod præſtatur de rebus, quæ vehũtur uel de omnibus negotijs manuũ a uehendis mercibus dictum Idẽ eſt quod naulum, ff ut de publ. & ctig. l. 1. §. hic titulus, & ſecundum Azo. in ſumma, C. eod. tit. uide ſupra.

Vectigales agri appellantur, quæ ciuitatum ſunt, & mancipibus ita locantur, ut certum uectigal. Reipub. pendant.

Vector eſt partitor qui uehit. Et uectores ſunt non ſolum, qui vehunt, ſed etiã qui uehuntur in naui, ſecundum Azo. in ſum. C. eod. tit. & ff. ad l. Rhod de iac.

Vectores poſſunt dici ſiue habeant merces, ſiue non, dum tñ operas ſuas magiſtro nauis exhibeant ad nauigandũ. Et ſunt quinque nomina, quę pręſtant actum & paſſionem, ut hoſpes, zelotypus, &c. Require ſupra A.

Vectura. i uectigal, ſiue naulũ.

Vegetari pro recreari. l. 1. C. de cuſto reo.

Vehiculum ſecũdum leg. 12. tabul. eſt uia octo pedum per rectũ, ex tranſuerſo in anfractu ſexdecim, quod non eſt neceſſarium in actu, Ius trahendi ligna lapideſue permittitur habenti actũ, ſed non hñti uiam, niſi ſpecialiter conueniſſet de hoc, ſup. in uer ſic. Actus, & infra in uerſ Via.

Vel etiam ponitur pro & interdum, ut in l. ſæpe, ff de uerbo. ſign. l cum quidam, C. de uerbo. ſig. etiam ponitur alternatiuè, ut in e. inter cæteras, de reſcrip.

Velum eſt quadruplex, ſ. conſecrationis, ordinationis, prælationis, & profeſſionis. Profeſſionis ſuſcipitur a uirgine, uel corrupta, cũ profitetur de altari, uel de manu, in 20. anno ad minus. 20. q. 1. c. 1. & ea cau. q. 2. puella conſecrationis imponitur in 25. anno ut ea cau. q 1. placuit, & 77. diſt. placuit. Poteſt autem conſecratio uirginum fieri in die Epiphaniarum, in albis paſcalibus, id eſt tota ſeptimana paſchali, in Apoſtolorum natalibus, niſi ſint graui languore detentæ. Tunc enim alijs temporibus poſſunt, imò etiam alijs præcipuis feſtiuitatibus, & diebus dominicis, ut cap 1. de tempor. & quad ordi. Viduas autem nullus Pontificum uelare præſumat. 20. quæſtio. 1. deuotis, in fin. ſed ipſęmet Velum ſuſcipiant de altari. 27. quæſtio. 1. uiduas, quæ capitibus ſuis imponant. capit. prælatum, de his quæ ui, metusue cau. ſina. Velum autem religionis, uel ueſtem religioſam de manu presbyteri ſumere poſſunt, 20. q. 1.

Vidua. Secus de uelo conſecrationis, quod ſolenniter à ſolo epiſcopo ſoli uirgini datur, ſolẽnibus diebus. Tertium eſt uelum ordinationis, quod olim dabatur diaconiſſis in 40. ann. 20. q. 1. ſanctimoniales, 20. q. 1. diaconiſſam. Quartum eſt uelum prælationis, quod olim debatur abbatiſſis in 40. anno. 10. q. 1. iuuenculas.

Venaſitiarij ſunt, qui quæſtus cauſa uenalitiarum rerum negociationem exercent, quos uulgò appellamus reuenditores. In iure autem uenalitiarij intelliguntur ferè ſemper mangones, quia uenalitia id eſt ſeruos uenales expoſitos ipſi emere præoccupant, ut charius uendant l. mercis, de uer. ſig. ubi Ale.

Venalitiæ res ſunt quæ in uſum indigentium uenales proponuntur.

Venatio quid ſit, habes ſecundum Goff. in ſum. tit. de cle. uena. Eſtq. triplex, ſ. oppreſſiua, arenaria, & ſaltuoſa. Oppreſſiua eſt hominum, de qua dicitur; Cœpit Nembroth eſſe robuſtus uenator coram Domino. i. extinctor, & oppreſſor. Et ſic uenator eſt hominum exactor, & oppreſſor, qui aliquem uenatu opprimit. Arenaria eſt quæ fit in arena, ut cum quis locat operas ſuas, ut pugnet in arena cum aliqua beſtia dẽtata, hanc qui exercet, peccat grauiter, niſi eam exerceat gratia uirium experiendarum, ut ff. de poſtul. l. 1. §. item ſenatus, & 3. q. 7 tria. uer. infames, circa princ. & de hac loquitur. 86. diſ. qui uenatoribus, cum duobus c, ſequen. Saltuoſa eſt, quæ fit in ſyluis, & ſaltibus ad capiẽdas feras, & hæc eſt licita, ſed illita ex tempore, & perſona Ex tempore, ut in quadrageſima, & ſabbatinis noctib. 36. diſt. an putatis. Ex perſona, ut in cler. in quo tamen diſtinguendum eſt, quoniam epiſcopo ſemper eſt illicita. 33. diſtin. quorundam. Alijs uerò clericis licita eſt cauſa neceſſitatis, utilitatis, & recreationis, cum retibus, laqueis, & canibus dum fit cum ſilentio, & modeſtia. Nam etiam monacho licet texere lina pro piſcibus capiendis, ut de cõſecr. diſt. 5. nunquam, uide Goff. in ſum. de cle. uena.

Vendere eſt rem pro certo pretio dare.

Venditionis uerbum, ſæpè inuenitur poſitum pro emptione, ſicut & ex contrario emptio pro uenditione. l. ueteres, de cõtrah. empt. Imò in l. 12. tab appellatione emptionis, & uenditionis continebatur omnis alienatio. l. ſtatu liberi. de ſtatuliber.

Venditio in aſsẽ apud Modeſt. in l. filius, quib mo. pig. uel hyp. ſolui accipitur pro in ſolutũ datione, cum quis tãti rem pignorauerit, quãti uendi poterat, & ideo eandem dat creditori in ſolutum imaginaria uenditione, quæ per æs, ſeu ſeu aſſem, & libram fiebat author Alc. in Parer. lib. 2. c. 33.

Venditi

Venditi actio, Require ſup. Actio venditi.

Vendicare eſt coram iudice dicere, vel intendere rem eſſe ſuã, vel allegare, vt quando quis dicit, hæc res eſt mea, & eſt idem, quod intentare, i. ad hoc ſolum intendere, vt res ſua declaretur, & ſibi dominium applicetur.

Venenarij ſecundum Alc. lib. 4. de verb. ſig. ſunt, qui aliquem veneno neci dederunt, eiuſque criminis ſunt rei.

Veneni appellatione continentur, quæ non ſolum nocent, ſed etiam medicamẽta ſalubria, & ideo mentionem faciens veneni, adijcere debet vtrum bonũ ſit, an malum l. qui venenum, de verb. ſign.

Venia ætatis dicitur beneficiũ, ſeu permiſſio, vt qui minor eſt, habeatur pro maiore, & talis indulgentia datur mulieri in 18 anno, viro autem in 20 l. omnes, C. de ijs, qui ve. æta. impe.

Venire, id eſt vendi, vt in l. Fulcinius, §. ſi in diem, ff. quibus ex cau. in poſſeſſio. ea. cum ſimilib. Eſt enim verbum neutro paſſiuum, ſub voce neutrali ſignificans paſſionem, vnde Exulo, &c. Et differt venire a venio, & venire a veneo, vnde.

Si vis venire, debes cras mane venire.

Venire diem debiti, eſt poſſe pecuniam petere.

Veniſſe ad aliquem id ſolum intelligitur, quod remanet deductis oneribus, l. veniſſe, de verb ſign.

Venter, require ſupra, Mitterę in poſſeſſionem nomine vẽtris.

Vepres dicuntur ſpinæ, quæ ui prehendunt, & lacerant carnes, & ueſtes, ſecũdum Io. And. in clem. dudum. de ſepu.

Verbum in larga ſignificatione ponitur in iure pro qualibet parte orationis à verberando dictum, eò quod aerem verberat, ut dicendo in gl. ſuper uerbo inſtitutio, ſuper ver. uelociter, & uerbo infra, & cætera. Non ergo capitur hic uerbum, ſicut in Io. c. 1. In principio erat uerbum, & ſicut in Donato, Verbum eſt pars orationis, prout eſt diſtincta ab alijs partibus orationis, ſed ſignificat dictionem cuiuſcunque partis orationis.

Verbis dicitur obligatio contrahi per ſtipulationem, vt Inſt. de uerb. oblig. in princ.

Verbis coniuncta quæ dicantur, req. ſupra in uer. Cõplexus.

Verna eſt ſeruus ex ancilla in domo natus; inde dicitur uernaculus, & eſt paruulus ſeruus, diminutiuum. ff. de leg. 3. l. ſeruis. §. ſi. & de rei uen. l. cum ſuper.

Vero quandoq; ſtat incœptiuè, quando nõ præcedit materiã cui iungatur ſequẽs, ut de elect. ſuper eo uerbo. Quandoque aduerſatiuè, de hoc in authentica de hæred & fal. in prin. coll 1.

Verſicolores appellat Vlp. in l. ſi cui. §. 1. de leg. 3. lanas, quæ

natiuum colorem mutarunt, ſiue cocco, ſiue purpura, ſiue quo alio colore infectæ ſint.

Verſum in rem alicuius quid dicatur, perſpicue apparet ex l. 3. ff. de in rem verſo. & ex. §. præterea. Inſtit. quod cum eo, qui in alien. pot.

Veruex dicitur ab inuerſis teſticulis. Eſt enim mas inter oues, cui inuerſi ſeu adempti ſunt teſticuli. Iu. Sat. 3. Sutor, & elixi veruecis labra comedit, cuius memi nit Vlp. in l. 1 §. 1. ff. de abige. licet quidam verbicē legant, & malè.

Verum vſurpari pro iuſto no. gl. in §. ſemel, Inſt quib. ex cau. man. non lic.

Veſanus dicitur, qui ſine ſanitate eſt, ſicut vecors ſine corde, vt ff. de verb. ſig. l. malum.

Veſpertiliones appellari in iure Alc. ait, qui ne creditorib. ſatisfaciant, la, & ad veſperas tantum exeunt, vel quia rationes conturbauerunt.

Veſpillo, vt interpretatur Nebriſſen. dicitur is qui veſpertino tempore effert defunctos paupe res ſine pompa funerali.

Veſtiarij ſunt, qui veſtium exercent negociationem.

Veſtiarium, quod pro veſtitu impenditus, vel datur.

Veſtibulum ſecundum Azonē eſt locus ante oſtium vtriuſque domus, vel primus aditus, ſeu in troitus, vel porticus, &c. & tectū e..t, quo, vt veſtimento, tegitur h..no, vel dicitur ab aue, i. ſalutatione, quæ fiebat ibidē ſtantib

Veſtigatores venatores ſic dicti à veſtigijs ferarū ſequendis, l. quæſitum, de fun. inſt.

Veſtimentum dicitur omne illud, quod induimus.

Veſtimenta interpolata, dicūtur veteres veſtes iterum politę.

Veſtis, idem quod veſtimentum, l. veſtis, de aur. & ar. leg.

Veſtis virgata vel partita, & de caligis ſcaſatis habetur in cle. 2. de vita, & hon. clericorum.

Veterana mancipia ſunt, quæ anno deſeruiunt, l. vlt. de publ.

Veterani ſunt milites emeriti, i. extra militiam propter ſua merita poſiti. C. de vet. in rubr. Et in legenda S. Martini vbi dicitur, ꝙ Imperator præcipit vt veteranorum filij ſcientijs militaribus implicarentur.

Velus, & veteranum quid intelligantur, vide tex. de ele. c. generali, *lib. 6* & Albe. ſuper uer. nunc uideamus quanto, C. quæ ſit longa conſuetudo.

Veteratores ſerui ſunt, qui diu ſerui fuerunt & iam in ea cō ditione quaſi callum fecerunt & ita crebrius ſumitur in iure nonnumquam tamen & aliter accipiuntur, ut annotauit doctiſſimus Alc. lib. 4. de uerb. ſign.

Vetus ius, req. ſupra Ius.

Vetus uinum dicitur, quod nō eſt nouum, & anni prioris uinum appellatione uini ueteris continetur, l. uetus, de uino trit. & ole. leg.

V ante

V ante I.

Via eſt ius eundi,ambulandi, uehendi,uehiculum, & iumentum ducendi, ita ille,cui cõpetit ius uiæ, poteſt illa facere; differt ab actu, quia plus cõtinet uia,quam actus. Nam uia iter & actum in ſe continet. Item eo cõtentus eſt actus, ut iumentum agat quis, & ſi non uehiculum. Plus enim uehiculum occupat quam iumentum. In uia neceſſarium eſt utrumq; poſſe agere. Item uia habet ius trahendi lapides, ligna uel trabes, & ferendi erectam haſtam, quod nõ habet actus niſi de hoc ſpãliter conueniſſent, licet a tergo ducere uellet,non in collo, quod potius ũ rigoroſum,quam æquum. Item uiæ latitudo ad uehendum uehiculum,ſi latior,uel anguſtior nõ deſignetur per contrahentes l. 12.tab.diffinitur, ſ. octo pedum per rectum,ubi uia eſt recta,non tortuoſa, ſed in anfractu 16 pedum,i. ubi reflexa eſt, quod in actu non oportet. Vide ſupra uehiculum. Viarum autem quædã ſunt publicæ, quædam priuatæ, quædam uicinales, ut eleganter perſequitur Iuriſconſultus in l. 2.ne quid in lo. pub. & in l.ult. de loc.& itine.pub.

Viam aperire, eſt ad ueterem altitudinem,latitudinemque reſtituere,l.1.de uia pub.

Viaticum eſt merces itineris, l.Titio.ff.ad muni.Item expenſę ſtudiorum.l.ſi longius.§.ſi filius ff.de iu. Aliquando ſumitur pro corpore Chriſti.c.quod in te extra,de pœn.& remiſ. & c.qui receperunt.26.q 6.

Viatores erant, qui magiſtratib.præſtò erant §.tripli.Inſt.de act. & l.magis.§.ne tamen,de rebus,eor.qui ſub tut.

Vi bonorum raptorum, uide ſup. Actio ui bonorũ raptorum.

Vicarius ſecundum Goff eſt, qui uices alicuius gerit, ſiue in officio contentioſo, ſiue in non cõtentioſo,ut C de off.eius, qui ui alle. gerit, per to. & de offic. Archi c.1. & de off. Archipresb. c.1. in fi. & ſciendum quod illi uicarij,de quib. in legib. ſub illa rubrica poſitis tractatur,ſunt nõ delegati,ſed ſubdelegati, uel ordinarij iudices. Nam eligebãtur in certum tempus,quod ordinarijs erat præfixum; ut ipſi uices ordinariorum præſentium,& ut uentium ſupplerent. Erant alij, gerebant uices mortuorum, & abſentium,qui & ſuffraganei appellabantur, hi omnia poterant agere, quæ pertinebant ad iuriſdictionem,præter ultimum ſupplicium, & membri abſciſſionẽ, ut C.de offic.uic.l. 2. & uicarius eccleſiæ eſt presbyter, qui uice principalis rectoris deſeruit eccleſiæ. Et ſunt quatuor ſpecies uicariorum. Quidam ſunt perpetui ad parrochiales eccleſias conſtituti, ut in c. G. per-

petuus de fide inſ. & c.extirpandæ, de præb. Quidam non perpetui, ſed ad aliquos actus conſtituti, vt teporales, de quib. in c.peruenit, de app. & iſti dñ mercenarij. 7 q.j. nihil. Quidam ſunt ſpeciales, non ad cură, ſed ad certũ locum articulum, vel actum conſtituti. de quib. c tua de off. vic. Quidam nec perpetui, nec ad curam, nec ad certum actum, ſed generaliter dantur ad omnia; vt vicarius iu curijs epõrum, de hoc gl. optima in cle quæ de eccleſijs de off. vic. Et vide in lect. Inn. Itẽ vicarij dicũt illi, qui vt cuiuſcunque vicem compleant vel gerãt, ſunt conſtituti, vnde vicarius dicitur quaſi vicem gerens.

Vicariuus ſeruus, vide Seruus vicarius.

Vicecomes, ſm̃ Spe. eo. tit. ẽ ille, cui dñs temporalis committit executionem iuriſdictionis ſuæ in aliquibus caſtris, & ſic talem vocant vulgariter Lõbardi, & ali qui in patrimonio Beati Petri.

Vicedñs ſm̃ Spe. eo. tit. propriẽ ſecundum iura eſt, qui præeſt reb. epiſcopa. li. 70. diſt. colonus.

Vicini, ſecundum Bart. in l. ſi tertius, ff. de aq. plu ar. dicuntur, quouſque uox hominis exclamãtis audiri poteſt. l j. §. eodem autem tecto ff. ad Silla. Et intelligitur de uoce communi, non nimis gracilli, nec nimis tubali, ſicut uox tauri. Etiam dum clamans medio modo ſit, nec in tecto, nec in apice turris, nec in cellario.

Victimarij (inquit Bud. in l. ult de iu. immu.) in comitatu caſtrenſi erant ob hoſtias, quę in ſacrificijs cædebantur.

Victores ſerui ſunt, quos quis habet uictus parandi gratia.

Victus nomine intelligitur omne illud, quod neceſſe eſt homini ad uiuendum.

Veſtis uicem habet uictus ff. de uer. l. ſi uictus, & l. duos.

Videtur, eſt uerbum fictionis. ut ff. de ui & ui ar l. 1. § deiecille, & per Bart. in l. ſi is qui. ff. de uſu. & gl. in uer. habere uñr c. non minus, de immu. eccle.

Videtur interdum eſt ſignũ ueritatis, non fictionis. l. ſeruum filij. §. ſi quis rem. ff. de leg 1. Et qñque uř ſignificare ſententiam diffinitiuam, ut c. prçterea, requiſiti, de app. & reſpõdetur de iure per ipſum, ut c. 1 de iud. lib. 6.

Vidua eſt non ſolum illa, quæ deſit eſſe nupta, ut in c uidua. 34. diſ. uerum & propriè eſt illa, quę nunquam fuit nupta, uel quæ non habuit uirum. l. malum, de uerb. ſign. Et dicitur uidua, quaſi uiro priuata, uel ſine dualitate. Dicitur etiam uidua, quæ maritum habet inutilem, i. damnatum ad perpetuos carceres, gloſ. ſolennis, & ſing in l. fin. in uerbo orbitatis, C. ad l. Fab. de plagiar. per quam no. ibi Bald. quod priuilegia data uiduis, dãtur inutiliter nuptis quod uerbum dicit don. Iaſ. in l. ſi qui pro emptore, in 3. colum. uer. adde Io. de Lig. ff. de uſucap. & con-

& confirmari poteſt ex tex. in c. 2.§.ſed neque,illud extra de trāſlat.epiſ.vbi Pōtifex dicit, quod ſecundum cōem vſum loquendi eccleſia dicitur eſſe viduata ſponſo,quę habet epiſcopum inutilē, & gl.in c.ad monere, in 1.gl.vbi dicitur:Si re priueris,nec nomen habere mereris.33.quæſt.2.

Villa eſt locus ruralis, iude in villa natus dicitur villanus. l.is quis.ff.de verb.ſign.& differt villa è vico.l. vrbana prædia. ff.eodem.tit.

Villæ dicuntur ædificia ruſtica, & villa ponitur pro ciuitate, de cenſib.venerabili.

Villici dicuntur vel ſunt qui ad villam mittunt, vel ſunt, qui villis morantur. Item villicus eſt gubernator villæ: vel qui prę eſt toti rei ruſticæ, vt inquit P..u. in l.ſi cum villico. ff. de inſtitut. actio.

Vinacea in l. ſi quis vxori. de furt.pro granis vuarum, cum ex eis vinum expreſſum eſt.

Vinaria propriè ſunt torcularia,ſeu dolia, vel certa vaſa vini, quæ etiam ad alium vſum transferri poſſunt, & tandiu vinaria dicuntur, quamdiu unum habēt, vt ff de verb. ſign.l.vinaria.

Vinarij dicūtur ebrioſi. Etiam vinarius eſt hortus,vbi creſcit vinum. l.ædiles.§. prædium. ff.de ædil.edi.

Vinea, locus vitibus conſitus, l.certo vbi hl.de ſer. ruſt.præd.

Vinearij horti,qui vineas hēnt l.vrbana prædia, de verb.ſignifi.

Vinctus propriè non dicitur, qui detinetur in carcere, niſi & vincula eius corpore adhibita ſint.l verum,de verb.ſignific.

Vinculorum appellatione tā publica,quam priuata vincula ſignantur.l.uinculorum, de uerb. ſign & propriè loquendo nemo in uinculis eſſe dicitur, niſi cuius corpori uincula ſint adhibita, d. l.verum de uerb.ſig licet latè, & per interpretationem etiam ſimpliciter incluſi in aliquo loco, pro eo habeantur,ac ſi in uinculis coercētur,l.ſuccurritur, ff.ex quib. cau.maiōr.

Vindiciæ dicebantur ius poſſeſſionis,quæ diſceptabatur, pendēte iudicio,penes quem ex litigantibus res,quę uendicabatur debe ret remanere, interprete Alc.

Vindicta dicitur modus manu mittendi, & dicitur a uindicta Prætoris uirga, qua ipſe caput ſerui tāgebat hęc uerba ſolemnia dicens,Aio te liberum more Quiritum Vnde Perſius.

Vindicta poſtquā meus a prætore receſſit.

Vindicta ſecundum alios eſt ipſa libertas, quæ apud iudicem datur ſeruis a uindicto ſeruo uitelliorum; qui uindicauit ciuitatem R. cōiurationem dominorū ſuorum contra Remp.factam detegendo, propter q apud conſilium libertatem conſecutus eſt ſiue libertate a populo donatus, & ſic poſtea obtentū eſt, ut o...nis

nis illa libertas quæ a populo da tur, vel a magiſtratu qui vicem populi gerit, dicatur vindicta. Hæc Az.in ſumma,C.de vin.lib. & apud conſ.manumiſſione.

Vini appellatione quid contineatur,ſatis ſuperq;liquet ex titulo,de trit.vi.& oleo legat.

Vinitor ruſticus vinearum cultor appellatur,& de eo loquitur Vlpian. in l. inſtrumenta fundi. ff.de fundo inſt.licet aliqui mendosè legant monitor.

Vinũ abſynthiacum eſt ex melle,& abſynthio confectum.

Vinum picenum, & tyriacum dicitur a locis. 14.q.3.plerique.

Violator eccleſiæ dicitur,quicunq. ipſam eccleſiam fragendo oſtia,capiendo res ſuas, & inuadendo,priuilegia ſua non cuſtodiendo,vel corrũpendo,offendit

Vir,& vxor illi dicuntur, qui matrimonium contraxerunt per verba de præſenti, de futuro ſpõſalia.Require ſupra, Sponſalia; quandoque tamen dictio vir, refertur ad omnes maſculos, licet non duxerint vxorem cuiuſcunque ætatis ſint, vt no Bar.in l.ſeruus,de lega 3.vbi vide.

Vir bonus dicitur iudex, gloſ. not.in c.potuit, in ver.ſceleri.ad fin.de loc.l.continuus, §.cum ita ff.de verb.oblig.

Virginitas eſt in carne corruptibili perpetua corruptionis ettitatio.

Virilis portio intelligitur æqualis,qñque tñ complectitur totam,& ideo ſi Titium, & Seium hæredes inſtituam in viriles partes, alter autem eorum non poſſit ſuccedere alter capax habebit totum,l.virilis,de verb.ſig.

Viriolæ inter mulierum ornamenta enumerantur in l. argu.§. mulieri.ff.de aur. & arg.leg.iuncta l.fin.§.fin.eo.tit. & eſt diminutiuũ a viris,quę minores annulos,quos vulgus corrupto vocabulo vergelas nũcupat,ſignificãt

Virtus ſecundum Philoſophũ 2.Ethi.eſt, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit, & dicitur quaſi virum tuens, a vitijs præſeruans,de pœn.diſt.2.illa anima.& cap.ſeq.& not.Ioan. And. in clem. 1. de ſum. Trin.& fid.cathol.

Virtutes theologicæ ſunt tres fides,Spes, & Charitas, c quia paſſus,de conſec.diſt. 2.

Viſitatio quomodo, & quando fiat per Archiepiſcopum, & quæ crimina punienda ſint, & in quibus procuratio fiat, vide c.1. de cenſ.lib.6.

Vis eſt rei maioris impetus, qui repelli non poteſt,vel cui reſiſti non poteſt, ſupple commodè,ff.quod vi,metuſve cau. ſi.l.1. & 2. & quot modis ſumatur, & quot actiones, vel interdicta introducat, no.in cap. ad audientiam, eodem tit in gloſ.1. cuius gloſ. effectus infra patebit. Eſt generalis quandoque, vnde ſecũdum Goffr. & Azon.eodem titu. Vis eſt quintuplex, ſ.impulſiua, ablati-

ablatiua, expulſiua, & turbatiua, & inquietatiua, uide ſequentia.

Vis ablatiua eſt rerum mobilium, & hæc inducit actionem ui bon. rapt. in rebus mobilibus. Eſt enim circa mobilia tantum, ut ff. de ui, & ui arma. l. 1. §. ſi fundus, §. 2. & Inſtit. ui bon. rapt. §. ſed nedum talia. Per illam enim alicui bona ſua, uel res ſuæ uiolenter rapiuntur.

Vis compulſiua eſt, per quam compellitur quis ad faciendum illud, quod non faceret, ſi eſſet liberi arbitrij, nec cõpellitur, qui imponit neceſſitatem contrariã uoluntati ſpontaneæ: & ex hac ui oritur actio, quod met. cau. au. ff. eo. tit. l. 1. in fi.

Vis expulſiua eſt, quãdo quis eijcitur poſſeſſione ſua, & ſecundum iſtam inducitur interdictũ; Vnde ui, & eſt tantum rerum immobilium, uel de his, quæ immobilibus cohærent.

Vis turbatiua eſt, quando quis turbatur in poſſeſſione ſua, quæ inducit interdictum Vti poſſidetis in reb. ſoli, ſed in reb. immobilib. inducit interdictum Vtrobiq;, cũ duo ſe poſſidere contendunt eandem rem.

Vis inquietatiua eſt, quę introducit interdictum. Quod ui aut clã. Et dicitur inquietatiua, quia non ſinit uti alium re ſuã quietẽ, ut arare, uel aliquid facere, uel quando alter uult alio inuito aliquid ædificare in ſuo ſolo, uel fortè iam ædificauit. Nam diſtinguitur in hoc interdicto, an iuſtè, uel iniuſtè fecerit, ut ſi euis a me prohibitus, uel putans ſe prohibendum, quid in meo faciat, ſi uė ius faciendi habuerit, ſiue nõ ut ff. quod ui aut clam. l. 1. Et dico ſecundum Azo. in rub. quod metus cauſa, quod accipitur hic uis prout nullo mõ poteſt ei reſiſti, ſed in rubrica, de his, quę ui metuſue cau. fi. accipitur prout poteſt, reſiſtit, licet cum periculo, & eſt compulſiua, hæc ibi. Item eſt quædam uis publica, quæ fit cum armis, quędam priuata, ſine armis, de ordine cognitionum, cum dilectus, in gloſ. 7. Item uis maior dicitur impetus rei, cui reſiſti non poteſt, ut ſupra dictum eſt de his, quæ ui metusve cauſa fiunt, ad audientiam, in gl 2.

Vis maior quæ dicenda ſit, cu ius meminit Caius in l. ſi merces. §. uis maior pulchrè Bud. id l. ex conducto. §. ſed & ſi labes, ff. locati & cond.

Vis negatiua eſt, quando res alicuius inquietatur.

Vis publica eſt, quæ fit cum armis, ſed priuata, quæ fit ſine armis. Iuſt. de publ. iud. circa fin. in §. item lex Iul. de ui priua. Vnde uis priuata reum deponit ab ordine rerũ id eſt mulctabit in tertia parte bonorum. Sed deportatur. cum uis armata probatur ut in gl. 1. c. 2. de ord. cog.

Vis, ſiue metus cadens in conſtantem uirum, eſt metus pœnæ, uel cruciatus, ſiue amiſſionis om-

omnium bonorum, & iſta excuſat, niſi poſtea conſenſerit, vt in c.de illis, 2. deſpon. Alia eſt vis vel metus non excuſans, quæ nõ cadit in conſtantem virum vt in c. veniens, & c. conſultationes, e.tit. Et no. quod poteſt quis vim vi repellere, vt c. ſignificaſti 2. de ho. & c. ſi verò, de ſent excõ. & diſt. 1. ius naturale, l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi arma l. ſcientiã, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aqu. Et hoc verum, ſi repulſio fiat incontinenti non ex interuallo, vt l. idem eſt, §. cum igitur, ff. de vi, & vi arma Dicit autem ſic fieri incontinenti, quando fit in flagranti crimine, hoc eſt, donec animus continuus durat, & non diuertit ad alios actus, vt §. vim vi. præall. Secundo debet fieri cauſa defenſionis, non offenſionis vel vlciſcendi, vt §. pe. in l. ſcientiam, præalleg. Tertio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, C. vnde vi. l. 1. & c. vt fama, §. vlt. de ſent. excom. Et datur ibi talis concluſio, quod iſta defenſio eſt vera, & iuſta, quæ fit tantum, & tunc quantum, & quando eſt opportunum, vt in gloſ. l. 1. C. vnde vi. præalleg. tamen ſi defendens modum excedat non ex propoſito, non tenetur, 23. q. 3. non inferenda. Alan. & Ioan. diſtinguunt, aut vis fit perſonæ, aut rebus, de hoc vide gl in c. ſignificaſti, præalle. & c. dilecto filio, de ſent. excom. lib 6. & in c. ſignificauit, de pœn. & re. vbi conſideratis circumſtantijs imponitur pœnitentia arbitraria illi, qui defendendo modum exceſſit. Quarto poteſt fieri, quando habet iuſtum timorem offenſæ, puta per minas alicuius, qui minas exequi ſolebat, aut per occurſum. Non enim oportet expectare quouſque detur primus ictus, quia talis poſſet eſſe lethalis.

Vitæ hominis tempus longiſſimum eſt ſpatium centum ann. l. fi. & ibi do. Iaſ. in 7. not. C. de ſacroſan. eccl. Adde quod homo poteſt viuere centum, & 20. annis, vt eſt text. in § r. & ibi not. Ang. in auth. de mo. popit. d. Iaſ. in d. l. fi. in fi.

Vitium eſt perpetuum corporis impedimentum, l. inter ſtuprum, de verb. ſign vbi ponitur differentia inter morbum & vitium, ſed Sabinus in l. 1. de ædil. edi. vitium etiam ad animum referri ait.

Viuarium dicitur indago, vbi feræ ſunt incluſæ, vel dicitur locus, in quo piſces ſeruantur, vt ibi viuant ſecundum Io. Andr. in cle. ne in agro, de ſta. mon. Et differunt viuarium, ſaluus, foeſta garena, inſula, &c.

Vix quandoq; denotat affirmationem. Nam quod vix fit, fieri tamen dubium non exiſtit, vt c. 2. de cognat. ſpir. lib. 6. ff. de iu. l. vix certis ex cauſis, & 15. q. 1. meritò quæritur. Quandoq; etiam generat negationem, i, nullo modo, vt ff. de leg. 1. ſi ſeruus legatus,

tus. §.qui quinque. Sic etiam dicitur: Vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, 61.diſt.miramur.

V ante .L.

VLtra aliquando ponitur temporaliter, 32 q 5. ſi Paulus, ff. pro ſocio l cum duob. §.idem reſpondit. Aliquando notat modicum tempus, extra.de dila.c. literæ. Aliquando includit. C. de non nu.pec.l.cum vltra, de vſur. l.eos, & l.cum allegas, de col.filiam, & de inoffi.teſt.l 2. Aliquãdo taxat. C. de iu.l. properandũ circa prin. Item adde, quid vltra importet in teſtamento Bar.in l. Cælius, ff de vſur.

Vltro citroque perinde valet quaſi dicas, vtrinq; ſine hinc atque illuc.l.Labeo, de ver.ſign.

V ante N.

VNanimiter, vide extra de cau.poſ cum eccleſia, de elec.c.cum dilectus, & c.in cauſis & de conceſ. præb. poſt electionem, & de poſtu.præla.c.vlt. Itẽ adde, quod vnanimiter factũ dici poteſt; quod factum eſt a maiori parte capituli, ſeu collegij aliquib. contradicentib. ita colligit d Ari.in c.ad aures, ext. quod metus cau. adde etiã Barb poſt alios in c. cum eccleſia Sutr. de cau.poſ.& propr.

Vncia eſt duodecima pars aſſis vt nati ex concubinis in domo, ſuccedũt in duab.vncijs, i.in duabus partib.duodecim partium aſſis, ſi alij legitimi non ſuperſũt. Cætera nomina aſſis, require ſupra As.

Vncia ex octo drachmis conſtituitur, vt no.per gl.in l.1.C.de metallis, & metal.lib.11.

Vnde agnati; & vnde vir, & vxor require ſupra, Bonorũ poſſeſſio.

Vnguenta appellantur non ſolum quib. vngimur cauſa voluptatis, ſed etiam valetudinis, l.in argento de au. & arg.leg.

Vniones, i.margaritę, l.ſi quid §.1.ff. de fur.& ibi nõ.& l. apud Celſum, §.item quæritur, ff.de do.excep.

Vniuerſitas, ſecũdum Azo.in ſum. quod cuiuſq; vniuer. nom. eſt plurium corporum inter ſe diſtantium, vno nomine ſpecialiter eis deputato, collectio. Adde, quod triplex eſt vniuerſitas, quædam eſt vniuerſitas ſolius facti ſeu corporũ, vt grex, chorus, familia; quædam iuris, & facti ſimul, vt peculium, dos, patrimonium, quędam ſolius iuris, vt hæreditas. Ea ſeruat nomen, etiã ſi nulla adſint corpora hęreditaria.l.hęredtas, de pet.hær.& de nomine uniuerſitatis, ui de Bart. in l.aut facta, §.ult.de pœn.

Vno contextu fieri aliquid eſt fieri nullo alieno actu interpoſito, niſi fiat ex neceſſitate, & actu naturæ, ut ſuperflui ponderis depoſitio, uel medicinæ acceptio,

uel

vel breuis languor, vt C. de teſt. l. cum antiquitas. Hæc Azon. & Goff. eo. tit.

Vnuſquiſque eſt verbum vniuerſale, ff. de hær. inſt. l. hoc articulo, & habetur hæc dictio. C. de ſacroſ. eccl. l. 1. Aliquando indiſtinctè ſumitur. C. de pat. pot. l. vnuſquiſque.

V ante O.

VOcare in ius, eſt vocare ad eum, qui ius dicturus eſt, §. vlt. Inſt. de pęn te. litig.

Volo, hoc verbum ſignificat, prout eius ſignificatũ, vel quodlibet adiũctum, vel quælicet circunſtantia ſignificare dictat. Nã quando ſimpliciter profertur ſignificat motũ animi ad aliquid proſequendum. Et cum nihil adiungitur, ſeu non apparet id, ad quod refertur, in iure nullus eſt effectus. Etiam non diſponit, per Bart. in l. ſi quis in princ. de leg. 3. & etiam C. de ſum. Trin. & ff. cath. l. 1. Et no. in l. qui ſe patris, C. vnde liberi, quod volo, & nolo non ſunt oppoſita, quia volo ad omne tempus refertur vt dicendo, volo adire hæreditatem, ſed nolo ad præſens tempus tantum refertur, dicendo; nolo adire, intelligitur nunc, licet poſtea velim. Et ideo facit orationẽ ambiguam, de qua ambiguitate in verbo nolo, not. d. Ant. de Bu. in c. ea literis 1. de ſponſa. Sed ibi, ſi ille, cui relicta eſt electio, dicit, volo eligere hanc rem, ſignificatum illorum verborum eſt ambiguum, quia poteſt intelligi dupliciter: Vno modo. i. primus motus meus fertur in hanc rem, nõ tamen deliberatè. Secundo modo pro ipſo actu acceptionis. i. accepto hãc rem. Si ergo quęris in quo illorum ſit retinẽdum reſpondetur, ſi eſt traditus terminus ad eligendum, ſeu deliberandum, & in fine termini reſpõdẽs volo eligere hanc rem, tunc ſignificatur electio, facit, l. ſed alio 1. reſpo. ff. ad Tre. cum dicit, poſt deliberationis tempus, & ſic deliberationis dat ſignificatum, facit, l. omnis, qui ff. eo. tit. Item ſi ad interrogationem eius, cuius intereſt, eodem modo reſponderis, ſ. volo eligere hanc rem, ſignificato ſumpto ex verbis pro certo, maximè cum dicis pro certo volo eligere hanc rem. Si autem non eſt aliud, vnde recipiatur ſignificatum niſi ex ipſis verbis, tunc non ſignificatur electio imò recipitur primo. i. primus motus finitur in hanc rem. Item ibi; legatarius, cui relicta eſt electio, dicit volo hanc rem, ſignificatur electio, vt l. 2. ff. de op. leg. quia motus cum ſignificatur per verbum volo, refertur immediatè ad rem, per quod ſignificatur acceptatio rei Et idẽ ſi hæres inſtitutus diceret, volo hanc hæreditatẽ, quia per hoc ſignificatur aditio, ſecus ſi diceret, volo eligere, volo adire, quia tunc nõ ſignificaretur

ſicaretur acceptatio, & aditio, quia motus animi non fit immediate ad rem, ſed ad actum eligendi, vel adeundi. Item ibi; inſtitutus dicit, volo eſſe hæres, ſignificatur aditio, vt l. nam dubitari, ff de hær. inſt. Et ſic aliud eſt dicere, volo adire, & volo eſſe hæres, quia per ſecunda verba ſignificatur ſimpliciter aditio, ſed per prima non. Et idem eſt dicere, volo eſſe hrs, & volo hanc hæreditatem. Item ibi, uolo relinquere, ſignificat, i. relinquo, ut in l. Pamphilo, § propoſitum', ff de leg. 3. Et ſumitur ſignificatum ex natura ultimæ uoluntatis, cuius eſt prouidere in futurum, etiam fauore eius, ut ualeat diſpoſitio. Item dicendo, uolo per talem geri negotia mea, ſignificatur mandatum, ff. mand l. 1. Item ſi uendere uolens dicit, uolo uendere pro decem, & emens dicit uolo emere pro decem, ſignificatur emptio, & uẽditio, quia per uerbum præſentis temporis ſignificatur conſenſus de præſenti. Secus dicendo, uellem uendere, & uellem emere.

Voluntas coacta etiam eſt uoluntas, 15. q 1. merito, ff. q̃ metus cauſ. leg. ſi mulier. §. ſi dos, & §. ſi metus. Sed hoc intelligitur ſic, quòd non eſt libera uoluntas,

Volũtariũ exiliũ, uide Exiliũ.

Voluntaria iuriſdictio, uide iuriſdictio.

Voluptariæ impenſæ, uide Impenſæ.

Votum eſt alicuius boni cum deliberatione facta promiſſio, uel Deo facta pollicitatio. 27. q̃. 1. de uiduis 2. Et dicitur boni, q̃a de malo, nec etiam de re bona ſine deliberatione nõ procedit obligatio. Nam de malo quis non obligatur, quia in malè promiſſo reſcinde fidem, & in turpi uoto muta decretum 22. q. 4. in malis. Dicitur cum deliberatione, quia uotũ quod facilitate animi potius, quam arbitrio diſcretionis emittitur, non eſt uſquequaque obligatorium; ut in c. ueniẽs eo. tit. Et eſt triplex uotum.

Primũ neceſſitatis, quod quis neceſſario in baptiſmo promittit, ut abrenunciare diabolo, & pompis eius, tenere fidem ſeruare decalogum, de conſecr. diſt. 4. c. 1. Secundum eſt uoluntatis, q̃ quis uoluntariè emittit ſuper his, ad quæ ante uotum non tenetur, ut continentiæ, abſtinentiæ, &c. Tertium eſt uotum mixtum ex his duob. ſ. partim neceſſitatis, & partim uoluntatis. Sed uotum uoluntarium, ſubdiuiditur in uotũ ſolemne, & ſimplex unde ſimplex eſt, cui nulla ſolenitas adhibetur. Solum autem uotum continentiæ ſolemnizatur. Quæ autem uota redimi, & commutari poſſint, uide Goff. in ſum eo. tit. Item uotum obligat quem Deo, cum dicitur, uouete, & reddite, ut c. & ſi Chriſtus, & c. debitores de iurei. & c. magnę de uo. poſt princ. uel deſcribitur ſic.

ſic. Votum eſt animi conceptum cum deliberatione firmatum.

V ante R.

VRbs ſimpliciter prolata populi Romani ciuitatem ſignificat antonomaticè, Inſtit. de iu. nat. §. ſed quoties. Vrbis autẽ appellatio muris, aut continentib. ædificijs finitur, vt c. ſignificauit de poen & remiſ. ff. de ver. ſign. l. 2. & appellatur ab vruo. i. aratro, quia aratrum in vrbe condenda adhiberi ſolebat, l. pupillus, §. vrbs, ff. eo.

Vrbana mancipia non loco, ſed genere vſus cognoſcuntur, & a mancipijs ruſticis diſtinguũtur, i. quemadmodũ, de ſup. leg. l. vrbana famil. de verb. ſign. l. ſer pis vrb. de leg. 3.

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, nõ ſolum ea, quæ ſunt in ciuitatib. vel oppidis conſtituta, ſed etiam quæ in rure, niſi forte ſtabula ſint, quia locus non facit prædia vrbana, ſed materia, ff de ver. ſign. l vrbana prædia, videſup. Prædium.

Vrbanorum prædiorum ſeruitutes, req. ſup. Seruitutes,

Vredo eſt morbus herbarum, frugum, & arborum in vitib & alio nomine carbunculus appellari poteſt, l. ex conducto, §. 1. ff. loca. & de frigore procedit. Nã & frigus vrit, Virg. Aut Boreæ penetrabile frigus adurit. Aliqñ ponitur pro pruritu, vt apud Plinium de vtrica piſce. Tacta (inquit) vredinem immittit.

Vrepotrophium dictio Græca eſt locum ſignificans ad infantes nutriẽdos paratum. Vrephon. n. Græci infantem dñt, l. illud, §. 1. C. de ſacroſ. eccl. licet in aliquib. codicib. mendoſè legatur.

Vrinatores appellantur vatatores ſubaquatiles, l. nauis ad l. Rhod. de iac.

V ante S.

VSiam pro ſubſtantia dixit Vlp. in l. venditionib. de cõtrahen. emp.

Vſio, idẽ quod vſus, leg. Quintus, §. ſi factus, de aur. & arg. leg.

Vſq; ſtat quandoq; incluſiuè, vt ff. de ſen. l. ſi. & in c. 1. de or. ab ep. qui re, quandoq; etiam excluſiuè, vt c. cum dilectus, de fi. inſt. Eſt ergo dictio vſq; nota vltimi termini ad quẽ, ſicut dictio a vel ab, primi termini a quo.

Vſuarius eſt, qui alicui rei vſũ habet, vt ſi tu, qui es dominus huius ſerui, non conſenſeris, ſiue conceſſeris mihi vti miniſterio eius ſalua proprietate, & dominio. Vnde vſuarij dici poſsũt clerici, qui non poſſunt vendere, vel teſtari, ſiue donare de bonis eccleſiæ, ſed victu tantum, & amictu debent eſſe contenti 10. q. 2. epiſcopus habeat, & c. cũ conſtat, de pig. ſecundum Ber. Competit ergo vſuario ius, & vſus, ſed non poteſt vendere, locare vel alienare, ſed ſolum ad vſum ſuum, & familiæ ſuæ poteſt vti

ſerui.

ſeruitute tali, vt in hortis, fundis & ſimilibus, ſi quis habeat in his ſeruitutem vſus.

Vſus eſt ius vtendi reb. alienis ſalua rerum ſubſtantia, proprietate, & dominio, & quomodo accipiatur, vide Arch. de off. deleg. c. quamuis, lib. 6.

Vſucapio eſt acquiſitio dominij vtilis directa rei alienæ per continuationem poſſeſſionis tẽporis lege diffiniti i. per ſpatiũ temporis a lege diffinitum. ff. eo. tit. l. 3. v. g. Emi rem mobilem à non domino bona fide, putans rem eſſe vendentis, & per continuum trienniũ poſſideo ſine interruptione ipſo iure efficior dominus illius rei. Directum autẽ dominium habet verus, & principalis dominus rei. Sed vtile dominium dicitur, quando quis in veritate non eſt dominus, ſed habet vtilitatem rei, acſi eſſet dominus, vt feudatarius vaſallus, & ſimiles. Et dicitur vſucapio, quia vſu quodam, & cõſuetudine poſſidendi cępi, & acquiſiui dominium. Secundo in reb. mobilib. vel ſe mouẽtib. Nam immobilia non dicũtur vſucapi propriè, ſed potius præſcribi. In immobilib. n. pręſcriptio locum habet. Tempus. n. à lege diffinitum eſt triennium in vſucapione, ſed in præſcriptione ſtatuitur decentiũ inter abſentes, & vigennium inter abſentes, vt Inſt. de vſucc. in fin. prin. Et datur vſuca. ne dominia rerum ſint incerto, pro publico bono introducta, vt l. 1. ff. eo. tit contra æquitatem naturalem, ff de neg. geſt. l. 1. in fi. & de cond. ind. l. nam hoc natura. Nam locupletari non debet quis cum alterius damno ſecundum regulam locupletari, de re iud. lib. 6. Et ſic aliud eſt æquum, & aliud bonũ, vt C. de pact. conuen. l. hac lege. Et quando opponitur, æquitas ſcripta præfertur rigori ſcripto. Solu verũ eſt, dum vtrumq; ſcriptum eſt in ſpecie, ſed in præall. l. nã hoc natura, æquitas eſt ſcripta in genere, et hic rigor in ſpẽ, ergo præfertur rigori. Etiam in vſucapione, vel pſcriptione verſatur quædam æquitas naturalis quę ſuadet, vt poſtquam quis iuſto ti. bona fide certò temporis ſpatio rem tenuerit, dominiũ acquirere debeat, & imputetur domino, qui negligens eſt tanto tẽpore rem ſua quærere, & cuſtodire. Et ſic nemo debet locupletari, &c. niſi ſubſit cauſa, vt hic propter communem omnium vt illi tamen, & vt aliquando ſit litium finis, l. fi. ff. pro ſocio, vbi datur hæc ratio. Ideo exceptio præſcriptionis eſt exceptio litis finitæ, & opponitur ſicut aliæ litis finitæ exceptio.

Vſufructuarius eſt qui fruitur & vtitur reb. alienis, vel qui res ſuas nemini furatur, ff de vſufru. l. iure communi.

Vſusfructus eſt ius vtẽdi fruendi alienis reb. ſalua ſubſtantia rerum, vt ff. de vſufr. l. 1. & Inſt. de

vtutr.

vſufr. in prin. & eſt ius in corpo re, quo ſublato, & ipſum tolli ne ceſſe eſt. Deſtructa. n. domo de ſtruitur, & vſuf qui habetur in ea, vt ff eo. tit. l. 2. & not. ſecundũ Azo. in ſum. C. eo. tit. quod vſuf. formalis dicitur ius, i. ſeruitus, ſed vſufr. cauſalis ſecundum quē aliquis habet cauſam dominij, non dicitur ſeruitus, & ponitur hic fruendi, & non in diffinitio ne vſus, quia differunt ius vten di, & fruendi, vt infra patebit, & vtendi dicitur primo ad differen tiam creditoris, quam habet ius in pignore, non tamen poteſt eo vti, imò furtum committit, ſi eo vtitur. Secundo ponitur ad diffe rentiam vtilis dominij, quod ha betur in reb. alijs, ſicut emphy teuta, et feudatarius habent; Sed fruendi ſecundum Acc. & Ber. di citur ad differentiam nudi uſus, quia minus eſt in uſu quã in fru ctu. Dicitur in reb. alienis, quia ſua res nemini ſeruit. Salua rerũ ſubſtantia dicitur ad differentiã ſuperficiarij, & emphyteutæ, q. non tenentur reficere ædes, ſed uſufructuarius tenetur, & etiam tenetur ad tributum, quia ad eũ pertinet fructus, Vnde Ber. expo nit ſalua rerum ſubſtantia. i. ne pereat in toto ſubſtantia. Acc. ex ponit ſalua ſubſtantia, quia tam diu durat uſufru. quandiu durat ſubſtantia, & non differentia inter eum, qui habet ſeruitutem uſus, & eum, qui habet ſeruitu tem uſusfr. quia is, qui habet ſo lum ſeruitutem nudi uſus, ita uti tur ut fructus non percipiat, ſi cut poſſum uti equa tua, ita ut fructus inde non percipiam ſic, ut partus non ſit meus; ſic ſimili ter, qui habet uſum tantum alicu ius fundi, non poteſt uti pomis, olerib. & cæteris fructibus ad u ſum ſuum quotidianum, ille au tem cui competit ſeruitus uſusf. poteſt hæc omnia facere.

Vſura ſicut communiter dici tur, eſt quicquid preter uſu ſor ti accidit, uel accedit ſecundum Goff. 14. q. 3. plerique. Et addit ip ſe intentione, uel pacto præcedē te. Sola. n. ſpe uel expectatione uitium uſurarium contrahitur, ut c. 1. & c. conſuluit, de uſu. & 14. q. 3. ſi fœneraueris. Et hoc cum principaliter habetur ſpes, & expectatio lucri, alias ſi ob charitatē moueatur quis ad mu tuandum, & ſecundariò ſperet de aliqua retributione, non puta tur uitioſum, ar. ad hoc 86. diſti. in ſingulis 61. diſt. quod prode rit, ſecundum Goff. Item uſura eſt ubi plus recipitur, quam datũ eſt, & diffinitur ſecund. Azo. C. eo. ti. ſic; Vſura eſt, quod propter uſum rei conceſſæ datur. Conceſ ſæ. i. datæ uel mutuatæ, unde uſu ra dicitur ab uſu, & æs æris, qua ſi uſu æra. i. uſu æris, data, ſ. pecu nia, cum nomine pecuniæ, quic quid homines habeant, continea tur 1. q. 3. totum, & no. quodom nis uſura præſtatur ſuper facta dilatione ad annum. Vnde quæ-

dam vſura vocatur centeſima illa, ſ. quæ infra annum æquiparatur ſorti. Quædam vocatur ſextupla (alias ſes cupla) a ſex qđ eſt totum & plica, i. pars, vel medietas, quæ etiam alio nomine dicitur hemiolό, ab hemi, quod eſt medium, & holon, quod eſt totum, & eſt illa vſura, quæ totum continet, & medietatem totius. Quædam verò eſt triens, ſ. quæ præſtatur vſque ad tertiam partē centeſima, vel ſortis. Quædā ſemis, quæ præſtatur ad duas partes ſortis. Quædam bes quæ præſtatur ad duas partes ſortis. Item quædam vſura eſt fœnus ſortis, & quædam fœnus fœnoris. Nam vſura dicitur, quæ vltra ſortem recipitur, vt cap. fin. 14. quæſtio. 3. ſed fœnus dicitur lucrum de vſura ſumptum, vel vſura vbi ad mutuum reſtituendum non fuit certum tempus determinatum. Eſt tamen diſtinguendum inter vſuram, & rem illam, in qua vſura committitur. Nam quæ ab vſurario exigitur propriè eſt lucrum reſtituendum. Sed res, in qua vſura committitur, eſt mutuum, de quo lucrum prædictum gignitur.

Vſurarius manifeſtus quis dicatur, vide c. 1. & 2. de vſur. lib. 6. & vltra hoc dicit Matthæ. qđ ſit ille, qui vſurarius ex libris ſuis conuincitur alleg. clem. 1. de vſur. & cap. qui ſincera. 45. diſtin. cap. ſanè 24 q. 2 & l. 1. §. editiones, ff. de edendo. Secundo ille, qui confitetur coram ſacerdote ſe eſſe vſurarium, quia vſurarij iudex eſt ſacerdos, & ſic confeſſus coram ſuo iudice erit manifeſtus, vt cap. quem pœnitet, de pœn. diſtin. 1. Ioan. Andr. dicit hoc verum ſi adſint teſtes, vt capit. quandam, de vſur. lib. 6. Idē ſequitur Ioan. de Lig. quia iudicium fori pœnitentialis, non inducit illos effectus, quos iudicium fori contentioſi, quod ideo ſit manifeſtus, quia confitetur coram iudice animæ, niſi adſint teſtes. Tertio dicitur ille vſurarius manifeſtus, qui habet altare paratum. Sunt ergo vſurarij triplices. Primi notorij, qui habent altare continuè paratum ſemper mutuantes. Secundi nō notorij, ſed manifeſti, qui non habent altare continue paratum ſed interdictum mutuantes. Tertij per famam tantum manifeſti ſunt.

Vſurpare eſt aliquid contra rationem, ius, viſum, vel conſuetudinem capere, inuadere vel præſumere, vide Alb. de Roſ. in dictio. ſuo in ver. vſurpatio, vbi plenè.

Vſurpatio eſt interruptio vſucaptionis, vt in l. 2. & in rubr. ff. de vſucap. & dicit ibi text. quod oratores vſurpationem frequentem vſum vocant.

V ante T.

VT, hæc dictio modo facit ſicut ſi, conditionem, modò cauſam, C. de his, quæ ſub mo. l. 3. & vbi not. & vide ff. de manumiſſ. l. cauſam, §. fi. & de leg. 2. l. ſi ita relictum, & de contrah. emp. l. cum ab eo. & de man teſt. l. Meuia. Aliquando facit conditionē vt l. cum tale circa fi. ff. de cond. & dem. Aliquando, vt exponitur .i. ſicut. C. de ſep. viol. l. ſi quis, & ff. de acq. rer. dom. l. in laqueum in fin. Aliquando, i. ſecundum C. de his, qui parem, vel li. occid. l. 1. Aliquando ponitur cauſatiuè, & conſecutiue, ff. de don. cauſa mor. l. ſenatus. Cauſatiuè ponitur. 57. diſt. ſi quis in prin. conſecutiuè ponitur. C. de obſ. part. præſt. l. ſi manumiſſori. de epiſc. & cler. l in eccleſijs, ff. de ſer. & aq. l. 1. & 1. q. 1. cum liqueat, & c. venditio. Aliqnando ponitur aduerſatiue pro ſed. C. de app. l. cū poſt. Aliquando eſt aduerbium temporis & ponitur pro poſt q̄ ff. de pig. l. 1. §. idem quęſit. Aliquando ponitur vt, pro & in auth. de teſt. §. ſi verò deducēs, ibi: non tamen per longum interuallum, &c. Aliqn̄ vt, i. tanquam, C. de leg. l. leges Aliquando eſt aduerbium qualitatis, vel quantitatis vt pro quantum, vel optandi, vt pro vtinam. Aliquando eſt exemplificatiuum, vt cum dicitur nomen appellatiuum, vt homo. & not. ff. de int. l. 1. §. interdicta, de pac. l. iuris gentium, §. quinimò. Aliquando de neg. geſ l. ſed an altro, §. fi. C. de ſer. & aqua l. 1. Aliquando vt exponitur, i. qn̄ ff. de arb l. ſi cum dies §. ſi arbiter. Aliqn̄ abundat. ff. ad l Pompe. de parricid. l. j. & ibi in gl. Aliquando eſt aduerbium ordinis, vt i poſtea. Aliquando eſt coniūctio adiunctiua, vt; volo, vt tu legas. Aliquando cauſalis, vt ideſt, quia, vnde verſus; Qualiter, & quantum notat, diſcernit, & optat, Ordinat exemplat ſimulat, vtrumq; requirit; Dat comitem, dat quoq; ſequēs, ſic dat duo dena. Et de ſignificato huius dictionis, vt, vide extra; de priui. exore de conſi. vti vel innti. c. examinata, de verb. ſign. c. abbate. de effectu huius dictionis, vt vide extra de condi. apo. verum, in clem. de ætat. & qualit. c. 1.

Vter dicto eſt diſtributiua, & verificatur in altero tantū Bar. in l. pen. C. de impu. & alijs ſubſt.

Vterinus, vide in dictione fratres.

Vterlibet, alter ex duob. quē capere libet. l. arbo. §. de veſtibulo de condi.

Vterque, aliquando ponitur coniunctiuè, ff. de lega. 2. l. ſi quis duob. & de leg 3. l. Titius, & ff. de cond. indeb. l. ſi non ſortem, §. fi. de euic. l. ſi duos. Aliquando ponitur diuiſiuè, vt ff. de rei vendi. Pomponius communia præd. l. binas, & de actio. empt. l. ſi ea

res,

reſ, §, fin. Aliquando dicitur de tribus ſecundo vnam expoſitionem,gl Inſt. per quas perſo no. acq.§.nō ſolum.Item adde quomodo vterq; attribuat actum,& in quo verificetur Bart. in l. hoc articulo,ff.de hær.inſt.Item quę ſit eius natura,vide eūdem Bart. in l. cum quidam', C. de imp. & alijs ſubſt.

Vti, & frui differunt ſic, quia vti dicitur ille, qui ita vtitur re, vt fructus non percipiat, ſicut poſſum vti ad vſum quotidianū, & miniſterium equa tua, ita vt fructum non percipiam,vt ſ.partus non ſit meus ſed is, qui alicuius fundi vſum habet, pomis, & oleribus vti poteſt ad vſum quotidianum,non tamē donare, vel vendere poteſt.Frui verò dicitur ille,qui fructus percipit,& ſic vſuarius habet vſum rei,vt cui dominus nemoris conſtituit vſum nemoris ad neceſſitatem eius,& familiæ, eius vt accipiat ligna, olera,poma,flores, &c.quæ, naſcuntur in nemore pro ſe,& ſuis conuiuis, non tamē vendere permittit ipſum,aliàs frueretur,quare clerici dici poſſunt vſuarij, vt ſupra dictum eſt.

Vtilis actio,vide ſupra, Actio directa.

Vtilis impenſę,vide Impenſę.

Vtilitas publica quot modis conſideretur,tradit Bar.in l.1.ſo lut.matr.

Vti poſſidetis eſt quoddam interdictum cum poſſeſſio inquietatur a non poſſidente, vt iudex pro ipſo det ſententiam Si vnus fuerit, tūc pronuntiare debet in ſingulari numero vt: ita poſſideas, vt poſſides. Si autem plures, tunc debet pronuntiare in plurali numero,vt;vti poſſidetis ita poſſideatis.Hæc Azo.in ſum. eo.ti t.& vide gl.antep.in c.licet de proba.

Vtpote pro quia,auth.ingreſſi,de ſacroſ.eccl.

Vtique, i.certe.ff.de rei ven.l. vtiq;, Aliquando ponitur continuatiuè,ff de dam.infe.l.vtique. Aliquando.i ita demū,ff.de neg. geſt.l,diuortio.§.ſed nec.Aliquādo,i.ſicut.ff.de act.empt.l. ſicut. Aliquando,i eſt tātum,ff.de munic.l.non vtiq; .Aliquādo, i.vſq; adeò,de c.di.l.amiſſione, §.1.Aliquando vtiq; ſunt duæ partes, ſ. vti.i.ſicut,& quæ pro, & vt not. de æd,ed.l.ædiles.

Vtro.i.altero,C.de agr.& cenſi.l.diffinimus,lib.11.

Vtrobi componitur ex vtrum & vbi, pro ad, quaſi dicat apud quem eſt poſſeſſio, apud illū ſit, no.per Hoſt. extra de prob. c. licet, in fin.& vide C. & ff. in titu. vtrobi.& Inſt. de interdictis, §. vtrobi.

Vtroque iure, i in ſpiritualib. & temporalib. extra de priuil. quoniam.Aliquando ponitur ſimulatiue,ff de pac l.reſcriptum, §.ſi pacto, & de reb. dub.l.ſi is, qui ducenta,§.vtrum.

V ante V.

VVlgaris, hæc dictio quot modis capiatur, donec Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

Vulgaris perſona dicitur minus honeſta, l. legitimos, ff. de leg. tut.

Vulgaris ſubſtitutio dicitur, cum quis loco inſtitui, vel eius, cui aliàs, puta ab inteſtato, eſt ius adeundi, in caſu hæreditatis non aditę apponitur, ſeu ſubrogatur. Vnde conditio eſt ſemper, ſi hęreditas non adeatur. Et dicitur vulgaris, quia in hunc caſum, ſeu euentum fieri poteſt a quolibet, qui teſtari poteſt, & cuilibet, qui ius adeundi habet ex teſtamento, vel ab inteſtato, quia volũtas talis diſponentis ſimpliciter admittitur de iure ciuili, ſecus in pupillari, & alijs ſubſtitutionib. vbi non ſimpliciter admittitur, imò reſtringitur, & limitatur. Et quandoq; penitus non admittitur iure ciuili ſcripto. Et not. qđ cõditio ibi appoſita, ſi hęreditas nõ adeatur, poteſt dupliciter intelligi, ſecundum quod non adire dupliciter contingit, ſ. vel propter nolle adire, vel propter non poſſe. Et iſtud non poſſe multis modis poteſt cõtingere, vel quia euenit furor, vel deportatio, vel quia bonorum acquiſitio interdicitur. Vulgaris .n. ſubſtitutio ſemper cõtinet conditionem de euentu non aditæ hæreditatis, licet iam vnum caſum, vel plures, vel omnes continere poſſit. Cætera vide ſup. de Subſtitutionib.

Vulgò concepti dicuntur, qui patrem demonſtrare nõ poſſunt nati ex meretrice, quæ plures admiſit, l. vulgo concepti. de ſtat. hom.

Vulua ſecundum Arch. 14. q. 3. plerique, quandoq; illud eſt, quod ex vulua naſcitur, vel venter porci, vel vber ſarcimen, vel vberilia, i. ſalſitia.

V ante X.

VXor iuſta, vt ſcribit Alc. lib. 4. Parad. dicitur, quæ verè vxor, & perquam ſolemniter dicta eſt, non quæ ſimplici ſponſione uxor eſt, tametſi legitima ſit. l. ſi uxor, de adult.

De litera X.

XEnia dicuntur manuſcula quædam, cum, ſ. dantur eſculenta, & poculenta, quę uulgò dicuntur appenſationes; cæterarum uero rerum, quæ uſum edulij excedunt, magis propriè dicũtur munera. Dicitur .n. fieri xenium de pomis, cum quis habet hoſpites ſecundum Arc. 14. q. 3. plerique in fin.

Xenodochus eſt, qui xenonē alicuius ciuitatis procuret.

Xenon eſt domus, in quo ęgrotantes recipiuntur, curantur, & alimentis ſuſtentantur, ut C. de epiſ. & cler. per totum.

Xenodochium eſt domus ad hoſpi-

hoſpitium peregrinantium deputata, ut quidam dicunt. Sed tamen xenon, & xenodochium eadem domus dici poteſt. ſ. in qua ualetudinarij, & ſenes, i. infirmi recipiuntur, & aluntur. Prædictam autem differentiam facientes, xenon per z. literam, & ſenodochium dicunt eſſe ſcribandũ per ſ. uide, c. 3 de rel. do & uaria nomina talium locorum habes, 23. q. ult. ſancimus, ubi de hoc, & 1. quæſt 2. ſi quis hom. ad fin. in auth. de alie. & empt. § quando in princip. colum. 9. & de eccleſ. tit. §. fin. & eſt gl. in cle. per literas de præb.

Xonoparochi, quorum meminit, l. ult. ff. de mune. apppellantur qui præbendis hoſpitij præſunt, authore Alc. in pupillius, de uerb ſign.

Xerolophum, locus erat Conſtantinopoli celebris, §. item lex Cor. Inſt. de pub iud.

Xps eſt Rex Regum, dominus dominantium, ut in clem. paſt. de re. iud.

Xpe eleyſon, uide de conſec. diſt. ideſt hoc quoque, & diſt. 2. c. re uera.

Xpianorum nomen primo ortum eſt apud Antiochiam, ubi Ignatius fuit epiſcopus 7. q. 1. mutationes. Nam prius omnes fideles dicti fuerunt diſcipuli, uel fratres. Sed poſtquam Apoſtoli fecerunt Concilium Antiochenum tunc dicti ſunt chriſtiani, ut eſt gl. 22. di ſacroſ. & ibi tex.

Xyſtici Athletæ ſunt, de quorũ meminit Iuriſc. in l. athletas, ff. de his, qui no. infa. licet ibidem corruptè legatur, ſexuſtici. Sunt autem illi, qui pugnabant in porticu ampliſſimo. Sueto Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit. Græci. n. xyſtum porticum uocãt ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Has & l paradromidas Græci appellant, & à noſtris ambulationes dicuntur, uel ſecundum aliquos xyſtus habet, originem a xyſtos, quod haſtam. ſeu telum, ſpiculumue denotat.

De litera Y.

Y Atus aliquando ſumitur pro puncto mortis, ſeu pro emiſſione ſpiritus ultimi de pen. diſt. 7. c nullus. Aliquando eſt apertio terræ, c. nõ offeramus 24. q 1. Imo uero hiatus ſcribendũ eſt a uerbo hio.

Yconomus dicitur ille, cui res eccleſiæ gubernanda datur, L epiſcopalis, & propriè res canonicorum. Etiam quandoq; eſt uice dominus, uel præpoſitus. 1. q. 3. Saluator, uide gl. in c. Impera. de iur. cal ubi conc. Vnde ſecundum Goffr. differunt yconomus, ſyndicus, procurator, & actor. Nam yconomus adminiſtrat res eccleſiæ, & aliquando defendit eam in cauſa, & quandoque in eccleſia uacante fit ad perci-

piendos prouentus,& ſeruãdos ad futurum prælatum. Syndicus autem in reb. & negotijs cuiuſli bet corporis, vel collegij. Et ſecundum leges nõ differt a defenſore,& eſt vniuerſitatis.Sed procurator eſt priuatæ perſonæ ad vnum negotiũ vel plura. Actor autem pro vno, vel pro vniuerſitate ad vnam cauſam, & p̃ntem, & cum decreto conſtituitur, in conſtitutione yconomi non eſt ita omnimodo neceſſarium decretum iudicis. Ang. Are. & Io. Fa Inſt.de cur.§.quod ſi,& idem in conſtõne ſyndici dicendum, Bar.in l.nulli.ff.quod cuiuſq;vniuer.no. non nego tamen quin tutius ſit decretum adhiberi, gl.& Bar. in l.actor.ff. rem ratã haberi.Spe.tit. de ſyd.ver. item ꝙ eſt conſtitutus minus ſolemniter. Imò vero æconomus ſcribendũ eſt per œ,diphthongum.

Ydoneus quis dicatur, & in quib. conſiſtat idoneitas vi de c. cum in cunctis, de ele.Sribendũ eſſe idoneus,non eſt dubium.

Ydrophilagij dicunt ab ydria, quod eſt vas,quo aqua defertur, vel ab ydor,aqua,& phylare cuſtodire,quaſi cuſtodes aquarum ſecundum Io. And. in c. ſi iudex laicus,de ſent.excom.lib.6.Scribendum eſt hydrophylaces, à Græco nomine hydor, quod eſt aqua,& phyliattein,quod eſt cuſtodire, vide C. de aquæd.l.decernimus.

Ymo, hæc dictio ſignificat, quandoq; correctiuè, vt teſtator dicit; Titius, imo Seius hęres eſto,vt l.ſi ita ſcriptum. ff.de hæred.inſtituen.ibi tex.dicit adijcientes,& detrahẽtes,ymo & mutantes. Ponitur etiam copulatiuè, C.de nono Cod.compo. l.1. §.quibus. Et ſumitur ſignificatũ ex copula adiuncta,et eſſet idem acſi dicimus etiam.Sed ibi; yconomus,qui hoc fecerit, imò fieri paſſus fuerit priuetur,ponitur alternatiuè,vt l.iubemus,§.yconomus, C.de ſacroſ. eccl.quia habet locum,vel ipſo alienante,vel alienari patiente. Poteſt etiam ibi accipi correctiuè, quia eadem, vel maior eſt ratio in al enante, quam vt patiente alienari,vt puniatur.Item quoad deciſionem legis ponitur ibi copulatiuè, quia pęna habet locum, & in alienante, & in patiente alienari. Cum in Latino ſcribẽdum eſt,& vt quibuſdam placet, cum ſimplici,vt imò.

Ypocomus dicitur ab ypo,qđ eſt ſub,& comos villa.Inde ypocomi qui ſunt ſub villanis ſecundum peritiores hyppocomi (ſic .n. ſcribendum, eſt. non ypocomi)dicũtur ſtabularij,qui equos curant.

Ypocriſarius quandoq; ponitur pro ſyndico, quandoq; pro ęconomo, vt no.Spec.in titu.de his,qui alien.poſſ.vel nõ §.licet.

Apocriſarij legitur extra, de electio,c.ſignificaſti,1.q.7. conuenientibus.

Ypo-

Ypoſtaſis dicitur ab ypo, quod eſt ſub, & ſtaſis ſtatus, vel ſtans, quaſi ſubſtās, & vtuntur Graeci ſicut nos, pro perſona, quia ſubſtat omnib. accidentib. & omnia accidentia ad ſe recipit, a nullo tamen informatur, ſecundū Hugo. gl. eſt clem. 1. de ſum. Trinit. Aſpiratur, & haec, hypoſtaſis, de quo ſupra ſuo loco.

Ypotheca eſt res immobilis pignori obligata, vt domus, ager fundus. Pignus autē eſt res mobilis propriè a pugno dictum, quia pugno tradi poteſt. Et ſic ypotheca non eſt aliud, quā obligatio, vel pignoratio. Ius autem ypothecarum eſt illud, quod cōpetit creditori in bonis debitoris ſui, ſibi obligatis pro debito tacitè, vel expreſſe, & dicitur ab ypo, id eſt ſub, & theca poſitio, quaſi ſuppoſitio. Nam creditor rem pignoratam creditori ſupponit, & ipſa ſibi ius conſtituit.

Ypothecare eſt obligare, pignorare, vel ſupponere, vt patet per rubr. ff. de rebus eo. qui ſub tuto. & cur. ſubditur. Sine decreto pignori non ſupponendis. Aſpirantur, & hae voces, hypotheca, hypothecare.

Yſthomus eſt terra inter duo maria. l. Lucius, ff. de ſeru ruſt. prǣd. Yſthmum puto intelligat.

Yſtriones, i. ioculatores, ab yſtria. c. clericus, de vita & hon. cler. de conſecr. diſt. 2. c. ſcenicis atq; yſtrionib. & c. p dilectione. Cui Latine ſcribitur hiſtriones.

De litera Z.

Zabarella nomen eſt vnius Iuriſconſulti, qui fecit vtilē lecturam ſuper Clementinas, & tractatū de horis canonicis, pro funere eius fertur oraſſe Pogius Florentinus. Sepultus eſt Conſtantiae apud minores.

Zelotypia eſt ſuſpicio vel furor. q. 5. §. hoc autem, ſub c. conſuluiſti.

Zelotes idem eſt, quod zelans & vlciſcens, vt in c. niſi cum pridem, de renunc. § perſonae verò, vbi dicitur. Ego ſū (inquit Deus) zelotes, i. requiſitor, & exactor caſtitatis. 1. q. 3. § haec vltra, 23. q. 1 §. 1. i. viſitans peccata patrū in filios vſq; ad tertiam, & quartam generationem in his, qui oderunt me. i. contra me paternum odium imitantur. Et ſunt verba Domini ad Moyſem, Exodi 20. c.

Zelus quandoq; exponitur, i. inuidia, vt 23. q. 4. c. qui peccat, & ibi dicit tex. Dominus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi eſt connexum teſtimonium ſcripturae dicentis; Zelus domus tuae comedit me, ibi gl exponit zelus, idelt amor, quem habui ad templum comedit me. i. fuit mihi cauſa inuidiae propter quam occiderunt me. Aliquando zelus exponitur, i. feruor dilectioni, extra, de reg. c. 2 lib. 6. per Io. Andr. in hoc ſignificatu

gnificatu magiſtri noſtri dicuntur zelob non zelotypi. Aliquando ſumitur in bonam partem. Aliquando in malam pro odio, ut no. per Ber. extra, de off. cuſto. c. Aliquando ponitur pro ira 23. q. 8. legi. Aliquando pro ſeueritate, 28. q. 8. hi ergo.

Zenotaphiũ quid ſit, uide ff. de rerum diuiſ. in tantum §. fina.

Zeugma eſt figura Grammaticalis, ff. de pet. hæred. l. ſi quis libertatem, in gl. per zeugm.

Zeleucus eſt proprium nomẽ cuiuſdam iudicis, qui (ut eſt apud Valerium lib. 6. hiſto. 12.) lata lege de adulteris exoculandis, filium in adulterio repertũ exoculare parabat, ſed precibus populi uictus, filium uno, ſe altero priuauit.

Zizania eſt ſeges uel herba peruerſa, ſ. olium. 66. diſt. ca. naſci. 22. q. 1. quod militare, & quãdoq; ponitur pro ſorde omnium ſegetum glo. bonam cle. dudum, de ſepul. & c. licet, de electio. & ita Saluator dicit ad uolentes eradicare zizaniam, 11. q. 3. c. nolite, 1. poſt princ. & 23. q. 1. §. 1. Matthæi 12.

Zocomenus eſt proprium nomen uiri Græci genere, qui compoſuit 9. libros hiſtoriæ eccleſiacæ, exordiens a cõſulatu Criſpi, & Conſtantini Cæſarum uſq; ad tempora Theoſij iunioris.

Zona zonæ, uocabulum hoc interpretatur tibi Calderinus in hoc Martialis Apophoreto.

Longa ſatis nunc ſum, dulci ſi pondere uenter.

Intumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

Et clericus coniugatus deferens zonam bicolorẽ perdit priuilegium clericale. Aufre. in addit. ad q. Tholoſ. 232. cum appellatione ueſtis contineatur zona, alle. l. ueſtis, de au. & argen. leg. Bar. in l. diuus. ff. de bon. dam.

Zygoſtatem Alc. interpretatur, pro eo, qui ponderum & ſtaterarum rationem peroptimẽ calleat.

Zythum potus eſt, quem è frugibus excogitauit Aegyptus.

Finis Vocabularij vtriuſque Iuris.

SANCTISSIMI IVRIS CIVILIS LEXICON,

AB ANTONIO NEBRISSENSI VIRO doctiſſimo, aduerſus quoſdam inſignes Accurſii errores, ordine alphabetico editum.

A

ABAX, is, ſiue abacus abaci tabula eſt, in qua eſcaria, & potoria vaſa collocantur, quæ ſunt menſæ miniſterio paratæ, Iuuen. Lectus erat Codro procula minor, vrceoli ſex, Ornamentum abaci. Auſonius: Fictilibus fama eſt cœnaſſe Agathoclea Regem, Atque abacos Samio ſæpe oneraſſe luto Cic. 5. Tuſc.q. Abacos complures ornauit auro, & argento cœlato. Idem in Verrem: Abaci vaſa omnia vt expoſita fuerant, ſuſtulit. Sed abacus, i. ab eo quod eſt abacos Græcè, eſt inclinatum, quod teſte Priſcia. lib. 6. de octo partibus orationis, penultimam genitiui breuiauit, quod ſignificat præterea vaſa quædam viliora, in quibus pretioſiora ponuntur, ataifor Pœni vocant, de quibus Paulus Iuriſconſ. lib 34. dig. qui eſt de leg. tertius. l. hæres. cui Corinthia, inquit, vaſa legata eſſent, & abaces, huic quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratos videri Trebarius reſpondit. Pro quo in codicibus recentioribus mendoſè a baces, litera diſpuncta legitur. Accurſius non ratione aliqua, ſed veri ſimilitudine ductus, capſulos eſſe interpretatur baces. Quod cum ſit nihil verbum, interpretamentum quoque erit inane Phil. Beroaldus quodam in loco ſuarum commentationum, baſes legit, vocem vulgi ſequutus. Sed de hoc lege verbũ, Corinthia vaſa.

Abactores ab oratorib. & hiſtoricis appellantur, quos Iuriſconſulti vocant abigeos. Ductũ vtrumq; nomen a verbo abigo, is quod inter alios ſenſus ſignificat a grege, ſiue armento pecudum furto ſubducere: hinc abactores, & abigei dicti ſunt huſmodi fures. Quod genus hoium in Hiſpania maximè inuenit, dicente. Vir in 3. Geor. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. Quod Ser

tius interpretatur, abactores,& ſubdit: nam omnes fere Hiſpani, qui idem ſunt & iber, accerrimi abactores ſunt. Apuleius 7. de aſino aureo. Abactorem indubitatum cruetumque percuſſorem criminantes. Ambr. in ſermone de hoſtib. carnalibus non metuendis: Armenta diripiet, illud damnum abactore tolerando iam dicit. Sed quemadmodum diximus, a Iuriſconſultis potius abigæ dicuntur, de quib. titulo, eſt lib. 47. dig. In cuius prima lege Vlp. his verbis ſcribit. Qui pecora ex paſcuis vel armentis abigunt, hi propriè dicuntur abigei. Quod ſi quis oues aberrantes, aut alias quadrupedes abduxerit non erit reus crimine abigeatus, ſed potius furti. Eſt enim abigeatus ipſum abigei crimen, quod in Hiſpania grauius, quàm alibi gentium debere puniri Hadrianus Cæſar conſul. reſcripſit: Abigei, inquit, cùm duriſſimè puniũtur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſimè non vbique, ſed vbicunque frequentius eſt id genus maleficij. Atqui diximus ex auctoritate Virgilij, & Seruij Hiſpanos maximè hoc crimine laborare.

Abrogare legem, idem eſt, quod tollere ſiue antiquare, quia a magiſtratu, qui eam poteſtatem habet populo interrogato, an velit iubeatq. eam legem tolli, illo annuente antiquatur tolliturq. quemadmodum eodem populo interrogatio fuerat promulgata; vnde & lex plerunque dicitur rogatio. Cic. lib. 2. de legib. Eas, inquit, tu leges rogabis, quæ nunquam abrogentur. Liuius lib. 22. Plebiſcitum primus ego antiquo, abrogoq; Et itaque abrogare legem idem propriè eſt quod derogare. Iuriſconſultus tamen de verborum ſignificatione inter vtrumq. verbum non nihil diſtare facit: Derogatur, inquiens, legi, cum pars detrahitur: abrogatur, cùm illa prorſus tollitur. Adde tu quod tunc abrogatur, quum prioris legis infirmandæ cauſa promulgatur altera. Sermonis Latini ignari, vulgari voce decepti, pro eo, quod eſſe debet abrogare, ſiue derogare legem, ipſi reuocare dicunt, quum ſic reuocare, vt autor eſt. Varro de lingua Latina, rurſus in cor vocare, hoc eſt, renouare. Iuuenalis de Domitiano, qui legem Iuliam iam obliteratam, dormientemq; excitauerat, ſic inquit: Qui tunc leges reuocat amaras. Omnib. atq; ipſi Veneri Martique timendas. Virg. 1. Aen. Reuocatio a ſanguine Teucri, ideſt reuocato, quippe qui iam propemodum extinctus erat.

Acinacium vinum eſt, quod ex vuarum folliculis aqua addita præparatur. Græci deuterion, i. ſecundarium Latini, tum lorã, tum loream appellant. Varro in primo de re ruſtica, Acinorum, inquit

inquit folliculi in dolia conijciũtur, eoque aqua additur, eaque vocatur lora, quod lora acina, ac pro vino datur operarijs hyeme Nonius quoque Marcellus: Loram, inquit, dicebãt in vindemia cum expreſſiſſent muſtum ex acinis, & folliculos in dolium conieciſſent. Plin. lib 38. quæ Græci deuteria appellant, Cato, & nos loream. Scripſit autem id Cato in libro de re ruſtica, dicens: Lorea erat familiæ, quod bibat. Vlpian. lib. 33. dig. tit. de vino, & trit. leg. l. Si quis, Vinum, inquit, acinacium plane vino continebitur Accurſius acinaticium pro acinacio legit; interpretaturque eſſe vinum ad vſum comparatum. Quid verò per tale vinum ipſe intelligat, ego non video: Nam ſi vinum, quod eſt ad vſum comparatum, vinum eſt, quid ineptius dici poteſt, quàm appellatione vini vinum contineri? Atqui Iuriſconſultus alius proſpiciebat, quod poterat in dubitatiõnem venire; an ſcilicet lora, ſiue lorea, hoc eſt vinum illlud ſecundarium, quod ex vuarum acinis expreſſo muſto atque addita aqua maceratis conficitur, appellatione vini contineatur; quum præſertim maior pars aquæ ſit in eo permixta.

Acapna ligna dicuntur, quæ ſunt in furno, aut ad Solem exiccata, ita vt, cum focis admoueantur, non fumicent, dicta ab a, particula priuatiua, & capnos, quod Latinè exponitur fumus quaſi ſine fumo: Apud Martialem in diſtichis, lemma eſt ligna acapna & Straboni. lib. 9. mellis quoddam genus acapniſton appellatur: quod ita purgatum ſit, vt non ſapiat, fumum. Vlp. lib. 32. dig. qui eſt de legatis tertius, l. ligni. Sed & Titiones, inquit Iuriſconſultus; & alia ligna cocta ne fumum faciant; acapna volens ſignificare.

Aconitũ, veneni genus quoddam eſt celebratiſſimum, dictum ab acone quod Latinè vertitur cos; quoniam, vt inquit Ouidius, ea herba ex cotibus colligitur. Ait, nãque lib. 7 Met. Quæ, quia naſcuntur dura viuacia cote; Agreſtes aconita vocant. Idem lib. 1. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Iuuenalis: Sed nullis aconita bibuntur. Fictilib. A Græcis quoque pardalianches dicitur, i. pardi, pardi animalis ſtrãgulator. Sed quod ferè ignoratur; quæ ſit ea herba aconitum vulgo pro quocunq; veneno accipitur. Marcellus lib. 48. dig. tit. ad legem Corn. de ſicar. & veneficijs, l. eiuſdem: Si quis, inquit, temerè cicutam, & ſalamandrã, & aconitum, pytocampas, & bupreſtim dederit, &c.

Ad; præpoſitio compoſita cũ dictionibus, à cõſonante incipiẽtibus, mutat d, in conſonantem, quæ ſequitur, id quod omnes, qui de orthographia ſcribunt, annotauere; vt accurro; quod ex ad &

curro

curto componitur; affligo ex ad, & fligo. In Pandectis tamē, quas Florentini ex præda pilam in archiuo adſeruant, ſemper reperiuntur præpoſitiones integræ, quod & antiquos obſeruaſſe ex numiſmatis, & monumentis literarum marmorib. incluſis etiā hodie videmus. Itaque in codicibus illis archetypis non legitur ex orthographorum ratione, accreſco, affero, affinis, agnatus, appono, arrogo, aſcribo, aſſentio, aſſideo, aſſiduus, aſtringo, & huiuſmodi, ſed adcreſco, adfero, adfinis, adnatus, adpono, adrogo, adſcribo adſideo, adſiduus, adſtringo, hoc eſt, ad præpoſitione integra Hæcnamque omnia, & ſimilia (tametſi non mutent ſenſum) retinenda. Eſt tamen aut quorum librorum maieſtas, in libris maximè legū, quo ſunt vetuſtiores, eò habentur maioris authoritatis. Nam ſi quis per regulas artis Grāmmaticæ connaretur talia caſtigare, non minus peccaret, quam ſi pro repetundarum, & finium reguń dorū, & de familia hercifcunda, & de communi diuidundo contenderet, ſcribendum eſſe repetundarum, & finium regendorū, & familia herciſcenda. & commune diuidendum, quod regulæ, quæ traduntur a Grammaticis de formatione verborum, id fieri debere præcipiant. Apud antiquos namq; gerundia. & participia futuri in dus, a verbis tertiæ, & quartæ coniugationis inclinata in vndus non in endus definebant. Plautus in ipſo ſtatim initio Amphitrionis: Vt vos in veſtris voltis mercimonijs emundis vendundisque, pro emēdis, & vendendis. Permanſit tamen hæc declinandi forma in hoc verbo. Eo is, & ab eo compoſitis, vt eundi, eundo, eundum adeundus, a, um, prætereundus, a, um. Dicimus quoque hodie præeſſe quempiam iuri dicundo potius, quam præeſſe iuri dicendo. Addico is, xi, pro eo, quod eſt adiudico, ſimpliciter accipitur, vt Cicero. in offic. addictus morti dixit pro adiudicans. Et Horatius in 1 epiſtola. Nullius addictus iurare in verba magiſtri. Aliquando etiam inuenitur pro eo quod eſt vendo, vt apud Martialem: Addixti Labienæ cræis agellos, pro addixiſti, hoc eſt vēdidiſti. Gellius quoque lib. 10. Liberos verberari, addicique iuſſerunt ei, cui furtum eſt. Et eſt vnum de verbis tribus quæ Prætori accommodantur, de quibus intellexit Ouid. in 1. Faſt. ſcribens; Ille nefaſtus, erat, per quem tria verba ſilentur, Faſtus erit, per quem iure licebit agi. Erit igitur addicere, ex venditione aliquid alicui adiudicare. Apud Iuriſconſul. lib. dig. titul. eſt de in diem adiectione, pro eo, quod eſſe debet de in diem addictione, quem errorem primus omnium deprehendit,

dit, agnouitque Laurentius Valla. Verbum quoq; ipſum nihilominus corruptum cum alijs in locis, tum in eodem titulo legitur adijcio videlicet pro addico, vt in l. Vlpiani, cuius initium eſt. Quoties, Quoties ait, fundus in diem adijcitur. Et ibidem: Si res in die adiecta ſit pro addicitur, & addicta ſit, quod in emendatoribus libris reperias. Item lib. 40 dig tit. de fideicom. lib. ſæpè legitur adijcio, & adiectio in eadem ſignificatione, ſed corruptè pro addico, & adictio.

Adrogare, & adrogatio, ad optare, & adoptatio, ſiue adoptio differunt, autore Gellio lib. 5. no. c. Att. vbi ex æquo diſtinguit adrogationem ab adoptione, nec alteram ſub altera cadere putat. Eius verba ſunt hæc. Cum in alienam familiam, inquam libertorum locum extranei ſumũtur, aut per Prætorem id fit, aut per populum. Quod per Prætorẽ fit, adoptio dicitur, quod per populum, adrogatio. Adoptantur autem cum a parẽte, in cuius po teſtate ſunt, in adoptionẽ dantur atq. ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio eſt, vendicantur Adrogantur autem ij, qui cum ſuis ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt eiuſque rei ipſi autores fiunt. Et ſubdit: Adrogari non poteſt, niſi iam veſticeps, ideſt, cum ad annum duo deuigeſimum peruenerit. Adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationẽ fit. Eius rogationis verba hæc ſunt. Velitis iubeatis Quirites. vti l. Valerius. l. Titio tam lege iureque filius ſibi fiat, quaſi ex eo patre, matreque familias eius natus eſſet, vtque ei vitę neciſque in eum poteſtas fiat, vt pariẽdo filio eſt. Hæc ita dixi, ita vos Quirites rogo. Modeſtinus libro i digeſt. tit. de adoptio. l. 1. adrogationem ab adoptione eo differre putat, quo ſpecies diſtat a ſuo genere Adoptionis, inquit, nomen generale eſt: in duas autem ſpecies diuiditur, quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera adrogatio, quaſi velit dicere, adoptio duas habet ſpecies, quarum altera nomine caret, & ex doctrina Ariſt. nomine generis appellatur, altera verò eſt adrogatio. Accurſius adrogationem dicit appellari, non quod populus rogaretur, vt ſcribit Gellius, ſed quod adoptator interrogatur, an velit eum, quem adoptat, ſibi iuſtum filium eſſe, ex eo fortaſſe deceptus, quod legerat primo Inſtitutionum titulo, de adopt. adrogationem fieri ſolitam Imperatoris authoritate, quia lege regia populus ei, & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem conceſſit: quod ſi ita eſt, non adoptator, ſed Imperator, qui in locum populi ſucceſſit, in huiuſmodi adrogationibus faciendis rogandus eſt.

Adul-

Adulterina res dicitur, quæ non eſt legitima, ſed ſuppoſitia: vnde filij adulterini dicti, ex adulterio concepit. Hinc adulterinæ literæ apud Apuleium libro quarto, de aſino aureo, & adulterina claue apud Saluſtiū, & adulterina ſigna vocat Feſtus Pomp. quæ ſunt alienis annulis facta. Ipſe quoque nullus, quo ſigna imprimuntur, adulterinus dici poteſt, lib.48. dig.ti. ad leg. Cor. de fal. l. Cornel. vbi modeſtinus ait. Qui ſignum adulterinum fecerit, vel exculpſerit. Africanus quoque in eo. tit. l. ſi quis. Quod ſi teſtamentum, inquit, adulterinum non eſſet. In eodem quoque 48. lib. tit. ad legem peculatus. l. ſacrilegij. Vlp. ait, Non videntur adulterinam monetam exſecuiſſe.

Aedicula pro parua æde, hoc eſt, pro templo paruo accipitur. Nam ædes is, in numero ſingulari ſemper accipitur pro templo, ſemper adiungitur illi, cui Deo ſacrata eſt, atq; dedicata, vt ædes Iouis, æde Caſtoris, ædes Concordiæ. Dicitur quoque ædes ſacra. Aedes, ædium, in numero multitudinis ſignificat domum priuatam, caretque numero ſingulari. Ab æde igitur ſacra fit ædicula, pro alicuius Dei templo paruo, vt Plin. 35. Supra ædiculam, inquit, Iuuentutis: hoc eſt, Deæ præſidis iuuentæ ætatis. Iuriſcon. lib.48. dig. tit. ad l Iuliam peculatus. l. ſacrilegij, qui ædiculas, inquit, incuſtoditas tentauerit. Quod ſi ædiculæ non eſſent ſacræ, tentare illas non eſſet ſacrilegium, atque ex conſequenti ad legem peculatus non pertineret crimen.

Aeſtimo, as, pro eo, quod eſt taxare, accipitur, verbum frequens in iure, ſcribiturque per æ, diphthongum, quod ab ære, & timæ, quod eſt pretium, componitur. Sic quoque in Archetypis illis Florentinorum Pand: ſemper ſcriptum repetitur. Neque ſcribendum extimo, as, id quod in libris recentioribus legitur. Hinc eſt apud antiquos pœna æſtimata ab ære, inquit Feſtus, quia æſtimauerunt eam ouem decuſſe, i. 10. aſſib. bouem centuſſe, i. centum aſſibus. Hinc rurſus fit, æſtimatio, æſtimator & æſtimatorius, vt Vlp. lib.19. dig. tit. de æſtima. actio.

Agnus pro fœtu ouis, dictio Græca eſt, ſignificatque purum ſiue caſtum, dictusq. eſt agnus, quod ea fit hoſtia pura, & immaculata. Varro tamen de lingua latina, agnum putat ab eo dictum, quod ſit pecori agnatus. Pau. lib.32. ff. qui eſt liber de leg.3. l. cum quæritur. Agni, inquit, legati quatenus viderentur, quidam aienant tantum menſium eſſe. Sed verū ſex eos legatos, qui minores eſſent anniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, vt apud Vlpi. lib.3. de aur. & arg. leg. l. veſtis, Pelles, inqt, caprinæ, & agninæ,

Agrip-

Agripponenſi Colonia, ciuitas eſt Germaniç inferioris, ſiue Gallicæ Belgicæ, autor Pro Tempeſtate quoq. noſtra Colonia appellatur de qua Pau. lib. vlt. dig. tit. de cēſibus l. iuris Italici ſunt, in Germania inferiori Agripinēſis Colonia.

Agnotheta exponitur certaminis diſpoſitor, & eſt qui certantibus proponit prçmium, quod detur victori Hier. pri. in Iouin. lib. Proponit agonothetes præmiū, inuitat ad curſum. Item ad Luci. Bæticum. Non eſt inuidus agnotheta noſter, nec alteri palmam, alteri parat ignominiam. Mod. lib. 60. dig. de pol. l. Septitia. Agonem inquit, conſtituto trietericū & ſequitur agnotheta exiſtente ac præſidente viro meo. Accur. Agneta legit, non minus falſo interpretamento, quàm lectione.

Album tabula erat, in qua iudicū nomina ſcribebantur, quod leucoma Græcis dicitur, vt eſt apud Iul. Pōll. Plinius in proœ. Nat. hiſtor. Quid te iudicem facis? cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Suet. in Clau. Cæſare. Iudicum, inquit albo eraſit. Item in Domit. Equitem T. ſeraſit iudicum albo. Seneca. lib. 5. Epiſto. Turpes infameſque etiam ad album ſedentibus, exceptiones. Vlp. lib. 4 ad edictū cuius verba tranſcribuntur in 2. de lib. dig. tit. de çden. l. prima. Eum inquit, edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demōſtret, quid dicturus ſit. Sic. n. in Pan. Floren. prototypis legitur, non ad album. Quo in loco Acc. multa hæſitatione ſe ipſum atq; alios torquet Deprehendit hunc errorem primus omnium atque monſtrauit, Ang. Pol. cui ſçpe data fuit copia inſpiciendi lib. illos.

Algidum, oppidum erat tranſmontes Tuſculano. 15. mil. paſſ. ab vrbe R nunc vrbis tantum veſtigia extant. Hor. 1. car. Quæcunque aut gelido prominet Algido Pomp. de orig. iuris. l. neceſſariū, Virgineus, inquit, recens a cæde, mandeſque adhuc filiæ cruore ad commilitones confugit, qui vniuerſi de Algido monte, vbi tunc belli gerendi cauſa legiones erant, relictis ducibus, protinus ſigna in Auentinum montem trāſtulerunt. Atqui Algidum, vt diximus, oppidum fuit, in cuius agro eo tempore Romanorū exercitus ab equis çeſus fuerat. Neque ab Algido, ſed Auecilio mōte tunc exercitus Romam venit, vt author eſt Liu. lib 30. Allego allegis, pen breuis, pro eo, quod eſt cooptare, hoc eſt, in collegiū adſciſcere, componitur q; ex ad, & lego, gis. Vlp. lib. 50. dig. tit. de decus. l generaliter, Allegi, inquit, i. per electionem in ordinē aſſumi. Allego, gas, quod eſt compoſitum ex ad, & lego, gas, pen. longa, eſt ad aliquem locum mittere. Vnde iuris profeſſores conſueuerunt allegare leges, i. citare

teſtes

ſeſtes ad id, de quo diſputant, cō probandum, ſed non ſine barbariſſimi vitio, quod pro allego pe- nu. longa, proferunt allego pen. breui.

Alueus, fluminis eſt vallis, ſiue foſſa, ſiue conceptaculum, & locus, per quem fluuius labitur, dum intra ripas notas currit. Nam cum euagatur, alueum tranſcendit. Pomp. Mela. Ora, inquit Aſiæ, cum alueo Nili amnis deſcendit in pelagus. In hac ſignificatione accipitur in iure, cum ſæpe alias tamen lib. 41. tit. de re. diui. l. ideo quæ eſt Caij. Quod ſi in toto, inquit, alueo naturali flumen alias fluere cæpit, prior quidem alueus eorum eſt, qui propè ripam prædia poſſident, & ibidem ſæpe. Alias alueus eſt apiū receptaculum, vt in eod. titu. l. naturalem ante quam apes, inquit, in alueo a nobis concludantur.

Ambitus ab ambitione diſtat, quod ambitus in actu eſt, ambitio verò in animo eſt habitus. Ambitione namque peccat, qui præter modum cupit honores, qui ambitioſus dicitur Ambitū verò committit, qui largitionib. magiſtratum conſequitur, quę in reb. ſacris ſimonia & in religione Chriſtiana vocatur dictus ambitus, vt inquit Feſtus, ambitu ædificiorum, qui patet in latitudinem pedes duos, & ſemiſſem, in longitudinem, idem quod ædificium, lib. 48. dig. tit. eſt, ad l. Iul. de amb. vbi Mo. Hæc, inquit, lex in vrbe hodie ceſſat, quia ad curam Principis magiſtratuū creatio pertinet, non ad populi fauorem, qui, ſ. declaratur per ſuffragia.

Amphora vas eſt, ſed quantū capiat pauci nouerunt, illi maximè, quorum id ſcire plurimum intereat. Et itaq; ſpatium quod circunſcribitur, a ſex (vt ſic dixerim) ſuperficieb. quarum latera ſunt pedalia, anguli verò tecti, de qua Priſc. in lib. de ponderibus, & menſuris. Pes longo ſpatio ſolido latoque notetur, Angulus vt par ſit, quem claudit linea triplex. Quattuor ex quadris medium cingatur inane, Amphora fit, cuius vim ne violare liceret, Sacra vertant Ioui Tapeio in monte Quirites, lib. 35. diſtin. qui eſt de leg. 2. Hermog. in l. ſi quis. Serui. ex illo, inquit, dolio amphoras 10. Et ibidem: Vinum amphorarium. Item lib. 33. de penu. leg. Scæuola in l. pen. Sint inquit, & in horreis amphorę, an hæc quoque deberentur. Accurſ. vaſa tantum eſſe dicit.

Aminæum vinum ex celeberrimis Campanię, de quo Virg. 2. Geor. Sunt aminęæ vites firmiſſima vina, dictum aminęum, vt putat Seru. quaſi ſine mimo, i. rubore. Nam vt ait, album eſt Pli. lib. 34. Principatus, ait, datur aminæis propter firmitatem, ſenio quoq; proficientem. Idem quoque Falernum & Cæcubum dicitur.

citur. Macrob. in 3. Satur. de generib. vuarum. Aminæa, ait, a regione dicta. Nam Aminæi fuerunt, vbi nunc eſt Falernum. Quod vero Aminæum Cæcubũ, & Falernum ſynonyma ſint, teſtatur Galen. in 6. Decameridõ: In muſto, inquit, vuarum auſterarũ, quas vocant Aminęas, eaſdem, & Falernas. Idem in lib. de vinis. Aminæum quod antiqui Rom. nominãt Cæcubũ. Idẽ in libro de Euchimia: Albũ, inquit, quale eſt Aminęum. Nominant autem id antiqui Latini Cęcubũ. Proculus lib. 33. tit. de vi. & trit. lega. i. qui. Aminæum inquit, Græcum, & dulcia omnia.

Amurca eſt ſanies, ſiue ſuccus ille aquæus, atque viger, qui ex oliua ſimul cum oleo exprimitur, atq; ſubſidet. Nam oliua ex quinque ſubſtantijs conſtat oſſe nucleo, ſanſa, oleo, amurca. Vir. 1. Georg. Profuit interdum nigra perfundere amurca, quam Seruius interpretatur olei ſordes, ſed non exponit quas, cum ſint duplices. Nam, vt dixi, quod ſubdet oleo, ex oliuarum expreſſione dicitur amurca, quod vero poſt oleum in dolia conditum, quaſi ſecundum purgamentum, Fraces appellantur; Plinio lib. 15. Oleum, inquit, in amurca, & fracib. deterius fieri. Adſeruabãtur autem amurca ad multos vſus. Vnde Cato de re ruſtica. Dolia, inquit, amurcaria decem habeat. Vlp. lib. 33. dig. tit. de pen. leg. l. cui penum. Ariſto. notat notat etiam quæ eſui potuiq; nõ ſunt, cõtineri legato, vt puta ea, in quibus eſſe ſolemus, oleum, garum, amurca. Accurſ. ſalſamenta eſſe dicit, ſed nõ, quæ illa fuit exponit. Cum vero in amurca nullus cib. quod ego legerim, elitari ſit conſuetum, fortè pro amurca legendum eſt muria.

Anadema ſimpliciter corona eſt. Nam diadema proprie regũ habetur, dictum anadema ab anadeo, quod eſt corono. Lucr. lib. Fluunt anademata mitræ. Pa. lib. 33. dig. tit. de auro, & arg. leg. l. quamuis. Sicut mitræ, ait, & anadema.

Analogiſtæ dicuntur tutores illius qui non teneantur reddere rationem tutelæ adminiſtratæ, ab ana præpoſitione, & logos ratio, vt ana tollat rationem Iul. lib. 26. tit. de admin. tut. l. quidã decedens, Eos, inquit, analogiſtas eſſe volo, & paulo poſt. Teſtamento comprehenſum ſit, vt analogiſtæ eſſent.

Anagaria, pen. longa, atque in eodem accentu, éxponitur coactio. Veg lib. 1. de re militari loquens de tyronib. In angarijs, ait, plurimũ detinendi ſunt proculq; habendi a ciuitatib. Idem lib. 2. ad vigilias vel angarias faciendas. Acc. in Codice Iuſtit. tit. de ſacroſan. eccleſ. neminem, in angarijs vel perangarijs, &c. Angariæ, inquit, ſunt in operis perſonarum.

Perangariæ, in quib. vtrunq; vertitur.ſ.perſonarum,& rerum impendia, verbum, quoq; angario,as,quod exponitur cogo,gis, ſicut angaria eſt coactio. Matth. cap.27.atque iterum Luc.15.Angariauerunt Simeonem quendam Cirenæum. Vlp.lib.50.dig. titul.de priuilegio veteranorum, naues, inquit, angariare poſſe.

Animaduerto,prçter illi ſignificationem, quæ habere in promptu,hoc eſt,conſiderare, ſignificat etiam punire eum tantummodo, qui in alterum puniendi habet poteſtatem;differtq; conſtructione.Nam dicimus animaduerto te,pro cõſidero te. Sal.in Cat, Vt prius ait, in eos animaduerteretur,& paulo poſt;Verberib.animaduertebant in ciues, Vlp.lib. 46. dig. tit. de iniu. l. item apud Lab.ait prætor.ne quid inſinuandi cauſa fiat, ſi quis aduerſus ea fecerit, prout quæq;res erit,animaduertam. Et animaduerſio pro punitione. Vlp 47.li.dig.tit. de fur.l.memini ſſe.Extraordinaria,inquit,animaduerſio eſt coercenda,

Ancones vaſa ſunt cubicula, quoniam anco Græce,cubitus latine redditur.Pau.li.33.de fundo inſtr.l.tabernæ. Doliaria,inquit vaſa,ancones,dalices,trullæ.

Anniculus, inquit Valla, & ſi formam diminutiui habeat; diminut.non eſt, & dicitur tam de reb.animatis,quam de inanimatis,quæ ſunt vnius anni, vt anniculus puer,anniculus agnus, anniculum vinum. Paul de verb.ſig. l.anniculus. Anniculus,inquit, mittitur, qui extremo die anni moritur, Et infra;anniculus, ait, non ſtatim,vt natus eſt, ſed 365. die incipiente plane non exacta dicitur. Item Africanus de legat. 3.l.cum quæreretur.Ani, inquit, minores eſſent anniculis.

Annona proprie dicitur de re frumentaria.Sed de alijs quoque req.poſſe dici autor eſt Cice. in 2.de diuin.Annonam, inquit,cariorem in macello. Erat autem præfectus annonæ; de eius origine Liuius l. 4. ab vrbe condita.Dicta eſt autem annona, propterea quòd ſit alimentum annuum.

Annua, bima, trima die, id quod multis in locis apud Iuriſc, legitur, quo ſenſu accipi debeatur,manifeſtauit Iuriſcon. de annuis legatis l.ſi legatum. Si legatum, ait, ſit relictum annua, bima,trima die,forte dena,per ſingulos debentur annos, licet non fuerit adiectum æquis penſionibus. Ratio autem huius dicendi generis illa nimirum eſt,quod cum dies in genere fœminino tẽpus ſignificet, vt apud Cic.longa dies adimit ægritudinem. Et illud poetæ: Longa dies homini docuit parere leones. Annus autem ſignificet quod eſt vnius anni: bimus quod eſt duorum annorum; trimus, quòd trium annorum;

porum: erit annua, bima, trima die, idem quod anno, biennio, triennio. Quod Iuriſc quinq; expreſſit in tit. de manu. teſta. leg. ſi ita; Si ita, ait, ſit ſcriptum in teſtamento, Stichus ſeruus meus hæredi meo mille nummos anno, biennio, triennio, ſi ſoluerit, liber eſto.

Antiades, & pariſtmi, a Græcis dicuntur, quæ ſunt Latinis tonſillę, & ſunt inflammationes circa eas partes, quæ mela i. poma, à recentiorib. verò amygdalæ appellantur Celſus. lib. 7. c. 11. Tonſilias, quę poſt inflamationem in durauerunt, Græci antiades appellant Gal. li. 6. Decameridon: Hortulanum, inquit, a vulua, & antiadib. & pariſtmijs ſoffocationem patientem. Idem verò lib. 10. de medicina ſimplici, pariſtmijs ſiue faucib. vuluæ, & antiadibus Vlpia. lib. 21. ti. de ædil. edic. leg. quæritur. Et ſi quis habeat antiades, & ſi antiades ſunt, quas exiſtimo, ideſt inueteratas, & quæ iam diſcuti non poſſunt, vtrobique mendum eſt Antiachæ pro antiades. Accur. faucium tumores exponit, nõ tamen dicit quos tumores: quod vero ſubdit, vt ſcrofulę, omninò falſum eſt, cum ſcrofulæ ſint apud iuniores medicos, quæ ab antiquis dicuntur, chærades Græcis, & Latinis ſtrumæ.

Antidorum ex Græco vertitur remuneratio, ſiue retributio, ab anti, quod eſt, re, & dotatio donum, quaſi doni redditio, Vlp. li. 5. dig. tit. de petit. hæred. l. ſed & ſi plane; ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt. Locus eſt in 5. Ethicorum Ariſtotelis, liber hucuſq; ab expoſitorib. non enarratus vbi Leonardo interprete legitur, vnde ſacra gratiarum ſunt: quo in loco Ariſtoteles de hac remuneratione loquitur.

Antidotum ſiue antidotus eſt medicamentum, quo nos contra venenum præmunimus, ex eo, quod contra detur, dictũ A. Gellius li. 26. Huius autem Regis antidotus celebratiſſima eſt, quę mithridatia vocatur. Serenus; Antidotus verò multis mithridatia fertur Conſociata modis, & Plin. li. 7. contra venena præcipuum antidotũ, Pau. lib. 33. dig. tit. de pe. leg. l. non omne, Quo, inquit, in numero antidotum nõ eſt. Item lib. 18. tit. de contrahen. empt. l. quod ſæpe Antidota, ait, & alia quædam ſalubria medicamenta. Vtrobique Accurſius nihil aliud dicit, quàm eſſe genus medicamenti, ſed non, quid illud ſit, explicat.

Antinomia poteſt Latinè reddi legum contrarietas, ab anti cõtra, & nomos lex, vt in c. Iuſtin. tit. de vel. iure enucl. l. Deo authore. Nulla, inquit, in omnibus prædicti Codicis membris antinomia. Sic enim a vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur. Et paulò poſt;

ſò poſt: Per ſuum vitium antino mias induxerunt.

Antonius,& Seuerus quoties in lib. Digeſt. legitur, mendum eſt inſigne,pro eo ,quod eſſe debuit,Antonius,& Verus, tum ex codicib. illis vetuſtis Florentinorum, tum etiam ex ipſa temporum hiſtoria.

Apocha dictio Græca eſt, & Latinè dicitur;receptio. Nam tũc illam creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem, quam illi debeat, recepit Vlp.lib.46.dig.de acceptil.l.ſi ac ceptilatum. Intra acceptilationem, ait, & apocham hoc intereſt, quod acceptilatione omnimoda liberatio cõtingit, licet pecunia ſoluta non ſit. Apocha non aliàs,quam ſi pecunia ſoluta ſit,Item de fide inſtrum. l.plures apochis, atque in eodem titu eſt de apochis.

Apolides Græce dicuntur,qui extorres ſiue exules ſunt, dicti, vel ab apoleo,quod eſt deperdo; ſiue ab a,particula priuatiua, & polis,quod Latinis eſt ciuitas,vt Martia. ſcribit lib. 48.dig. pœn. Quidam inquit, apolides ſunt.i. ſine ciuitate. Vlpia. quoque de leg.5.lib. 1.Nec teſtamenti, ait, faciendi ius habet, cum ſint apolides.

Apoſtoli,orum,ex Græco red duntur dimiſſoriæ literæ ab apoſtello,quod eſt remitto.Vnde eſt apoſtole,es,idem quod remiſſio. T.Liu.Apoſtolos,ait,fregit in ſenatu.

Titulus eſt apud iuriſconſul. de libel.dimiſ.qui dicuntur Apoſtoli,lib.50.dig.Mod. quoque de verb.ſig.l.dimiſſoriæ. Dimiſſoriæ ait, literæ dicuntur, quæ vulgò Apoſtoli.

Apparitores dicuntur, qui apparent,& preſtò ſunt,obſequunturque magiſtratib. Virg.9.Aen. Quam ipſi cupiant regi apparere Latino.Gell.lib.2. Poſtea quã lictor,qui illi apparebat,intellexit.Cicer. lib.3.de leg.Leges,ait ſunt,quas apparitores noſtri volunt.Hierony.ad Saluinam. Nihil nocuit militantibus paludamentum,& baltheus, & apparitorum caterua. Vlpian. lib.21. titu. de euict. l. ſi pignora. Si pignora; ait, veneant per apparitores.

Appendicius, a, um, dicitur quod ab alio pendet. Hier.ad Feriam, pudicitia ſiue comitib. & appendicijs ſuis continentia, & parcitate. Vlp.lib.20. dig.de acqui.hæred.l.ſi quis. Sunt,inquit, appendiciæ præcedentis inſtitutionis.

Aquiminarium vas eſt, quod quoquo verſum fundit aquas, vnde Græci ex Herodoto, interprete Valer.perirhanteram dicitur, aperi circum, & rhantizo ſpargo,ſiue irroro, Pomponius lib.34.de auro, &c.l. & ſi. De aquiminario dubitatum eſt. Et puto contineri. Nam & hoc propter eſcam paratur. Et eo.tit.l.in

argento.

argento. De aquiminario, ait, Caſſius ſe conſultum reſpondiſſe. Item de ſuppell. leg.l.1.aquiminarij ſæpe meminit.

Arcarius, is dicitur, qui pecuniam publicam adſeruat. Hieronymus in calce epiſto. ad Romã pro eo, quod in Græco eſt œconomus, ipſe arcarius, interpraetatus eſt. Salutat, inquit, vos Eraſtus arcarius ciuitatis. Scæuola lib.40.dige. in titu. de fideicom. liber. l. Thais. §. Stichum, ait, rationib. redditus manumitti volo. Stichus arcarius probante domino nomina petit. In Codice quoque Iuſtinian. tit. eſt de ſuſceptoribus, & præpoſitis, & arcarius Poteſt igitur arcarius eſſe publice, & priuatim.

Archiatros ex Græco vertitur princeps medicorum, dictus ab arcos, quod eſt princeps, & a tros medicus Aug. lib. 3. de ciuit. Dei, Vbi ſe, ait, Aeſculapius excuſabit, quod archiatrum ſe, non obſtetricem profitebatur. Hieronym. ad Euangel. Ne fieret, ait, aliqua plaga, quæ ſcientia noſtri lateret archiatri. Iulius quoq; Firm. lib. 2. mateſ. Mercur. in 3. ab horoſcopo loco conſtitutus facit archiatros. In Codice Iuſtit. tit. de profeſſionib. & medicis. lib. 10. Medicos, & inquit, & maximè archiatros, vel ex archiatrix, & infra, l. archiatria, ait, ſcientes annuaria ſibi commoda.

Archigeron vocatur princeps ſeniorum, quorum gerontos Græcè eſt ſenior, ſiue ſenex Iul. C. Iuſt. tit. de epiſcop. aud leg. archigerontet. Archigerontes, inquit, & diæ ceræ. Acc. quod mirum ſit, archigerontes archipresbyteros interpretatur rectè, quod presbyteros æque ſeniores interpretatur, vt idem ſit archigeron, quod archipresbyter.

Archigubernius dicitur gubernatorum princeps, ſiue claſſis præfectus, compoſitum nomen ex Græco, & Latino, quod perquam rarum eſt. Aliquando fieri ſolet, vt Quin. lib 1. oſtendit. Liboneus lib. 36. dig. tit. ad Senatuſconſultum Treb. l. eius. Saturnius, inquit, archigubernus ex claſſe Britanica.

Archimandrita dicitur agminis ſiue gregis princeps. Mandra nanq; multa, ſignificat apud Græcos; ſpeluncam interpretatur frater Ioannes Carmelitenus Iuu. mandram poſuit pro mulione, cum in 3. Satur. ſcripſitis. Stantis conuicia mandræ. Martialis pro ipſa multorum concertatione, dicens; Vixq; datur longas multorum vincere mandras. Atque idem a calculo in ludo, quem vocat vulgus ſcacorum, his verbis; Sic vincas. Nouiumque Publiumque Mandris, & vitro latrone cluſos. In Co. tamen Iuſtin. lib. primo, pro pontifice accipitur. Reuerendiſſimi, ait, archimandritæ,

Idem colum. 1. de monachis, Deo, inquit, amabiles epiſcopi, & archimandritæ, vtrobique pro paſtore.

Archimimus vocatur princeps minorum. Sunt autem Mimi poemata laſciuientia in turpitudinem. de quib ſcripſit, Ouid. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia *Mimos*. Et Martiã. Mimos ridiculi Philiſtrionis. Mimus vero, authore Diomede, dictus eſt quod omnia ſolus imitetur, a verbo Græco mimeoute, quod eſt imitor. Nam cum alia poemata idem faciant, hic tamen peculiari quodammodo. Iulia. lib. 38. de oper. li. l. patronus. Nam ſi quis, ait, archimimum vel pantomimum.

Architetus dicitur princeps fabrorum. Nam tecton eſt faber lignarius maximè, ſed architecti negotium ad plura ſe extendit Vitr. lib. 1. de architect. architecti, inquit, ſcientia eſt pluribus diſciplinis, & varijs eruditionib. ornata, cuius iudicio probantur omnia quæ a cæteris artib. proficiſcuntur opera, ea naſcitur ex fabrica, & ratiocinatione. Hinc Pau. apoſt. translatione vtens dixit in Epiſt. quadam. Quaſi ſapiens architectus fundamentũ poſui. Calliſ. lib. 60. de iu. im. l. quibuſdam, Veterinarij, ait, architectus.

Archiuum interiecta, u, a Latinis dicitur, quod eſt Grecis, archion, quod dicitur principium, & eſt locus vbi monumentã literarum publice adſeruantur. Mar. in Philol. nuptijs. Cloto & Lacheſis librariæ ſuperum archiuique cuſtodes. Hier. in prol. Eſter. librum, inquit, Eſt eruarijs translatoribus conſtat eſſe vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum reuelans verbum de verbo expreſſus tranſtuli. Vlp. li. 48. tit. de pœnis, l. mortis. Quo loco, inquit, publicè inſtrumenta deponantur archiuo forte, vel grammatophylacio.

Area, ait, Feſtus Pomp locus eſt vacuus, quaſi exaruerit, & nõ poſſit quicquam generare, qualis locus eſt ille, in quo teruntur meſſes. Et quoq; in vrbe ſolum, ſiue terræ ſuperficies, in qua nihil eſt ædificatum. Florent. de verb. ſign. l. fundi. Locus, ait, ſine ędificio in vrbe, area; in rure, ager.

Arelatenſis ab eo eſt, quod eſt Arelas, ſiue Arelate, ciuitas prouinciæ Narbonenſis, nunc eſt arles. Pli. lib. 32. Pompeius Paulini equitis arelatenſis filius. Scæuola lib. 33. dig. de vſu, & vſufr. l. codicillis. ad temp. ait, arelatenſium pertinere.

Arena plerunq; pro amphitheatro ponitur, quo in loco beſtiæ interficiebantur, ſic appellatus, ab eo, quod arena in ſolo ſpargebatur, quę ſanguinem effuſum ex vulnerib. ſiue ferarum, ſiue gladiatorum ebiberet. Iuuen. Lenonibus atque laniſtis, Liber-

Libertas iuriſq; idem contingat arenæ. Vlp. lib.48.dig.tit.de accuſator.l.qui iudicio. Qui cum beſtijs, inquit, depugnandi cauſa in arenam intromiſſis ſunt. Hinc & arenarij dicti, qui operas ſuas locabant, aut obijciendo ſe feris, aut congrediendo cum altero gladiatore, cuiuſmodi homines infames ſunt. Calliſtratus lib. 38. de operis libertorum l. hæc demum. Neque arenarius, ait, manumiſſus, &c.

Areuſa nomen celebre eſt fœminarū in libris digeſt. In libris recentiorib. mẽdoſe legitur arethuſa. Neque ignoro arethuſam nympham eſſe, & fontem eiuſdẽ nominis in Sicilia, de vtraque Virgilius in Bucolicis, & in quarto Georgicorum lib. Sed quod ad iuris rationem attinet, nihil refert Areuſam dicas, an Arethuſam, nos puritatem lectionis defendimus, quod Grammatici proprium eſt officium.

Argentarius non tam argenti opifex eſt, quam is, qui pecunias publicas exigit, aut pecunias ſub fide publica permutat, qui vulgo Campſores appellantur. Marcellus lib. 46. de ſtatu liberis, l. Stichus, aut argentariæ, ait menſæ exercitores. Itẽ lib.2. dig. tit. de edendo. l. Prætor. Prætor ait, argentariæ menſæ exercitores.

Armentum, ait, Varro de lingua Latina, dictum eſt, quod boues maximẽ parabantur, vt inde eligerent ad arandum, inde armenta dicta poſtea, tertia litera extrita, pro aramenta. Feſtus tamen Pompeius armentum id genus pecoris appellat, quod eſt idoneum ad opus armorum. Pomponius tit. de verb. ſign. l. boues. Boues, ait, armentorum magis, quam iumentorum nomine appellantur.

Armillæ, ait Feſtus erant ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerebant ſit dictæ, quod antiqui humeros cum brachijs ramos vocabant, vnde arma ab his dependentijs ſunt vocata Vlpian. lib. 34. dig. de auro. & argen. leg. l. argumento Inaures, ait, & armillæ.

Arra, arræ, ſiue arrabo, arrabonis, proprie illud eſt, quod datur pro emptionib. confirmandis Nam, quemadmodum Vlp. ait, ſine pretio vẽditio nulla eſt, neq; pretij numeratio, ſed conuentio facit emptionem. Sed, vt Caius Iuriſc. ait, quod arra pro emptione dare, non eò pertinet, quaſi ſine arra conuentio nihil proficiat, ſed vt euidentius probari poſſit conueniſſe de pretio. Sed cur in ſponſalib. contrahendis a ſponſo arra debeatur ſpõſę vndeq; ea res habeat. Originẽ pauci nouerũt. Conſuetudo fuit apud maiores noſtros, vt ſponſus, & ſponſa inituri fędus matrimonij ſe inuicem coemerent, facta igitur pretij conuentione,

& ſponſa emebat ſpõſum dotis pretio. Id quod Plautus expreſſit dicens. Imperium accepi, dote libertatem vendidi, & Iuuenalis: Veniunt an dote ſagittæ Libertas emitur, Econtrario ſpõſus ſponſam, Vnde eſt illud Virgilianum ex primo Georg. Teq; ſibi generum, Tethys emat omnib. vndis. Sed quia vtrumq; pretium erat in poteſtate viri, accipit ille dotem, quia emptus eſt a ſponſa, illa vero tantum accipit arras, quod eſt quaſi quoddã emptionis ſignum. Aliquando tamen arra pro pignore ſimpliciter accipitur apud authores.

Arremo, onis, trocleæ genus, eſt machina ad ſubleuanda onera, quæ Græcè dicitur epagon. Vitruuius lib. 10. de Architectura, In radice, ait, machinæ collocatur tertia trochlea, eam Græci epagonta, noſtri artemonem appellant. Lucas in apoſtolica hiſtoria. cap. 27. Artemone quaſi Græca dictione vtitur, cum dicit. Et leuato artemone ſecundnm auræ ſtatum, tendebant ad littus. Nam in Græco artemona poſuit, ſed fieri poteſt vt a ſermone Latino acceperit Lucas, cum præſertim qui cum Paulo erant in ea nauigatione, Romani eſſent, aut ſaltem Romanè loquerentur. Quod ſi artemo dictio Latina eſt, non poteſt per th, aſpiratum legi, id quod Iſidorus putauit, cum nulla dictio. Latina th, ſed neque vllam aliam conſonantem aſpiratam recipiat, Iabolenus, de verb. ſig. l. malum. Malum nauis eſſe partem, artemonem non eſſe, Labeo ait.

Aſſeſſores dicuntur, qui aſſident iudici, non vt iudices, ſed vt approbaturi iudicis ſententiam, Vnde Saluator noſter diſcipulis ſuis dixit. Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes, iudicantes 12. trib. Iſrael, Iul. Fir. lib. 1. Matheſ. Mars, inquit aſſeſſores maximos iudicum facit, Paulus lib. 1. dig. tit. de off. aſſeſſ. l. omne, Officium aſſeſſorum, qui viri ſtudioſi partib. ſuis funguntur, in ijs cauſis conſtat. In Codice quoque Iuſt. tit. eſt de aſſeſſoribus, & cancellarijs.

Athleta vocatur pugil. ſiue certator, qui athlos eſt certamẽ, & athlon ipſum certaminis præmium, res quidem honorifica, non quemadmodum eorum, qui artem ludicram exercent, infamis. Iuuenalis: Leuibus athletis & vaſa nouiſſima denotat. Vlp. lib. 27. tit. de excuſationibus. Athletæ, inquit, habent a tutela excuſationem Vlp. lib. 2. dig. tit. de ijs qui no. l. athletas. Athletam, ait, artem ludicram non facere.

Atrienſes ſiue atriarius, ſeruus eſt, qui alijs ſeruis a dño prę ponitur, dictus quod atrio, hoc eſt primæ domus parti, vbi apud antiquos diuitiæ adſeruabantur, cuſtos adhibebatur, de cuiuſmodi ſeruo Vir. intellexit

cum

cum in Ae dixit Fidusq; ad limina custos. Et qualis eſt, aut fingitur Plautinus ille Saureas atrienſis, qui ſit quaſi œconomus, ſiue villicus. Pli. Cæcilius in epiſt. Sumptus atrienſium, topiariorum, & fabrorum. Seneca quoq; in epiſ. Sed habet villicus atrienſis colonus, Vlp. lib. 33. de fundo inſtru. inſtrumenta. Si villa, inquit, cultior eſt, veluti atrienſes, & ſcoparij. Item de verborum ſignificat. in l. lege Vtrum, ait, diſpenſatoris, inſularij, villici, atrienſes. Accur. trienſes interpretatur, qui purgāt atrium.

Attellanus, a, um, ab Attella vrbe Campaniæ, de qua Sil. libro 11. Punicorum. Iamque Attella ſuas, iamque & Calatia adegit. Inde Attelani ludi, & Attellanæ comediæ. Iuue Vrbucus ex odio riſum mouet attellanæ Geſtibus autonoes. Scæ. titulo de leg. 3. l. patronus. Fundum, inquit, in regione Attellana legauit.

Autorare aliquem eſt illum ſibi obnoxium facere, atq; obligare, quoniam authores dicuntur, qui habent poteſtatem aliquid faciendi, & ſine quorum authoritate non poteſt aliquid fieri. Vnde tutores dicuntur authores pupillorum, & milites dicuntur authorari a duce ſiue præfecto exercitus, i. obligari in illorum verba iurantes. Vnde titulus eſt apud Iuriſc. de legendo vel authorando milite, & inde autoramentum pro ipſa obligatione. Vnde Sen. dicit. Nullum ſine authoramento malum eſt. Et Cice. in 1. off. Eſt. n. illis ipſa merces authoramentum ſeruitutis. Vlp. lib. 26. tit. de autor. & cōnt. tu. l. etſi plurib. Si tutor, inquit authoretur, cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit, pro obligetur. Inde cōponitur exautorare pro eo, quod eſt ab obligatione ſoluere in l. verbo exauthorare.

Aurum coronarium dicebatur, quod erat coronis faciendis aptiſſimum, & quantum poſſumus, coniectura aſſequi, eſt illud quod ex inſulis Indorum nuper repertis aduehitur, non quodcūque, ſed quod vulgo dicit Guanim. Neq; .n. eſt eiuſdem ſpeciei cum auro communi, quoniam igni purgatum nō pertingit gradum vigeſimum. In ſacris literis hoc genus auri Cethim dicitur, & inde Cether dicta eſt coronę auri. Huius generis auri meminit Iuſt. in ſuo Codice titulo de Iud. l Iudæorum. Quam formā, inquit patriarchæ quondam coronarij auri nomine poſtulabāt. Item libro 10. de auro coron. l. vnica. Ad collationem, inquit, auri coronarij placuit neminem abſque conſuetudine eſſe cogendū. Sed cur illud auri genus deſtinaretur coronis, illam puto fuiſſe cauſam, quod ſplendore quodam peculiari fulget.

B.

BAluca aurum eſt nondũ purgatũ, neq; adhuc in maſſam redactum, Græce chryſamos dictum; & quaſi ab eo, quod ſit aurum imperfectum. Neq; eſt verbum Latinum, quod Accu. putauit, ſed Hiſpani cum ſcribit Plin. lib 33. Nat. Hiſt. Hiſpani, inquit, aurum, quod minutum eſt balucam vocant. Iuſtinianus, lib. 11. in tit. qui eſt de metallarijs. Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca. Et infra l. ob metalum. Quatuordecim, inquit. vncias in baluca. Cuius legis ſenſus hic eſt, ꝙ ſi metallarij conduxerunt a principe Aurifondinam aliquot auri libris puta centum, id debere eſſe purgatum, quod ſoluendum eſt. Quod ſi voluerint ſoluere in baluca, debere pendere pro ſingulis libris quatuor denas vncias, hoc eſt, pro inter trimetrõ, & ſpurcitiam duas vltra duodecim. Eſt opere pretium audire reſomniantem Accurſium. Baluca inquientem, vas eſt lucens, quaſi in eo vaſe aurei illi victigales principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio ipſi non placebat, adiecit aliam non minus ridiculã. Vel baluca, ait, quaſi baiulans lucem, hoc eſt auris ſplendorem. Dic mihi, o Accurſi, eſt ne hoc, de quo gloriaris, accurrere, vel ſuccurere legib. an potius ea, quæ dilucida a legiſlatore dicũtur, tenebris inuoluere?

Bannum a recentioribus, dicitur illa ſpecies exilij, quæ ab antiquis dicebatur proſcriptio. En cartados huiuſmodi exules Hiſpani appellant, Itali bannitos. Ij ſunt, de quib. in iure ciuili, & apud authores Latinos dicitur, quod carent de iure togæ, quib. aqua, & igni interdictum eſt, C. de epiſcopis, & clericis, in noua conſtitutione. Federici. Banno, inquit, imperiali ſubiaceant.

Bapheus dicitur tinctor & baphe tinctura, vtrumq; doctum a bapto, quod eſt tincto, ſiue colore inficio. Ser. in illud Virg. lib. 4. Geor. Hyali ſaturo fucata colore iuxta Tarentum, inquit, ſunt Baphiæ vbi tingitur lana, Inſt. lib. 11. eod. tit. de murilegulis, l. baphei, inquit, per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynecij cõfecta corrumpuntur. Idem in tit. de veſtib. holoberis, lib. 11. l. purpuræ. Ad baphia inquit, Phœnices.

Baſtagarij, ſiue baſtazontes dicuntur baiuli, & corbulones, qui ferunt onera humeris, dicti a baſtazo verbo Græco, quod eſt porto, as, latine. Iuſt. lib. 11. eo. tit. de muril. & baſtagarijs. Quod ad præſens, ait, remedium pertinet, quintum animal baſtagarijs pro reparatione præbeatur. Accu. nihilo plus ſuccurrit, quam ſolitus eſt. Sunt inquit, baſtagarij, qui cogunt ruſticos ad hoc, vel ſunt becharij de domo principis Becharios Itali vocat lanios, ſiue lanīones,

tiones, ſed diuidat, vt ſolitus eſt alijs in locis.

Berytos ciuitas eſt Syriæ Phœnices prope Tyrum & Sidonia patria Vlp. Iuriſc. Pli. lib. 5. Berytos inquit, Colonia quę fœlix Iulia appellatur. Scæ. lib. 45. dig. tit. de verb. obl. l. qui Romæ. In prouincia, inquit, Syria in ciuitate Beryto. Pau. quoq; in tit. de cẽſib. Beryto, inquit, in Phœnicia. Hinc berytius, tia, tium. Vnde Plin. Vina barytia celebrantur.

Biblius, a, um; a Biblo oppido quoq; Phœnice, de quo Strabo, Plinius, Mela. Eſt & in eadẽ prouincia Palebiblos, ideſt antiqua biblos. Bibliorum meminit Ezechiel Proph. c. 26. & 27. Iuſt. lib. 10. Codicis, tit. qui de municipibus, & originarijs. Cũ te Bibliũ origine incolam autem Berytiũ eſſe propoſuiſti. Vtraque hi Syriæ Phœnices eſt ciuitas, & altera alteri finitima eſt.

Bibliotheca locus eſt, vbi reponuntur libri. Nam biblos dicitur latine liber, theca repoſitorium; quemadmodum Dactylotheca, vbi reponuntur annuli; Oporoteca, vbi fructus arborũ; Pinacotheca, vbi tabulę, Vlp. lib. 32. diſt. qui eſt de leg. 3. l. librorum Libris, inquit, legatis bibliothecas non contineri.

Bidens, tis, genus eſt inſtrumẽti foſſorij, ideo ſic dictum, quod duos habeat dentes, quemadmodum raſtra quæ habent plures. Iuuenalis: Vide bidentis amans & culti villicus horti. Vlp. libro 33. dig. l. inſtrumenta, Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes.

Bini, æ, a nomen eſt numerale diſtributiuum, ſiue diuiduum, hoc eſt, quod ſignificat tot res illarum, quæ diuiduntur, ſingulis competere, vt ſi dixeris, bini argentei ſunt viritim diſtribuendi, intelligimus, quod ſingulis viris competunt duo argentei. Poetæ abutuntur hac ſignificatione accipientes bina pro duob. ſimpliciter. Virg. 1. Aen. Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. Idem in 8. Frænaque bina meus, quæ nunc habet aurea Pallas. Accurſius huiuſmodi nomina in bis tãtum interpretatur, vt bina pro quattuor quina pro decem, dena pro viginti, contra mentem legiſlatoris, magnoq; ſenſus detrimento. Eſt alia ſignificatio huiuſmodi nominum, quæ iunguntur nominib. pluraliter declinatis, vt ſi dicas, Binas literas tuas accepi intelligo, quod accepi duas epiſt. ſed binas dixi, quia literæ, animi pro epiſ. caret numero ſingulari. Hinc eſt quod M. T. reprehendit filium Ciceronem, quia ſcripſerat ſe accepiſſe duas literas, cum debuiſſet dicere, binas. Nam dicendo duas, ſignificabat, quod duo tantum elementa accepiſſet, puta a, b. Neratius lib. 39. tit. de damno. infe. l. quod Cornelius Binarum, inquit ædium, & in alia lege de ſeruitutib. vrbanorum

bona cum additamento, aut bona vtilia, aut bona iucunda, Iuriſconſulti tamen, quia cum vulgo, & ad vulgus loquuntur, bona vocant patrimonium, & cenſum cuiuſque, vt Vlp. tit. de ver. ſign. l. bonorum appell. &c.

Bractearius eſt ille, qui ſecat aurum in tenuiſſimas laminas, quæ dicuntur bracteæ; vt apud Vir. lib. 6. Aen. Tenui crepitabat bractea vento. Inde bractearius d. Iul. Firmicus lib. 3. matheſeos. Venus, inquit, aurifices, inauratores, bractearios, & argentarios facit Inſtit lib. 11. C. l. 1. Artifices, inquit, bractearij, Accu. Pentaburgos interpretatur, i qui faciunt quædam volubilia circa frænum, ſed in qua lingua dicantur huiuſmodi artifices pétaburgi, fateor me ignorare, quemadmodum poſſum per ſanctè affirmare. Accurſium omnino nō intellexiſſe, quid bractearij nomine ſignaretur.

Brephotrophium, locus eſt, vbi infantes expoſiti publicè aluntur. Nam brephos dicitur infans, & trophe alimentum, ſed orphanotrophium, dicitur, vbi aluntur orphani, & ichthiotrophium vbi piſces, periſterotrophiū vbi columbæ. Iuſt. in Cod. tit de ſac. ſanc. eccl. l. illud, vbi mendoſe bephotrohium legitur expuncta ſecunda litera. Item & iterum, l ſancimus, atq; iterum, l. vt inter, habetque accentum in penultima.

Bubulcus eſt cuſtos boum, aut qui bob. vtitur. Ouid. 4. de Ponto. Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. Cato de re ruſtica; Bubulcum vnum habeat, aſinarium vnum Pau. lib. 3. dig. de fun. inſt. l. cum delanionis. De bubulco, inquit, ſiue de eo, qui ibi bobus arat. Inde bubulonicus, a, um, res ad bubulcum pertinens, vt in eo. tit. l. ſed. & ſtragulas, veſtes, & bubulonicas, quæ equis inſterni ſolent.

Buccinum, genus conchyliorum eſt, ex quib pu pureus color inducitur. Nam purpuræ annumerantur murices, Buccina, quæ a Græcis dicuntur ceryces, & quæ proprio nomine dicuntur purpuræ Vlp. lib. 32. qui eſt de leg. 3. l. ſi cui. Purpuræ appellatione omnis generis purpurā contineri puto, ſed coccum non continebitur: buccinum autem & Ianthinum continebitur. Acc. colonus genus dicit.

Bupreſtis, vt ſcribit Pli. beſtiola eſt rara in Italia, ſimilima ſcarabeo longidedi. Idem li. 12. Pollet, inquit, contra cantharides bupreſtim, & Pityo campas Apud Marc. 48. lib. digeſt. l. eiuſdem vbi pro bupreſti, & pityocampis mendo ſe legitur buboſtris, & p tuo carpas. Si quidem dicitur bupreſtis quaſi bonis preſtet .i. ſerpens. Nam ſubit nares boū, atque ita enecat illos.

Burdo, partus eſt ex equo, & aſina, ſicut e diuerſo mulus ex aſino, &

no, & equa. Hiſpani burdiegapnos appellant. In 4. Reg. li. c. 5. Hier. interprete, Obſecro, ait, cõcede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. Hos Græci ginnos vocant. Theo. Gazes Ariſt. in lib. de animal. Inos interpretatur, Vlp. lib. 32. di. qui eſt de leg. 3. l. item legato. Vel lectica, vel burdones.

C.

CAballus ab equo eo diſtat, quod caballus ferè nunquã ſine deriſione dicitur, atq; ideo Satyrici poetæ, qui cum riſum excutiant nemini parcunt, caballo potius quam equo vtuntur. Lucili apud Nolium Marcellum. Succuſſator tetri, tardiq; caballi. Et Hora. Satureiano circumpiectare caballo. Equus vero non dicitur niſi de apto, et qualem Vir. 3. Geor. deſcribit, dicens; Cui ardua ceruix, Argutumque caput, breuis aluus, obeſaq; tergora, Luxuriatq; toris animoſum pectus, &c. Pomponius li 33 tit. de fun. inſt. l. ſi ita. Caballos, inquit, qui in priſtinis eſſent. Nam priſtinis non delegantur niſi mali, & de quib. Iuuenalis dixit, Dominos pretijs mutare iubetur. Exiguis tritoq; trahunt epithedia collo Segnipedes, digniq; mola verſare nepotis. Hos Hiſp. rocines, illos caballos appellant.

Cacabolia grandior eſt, ſiue illa ſit ex argilla, ſiue ex ſtanneo, ſiue ex argento, vel alia quecũq; metallica materia Col. lib. 13. de re ruſt. in cacabo figlino nouo coquitur, vel ſtanneo muſti arbuſtiui aminæi, vrna. Eccl. 13. Quid communicabit cacabus ad ollã, quando. n. ſe colliſerint, conſtringentur, quaſi cacabus ſit ex metallica materia, & olla ex creta duntaxat figlina. Pomp. lib. 33. tit. de aur. & arg. leg. l. & ſi. Certè, ait, ſi cacabos argẽ habebat, vel miliarium argenteum, i. vas ad coquendum milium.

Caducum, ex l. Papia, legatũ erat relictum ſub cõditione, qua deficiente, vel viuo, vel mortuo teſtatore cadebat, & redibat, vel ad teſtatorem viuum, vel ad ſubſtitutum eo mortuo. Vnde tit. eſt in C. Iuſ. de caduc. tol. Iuuen. Legatum omne capitis, nec non & dulce caducum; commoda præterea iunguntur multa caducis.

Cæduus, a, um, a cædendo. i. ſcindendo dicitur, vnde ſylua cędua dicta, quod illius arbores licitum ſit ſcindere, ſiue lignorũ, ſiue materiæ cauſa. Nã ſylua nunquam dicitur niſi de arboribus, Pli. Cæcilius in epiſtolis Cęduę, ait, ſyluæ cum monte ipſo decędunt. Cato de re ruſt. Sylua, ait, cædua, &c. Papin. 24. dig. ti. ſolu. mat. l. diuortio. Si arbores ait cęduæ fuerunt, vel germinales. Itẽ de ver. ſign. l. ſylua cædua.

Cæmentum dicitur a cædendo, nec eſt quod vulgus putat, ædificij fundamentum, ſed ſunt lapides, vt ait Nonius, quibus ædifi-

ædificia conſurgunt, citatq; Siſennam in 4. hiſtoriarum. Formidine, inquit oppreſſis quod humilem cæmentis inſtructum oppidi murum ſciebat, Vit. lib. 1. Saxa quadrata, ſiue ſi lex ſiue cæmẽtum, ſiue coctus later. Vlp. libro 41. tit. de riuis l Seruius. Si rimum cæmentitium velit facere, audiẽdum eſſe, hic pro lapidib. quadratis poſuit.

Caius Iuriſc. fuit pace aliorũ dixerim, peritiſſimus omnium. Eius conſulta conſultiſſima citãtur quam ſæpiſſime in libris Pandectarum, ſed in illis Florentinis ſemper per C. Caius in recẽtiorib. vero per G. Gaius. Cauſa vero erroris ab eo eſt orta, quod Seruius Grammaticus ſcribit in 1. Geo. Vir. lib. tria eſſe nomina, quæ ſcribuntur per c, proferri debent per g, Cneius Caius, Amurca, de Amurca ſuperius dictum eſt in ſuo loco: de Caio per c, debere ſcribi. Quinti. eſt autor lib. 1. orator, ineſt.

Calata comitia dicebantur, autore Gel. quæ pro collegio Pontificum haberi ſolebant, aut Regis, aut Flaminium in augurãdorum cauſa. Ea autem in duo genera diuidebatur, curiata videlicet, & centuriata de quibus, Dion. Halic. & Liu. in 1. ab V. C. ſcripſerunt, comitia vero calata dicebantur ex eo, quod populus vocatus in vnum locum ad ferẽda ſuffragia cõueniebat. Calo. n. eſt vocare. Comitia præterea a coeundo, hoc eſt cõueniendo dicta ſunt Iuſt. lib. 2. Inſt. tit. de teſ. ordinandis. Teſtamentorum, ait, duo genera in vſu fuerunt, quorum altero in pace, & otio vtebantur quod calatis comitijs appellabant, i. ad cuius ſolemnitatem requirebatur populi vocari conſenſus de reliquo lege ibidem.

Calcaria eſt fornax, vbi calx ex coctis lapidib. conficitur. Vnde Pli. in hiſt. nat. ſcribit, oliuas cinere ex calcarijs lætari. Imperator in tit. de pœ. l. aut damnum pro fodina poſuit lapidum, ex quib. igni reſolutis calx ipſa conficitur. Nam de damnatis ad metallum loquitur ſunt autem lapides in genere metalli. Nã quod Accurſius dicit calcariam eſſe opus calcandi terram, etiam pueri, qui nondum ætate, loquãtur, intelligunt eſſe perinane.

Calculator proprie dicitur, ꝗ per lapillos ruſticorum more cõputat Nam calculus eſt lapillus, vnde calculare, per lapillorum ſigna computare. Mar. Nec calculator inquit, aut notarius velox, eoſdem appellamus, & calcularios Modeſt. lib. 37. dig. de excuſ. l. ſpadonum. Neq, calcularios inquit, quos vulgò ratiocinarios dicimus.

Calendarium liber erat rationum quorumcunq;, ſed earum tantum, quæ ad fœnus pertinebant, & in quo debitorum nomina ſcribebantur: dictum calẽdarium,

rium,quia primo cuiuſq; menſis die, hoc eſt, Kalendis, pecuniæ dabantur,fœnori, & exigebātur cum vſura,Quid.Si puteal ſanū-que times celereſq; Kalendas,ce leres dixit, quia debitorib. citò redire videtur terminus debiti ſoluendi. Hora.Qui niſi cum mi ſero triſtes venere Kalendæ, tri-ſtes autē ab effectu vocauit,quæ debitorem faciunt triſtem.Idem quoq; in Epodo de Alphio fœne ratore Omnem redegit Idib. pe-cuniam,quærit Kalendis ponere ,i.ad vſuram. Seneca lib.1.de be-neficijs, Nemo beneficia in Kalē dario ſcribit,i.in li. fœneraticia-rum rationum, vt inde ſortem cum vſura recipiat.Idem in quin to eiuſdem.Quid fœnus & Kalen darium,& vſura,niſi humanę cu piditatis extra naturam quæſita nomina?Atq;adhuc in epiſtolis: Forum conterit,calendariū ver-ſat, fit ex domino procurator. Scæuola li. 33. dig. tit.de fundo inſtr.l.nepoti.Legauerat,inquit, prędia,vt ſtructa ſunt cum vino, grano,Kalendario.Item Africa-nus, de leg.3.l.qui filium, certa prædia nepoti per fideicommiſ-ſum dederat, exceptio Kalenda-rio.Atq; ibidem,l.nomen.Nomi na,ait,ex Kalendario, quæ elege rit.Accu. nomina debitorum Ka lendariū interpretatur, verè qui dem,non ſufficienter,neq; enim quodcunq; debitum venit appel latione Kalendarij, ſed tantum quod ex fœneratione conſtatur,

Caligatus miles dicebatur, q erat manipularis.Manipulus au tem exercitus, Varro de ling.La-tina appellat minimas manus, quæ vnum ſequuntur ſignum,ex manipulis autem cohoes compo nitur. Caligatus autem dicitur,a caliga,hoc eſt,tibiali,ſiue ocrea, quod erat crurum armatura, de qua Tranquil.in vita Caij Cæſa-ris,Caligula,inquit,cognomina tus eſt, quia manipulari habitu eſt inter milites educatus.De mi lite igitur caligato,hoc eſt,mani pulari ſiue infimæ conditionis, dixit Iuuenalis; cum duo crura habeas oſtendere tot caligatos. Quintilianus in declamationib. Parere caligato tribuno lex iu-bet,& paulò poſt:commendent ibi ordinem caligati militis.Vlp. in tit. de ijs, qui notantur infa-mia. Ait, inquit. Prætor, qui ab exercitu dimiſſus erit, dimiſſum accipere debemus militem cali-gatum, vel ſi quis alius vſque ad centurionem,vel præfectum co-hortis,vel aliæ,ſiue legionis.Itē de cuſto.& exhi.reorum.l.de mi litibus & de re milit.l.omne de-lictum.

Camelaſia,ſiue camelaria, eſt curatio camelorum,qui publicè, & ad vſus publicos alebantur, & camelarij ipſorum camelorū curatores, quorum duo ſunt ge-nera,alterum bactrianum,quod vnum tantum habet tuber,alte-rum arabicum,quod duo tubera in dorſo habet eoſdem, & dro-

medarios

medarios ob velocitatẽ curſus vocant. Arcadius lib.50. titu.de muneribus l.munerum, camelaria, inquit, perſonale munus eſt. Et ibid.de camelario.

Cannabis herba eſt, & materia vtilis, ex qua non modò texta fiunt, ſed etiam funes torquẽtur. Vnde Perſ. Tibi torto cannabe fulto. Cęna fit in tranſtro. Vlpi. lib.14. de exercitoria actione, l. 1. Præpoſitus inquit, eſt legumini, & cannabi.

Cancelli ſunt ligna inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum connexa, quib. tribunalia, ſcenæ, & feneſtræ muniri conſueuerunt, Cic.in verſ circundati cancellis videntur in ſua prouincia. Idem j.de orat. Forenſib. cancellis cirumſcriptam ſententiã vtrunq; per translationem. Sed propriè Sidõ.lib.1. de turba ſatellitum Theodorici Regis. Ex cluſa. ait, velis incluſa cancellis, canticorum, c.2. Hier. interprete. Reſpiciẽs, ait, per feneſtras, proſpiciens per cancellos, i. per foramina cancellorum Huiuſmodi quoq; feneſtrę clatratæ dicũtur. Africanus, lib.30. qui eſt de leg. 3. l. cætera. Si cancelli, ait, ſunt vel vela. Item tit. de fundo inſt. l.quæſitum, cancellus quoq; inſtrumento contineri puto, & alijs in locis.

Cancello, cellas, verbum videtur eſſe ductum a cancelli, in quibus vt tranſuerſaria vectuntur ligna, ita cum ſcripta eſt pungenda ſunt, tranſuerſo calamo lineę inducuntur, quibus proprie illinire, ſiue allinire eſt, vnde litura, Hor. in arte poet Incomptis allinet arte Tranuerſo calamo ſing. ac ſi dicat, cancellabit Vlp. lib.28. tit.de ijs, quæ in teſtõ delentur, l.cancellauerat quis teſtamentum vel induxerat, & ibid. l. proxima. Si omnem ſcripturam cancellaſſe. Item lib.12. de prob. l.ſi chirorg. cancellatum fuerit.

Cantharis, cantharidis, ſcarabei quædam ſpecies oblõgioris eſt, maculas rubras trãſuerſarias habens, Hiſpani in Bætica mea cubiculos vocant, alijs in locis Anadeios: in quo falluntur tempeſtatis noſtræ medici pro cantharidib. vtentes quibuſdam vermiculis ad muſcarum ſimilitudinem. Pli. lib.18. Eſt, inquit, cantharis dictus ſcarabeus paruus. Gal. preterea de med. ſimplici, cantharidum, inquit, ſiue ſcarabeorum. Nam cantharus eſt ſcarabeus; cantharis vero ſcarabei habens effigiem, Marc. lib.48. tit. ad l. Cor. de ſica. & ven l. eiuſdẽ Et quod quis, inquit, luſtramenti cauſa dederit cantharidas.

Cantharus vas erat, quo vtebantur in ſacris liberi patris, habens anſas, atque, vt ait Acron. patulum erat. Virgil. in Buc. Et grauis atrita pendebat cantharus anſa. Plin. lib.33. cantharis potaſſe exemplo Liberi patris traditur. Eſt præterea cantharus illud atque conceptaculum,

vnde ſalientes erumpunt, quemadmodum apud Africanum libro 30.dig tit.de leg.1.l.cætera: chantari, inquit, per quos aquæ ſaliunt.

Capitale odium, capitale ſupplicium, capitalis morbus, quod caput alterius, i.vitam petit. Capitalis homo, & capitale crimẽ propter quod caput committentis peti debeat ad pœnam. Feſtus Pompeius, capitalis, inquit, locus eſt, vbi ſi quid violatum eſt, capite violatoris expiatur. Cic. de ſenectute. Nullam capitaliorem peſtem, quam voluptatem corporis hominib. a natura datam. Pau.lib.48. de publicis iudicijs, l.publicorum, capitalia inquit, iudicia ſunt, ex quib. pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate.

Capitium eſt capitis tegmen, vt inquit Nonius, citatq; Varonẽ in 4.lib. de vita patrum in lib.tamen de ori. ling. Lat.ab eo capitiũ dici putat, quod capit pictus, .i.vt aliqui putant, iudutum comprehendit Iob.c.30. Quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt, vbi interpres capitium pro collario videtur accipere. Vlp. libro 34.de aur.& ar.leg.l.veſtis. Muliebria, inquit, ſunt veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ.

Capitulum a Pli. lib.3.naturalis hiſ eſt oppidum Italiæ, vnde poſſeſſiuum gentiles ponitur capitulenſis Pau. lib. 50.dig. tit.de cenſibus l. ſi. Similes ſunt Capitulenſes.

Capſarij dicuntur, qui filijs nobiliorum ciuium ad ſcholas euntib. libros deferunt in capſula. Iuuenalis de ſeruo capſario, Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ. Suet. in Nerone: conſtat quoſdam cum pædagogis, & capſarijs vno prandio pariter necatos Vlp.lib.40.titu.de manu.vin l.ſi collectaneus, vt exprimitur capſarij officium, i.qui portat libros. Idem de iure immunitatis l.quibuſdam.

Careum genus eſt aromatis myropolis cognitum, nobis vero incognitum, quippe quod peregrinum ſit Pli.lib.16 Peregrinum ait eſt careum gentis ſuę nomine appellatum, culinis principale Gal.ad Paternianum, ca.de careo. Vtitur eo quoque Apicius de re coquinaria Paulus libro 33. dig. titu. de peuu.legata l.non omne. Sed quod quidam negauerunt piper liguſticum careum, & laſer eiuſmodi in pen. eſſe improbatum eſt.

Carrum ſiue carrus, & carruca plauſtra ſunt oneraria, hoc eſt, comparata ad ferendum tantum onera. Cæſar in primo comment. Iumentorum inquit, & carrorum quam maximum numerum coemere: Ita commentario quoque Hiſpanienſi: Per viarum anguſtias carra complura Martialis: O iucunda Couinne ſo-

ne ſolitudo Carruca magis eſſe-doque gratum. Iuriſcon. lib.39. tit.de donationibus, l.fin.id Vel grex,ait,vel carrum,vel carruca. Item Scæuo.tit.de au.& arg.leg. l. vxori. An carruca dormitoria debeatur.

Carthaginienſes poſt.n. literam, per i, non Carthaginenſes i.litera diſpuncta, vt nūc vulgus loquitur,debere ſcribi,& proferri adſtipulantur Florentinorum Pandectæ,in quib. quoties Carthaginenſium fit mentio, ſic ſcribi adnotauit Lodouicus Bononinus, data ſibi copia libros illos ſępe legendi. Sed & Priſcianus lib.4.de octo partib. orationis;Si nomina, inquit, sūt tertiæ diclinationis, abijciunt literam m extremam genitiui,& aſſumunt enſis,vt piſtor piſtoris,piſtorienſis, Carthago Carthaginis Carthaginenſis, hoc eſt ſex ſyllaborum, Atq; ita in omnib cudicib, vetuſtis prope ſemper legitur. Oſtendit hūc locum primus omnium Laurentius Abſtemius, atque ab omnib. viris doctis eius inuentio eſt admiſſa.

Caſſiopa ciuitas,& promōtoriū eſt Epiri, & Strabone Ptolomæo,Plinio,atq; alijs authorib. Vlp.13. li,dig.tit. de exercitoria actione,l.j.Sunt,inquit, naues,q̄ a Brunduſio,vel a Caſſiopa,vel a Durachio vectores traijciunt.

Caſtellum eſt aquæ conceptaculum, vnde ex æquęductu publicitus diſtribuenda eſt per vrbē aqua. Feſtus ab antiquis ait, caſtellum diuidiculum fuiſſe appellatum, ex eo dictum,quod inde aquæ diuiderentur. Apud Plinium,Vitruuium, & Frontinum de aquęductibus,ſępe caſtellum in ea ſignificatione legimus. Africanus de leg.1 il.cętera.Si cancelli,inquit,ſint, vel vela, legari poterunt non fiſtulæ,vel caſtella. Item lib.43.de aqua quotidiāna,l.1.quid ſit.Vlp.ſatis clare interpretatur. Ex caſtello, inquit, id eſt ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit. Caſtellanos Frōtinus quoque illos appellat,qui caſtellorum curam gerunt.

Catadromus dicitur decurſus Nam catadromeo eſt decurro; decurſio autem per catadromū non ſine periculo erat, quod & Iuriſconſultus ſignificat, lib.19. dig.de actio.emp. & ven.l.ſi ſeruus tuus. Eum, inquit, fuiſſe ſeruum, qui per catadronum deſcenderet, vt in coloacem demitti ſolitus eſſet Sueton.in Nerone Notiſſimus eques Romano, elephanto ſuper ſedens per catadromum decurrit. Quod autem ludicri genus catadromus eſſet, nemo dicit,quod ego ſciam, neque auſim diuinare.

Cauma,atis,calor,ſiue incendium vocatur,Cauo.n.eſt calefacio, ſiue incendo, Vlp. de lęg.1, l.cum res, Si fundus, inquit, caumate perierit.Atq; alibi,prędia, inquit,quæ caumate perierunt,

Atque adhuc alibi: Si caumate, aliove caſu pars fundi perierit, quibus in locis caſma pro caumate legitur. Caſma namq; per ch aſpiratū aliud ſignificat, hoc eſt cælibiatum ſiue receſſum, Authores ſunt Ariſtoteles in Meteoro.l.Pli. in 2.na.hiſtoriæ, Seneca in prima nat.quæſtione.

Cauillatio, inquit Nonius Marce. eſt ocioſa calumniatio, Valla Cauillatio, inquit,eſt ſubdola quædam ratio, quam non conſcij nobis mendacij, vincendi cauſa proferimus. Vlp. tit. de verb.ſign.l.na.cauillationis, &c. Item de regu.iuris.Ea, inquit,eſt natura cauillationis,quam Græciſcoma vocant.

Caupo dicitur propriè, qui vinum vendit: caupona verò eſt mulier, quæ vinum quoq; vendit. Eſt etiam caupona locus, in quo vinum venditur, author eſt Pariſc. Apule.lib.1.de aſino. De quadam, inquit, amita caupona illicò percontor Gel.li.7. Quod in caupona deliteſceret,quod ad veſperam perpotaret, Apud Iuriſ.tit.eſt lib.47.dig.furti aduerſas nautas,caupones, & ſtabularios, vbi de caupone eadem propemodum, quæ apud Horat. in 1.ſerm.leguntur.

Cauſarij dicūtur, qui cauſam habent ex morbo,vt muneribus vacant Liu.lib.6. ab vrbe condita. Tertius, inquit, exercitus ex cauſarijs, & ſenioribus. Seneca lib.6.epiſtolarum.In animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ partes' quibus adhibenda curatio eſt Spartianus in Had. Omnes cauſarios ſubleuauit. Plinio lib. 45. cauſarijs vel latere,vel faucibus Mart. lib.49. titulo de re.milita. l.milites, cauſaria, inquit,miſſio eſt,quæ propter valetudinem labores militię ſoluit. Modeſtinus de excuſationibus. Propter ęgritudinem,inquit, cauſariam vocatam, cauſariam remiſſionem acceperint.

Cauſor,aris,eſt cauſam rei geſtæ afferre ſiue excuſationem. Quint. Ne cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur. Virg. in Bucolicis:cauſando noſtros in longum ducis amores. Vlp.lib. 40 tit.de fideicom.li. l. generaliter. Neq; enim cauſari debere, quo minus illi relictum ſit.

Cauterium, ferramentum eſt chirurgicum ad inurendum vulnera. Eſt præterea cauterium inſtrumentum pictorium,quo vtū tur in picturà,quę dicitur encauſtice, de qua Pli.lib.35. & Martialis;Encauſtus Phaeton tabula tibi pictus in hac eſt. Quid tibi vis Dipyron qui Phaetonta facis? De eadem quoq; Ouidio dixit.Tabulaſq; colorib. vris. Martianus de fundo inſtructo, l. pictoris.Peniculi,inquit,& cauteria,& conchæ, vbi mendosè per cauteria,cautheriæ legitur.

Cedere diem ſignificat incipere deberi pecuniam. Venire diē, ſignificat eum diem veniſſe quo

pecu-

pecunia peti poſſit Ex Vlpian.in tit. qui eſt de verb. obl.l. cedere diem, cedere poſſeſſionem, vel vſumfructum vel ius, eſt alteri poſſeſſionem, vel vſum, vel ius tradere. Ambroſius ad Marcellum. Quid tibi profuturũ quod iura poſſeſſionis cederes? Virg. 11.Aen cedat ius proprium Regi. Idem in tit. de leg.2.l. ſimiliter.Si vſumfructum, inquit, mortis cauſſa ceſſero. Et in tit. de acquiren.poſſ. ſæpe.

Celarium eſt locus a reponẽdis, celandiſque eſculentis, poculentiſque ſic dictus Apud Col. de re. ruſtic. caput ex quo pacto villica tractare debeat cellaria. Iuriſc.de leg.3.cellarium, ait, iunctum eidem, dietæ cellarius verò eſt, qui cellæ vinariæ præſertim præponitur Plau. in captiuis. Sume, poſce, pro me quid vis, te facio cellarium. Vlp. lib. 33.de fund. inſtruc.l. quæſitum, cellarium, inquit, i qui ideo præpoſitus eſt, vt rationes ſaluæ ſint Et alibi ſæpe.

Cenotaphium dicitur inanè ſepulchrum, i.quod ſine cadauere in memoriam tãtum defuncti conſtructum eſt, quale apud Vir. 3.Aene. Hectoris ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem. Vlp. lib. 11.de religioſis, l.vel quæ, Si cenotophium, inquit, ſit, venire dicendum eſt, & infra l. monumentum.Monumentum, ait, memoriæ cauſa factum, quod Græcè cenotaphium dicitur. Et tunc ſcribitur per e, ſimplicem. Nam per æ, diphthongum, ſignificat cænotaphium nouum ſepulchrũ quale fuit illud, in quo Saluator noſter fuit ſepultus, de quo in Euang.Sed per œ, diphthongũ, cænotaphium ſignificat commune multorum ſepulchrum, quod Græcè polyandron quoq; dicitur. Taphos namq; ſepulchrum Latinè redditur. Cenos autem ſine diphthongo vacuus, cęnos per œ, diphthon. commune.

Cenſeo, es, eſt arbitrari, vnde cenſores dicti, ad quorum cenſionem, i.arbitrium cẽleretur populus, vt ſcribit Varro de lingua Lat. Feſtus quoq; Cenſores, inquit, dicti ſunt quod rem ſuam tanti quiſque æſtimare ſolitus ſit, quanti illi cenſuerint. Hinc dicũtur Cenſiti, quorum res eſt æſtimata certa quadam ſumma, & per eam in claſſem ſuam redacti, qui etiam Opite cenſi.i.opibus cenſiti dicebantur, & capite cenſi qui nullo, aut paruo ære cẽſebantur Autor eſt Gel. lib. 15. & Valer. vbi de Mario. In Codicis Iuſt. lib. 11.tit. eſt de agricolis cenſitis, & infra In quib.cauſis coloni capite cenſiti dños accuſare poſſunt. Pomp. ti.de acq. re.do.l.ergo, cenſitorum, inquit vice fungitur.

Centones ſunt cilicia expilis caprarum, ſine panni craſſio res ex lana diuerſorum colorum cõſuti Pau. in Epid. In alium quæras cui centones ſarcias. Iuuena.

Intrāuit calidūm veteri centone lupanar. Cato de re ruſt. Prius veterem ſagam accipio, vnde fiant centones. De hmōi ruſticis centonib. loquitur Iu.conſultus Vlp.lib 33. dig.de fundo inſtru. Centones,ait, funes percitę. Ac. Vgurij authoritate,centones interpretatur,puluinaria, id eſt opus factum admodūm puluinarium. Quid verò per puluinaria ipſe intelligat, ego non video, cum authore Seruio puluinaria ſint lectuli,qui ſterni templi cōſueuerunt. Principum quoque puluinaria dicuntur,vt apud Iuue. Lupanarias tulit ad puluinar odorem. Catullus quoq; de nuptijs Pelei: Puluinar verò diuæ geniale vocatur.

Cēturio miles,dicebatur, qui præerat,centū militib.& cohors illa cui,præerat,appellabatur cēturia. Centurionis igitur vitis erat, ſiue ſarmentum ex vite. Plinius,centurionum,inquit,in manu vitis.Iuu.de Mario ſub centurione conſtituto: Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitē Luc. in ſexto de Lelio centurione.Latiam longo gerit ordine vitam. Et Silius libro ſexto. Lenius ab alto: Priuerno vitis Litiæ præſignis honore.Et Martialis; varre Paretonias Laria modo vite per vrbes. Vitis quoque centurionum meminit Iuriſcon. libr. 40. dig.tit. de re milita. l. milites agrum. Si vitem tenuit, militiam mutat.

Certamē prò ludo, in quo eſt contentio, vbi etiam victori ab agnotheta præmiū proponitur. Sceuola tit.de annuis leg.l.liberto,certamina, inquit, ſub nomine ipſius celebrarentur, i.ludi.

Certiorem facere quempiam eleganter dicitur, & facere certum.Nam quod Virg.in Æen.dixit. Anchiſen facio certum, carminis neceſſitate excuſat, quod certiorē in verſu non potuit collocare,quod ſyllaba breuis eſt inter duas longas,quod heroicum carmen reformidat. Vtuntur Iuriſc. hoc verbo cercioro, as, qđ apud eos qui pure loquuntur,in vſu nō eſt. Vlp lib.27.dig. de eo, qui pro tutore, l. 1.Sed neceſſario,ait,pupillos nō certiorauit. Idem quoq; lib.27.tit. mandati, l.ſi fideiuſſor,cum certiorare poſſet,inquit,cum,non fecit: certifico vero,et certificatiō nuſquam, quod meminerim legitur,niſi in lib.d.titul.de exce.Honores, ait, & immunitates certificauit ſcribens.Item de pignoribus,& hypothecis, l. cum tabernam,quæ eſt ſcæuolæ,lib.20.dig:Non certificationem,inquit,ſed ſuppoſitionem a me accipere, &c. ceruiſa,vel eruiſa,vel ceruiſium, potio eſt ex hordeo, ſiue tritico,ſiue ex pane concinata,& eſt fere quam ſacrę literæ ex Hebręo ſermone interpretantur Siceram, & idem quod zithum. Sicera vero Hieron. ait, eſt omnis potio, quæ poteſt inebriare, præter vinum.

ſium. Vlp. lib. 33. dig. de tri. & vi. leg. l. ſi quis. Nec canum, inquit, nec ceruiſa continebitur. Et paulo ante, certe, zithum, quod in quibuſdam prouinciæ ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane cõficitur Str. lib. 27. in deſcriptio. Aegypti, ſcribit commune illis populis eſſe poculum, & fieri modis varijs. Appellatur autem a Græcis zithũ, ab interprete ceruiſum.

Character, eris dicitur figura, vel ſignum, vel forma. Cic. ad Brut. in orat. In omni re difficilimum eſt formam, quæ character Græce dicitur exponere. Sed & ſtyli genus caracter ab autorib. dicitur Vlp. lib. 28. dig tit. de teſ. l. ad teſtium, Dum tamen, inquit habuerit characteres, dixit pro figuris literarum.

Charta eſt pagina ſcriptioni apta ex quacunq; materia illa ſit ſiue ex plumbo, ſiue ex cortice, ſiue ex linteis, ſiue ex papyro, ſiue ex corio, quæ dicitur membrana De chartarum generib. Plin. mul ta 23. Natur. hiſt. Vlp. tit. de leg. 3. l. librorum. Librorum, inquit appellatione omnia volumina continentur, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis materia. Neq; .n. membrana excluditur, a chartæ appellatione, cum charta membrana appelletur. Iem quoq; ibidem. Si quis, inquit, chartas legauerit puras, membranæ non continebuntur, q. d. niſi addatur, carta membrana. Idem quoq; Vlp. in tit. de bonor. poſſ. ſecundum tab. l. chartæ appellatione, car. etiam ad nouã chartam refertur.

Chirographum eſt pictura ex manu propria, quam autographum etiam appellant. Suet. in Auguſto Nihil æque elaborauerat, quam vt mirarentur chirographum ſuum: Differt autem chirographum a ſyngrapha, qđ in chirographo tantum, quæ geſta ſunt ſcribi ſolent, in ſyngrapha etiam contra fidem veritatis pactio ſcribitur. Idem in eodem: cuius pacti non dubitauit a quibuſdam iuſiurandum, a quĩbuſdam ſyngrapham petere. Per ſyngrapham intelligit Suet. chirographum propria eorum, qui paciſcebantur, manu ſcriptum, in quo talis pactio ſcripta erat ne negare poſſent. Paulus li. 42. dig. tit. de priuileg. cred. l. bonis, a chirographo chirographariũ formauit, quod ſignificat eum, qui a debitore autographum debiti habet: chirographarijs inquit, creditoribus.

Choma, atis, ex Græco vertitur ager, eris, aut agger, vt inquit Seruius in illo Vir. 8. Aen. Atque ipſis prælia miſcent Aggeribus terra illa, quæ facto valio proprius ponitur. Vnde ti. eſt apud Iuriſconſultos de aggerib. Nili non rumpendis. Illi igitur aggeres proprie dicuntur chomata græce, Vlp. lib. 47. dig. titu. de extraordinarijs criminibus,

l.ſaccularij. Chomata, inquit, ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niloticam continere. Et ibidem ſæpe. Vbi ſemper pro choma per ch,& o lõgum,coma, atis,per c, exile mendoſe legitur.

Chryſamos Græcè dicitur, q̃ vt ait Plin. Hiſpani balucá appellant, de qua ſatis multa ſcripſimus in verbo baluca dicta achryſos,ſiue chryſion, quod eſt aurũ Iuſti. Cod.lib.11.tit.de metallarijs. Octones, inquit, ſcrupulos in bacula,quę Gręcè chryſamos dicitur. Acc. non minus in chryſami delirat interpretatione, q̃ ſupra fecerat in bacula, Chryſamos,inquit,Græcè, Latinè vtilitas vt ſit chryſamos.i. in vtilitate publica:cum tantũ diſtet chryſamos a cherſmo, quod dicit vtilitas: quantum Thais ab Hermione. Illud namq; per ipſilon, hoc per eta ſcribitur.

Cidonium malum, idem eſt, quod cotoneum,& vinum cidonium, quod ex malorũ cidoniorum conficitur ſucco. Vlp.tit.de vi.tri.leg.l. ſi quis, Cidonia, inquit,& ſi qua alia ſunt vina,quæ non ex vinea fiunt.Ea vero,vt diximus,ſub ceruiſia ſiue zitho cõtineri videntur.

Cymbium populi quoddã genus eſt, dictum a ſimilitudine cũ iuſdam nauigij. Eſt autem cymbium in forma diminutionis ab eo, quod eſt cymba. Vig.Inferimus tepido ſpumãtia cymbia lacte.Pau.33.dig.de au.& arg.leg. l.pediculis,cymbia,inquit,argẽtea cruſtis aureis illigata.

Cilicium proprie dicitur textũ ex lana caprina, ad vſum maxime tentorium,ſiue caſtrorum, vt dicit Virg.lib.3. Georg. Vnde cilicina ſaga fiebant ad pluuias arcendas. Exodi c 26.Facies, inquit,& ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi. Veg. quoq; lib. 4. de re milit. ſaga cilicina prætendi præcipit, ad excludendos impetus ſagittarum Vlp.lib.33.dig.tit.de fundo inſtructo.l.inſtrumenta.Vela,ait cilicina inſtrumenta eſſe caſſius ait,quæ ideo parantur,ne ædificia vento laborent.

Cingere arborem eſt illam deglabrare,ſiue deliberare, hoc eſt decorticare, ſiue corticem detrahere encernardar Hiſpani dicũt, quo facto arbores inareſcũt Pa. lib.47.dig.tit. arborum furtim cæſarum,leg.cædere.cingere,inquit, arborem, eſt illam deglabrare. Item infra l. furtim, & Alph. lib.19.dig. titu. locati, & cond.leg.in lege locationis.Neue quem cingere, cædere.vrere finito.

Circeienſis eſt nomen poſſeſſiuum gentile ab eo,quod eſt cir cerij,orum,oppido Italiæ in Latio veteri, atq; promotiorum eiuſdem nominis,quondam inſula, vt inquit Pli. autoritate Homeri,vaſto mari circũdata. Hinc circe venefica illa decantatiſſima regnaſſe, dicitur, quo tẽpore

Vlyſ-

Vlyſſes orbem perrerabat. Hinc Plin. de oſtreis; Candidiora, inquit circeienſibus Liuius; circeienſium quidam cogniti, & colonia à Veliteis. Pau. lib. 12. dig. tit. de iud. & fa. ign. l. regula eſt. Ad opus inquit, aquæductus Reip. circeienſium.

Circenſes ludi appellantur, quòd in vtero magno Romæ fiebat, atq; inde dicti ea forma, qua ab Hiſpali Giſpalenſis. Ex quo Seruij Grammatici, & quorundam aliorum error conuincitur, qui putant circenſes ludos eſſe dictos, quod vbi ſuo tempore metæ fuerunt olim gladij ponebantur, quos circuibant, vnde ludi circẽſes, quaſi circumẽſes, Virg. lib. 8. Aen. Magnis circẽſib. actis. Et Iuu. Si potes auelli Circenſib. optima Sorç. Herm. li. 50. dig. tit. de muneribus l. 1. Equorum, inquit circenſium ſpectacula. Ex Pau. li. 30. dig. qui eſt de leg. 1. l. ciuitati bus, Ludos, inquit, ſcenicos, vel ludos circenſes.

Circitores dicuntur, qui vigilias nocte circumeunt. Hiſpani rõdas vocant. Vege. lib 5. de re milita. Tribuni, ait eligunt, qui vigilias circumetũ, vt renunciẽt ſi qua emerſerit culpa, quos circitores appellat, nunc militiæ factus eſt gradus. Qu in Priapeia. Quid mecum tibi circitor moleſte; Ad me quid prohibes venire furem? Vlp. lib. 14. dign. titulo, de inſtitoria actione. l. quicunque circitores vocat, qui circum feruntur merces per vicos, & vrbes vendendi cauſa.

Circulatores circũforanei dicuntur, qui publice officias quaſdam, & præſtigias faciunt, vt videantur deuorare gladios, & irritare ſerpentes, & talia quędam facere. Apuleius in primo de aſino: Circulatorem aſpexi, equeſtrem ſpatham præacutam mucrõnẽ in fetto deuoraſſe, ac mox eodem momento exiguæ ſtipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viſcera condidiſſe. Pau lib. 42. dig. tit. de extraordinarijs criminib. l. in circulatores, qui ſerpentes circumferunt, & proponunt, ſi cui ab eorum metum damnum datum eſt.

Circumſcribere eſt fraudib. cauillationibuſque in iudicio vti vt cauſam obtineas vincaſque aduerſarium. Ambroſius in Luc. cap. 4. Vtitur diabolus teſtimonijs ſcripturarum, non vt doceat ſed vt circunſcribat, & fallat. Idem ad Conſtantinum. Nec quiſquam aut viduam ſpernat, aut circunſcribat pupillum, & ibidem: Quid circumſcribitur fratri? fraudatur mercenarius; In de circumſcriptio. Idem Ambroſius ad Irenæum: Omnia plena fraudis, plena cicumſcriptionis. Et circumſcriptor, oris Iuuen. Pupillum in iure vocantem circumſcriptorẽ. Iuli. lib. 44. tit. de exceptionib. l. exceptiones. Quę minori, inquit, 25. anni circumſcriptio

Circum-

Circumuenire in eadem propè ſignificatione accipitur, qua circumſcribo. Cæſar in commẽtario Hiſpanienſi. Cum vndique ſe circumueniri animaduertiſſet, Ambro. in illud Euang. Reddite quæ ſunt Dei Deo; intereſt apud Deum vtrum vi, aut circum uentione res alienas occupet. ut. de doli, mali, apud Celſum.

Ciſterna pluuias aquæ conceptaculum eſt: dicta, vt inquit, Feſtus, quod ineſt in terra. Mart. Cit ciſterna mihi quam vinea malo Rauennę. Vlp. libr. 43. dig. de fonte deducendo. l. 1. Ciſterna, inquit, non habet perpetuam cauſam, nec viuam aquam. Sed ſi vinum condatur in conceptaculo ciſternæ ſimili, ciſterna quoque per translationem poteſt appellari. Vlpianus lib. 47. de fur. l. vulgaris. Et quidem, inquit, ſi ciſterna vini ſit.

Citreæ menſæ, ideſt ex citri materia celebrantur apud authores, & fuerunt in tanto pretio, vt cum aliquando viri obieciſſent fęminis nimios ſumptus, quos in coemendis margaritis faciebāt, & vos, inquiunt menſis citreis vtimini. Sed cum apud omnes conſtet, citrum arborem, & mala citrea eſſe, quæ poſt cępta ſunt cognominari mala rancia quorum materia neq; firma neq; odorata, neq; quicquam habēs, quod laudabile ſit, ſuſpicor aliquid erroris ſubeſſe circa has arbores iā inde ex antiquitate contractum, vt citrum videlicet pro cedro accipiatur hóc eſt, alerze, cū pręſertim arbor illa ſyluestris ſit copioſeque proueniat in monte Atlante. Vnde Martialis de menſa citra dixit: Accipe felices Atlantia munera ſyluas: Idem alibi: Cum poſſint Lybicas ſuſtinuiſſe trabes Pau. lib. 19. digeſt. & de acc. emptione, & vend. l. ſi ſterilis. Veluti ſi menſas quaſi citreas emat, quæ non ſint.

Clandeſtinus, na, num, à clam particula deriuatur, notamq; habet ſignificationem, neq; ob aliā cauſam hoc in loco poſuimus, niſi, quod vulgò accentu barbaro ab omnib. profertur, hoc eſt accentu in antepenultima, cum penultimam habeat longam, & iuxta regulas latinæ linguæ in eadē accentus debeat collocari. Quod verò penultima longa ſit, probatur carmine Manili in primo Aſtronomicon dicentis; Et clandeſtinis ſurgentia fraudib. arma cilius quoque Ital. in li. Pun. Ceu clādeſtino traheret fędere bellū.

Clauus in veſte erat verruca ex auro, vel ex cocco, aut alijs colorib. veſti intertexta, ad ipſius veſtis ſplendorem adhibita. Quin. lib. 8. vt affert, inquit lumē clauus purpuræ ſolo inſertus. Hinc & laticlauij, & anguſticlauij dicebantur ab antiquioribus qui poterant humeri genere veſtium Vti. Varro de lingua La. Si quis, inquit, tunicam ita conſuat, vel altera plagula ſint anguſtis

clauis,

clauis altera latis,vtraq; pars ca rebit analogia. Suetou.in Aug. vſus eſt togis, neque reſtrictis, neque fuſis, clauo neque lato, neq;anguſto. Vlp.lib.34.de auro & arg. leg.l. cum aurum. Claui aurei,& purpuræ partes ſunt veſtimentorum.

Clauus, morb. eſt in ſimilitudinem tuberculi coloris albi; fit in plantis digitiſq; pedum maximè. Celſus lib 5.de clauo eiuſque curatione multa ponit: Clauus,inquit, nonnunquam etiam alibi, ſed in pedib. maximè naſcitur, ſed præcipuè ex contuſo: à Græcis helos; dicitur, vt apud Gal.lib.10.& 11.de med.ſimplici. Hoc morbo periit Silius Ital. vt author eſt Plinius: Cecilius in epiſtol. Vlpian.lib.21.tit. de ædil.edic.l.qui clauum: Qui clauum, inquit, habet, morboſus eſt.

Cliuoſa dicuntur loca in ſublime clementer ſurgentia nam cliuus eſt montis latus. Vnde decliuis ex monte deſcendens, acliuis ad montē aſcendens. Virg. 1.Georg. Cliuoſi tramitis vndam Elicit. Et Vlpia.li.43.tit.ne quid in loco,l. Prætor. Via cum plana fuerit ſi cliuoſa fiat.

Cloaca alueus eſt per mediam vrbem, in quem latrinarum ſordes confluunt. Itaq; latrinæ ſunt quemadmodum Hiſpani dicunt, priuatę dictæ ab eo, quòd lateāt, Cic. autore Cloacę verò ſunt publicæ, quod eleganter Col. vno verſus expreſſit, dicens; Immundis quæcumquæ vomit latrina cloacis, l. quod ex foris priuatis ſordes confluunt cloacas publicas & inde emittuntur extra vrbem. Vide Iuu. de Tiberino piſce dixit: Pinguis torrente cloaca. Vlp li.43.de cloacis,l.1. Cloaca eſt,inquit,locus concauus,per quem colluuies quædam fluat. Inde cloacarius, qui cloacæ curam habet. Vlpia.lib.7.de vſufr. & quemadmodum quis vtatur. l.ſi pandectes. Si quid,inquit,cloacarij nomine debeatur.

Coalluere eſt per alluuionem aliquid augere. Pomponius lib. 41.tit. de acqu.l.ergo. Paulatim aliquid coalluendo locum eminentem ſupra alueum; & eum alluendo auxit.

Coccum,eſt granum,quòd in quiſquilla inuenitur frutice,grana Hiſpani appellant, vnde purpura adulteratur. Pl.lib.9. Coccū Gallatiæ rubens granum, aut circa emeritam Hiſpaniæ in laudē eſt. Idem lib.12. Quercus dotes ilex ſolo prouocat cocco: Granum hoc primoq; ceuſcapus fruticis paruæ acquifoliæ illicis cuſculium vocant,penſionem alteram tributi pauperib. Hiſpaniæ donant. Vlp.li.32.dig.qui eſt de legatis tertiis.l. ſi cui; Purpura, ait,& coccum, quia nihil natiui coloris ſunt contineri arbitror. Quod Accurſius exponēs neſcio quas nugas affert; Coccu, inquit bis tinctum in conſtitutiones

taber.

tabernaculi erat quidam pannus ſericeus duorum colorum,& videtur extra viridis,& intra ruber

Cęliaci dicuntur fluxi ventris laborantes,qui a latinis aluini dicuntur. Nam cæliā Græcè Latinè dicitur aluus. Conſiſtit autem morbus ille in ventriculi porta, quæ a Græcis pilurus dicitur, ex Cornelio Celſo lib. 4. Iuriſconſultus in tit.de ædil.edict.

Cæmiterium vocatur dormitorium,dictum a cęmome,quod eſt dormio, non cimiterium quē admodum vulgus nunc loquitur Conditoria vero, ſiue ſepulchra mortuorum in noſtra religione dicuntur cæmeteria, i.dormitoria, quoniam propter ſpem reſurrectionis, mortuos conſueuimus dormientes appellare , & eoſdem dormire in Domino.

Cænaculum, inquit Valla,& formam diminutiui habens diminutiuum non eſt , neq; eſt locus in quo cænatur tantum , ſed ſuperior domus contignatio,feſto cęnaculum dicuntur, ad quæ ſcalis aſcenditur . Liuius lib. 39. ab V. C.cænaculum ſuper ædes datum eſt ſcalis ferentib. Pau lib.43.di. tit.vti poſſidetis l.ſi duo.Sed ſi ſupra ædes,quas poſſideo, cęnaculum ſit,& ibidem ſæpius.Item in tit.de ijs qui deiect.vel effud.ſæpiſſime.

Cętus,conuentus eſt,ſiuē congregatio,a coeundo dictus.Virg. 1.Aen. Et cætu cinxere polum. Vnde in decret. diſt. 15. Qui cætum fecerit, vt inquit Seneca in declamationib.capitale eſt, i.dignus morte.

Collegium,vt ſcribit Neratius Priſcus tit.de verb ſignif. l.Neratius,a trib.fieri poteſt , cum plures videātur in collegio contineri. Sed cum duo tantum ſint conſules,atq;alter alterum collegam appellat, nonne dicemus , collegium conſulum ? quando quidē collega, & collegium coniugata ſunt . Numa Pompilius inſtituit collegium tibicinum,aurificum, architectorum,tinctorum, coriariorum, fabrorum,& figulorum. Erit itaq;collegium illorum, qui ſunt eiuſdem ordinis , & poſſeſſionis,vt Papin.lib.27.tit.de excuſationib. l. qui in collegio piſtorum ſunt,a tutela excuſantur. Item lib.7.dig. de collegijs illicitis,ſæpe.

Colludere, in fraudem tertij eſt conuenire . Vnde eſt colluſio dictum,quod ſimul ludant, ideſt illudant tertium , quod in libris dig.ſæpe legitur . Eſt præterea , titulus de colluſione detegenda.

Colum niuarium,inſtrumentum erat ad percolandum aquā, ſiue vinum ex niuib. eratq;col.illud aut ex viminib.vt apud virg. in 2.Geor.Tu ſpiſſo vimine qual los, Colaque prælorum famoſis diripe tectis;aut ſacco cilicino ſine lineo, vt Mart.in diſticho cuius iudex eſt,ſaccus niuarius: Attenuare niues norunt, & linea

noſtra

noſtra Frigidior colo non ſalit Vnda tuo. Aut erat argento, vt Pomp. de aur. & arg. leg l. in argento. In argento, ait, potorio, vbi vtrum id duntaxat ſit ex quo bibi poſſit, an etiam id, quod ad præparationẽ bibendi, comparatum eſt, veluti colum niuarium, & vrceolus pro quo mendosè legitur columnarium, nihil verbũ: Ex Mar. poeta, in diſticho cuius titulus eſt. Colum niuarium. Setinos moneo noſtra niue frange trientes. Sed de hoc in obſeruationibus noſtris plura.

Comes licet ſit nomen ad aliquid dictum, referaturq; ad ducem, quod vtrunque nomen eſt honoris: aliquando tamen dicitur abſolutè, vt apud Horat. in I. Serm. Hoſpitio modico rhetor comes Heliodorus. Comitatus verò, dignitas multiplex fuit, puta comes conſiſtorijs, comes largitionum, comes ſacri palatij, comes rerum priuatarum, comes prouinciæ, comes oriẽtis, comes ſcholarum, de quibus, cum alijs in locis, tum in Coſtic. Iuſt. multæ leges.

Comitia dicebãtur apud Ro. conuentus populi, dicta a coeũdo, hoc eſt cõueniendo in vnum locum ad ſuffragia ferenda, aut aliquid aliud faciendum. Fuerũt autem comitia calata, quæ rurſus in centuria, & curia diuidebantur quemadmodum ſuprà diximus in ver. Calata comitia.

Commeatus duo ſignificat. Nam omnia, quæ ad victum publicum pertinet, commeatus nomine continentur. Saluſt. in Cat. Commeatus abundè, municipia atq; coloniæ parebunt. Eſt præterea commeatus facultas, quæ datur militi abundi ex exercitu ad præſcriptum tempus. Feſtus; Cõmeare, inquit, eſt vltro citroq; ire. Vnde commeatus dicitur tẽpus quo ire, & redire quis poſſit. Liuius lib. 21. ab V. Condit. de Hannibale milites ſuos poſt expugnatam Saguntum alloquẽte; Si quis, inquit, veſtrum ſuos viſere vult, commeatum do. Idẽ lib. 22. Magna pars militum, ſiue commeatibus dilabatur. Mar. li. 48. dig. tit. de pœnis. l relati. Cõmeatum, ait, remeatum ve darẽ. Item de re militari. l. 1. & l. deſertorem. Item ad municipales, l. quoties, & l. Titius.

Commeatalis miles, dicitur, qui in ſtipendij partem accipit alimenta ex commeatu, i. ex alimento publico. Nam quemadmodum diximus commeatus in priori ſignificatione accipitur pro cibarijs, atq. alimentis exercitus. Iuſtinianus in titulo de præfecto prætorio. Aphricæ l. quas Deo. Nullum audeant duces, vel tribuni commeatalem de ipſis dimittere, nedum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias & infrà: Non de commeatibus militum, aut de eorum ſtipendijs lucrum facere.

Com-

Commentum, ti, eſt fictio ab eo, quod eſt comminiſcor commiſceris. Terent. in Andr. Ipſis commentum placet Virg. in 3. Aeneid. Timidi commenta retexit. Naupliades animi Papinianus, lib. 48. dig. l. miles Socer cũ nurum adulterij accuſaturum ſe libellis, Preſidi datis teſtatus fuiſſet, maluit ab accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere: quæritur an eiuſmodi cõmentum eius admitti exiſtimes? Accurſius pro commento, commeatum legit. Item Marcellus. lib. 49. digeſtorum titulo de iure fiſci. l. res quæ. Dignum fuiſſe puniri pro tam turpi, tanq; inuidioſo commento. hic Accurſius pro voluntate inſpecta exponit. Item Vlp. titul. de reb. eorum l. quamuis. Tam callidum commẽtũ in exẽplum coercere debeat,

Commẽtarienſis ab Aſcanio Pediano is dicitur, qui præeſt commentarijs, id eſt, libris, & rationib. publicis. Hieronym. in ſecundo Regum, capitulo octauo; Ioſaphath autem præerat commentarijs Paul. lib. 46. dig. de iure fiſci. l. in fraudem Ea, inquit, manu commentarienſis annotanda ſunt. Neque dictus eſt, quia acta ei committuntur, vt ait Accurſius. Alias pro carceris cuſtode accipitur, vt C. de cuſt. reo. leg. ad commentarienſes.

Committere inter alia ſignificat etiam pugnam conſerere, vt apud Lucanum in primo Exiguũ dominos commiſit aſylum, & Martialis: Victores committe Venus. Iuriſconſultos lib 9. dig. tit. ſi quadrupes pauperiem, l. 1. Cum arietes, inquit & boues cõmiſiſſent, & alter alterum occiderit, ſubaudiendum eſt enim pugnam.

Commune pro re publica, vt vulgo dicitur communitas. Ouidius 12. Metamorph. Geuiſque ſimul commune Celaſge Horat. 2. Carm. Griuatus illis Cenſus erat magnum commune. Cic tertio in Verem. Quomodo iſte cõmune miliadum vexarit. Scæuola lib. 46. tit. de appelat. l. Imperator Alexander communi, &c.

Compendium, in via eſt contractio quædam, & breuitas, quã maxima eſſe poteſt, ſicut econtrario diſpendium via per ambages Modeſtinus lib. 50. dig. tit. de legationibus, l. eundem. Itineris, inquit, compendium ſubeat, & per tranſlationem tit. de adminiſtratio. l. Titium. Vtrum compendium negocij, an vſuras præſtare debeat, &c.

Competẽter pro eo, quod eſt mediocriter, & conuenienter, & competentia pro ipſa mediocritate, & conuenientia, Gel. lib. 1. Omnium membrorum inter ſe competentia. Idem lib. 13. Plures ſimul ad eandem competentiam naſci non queunt, Martianus; Memoratum arbitror competenter quæ ſint faſtigia literarum. Iuriſconſultus titulo ſolut. matr.

matr. l. ſi cum patri, & filiæ com petenter conſulatur.

Compilare eſt facto impetu in quempiam graſſari, quod pro prie latronum eſt. Horat. 1. Ser- mo. Serui ne te compilent, ideſt te adorti trucident. Aliquando accipitur pro eo, quod eſt alio- rum ſcripta, & inuenta furari, vt idem in eodem. Ne Criſpini ſcri nia lippi compilaſſe putes. Ma- crobius lib. 1. Satur. Coſſę in plu ribus edocere, quantum ſe mu- tuo compilarint bibliotecæ ve- teris authoris. Pau. libro 48. titu lo ad legem Iuliam peculatus, l. ſacrilegi. Sunt inquit ſacrilegi qui publica ſacra compilaue- rint.

Compingere, eſt res diuerſas in vnum coagmentare atque cõ- glutinare. Vnde eſt illud Iob. c. 10. Hier. interprete: Oſſib. & ner uis compegiſti me. Celſus lib. 6. Tenuiſſimis minutiſſimiſque oſſi culis caput compingeret. Pap. lib. 46. dig. de ſolut. l. qui res. Si nauem, inquit, eiſdem tabulis compegerit.

Concameratio eſt ſtructura fornicata, ſiue teſtudinea. Nam camera eſt fornix ſiue teſtudo, vnde concamerare eſt cameram ſtruere. Plinius lib. 34. Diunocra tes Alexãdri architectus Archi- noes templum concamerare in- ſtituerat. Vitruuius lib. 2 Neque paries, inquit, concamerationes recipit. Idem lib 6. Si hypoges concamerationeſque inſtrueren tur. Labeo lib. 32. dig. de leg. 3. l. ſi cui ędes. Aliquod inquit con- claue, quod ſupra concameratio nem.

Conclaue quod ſit omnes no runt. Nam eſt in domo locus ſe- cretior, ſed ideo poſuimus hoc in loco, quia in proferendo ac- centu plerique omnes peccant. Cum. n. in penultima collocari debeat, in tertia a fine ponunt. Hora. 4. Ser. Currere per totum pauidi conclaue. Clauis namque primam producit. Vlp. li. 25. tit. de vẽtre inſp. l. 1. In quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Nera. lib. 36. di. tit. de damno inf. l. quod Corn. conclaue inquit, binarum ædium.

Concinnare, inquit Feſtus, eſt apte componere. Nam cinnus, vt ait, mixtus eſt. Plin. lib. 14. Ca to iubet vina concinnari ad cin- num. Inde concinatorius, a, um, res, ad concinnandum apta Pau. lib 33. dig tit. de penu. lega. l. in- ſtrumentum; Vaſa, inquit con- cinnatoria inſtrumento non con tinentur.

Conditura eſt illud, quod fer- culis, aliiſq; eſculentis concinnã di, condiendive gratia ſolet ad- hiberi. Apud Col. lib 3. de re ruſt. caput eſt oliuarum condi- tura Vlp. 33. dig. de trit. & vino, le. l. ſi quis. Quod potius, inquit conditur æ loco fuit?

Congiarium ſportula erat, quam diurni cibi nomine comi- tibus anteambulonibus, aſſeclis,

ſtipu-

ſtipulatoribusq; ſuis poſteriores ciues diſtribuebant; dictum a cõgio, vini menſura ſextarios ſex capiente. Pli. lib. 14. Trib. cõgijs epotis vno impetu. Hinc congiarium, Mar. Centum miſelli iam valete quadrantes Anteambulonis cõgiarium laſſi. Pau. li 33. de fun. inſt. l. tabernæ. Vrnæ, inquit, æreę, & congiaria, & ſextaria.

Contignatio, eſt trabium coaſſatio ad tabulata cęnaculaq; cõſtruenda. Pli. li. 35. Seſqui pedalis paries non amplius, qui vnã contignationem ſuſtinet. Liu li. 31. ab V. C. Bouem in tertiam cõtignationem ſua ſponte ſcandiſſe refertur. Papin. lib. 8. de ſerui, vrb. præd. l. binas quis, Binas, inquit, quis ædes habebat vna con tignatione tectas.

Continens plerunq; pro continuus, hoc eſt, continuatus accipitur Cic. 1. Tuſcu. q. Continentem orationẽ audire malo. Celſ. lib. 3. Et multo magis ſi continẽtes febres ſine remiſſione ſunt. Triphon li. 27. de excuſ. l. Titius teſtamento, inquit Rom. concepto, vt in cõtinentib. Item Vlpi. lib. 39. de aqua plu. ar. l. j. Noceat loco, qui eſt intra continentiã ędificia. Pa de ver. ſig. l. vrbis Ro, inquit continentib. ædificijs.

Conturbo, as, preter illum ſignificatum, quem habet in prõptu, ſignificat etiam decoquere ſiue fidem frangere, nec credito ri velle aut poſſe ſoluere. Martia lis, Conturbabit Atlas, et nõ erit vncia cęlo, Decidat tecũ qua pater ipſe Deũ, Iuuenalis, Sic pedo cõturbat, Matho petit, exitus hic eſt Alphenus li. 11. in tit. de in rẽ verſo, l. quidem fundum. Poſtea, inquit, conturbauerat, qui boues vendiderat Idem de inſtitoria ãctio, l. quicunq;. Si quis piſtor ſeruũ ſuum ſolitus fuit ad certum mittere locum ad panem vendẽ dũ, deinde conturbauerit, Acc. i. non fecit, ꝙ conuenit, exponit.

Corbis, textum eſt vimineum ꝙ Gręcè, vt Priſcianus ait, cophina appellatur, ſed propriè corbis eſt, quo meſſes excipiuntur. Varro de lingua Latina, corbis, inquit, dicta ab eo, quod ſpicas aliudve quid eo corruebat. Sed cum Grammaticis ſub gñe fęmi nino relinquatur. Seruius in 1. Geor. authoritate Cic. ſub fęminino proferendum eſſe dicit, qui dixit meſſoria ſe corbe contexit. Vlp. li. 33. dig. de fund. inſt. l. inſtrumenta, Inſtrumenta inquit, colligendi fructus, quemadmodũ torcularia, corbes, falces meſſoriæ, falces fænariæ.

Corinthium æs, & vaſa corinthia ab ære corinthio dicta, qđ corintho vrbe Archaiæ. Ro. euerſa & incenſa, ex varijs ſit metallis conflatum Pli. de ære corinthio. Caſus inquit hoc miſcuit, corintho cum caperetur incẽſa. Sed author oſtendit opifices no bis corinthiorũ vaſorũ corinthi excidium præceſſiſſe. Martialis; Conſuluit nares an olerent æra

corin-

corinthon. Suetonius in Auguſto. Propter vaſa, ait, corinthia inter proſcriptos curaſſe referẽdos. Iabolenus Priſcus, de leg.3. l.hæres. Cui corinthia, inquit, vaſa legata eſſent, & ſequitur. Proculus verò rectè ait, ſi æneæ quidem ſint abaces, ſi aũt corinthię: id eſt, de vili materia puta palea vel herba paluſtri exponit, putans pretioſiora eſſe vaſa ænea q̃ vaſa corinthia, atq; ita lectionem cum ſenſu perturbat. Erit igitur ordo, & lrę ſenſus talis: Proculus verò rectè ait, ſubaudi abaces deberi, quia vaſa corinthia erant in tanto pretio, vt vna libra permutarẽt aliq̃n quingentis. Aequitas itaq; legis in hoc conſiſtit, ꝙ abaces ex viliori materia dẽntur, ex pretioſiori tamen non debentur.

Corpus pro collegio a Iuriſc. nonnunquam accipitur, vt Caliſ. lib.27. de excuſ. l. non tantũ Non omnia, inquit corpora vel collegia vacuationem tutellarum habent. Itẽ Pomp. li 41. tit. de vſuc. l. reorum. Corporum, inquit, tria genera. Inſt. quoque Cod. de legibus & conſt. l. quæ ex relationibus. Quibuslibet corporibus, inquit, aut legatis.

Corradere pecunias, eſt vndecunque illas cruſcare atq; cõquirere. Ter. in Aedel. Minas decem corradet alicũde. Idem in Phor. Munus hoc ei corraditur Vlp. tit. de bonis damnatorum, l. diuus. Plerunque, ait, corraſas pecunias Præſides ad fiſcum tranſmiſerũt.

Corriuales dñr qui ex eodẽ riuo ſimul aquantur & per translationẽ, qui eamdam amicam hñt cõem Vlp. li. 43. de aqua æſti. l. 1. Corriuales, inquit, id eſt, qui per eundem riuum aquam deducũt.

Cotidie per c, & non quotidie per q. debere ſcribi Quintil. eſt autor lib.1. de Nrat. inſt. Frigidiora, inquit, his alia, vt quicquid, c. quartam haberent, & quotidie, Verũ hæc iam inter ineptias euanuerunt. Frigida eſſe, & inter ineptias numerat Quint. quod quotidie per q, literam debeat ſcribi. Victorinus quoque in lib. de orthographia cotidie pro c, lr̃am debere ſcribi his verbis oñdit Quã uis, ait, coccus a coquendo, & cotidie a quoto, & die deriuatiua ſint, per c, tamen ſcribenda ſunt. Adnotarunt & hoc Ange. Polit. & Lau. Abſtemius, & Lud. Bonogn. in adnotationib. ſuis.

Cotoria, æ, vena eſt, vnde cotes excinduntur, ſicut Sulphuraria, vnde ſulphur eruitur, Stypteria vnde alumen. Alphenus lib. 39. de publ. & vecti. l. Cęſar, cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem dixerat.

Cretæ fodina, dicta eſt vnde creta effoditur. Sed cum multa ſint Cretę genera, cymolia, ſarda, vmbrica, ſaxea, argentaria, figula de cymolia creatam intelligendum eſt dixiſſe Iuriſ lib. 27. dig. tit. de rebus eorum, qui l ſed ſi Cretæ fodinas, ait, vel argenti fodinas, vel aliud ſimile, Caius.

li.39 de publicanis,& vect.l.ſed & ij. Eſt autē creta cymolia, qua vtuntur in lanificio pannarij, ad lanarum duriciem molliendam.

Crinale,ornamentum capitis eſt ad fingendum capillos,ne turbentur,euagenturq. Ouid.3.Metam.Nec torquens collo,nec hñs crinale capillis. Idē in 5. Curuū crinale capillos Virg. Ae.11 Pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ Vlp.li.34.de aur.& arg.le.l.argon Faſciæ inquit, crinales peduleſq; Phil.Ber.non legit crinales, ſed faſciæ crurules peduleſque quaſi faſciæ ſint crurum pedumque munimenta quædā.

Cucuma quid ſit, nondum liquet mihi; neq.enim ego iſſum, qui incognita pro cognitis habeam.Ang. Poli.obſeruationē fecit de cucuma, ſed quid ea eſſet, non oſtendit. Nam cū dicit Mar. ad Torquatum. Cucumam fecit Oracilium, videtur eſſe genus ędificij tugurij pauperis. Ambr. in vita B. Agnes prouaſe quodā æreo videtur poſuiſſe.Dij,inquit tui arcus ſunt,ex quibus cucumę melius fiunt. Vnde cucumelam inter vaſa poſuit lib.8.dig. Vlp. tit.ſi ſeruitus,l.ſi quando. Seius, inquit,ſyluam, ſecuiſſe,in qua labra,& crateras, & cucumelas poſitas haberet. Pro genere verberis cuiuſdam poſuit Mart.lib.23. ad l Cor.de Sic l.2. Si claua, inquit percuſſerit,aut cucuma. Petronius arbiter pro fornace videtur poſuiſſe.

Culleus,vter eſt ex corio bouis capiēs 20.amphoras.Priſ.de pō. d.& mēſ Culleus hac maior nulla eſt menſura liquoris.Pli.li.13. Septenos culleos ſingula iugera muſti. Vlp.li.33. di.de fun.inſt.l. quæſitum. Cuppæ,ait, & cullei. Item Scæu eo li.tit. de ann.le.l. legatum. Vini,ait,falerni, quod domi naſceretur quotannis binos culleos.Eſt præterea culleus menſura frumentaria tantundē capiēs Scæu.li.23.dig. tit.de pig. act l.vlt. Pecuniam ſub pignore culleorum accepit. Et præterea culleus publica parricidarum pęna ex l. Pompeia,de parricidis. Hinc Iuuenalis de Nerone parricida.Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus,nec culleus vnus.

Cuppa, & cuppula, vaſa ſunt vinaria,hoc eſt in quib. vina condiuntur.Nonius Marcellus de generib.vaſorum cuppas poſuit,& Vlp.de fun.inſtr.l.inſtra,vbi cuppas exponit vaſa vinaria, vel de terra facta,cū illa ſint dolia;cuppæ verò,ex lignis conſtent. Item de le.3.l.cuius Vaſa inquit, vinaria,i.cuppæ, & dolia quæ in cella defixa ſunt. Inde cupula parua cuppa,vt ꝗ tri.& vi.le.l.ſi cui In cuppis, inquit ſiue cuppulis.

D

Dactylotheca dicitur annulorum repoſitorium. Nā dactylus digitus, & annulus vocatur,& theca repoſitorium. Plin. lib. 37. Dactylothecam primus

omnium

omniū habuit Ro. priuignus Sillæ Scaurus. Mart. Dactylothecā, ait, non hēt. Pau. li. 32. de leg. 3. l. argēto. Annulis legatis dactilothecæ non cedunt, atq; ibidē. Iterum in dactylotheca, ait, legato,

Damno, damnas, præter illam notam ſignificationem, ſignificat etiam obligare, vt Virg. in Buc. Damnabis tu quoque votis, titu. de diuortijs l ſi filius. Damnandum, inquit, cum quanti mulier litem iurauerit. Item de leg. 1. l. cum filio. Hæredem, ait, mihi dare damnauerit. Hinc ſepe legitur damnatus pro obligatus. Nam mendum eſt vbicumq; legitur damnas nihili verbum, cum legi debeat damnatus, vt apud Hor. 2 Serm. Gladiatorum dare centum damnati populo paria.

Daphnenſis locus nemus eſt ſuburbanum Antiochiæ epidaphne, i. ad Daphnem poſitæ, i. lauretum quod 10. mille par ſuū ambitu patet in Syria curua, quo in loco antiochenſium conuentus agitabatur, ex Strab. Fuit autem hic locus a Cneo Pompeio Magno conſecratus. Enſe autore. Eſt quoque Antiochiæ porta Daphnitica de qua Hier. in vita Ignatij. Reliquiæ, ait, corporis eius Antiochiæ iacent ext. portā Daphniticā in cœmeterio. Iuſt. lib. C. 11. de cupreſſis ex luco daphnenſi. l. ſi quis autē, daphnēſis luci in Syria arborē amputauerit.

Dardanarius dicitur, qui imitatur Dardanū quendam hoīem ſceleratum, de quo Sidonius lib. 5 Oia in Dardano crimina ſimul execrantur, ab hoc Columella dicit in horto. Dardaniæ veniant artes Dardanarij quoq; dicuntur pro palæ, quia omnia præmunt, vt poſtea carius vendant. Cic. cōtra Piſ. Panis tibi de cuppa atq; propola. Plau. in Dardanarij pręproperaemp. Flagellabat, ait an nonam. Vlp. li. 47. de extraor. cri. l. annonam. Annonam vexare dardanarij ſolent. Item de pœnis l in dardanarios.

Decedere contrarium eſt ei, q eſt ſuccedere, vt ſi dixeris, App. Clau. ſucceſſit in prouincia Cic. & Cicero deceſſit ap. Vnde dicti ſunt ſucceſſores, & deceſſores Vlp. li. 48. di. ad l Iul. maie. l. qui ve. Quive, inquit, de prouin. cum ei ſucceſſum eſſet, non diſceſſit.

Decido, cidis, eſt cum credito re ſuper debito tranſigere. Cic. 3. in Verrē. Niſi cum muliere, inquit, decideretur Idem 4 in eundem, Cum reo tranſigat, cum accuſatore decidat. Idem in 5. Qui ſeptingentis decidere noluiſſet, mille promiſit. Pli lib 7. Abunde igitur atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dicit, non queat fælix. Martialis; Conturbabit Atlas, & non erit vncia cœlo. Decidat tecum qua pater ipſe Deum Scæ. lib 26. de adminiſtr. & periculo tutorum. l. cum hæreditas. Cum pleriſque, inquit, creditoribus ita decidit, & infra Cum pleriſque credito-

ribus ita deciderunt.

Deciſio,onis,ab eo quod eſt de cido,idis, in ſuperiore ſignatione,vt deciſio idē,q̄ tranſac. Cic. de prouincijs conſularib.Cū tyranno,ait,deciſiones,& direptiones.Amb ad Titianum.Propior eſto,deciſioni, cuius & ſpes potior, & fructus eſt. Pau.li.35.ad l.Fal.l.ſi hæres.Si hæres,ait,cum creditorib.deciderit, ne ſolidum ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit, vt aliquid retineret.

Decoctores dñr, qui cum non ſint ſoluendo, vertūt ſolum atq; aufugiunt,vnde Catullus, decoctoris amica formiani, & Valerius de varietate caſuum. Poſtea inopia turpem decoctoris ſuper lationem Sen.lib.5.de beneficijs Quō fenerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe Iuſt.lib.10.de decur.l.Quilibet principalium, vel decurionū decoctor pecuniæ publicæ, ſi fraudulentus. Hic decoctor eſt, videtur poſuiſſe non tam pro eo qui cum ſoluendo non ſit, fidem publicam frangit, quam pro eo, qui depeculatus eſt pecuniā publicam, in quo ſignificatu accepit Martialis,cum ait.Nihil colonus villicuſque decoxit, hoc eſt, defraudauit,atq;intercepit.Acc. non intelligens quod eſſet decoctor officij nomen eſſe dixit.

Decuriones, in colonis,& municipijs dñr, qui Romæ Senatores appellantur, dicti a numero equitum,quib.in milia præerāt. Authores ſunt Nonius Marcellus,& Feſtus Pompeius,dignitas vero ipſa Decurionatus dr de officio decurionum, & de illorum dignitate,lege in libris dig. titulum ad municipales.l.quoties,& l.libertus Item de decretis,l.ambitioſa.Omnino decurionum officium eſt pecuniam publicā habere,tractare,& exigere.

Dedititij ſerui dñr,qui ex obſidione ſe dederunt in poteſtatem ductoris, formam autem deditionis ſcribit Liuius lib. 1. ab V. C.Obſeſſor, inquit, interrogauit.Eſtis ne vos legati,oratoreſq; miſſi a populo Collatino, vt vos populumq; Collatinum dederitis;Sumus. Eſt ne popolus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt,Deditis ne vos,populumq; Collatinū vrbem,agros,aquam, terminos, delubra,vtenſilia, diuina,humanaq;oīa in meam,Romaniq; populi ditionē?dedimus.Et ego recipio de ſeruis dedititijs. Iuſt.in 1.Inſt.li.ti.& liber. & quo modo manumiſſi obtinebant infimū libertinitatis gradum, quoniā illorum,inquit peſſima conditio eſt.

Definio,& difinitio, nō diffinio & diffinitio notatum. Ludo.Bonog. ſemper legi. 1. Pand. Flor. & ferè nunquam aliter legitur in libris vetuſtiſſimis,qui reperiuntur ſcripti etiam in alijs facultatibus.

Defrutum, multum eſt quod decoquitur quouſq; pars tertia relinquatur.Plin.tū lib.14. Sapa, inquit,

inquit, fit, muſto vſque ad tertiā menſuræ partem decocto, quod vbi factum ad dimidiam eſt, defrutū vocamus. Vir. 4. Geor. Aut igni pinguia multo Defruta. Vlp. li. 33. ff. de fund. inſt. l. quæſitum. Vas, inquit, æneum, in quo Sapa coqueretur, & defrutum fieret. Item de vino, & tritico le. l. qui vinum Mulſum, inquit, paſſum defrutum. Defrutum dictum eſt, quod autore Plinio, fit ad dimidias defraudatum, aut quemadmodum vult Nonius Marcellus, quoad tertiam partem redactum ſit. Nam quod Accur. hallucinatur, quod de vſu ſit ſublatum, vt quamdiu poſſit, ſeruetur, quaſi ſit dictum a fruor, eris.

Deglabrare, eſt delibrare, ſiue cingere, hoc eſt arborem decorticare. Nam glaber proprie dicitur qui læuis eſt, & pilis caret, ſed hic deglabrare pro læuem facere poſuit Iuriſc. Pau. li. 47. dig. tit. arborum furtim cæſarum. l. cędere. Cingere, inquit, arborem, eſt deglabrare, ſiue delibrare.

Delator eſt alicuius criminis denunciator, dummodo ad officiū ſuum non pertineat ea denunciatio, hoc genus hominū odioſum hebet Martia. de delatorib. Turba granis paci, placidæq; inimica quieti, Quæ miſeras ſemper ſollicitabat opes. Item. Et delator habet, quod dabat, exilium. Pro denunciatore tantum poſuit Iuriſconſultus Papinianus tit. de diuerſis, l. intra, Intra quatuor, inquit, hos vacantium bonorum delator. in tit. tamen de iure fi. propria delatoris ſignificatione vtitur ſæpe.

Deliberare, quod eſt librū, hoc eſt corticem arbori detrahere. Lege ſupra, in verbo Cingere arborem, & in verbo Deglabrare.

Delphi, orum, ciuitas eſt Phocidis ad montis Parnaſſi radices poſita, vbi Apollo ſolitus erat reſponſa dare, ſed, quemadmodum ait Iuue Nunc ceſſant oracula Delp. tit. de cenſib.

Delphicæ mēſæ à Delphis vrbe Apollini ſacra dictæ ſunt & erant ex ęre quas veteres Cortinas vocabant. Pli. lib. 34. Ex ære, inquit, factitauerunt cortinas tripodum nomine delphicas. Ci 6. in Verrem: Menſas delphicas è marmore. Mart. Argētum atque aurū nō ſimplex delphica portat. Flo. tit. de ſupel. le. l. 1. Trapezophora, inquit delphica ſubſellia.

Deminuo, is, & deminutio, nis, nō diminuo, & diminutio, vt paſſim legitur in lidig. dr̄e ſcribi adnot. Lud. Bonog in Pand. Flor. eſt autem capite deminutus, vt ait Feſt. qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui acqua, & igni interdictum eſt.

Demolior, demoliris eſt illud, quod extructum eſt, diruere. Na moliri eſt ædificare, cuius contrarium eſt demoliri. Virg. Aen. Molirique arcem, & manibus

ſubuoluere ſaxa. Apud antiquio-
res de molio, is, declinabatur, vt
Diomedes teſtimonio Varronis
oſtendit, quem citat in libro poe
tico, Non demolio, inquit, altra.
Et Hæuius in corolaria. Hæc de-
molit, inquit, Vlp. ff. de vſuf. l. hę
res. Antequã vſuf. prohibuerit,
de molierit. Et demolitus paſſiuè
vt in tit. de vſucaproni. l. eũ qui.

Deni, denę, dena, nomen eſt di
uiduum diſtributiuum, quale il-
lud bini binę, bina, & ſimilia hu
modi nõĩa Accũ ſolitus eſt expo
nere in bis tantum, & cùm reue-
ra ſignificent cuilibet tantum, ꝙ
latuit Bartolum. Is. n. exponens
legem, quę hr̃ de legatis. 3. ſi quis
teſtamento Titio, & Seio decem
dari iuſſerit, nullam hæc verba
recipiunt ambiguitatem, vt dena
dixiſſe videatur, qui decem di-
xit, putauit per dena viginti in-
telligi. Ait namque. Qui reliquit
10. non videtur relinquere vigin
ti. Nam cum inter decem & de-
na illa ſit differentia inter orato-
res obſeruata, quod 10. numerũ
ſimplicem, hoc eſt 10. vnitates ſi-
gnificet, dena verò cuilibet 10.
erat ſenſus legis, quod qui Titio,
& Seio legauit 10. non legauit, i.
cuilibet 10. ſed 10. ſimpliciter,
hoc eſt, cuilibet quinque. In tit.
de verb oblig. l. ſi ita. Acc. dena
pro bis 10 interpretatus eſt. Idẽ
de annuis leg. l. ſi legatum expo-
nens illud: Si legatum fortè ſit re
lictum annua bima trima die, for
te 30. dena per ſingulos debetur
annos, licet non fuerit adiectum
æquis penſionibus dena pro 10.
interpretatus eſt cùm dena non
ſimpliciter 10. ſed per ſingul. an
nos decem ſignificent.

Depectus participium eſt, ab
eo, quod eſt depiciſcor, quod ſi-
gnat turpiter paciſci. Vnde depe
ctor apud Apuleium in oratione
pro magia. Et inquit litium depe
ctor, omnium falſorum commẽ-
tor. Vlp. lib. 3 de caluminiato. l &
generaliter. Hoc inquit, edicto te
netur, qui depectus eſt.

Deſere propriè militum eſt,
qui relinquunt locũ in acie, aut ſi
ne comeatu diſcedunt ex caſtris.
Vnde eſt deſertor, & deſertio, de
quibus ſæpe in lib. dig. tit. de mi.

Deſidero præter illam notam
ſigfiatioñe ſignat ẽt deficere. Cæ
ſar in commentarijs, Deſiderati
ſunt: inquit, eo die ſagittarij circi
ter ducenti. i. defecerunt, hoc eſt
interempti ſunt. Suet. in Aug. De
ſiderauit nonnunquam M. Agrip
pę patientiam, & Mecænatis taci
turnitatem. Quem locum Eutro
pius, & Sex. Aurelius non intelli-
gentes, decepti huius verbi am-
bigua ſignificatione putauerunt
ꝙ Auguſtus voluiſſet eſſe æquè
patiens atq; Agrippa, & tacitur-
nus vt Mæcenas, Cum apud Sue-
toniũ deſiderare accipiatur pro
deficere illud, quod deſidera-
mus. In quo ſenſu accepit Iuriſ-
conſultus in titu. ſi libertus in-
genuus eſſe dicatur, l. quoties,
Siue officium, inquit, deſidere-

tür,

tur,ideſt deficiat in eo,qui debet obſequi,& obtemperare.

Diæta locus eſt in domo, vbi per ocium verſantur. Pad.in 2. Sy. Vna tamen cunctis procul eminet vna diętis.Sidonius Apol. in Epiſt. Ex triclinio fit in diætã ſiue cænaculam tranſitus. Iuriſ. tit.de leg.3.Cellarium,inquit,iũctum eidem dietę Inde dietarius dictus eſt ſeruus ſiue miniſter in dięta deſeruiens meminit Vlp.in tit.de fund. inſt.l. quæſitum, Eſt præterea diætarius, qui ex diæta quippiam furatur, vt Vlp.in tit. de effrac.Simili,inquit,modo & diętarij,& ſaccularij puniuntur. Pro quo mendoſè legit detractarij.Idem in tit.de effrac.l.ſaccularij.Qui diætarij,inquit, appellãtur, hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.

Diathetum, vr̃ genus eſſe poculi,ſicut ſyntheton ſiue ſyntheſis.Iuriſ.ad.l. Aqu.l.ſi ſeruus. Si calicem,inquit, diathetum faciẽdum dediſti. Iuſt.quoq; lib.10.l. 1.Artifices,ait, diathetarij,i.calices diathetos fabricantes.

Dieſes populi ſunt Macedonię à Dio colonia dicti, hos Pauſanias Diaſtas appellat,apud quos gymnicum certamen agebatur. Pau li.Vl.in ti.da cenſib. In Mac. inquit iuris Italici ſunt Dienſes.

Diffindere diẽ,& diffiſſio diei, quid ſignificet, non eſt in promptu,neq;cur ſic dicatur. Gell.l. 13.Iuſſi,ait,diem diffindi. Et iterum: In dierum diffiſſionib. & coperendinationibus. Vlp. lib. 2.dig. tit.ſi quis cautionib. l.non extinguemus,Si quis, ait,cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa nõ obtemperauit.Si quis,ait,in iudicio ſe ſiſti promiſſerit,& valetudine vel tempeſtate,vel ui fluminis prohibitus,ſe ſiſtere non potuit, exceptione adiuuaẽ nec immeritò.Cũ.n.pro tali promiſſione pręſentia opus ſit,qũo poterit ſe ſiſtere, qui aduerſa valetudine impeditus eſt?Et iõ ẽt lex 12.tab. ſi iudex vel alteruter ex ligatorib. morbo ſontico impediatur,iubet diẽ iudicij eſſe diffiſſum. Sic.n.legitur in Pand. archetypis Flor. non diffuſum,videturq; ſignificare diem interciſum, ſiue intercapedinatum atque dilatum.

Diffundi vina propriè dicuntur,quę poſtea,quã de fecata sũt in dolijs conduntur tranſuaſanturq:Iuuenalis.Ipſe capillato diffuſum cõſule potũ.Et Hor. Vina bibes iterũ tanto diffuſa.Vlp.lib. 32.de leg.3.l.cũ quæreretur, Nã ſi,vina diffudiſſet,habiturus vſui. Item procu. lib.33.de trit. & vino leg.l.cum vinum. Cum vinũ, inquit, quod in amphoris,ſeu cadis diffuſum eſt.

Degitus aquæ,eſt modulus Vt ſalientes tali menſura cenſentur. Front.de aquæductib. Aquarum moduli, aut ad digitorum aut ad vnciarum mẽſuram regẽdi ſunt. Eſt ãt digitus 16.pars pedis, vncia vero duodecim.Queadmodũ igitur inter vnciã, & dignum eſt

diuerſitas, ita, & ipſius digitiã alius vocatur quadratus alius rotundus. Hæc Front. Pau. li. 8. dig. de ſeruitutibus ruſt. præd. l. Luc. Titius digitium tibi dono aquæ. Acc. per aquæ digitium intelligit quantum fluit per digitũ ſtatuæ.

Dioecesis per œ. diphth, in ſecunda ſcribitur, & non diocesis, vt vulgo legitur, neq; accentu in tertia a fine, vt oẽs proferunt ſed in pe. Item diœcetes, nõ diocętes, pro diœceſeos præfecto. Eſt aũt diœceſis gubernatio, ſiue diſpõ, & diœcetes gubernat, ſiue proc. Cic. in epiſ. Ex prouincia Cilien ſi cui ſcis tres diœceſes altaticas attributas eſſe Inſtit. tit. de epiſc. aud. l. archigerontes, & diœcetæ.

Diplomata ſunt codicilli. ſiue libelli, in quib. beneficia a principib. impetrantur, quales nr̃o ſunt tempore, quas appellant bullas, dicta, ꝙ in duplicib. tabellis ſolita ſunt confici ſupplicib. Suet. in Auguſto. In diplomatis libelliſq. & epiſtolis ſignãdis. Idẽ in Ner. Diplomata ciuitatib. ſingulis ob tulit. Cic. in epiſ. ad T. Appium, Diploma, ait, ſtatim nõ eſt datũ. Apud Iuriſc. acccipitur, pro itineris feſtinatione, hoc eſt, cum per dies ſingulos duplicia itinera conficiuntur. Venuleus, lib. 45. dig. de verb. obl. l. continuus. Quib. inquit, quaſi interpretatio quædam inſerta eſt: is qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, vt neq; diplomata, i. dieb. ac noctib. & omni tempeſtate contempta, iter continuare cogatur. Et ſequitur. Quod ſi diplomata vſus, ac feiici nauigatione, maturius quã quilque peruenerit Epheſum, confeſtim obligatus eſt. Mod. lib. 48. ad l. Corn. de fal. l. falſo, ait diplomate commeauit.

Diſpungere, ſiue expungere eſt tranſuerſo calamo rõne cancellare. Seneca de breuitate vitę. Diſpunge, ait, ac recenſe vitæ tuę dies. Apuleius de deo Socratis. Si cotidiana eorum diſpungas, inuenies multa rationib. prodigè diffuſa. Item de verb. l. cognoſcere. Diſpungere, ait eſt conferre, accepta, & data, & ex ea collatione, vt ait Acc. cancellare, qđ eſt redditum. Hinc eſt diſpũctio, onis pro ipſa rõnis cancellatura, vt apud Tert. in Apologetico. Ad vtriuſque, ait, meriti diſpunctionem. Vlp. lib. 42. dig. ti. de bonis autho. iud. poſ. l. complures. An recognitio, ait, & diſpunctio concedenda ſit creditorib. Nam quod in quibuſdam codicib legitur diſputatio, pro diſpunctio interdum eſt.

Diſſidium inter virum, & vxorem idem eſt, quod diuortiũ hoc a diuertendo, illud a diſſidendo appellatur. Terent. in And. Valeant, qui inter nos diſſidia quærunt. Idem in Hecyra. Nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignũ. Pap. lib. 48. dig. ad leg. Iul. de adult. l. miles. Quære, inquit, an cauſam diſſidij præſtitiſſe videatur.

Diſtrahere, pro eo, ꝙ eſt vẽdere,

ſe, aut actioni exponere Suet. in Veſ. Commendo quędam tantū, vt poſtea diſtraheret. Gel. li. 19. Sicut nunc, ait, bona venum diſtrahuntur, Vlp. in tit. de tranſactionib. l. ſi vni. Si vni, inquit plu ribuſve fundus fuerit diſtractus. Tit. præterea lib. 20. dig. de diſtract. pignorum.

Diuortium, vt paulo ante dixi mus, idem eſt prope, ꝙ diſſidiū, hoc dictum ab eo ꝙ vir & vxor diſſideant. i. diſſentiant inuicem, illud quod in diuerſas partes ver tantur. Fiebat autem diuortium per illa verba, quæ ſunt apud Pl. Res tua tibi habe; quæ mea redde mihi. Pau. in tit. de verb. ſig. inter diuortium, & repudium hoc intereſſe dicit, ꝙ repudiare ēt futurum matrimonium poteſt, nō recte aūt ſponſa diuertiſſe, dicit quod diuortium ex eo dictū eſt, quod in diuerſas partes erāt, qui diſcedunt. Eſt præterea titulus de diuortijs, lib. 23. dig.

Dolium vas fictile eſt, vino, atq; alijs reb. condendis aptiſſimum. Plin. lib. 13. Mitiores, ait, plagæ dolijs condunt vina, infodiuntq; Cato de re ruſt. Dolia olearia decem habeat. Vlp. lib. 33. dig. de fundo inſtruc. l. inſtr. Dolia, inquit, licet defoſſa non ſint, & cuppæ. Idem de aur. & argen. leg. l. Dolia, inquit fictilia, quib. terra adiecta eſt. Inde doliarius, qui facit dolia, & doliarius, a, um, & doliaris, re, ad dolia pertinens. Plin. libro 3. A figlinis, inquit, doliariorum. Et Pau. de fundo inſtruc. l. tabernæ. Doliaria, ait, vaſa & anconeus. Item l. ſi vinum. Si doliare, inquit, vinum emeris.

Dolones, haſtæ ſunt, in quib. tanquam in vaginis latet pugiones, dicti ab eo, ꝙ dolus ſubeat Virg. li. 7. Aen. Seuoſq; gerūt in bella dolones. Sueton. in Clau. Cū dolone, ac venatorio cultro pręſtolantes, Alphenus li. 9. dig. ad legē Aqu. l. ſi ex plagis. Flagel lo, ait, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, vulnerare tabernarium cęperat, vbi men poſe pro dolon legitur dolor, neq; minus falſò Accurſij interpretamento locus enarratus.

Donaria, inquit Valla contra Seruium, non ſunt loca in tēplo, vbi donaria ponuntur, ſed potius ipſa, quæ offeruntur donaria. Vir. 3. Geor. Imparib. ductos alta ad donaria currus. Luc. in 6. Neq; eis ſplendent donaria gem mis. Pau. lib. 49. de re mili. l. qui excubias, donarium pro donatiuo poſuit. Item C. de ſacroſanc. eccl. l. ſancimus, pro dono poſuit Iuſt. dicens, vaſa vel veſtem, cæteraq; donaria.

Duracinæ vuę dicuntur, & duracina perſica. De vuis duracinis lemma eſt apud Martialem in diſtin. de perſicis duracinis. Pli. lib. 15. Duracinis, inquit, hæret corpus. Iuriſconſul. de verb. ſign. l. qui fundum, Qui nundū, inquit, vendidit, pomumque exceptis ficus

ficus, nuces, & vuas dur acinas, duntaxat, & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſent, & quas non vini cauſa haberemus, quas Græci trotimus appellant. Lege in verbo. Trozimos.

B

Editus bouis, pro ſtercore quo in quibuſdam regionib. vtuntur, dictus ab edendo, i. extramittendo, Iuriſc. in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. In quibuſdam prouincijs editu boum ad hanc rem vtuntur.

Effringere, eſt furandi cauſa ianuas frangere. Terent. in Adelphis. Fores effregit, atq; irruit in ędes alienas. Inde effractores dicti. Iulius Firmicus, Mercurius, inquit, in ariete octauo ab horoſcopo loco effractores facit. Vñ in libris dig. ti. eſt de effractorib. ſiue de ijs, qui carcerẽ effregerũt ſiue de ijs qui furandi cã ianuas domorũ priuatarũ inuaſerunt.

Electri duo ſunt genera, alterum eſt lacryma defluẽs ex arbore gleſſaria in inſulis Germaniæ ſeptentrionalib. quas Gleſſarias ſiue Electrides dñt. quæ deinde congelaſcens in lapidis duritiem vertitur. Virg. in Bucol. Pingua corticib. ſudent electra myricæ A Latinis ſuccinum appellatur, de quo in verbo ſuccinũ Alterũ electri genus eſt metallicũ, idq; duplex, aut cui per artem in auro argenti quinta pars miſcetur, aut ꝙ per naturam ſic mixtũ reperitur Pli. 33. Vbicũq;, ait, pars quta argenti portio eſt in auro, electrũ vocatur Silius. lib. 1. Pun. Electri gemino pallent de ſemine venæ, Iuſt. in libr. Inſt. in tit. qui eſt de rer. diuiſ. Si diuerſę, ait, materiæ ſint, & ex his diuerſa ſpẽs facta ſit, vt ex au. & arg. electrũ. Itẽ de leg. 3. l. pediculis, Vaſis, inquit, electrinis legatis, nihil inteſt, quantũ ea vaſa argenti, atq; electri hẽant, ſed vtrum argentũ electro, an electrum argento cedat. Illud quoq; de leg. 1. Si quis putat electri appellatione arg. vel auri chalchũ contineri. Acc. nũc dicit eſſe pretioſam materiã quæ iungitur argento, nunc genus metalli, nunc genus vaſis.

Elenchus, lapillus eſt ex genere margaritarũ. Pli. li. 9. de vnionib. hoc eſt, grandiorib. margaritis loquens, Elenchos, ait, appellant faſtigiata longitudine. Et Iuuen. de inaurib. fęminarũ, aurib. ex cauſis grandes commiſit elenchos, Pau. in tit. de au. & arg. leg. l. pediculis. Item cum inaures, in quib. duæ margaritæ elenchi, & ſmaragdi duo legaſſet, & poſtea elenchos detraxiſſet.

Elogium eſt teſtificatio de aliquo honoris, vel vituperationis cã. Cic. in 1. Tuſc. Quid ipſa monumenta, quid elogia ſignificãt. Idem de Senec. In quẽ illud elogium vnicum plurimæ conſentiunt gentes. Vlp. lib. 21. de ædi. edi. l. ædiles paululum deflexit ſignificationem cum dicit Elogiũ huic edicto ſubiectum eſt. De elogio

logio in propria ſignatione, hoc eſt, pro teſtimonio, ſed in malã partẽ, Mar. lib. 48. dig. tit. de cuſt. & exhi. reorũ, l. D. Hac. Qui cum eo, ait, elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt, & infra in eo. tit. in l. Celſus cuius initium eſt. Nõ dubium. Remittas, inquit, illum cum elogio ad eũ, qui ei prouinciæ pręeſt, vnde is homo eſt.

Eluſco, as, eſt aliquem altero oculo orbare. Nã luſcus eſt, qui altero oculo caret, non vt quidã putauerũt, qui lumine adhibito nihil videt. Vlp li. 13. dig. de cõd. triticaria, l. in hac actione. Si qs, ait, poſt morã ſeruum eluſcatũ dederit. Idem lib 9 ad l. Aq. Iul. ait, ſcribit Aquilia teneri eũ, qui eluſcauerit in diſciplina diſcipulum. Inde eluſcatio, onis, pro eluſcãdi hoc eſt altero oculo priuãdi actione. Nam ꝙ Vlp. ſcribit in tit. de ædi edi. l. idem Offilius. Eluſcationem eam quidã putant, vbi hõ lumine adhibito nihil videt, qui id dixerunt, non ſunt audiendi, qui nulla freti authoritate, id dicunt. Quid. n. luſcus ſignificet ſuo in loco videbis.

Emanſor miles is dr̃, qui extra caſtra vagatur aĩo reuertendi, eoq; diſtat a deſertore, quemadmodum & erro dr̃ ſeruus, qui eo quoq; aĩo errat, vt ad tp̃s reuertatur, ſicut fugitiuus, qui hẽt animum reuertẽdi. Mod. lib. 49. dig. de re mil. l. deſertorem. Emanſor, inquit, eſt, qui diu vagatus ad caſtra reuertitur.

Emblemata ſunt quędã ornamẽta vaſorum, quę addi atq; detrahi pñt; dicta ab emballo, qđ eſt impono ſiue interſero. Pli. li. 33. Vlyſſes, inquit, & Diomedes erant in phialæ emblemate. Cic. quoq; in Verrem emplematum in vaſis meminit. Vlp. in titu. de au. & arg. l. ſi gẽma. Emblemata recte legãtur, & ſeparãtur, & pſtanda ſunt. Et in eo. tit. l. & ſi, q eſt Pomponij; ea quæ inaurata ſunt, non deberi, neq; aurea emblemata. Itẽ Vlp li 10. ti. ad exhibẽdũ l. tigni. Si anſam ſcypho iunxeris vel emblemata phialæ.

Emeriti dr̃ milites; qui ſunt exautorati, hoc eſt a militię ſacro ſoluti, quibuſq; iam donatiuum eſt per ſolutũ, dicti ab eo, ꝙ meteri hoc eſt; ſtipendiũ facere deſierint Luc. in 1. Quæ ſedes erit emeritis. Mod. de re mili. l. deſertorem. Si expleto tempore militiæ redeat, veteranus reſtituatur, & emerita accipiat.

Emerita, & emeritenſis colonia ciuitas eſt Luſitaniæ nominatiſſima; Auguſta cognominata. Nã vt ſcribit Dion. de victis Cantabris, & Aſturib. Eam vrbem illis, qui ſup. ætatem eſſent, emeritis; Auguſtus habitandam cõceſſit. Vnde vrbs appellata Emerita Auguſta ex nomine conditorum & Auguſti. Pau. lib. 59 dig. tit. de de cenſib. An Luſitania; ait Pacenſes, & emeritenſes.

Emiſeni populi in Emiſena regione Apamenæ cæles Syriæ vbi

& Em iſſ

& Emiſi a ciuitas eſt, de quib & in eo.tit.de cenſib. Pau.ait, Imperator noſter Antoninus ciuitatem Emiſenorum coloniam Iuris Italici fecit.

Emphytheuſis Latine dr̄ inſitio, ab emphyteuio, quod eſt inſero, ſiue planto. Nam phyton eſt planta, & quod in libris Iuriſconſultorum dicitur emphyteuſis, & fundum dari in emphyteuſim, propriè dr̄, hoc eſt in plantationē. Improprie dr̄ de omnib. alijs, puta de area, & quicūq; pñt vt ipſi dñt, recipere meliorationem. Inde deducitur emphyteuticus, & emphyteuticarius.

Emphracta, nauigia dñt, quæ sūt tecta a verbo Græco emphracto, ꝙ eſt tego, ſiue claudo, ſicut econtrario aphracta dñr quę nō ſunt tecta, ſed aperta. De quibus Cic. ad Att. Nos Rhodiorum aphractis trāquilitate occupaturi eramus Vlp. lib. 14. dig. de exercitoria actione, l. 1. Quędam, inquit, ſunt naues onerariæ, quędā emphractæ, nō emphatæ, vt pleriq. omnes codices habent.

Emplaſtrum, vt ait Celſus li. 5. hoc diſtat a paſtillo, ꝙ emplaſtrum liquati aliquid accipit, in paſtillo tantum arida medicamēta aliquo humore iunguntur, dictum emplaſtrum ab emplato, ꝙ eſt fingo, ſiue formo. Caius li. 41. dig. de acq. rer. dom l. ideo.

Epidemitici dñr hoſpitiorum metatores in vrbe, dicti ab epidemia, quod dr̄ in vrbem aduetus, vnde in C. Iuſt. titu. eſt de metatis, & epidemiticis, Lege verbū metatur, ſiue metatus.

Epiſcopus, ſpeculator ſiue explorator vocatur, dictus ab epiſcopeo, ꝙ eſt conſidero Cic. ſcribit, ſe epm̄ deſignatū a Pōpeio, vt oram Campanię maritimam ſpecularetur. Arcadius de muneribus l. munerum, Epi, inquit præsūt pani, & cęteris venalib. reb.

Epiſtomium, ait, Merula, eſt inſtrm̄, per ꝙ aqua defluit ex cōcha labro, vel cratere. Varro de re ruſt. li. 3. Epiſtomijs verſis ad vnumquemq; factum, dictū, ait, quaſi in ore, vel potius ad epiſtomizo, ꝙ eſt obturo, vt ſit epiſtomium canalis operculum, Vlp. li. 19 ti. de act. emp. & ven. l. fundi. Caſtella plumbea, opercula puteorū epiſtomata. Legitur, & epitoniū apud Sen. li. 13. Epiſt. Niſi aquā, ait, rigentē epitonia fuderint, & apud Vit. li. 10. ſæpe in eodem ſigñatu ponitur, exponitur autem epitonium, ligamentum.

Epitome, Latinè dicitur breuiariū, i. vbi res in compendium rediguntur, vt Vlp. li 47. de acceptilationib. l. ſan inutilis. Epitoma, inquit, liber Labeonis. Vtroque. n. modo declinatur, epitome, es, & epitoma, atis.

Epulum, ait, Valla, eſt cōuiuiū numeroſis ciuib. exhibitū in honorē Deorum, aut in oſtentationem magnificentiæ, aut in funere parentali. Gall. li. 11. Solēni die epulū Ioui liberat, atq; ob id

Sacrificium Senatus in capitolio epularetur. Hora. 2. Sermo. Gladiatorũ dare centũ Damnati populo paria, atq; epulum arbitrio. Arrius Iuriſc. de leg. in quadã lege, cuius initium eſt, ad munus; Vel ſi epulum, ait, relictũ fuerit.

Eremodicium, dr̃ de ſeruitio ſiue ſolitudine. Nam eremus deſertũ vocatur, & eſt eremodiciũ, qñ reus damnatur ex eo, ꝙ in iudicio nõ cõparuit, quaſi deſolatũ, ſiue deſertum ſit iudiciũ pp rei abſentiã. Pomp. li. 4. dig. ti. de minorib 25. annis, l. & ſi Reſtitutionẽ eremodicij pſtari deberet, pro quo mendosè hermocidiũ.

Ergaſteriũ, eſt officina, vbi ab artifice aliquod fit opus. Nam ergo eſt opus ſiue offm̃. Vt in Co. Iuſt. tit. de epiſ. & cler. l. omnis, ex ergaſterijs, inquit, & tabernis conquirere potuit. Item lib. 11. de metat. & epid. l. in quælibet, ait, ergaſteria, quæ mercimonijs deputantur. Pap. lib. 43. de via pu. l. ædiles. Vt ante ergaſteria nihil proiectum ſit.

Errones ſerui dñt, qui vagantur ſine cã, animum tñ hẽnt redeundi ad dños. Fugitiui verò ſunt, qui eo aio fugiunt, vt non redeant, & quoq; modo ex proportione habẽt ſe deſertores, et emãſores. Arianus lib. 49. de re mil. l. qui cum, Erro, inquit, in ſeruis eſt, vt emanſor in militib. Itẽ li. 21. qui eſt de ædil. edi. l. quis ſit fugitiuus. Sed propriè, inquit, erronem ſic diffinimus, non qui fugit, ſed qui frequenter ſine cauſa vagatur. Labeo ita definit, erronem paruum fugituum eſſe.

Etiam particula eſt conſentiẽtis, ſicut Non eſt Negantis. Pariſ. lib. 7. Interrogantis, legis? ẽt vel non rñdemus Pli. Cæcilius in epiſto. Studes inquã? reſpõdit ẽt. & illud ex Euangelio. Intellexiſtis hæc omnia? dicunt ei; etiam. Iuriſc. de verb. obl. l. 1. & reſponderit, quidni, etiam. Nam vtrũq; aduerbium conſentientis eſt.

Etiamnum, pro adhuc, apud Pli. & Cornelium Celſum frequenter legimus. Oui. l. 13. Metamor. Etiamnum libera cœlo Brachia, i. adhuc: Item li. 14. Spectantem vultus etiamnum cæde madentes, pro adhuc. Vtrobiq;. Vlp. tit. arborum furtim cæſarũ, l. Item etiamnum reponi poteſt.

Eueſtigio, pro continuo, ſiue ſtatim. Priſcia libr. 18 Romani, inquit, eueſtigio dixerunt, vel quod ſtans aliquis in eodem veſtigio facit, vnde ſtatim quoque dicitur, vel quantum tempus eſt in vno veſtigio faciendo, quod eſt breuiſſimum. Scæuola lib. 3. de neg geſt l diuortio facto, Nõ inquit, eueſtigio in officio deliquit. Accur. quid eueſtigio eſſet, non intelligens, in principio geſtionis exponit.

Exacta dicuntur illa, quę ſunt perfecta, & ad quæ vltima, vt aiunt, manus impoſita eſt; aliàs exacta ſunt, quę iã præterierũt. Vir. 1. Geor. Exactum ad menſẽ

pluuia

pluuia,ventiſq; carebit. Idem in tertio: Exactis grauidæ cum mẽſib.errat.Pau.li.44,tit. de act.& obl.l.j.Exactiſſima,inquit diligẽtia ĩ priore videlicet ſignatione.

Exagerrare, eſt accumulare. Nam agger aggeris, eſt terra accumulata. Cęſar in commẽtario Hiſpanien.Mortes mortib.exaggerabant,& per translationẽ. Cicer.Nihil eſt ad exaggerãdũ orationem accõmodatius. Vlp.ti.de itinere actuq; priuato, l.vñ.Aut de,prima tant exaggeret iter.

Exautorare eſt militem ſacramento militię ſoluere; quemadmodũ ediuerſo autorare, eſt militem ſacramento ſibi obligare, Plin.Cęcil.in epiſt.Cæſar excuſſis probationib. Centurionẽ exautorauit.Senec.in 4.epiſtolarũ. Exautoratus ac liber,qui viuit vita priuata,Vlpi.tit.de ijs,qui notantur infamia l.quod ait.Sed & ſi cum,inquit,exautorauerit,i.inſignia militaria detraxerit. Qđ ſi per inſignia militaria Iulianus intelligit horũ inſignia, falſum eſt interpretamentum, Nam põt quis exautorari,& non amittere inſignia honorum. Emeriti nãq; exautorantur citra honorum amiſſionem.Eſt.n.vt diximus,exautorari,a militia dimitti.Itaque cõmodius ex poſuit Arrianus in titulo de liberali cauſa, l.qui de libertate.Exautoractus,inquit,i. a militia remotus, In quo ſignificatu accipiendum eſt in titulo de re militari.

Exconſul dr̃, qui perfunctus eſt cõſulatu,ſicutex quæſtor,qui perfunctus eſt quęſtura; viſitarius tñ ille dr̃ cõſularis,hic verò quęſtorius Iuſt.in proœmio Codicis Thomam, ait, quæſtorem ſacri palatij,& ex conſulem, nõ quod conſulatum tãtum dimiſit,vt exponit Acc, ſed quod eſt perfunctus conſulatu, vt diximus.

Exemptilis, e, dr̃ illud, quod põt eximi, ſiue detrahi ab alia re, Columel.lib. 9. de re ruſtica: Idcirco ſunt exemptiles,vt cum res exigit, a paxillis deductæ,liberũ exitum præbeant Vlp. de aur. & arg. leg.l. argumenta. Lapides ſi quidem exemptiles ſunt.

Ex pungere idem eſt, ꝙ ſupra diximus,diſpungere, hoc eſt,calamo tranſuerſo rõnem cancellare.Plautus in Ciſtel. Nunc quod reliquũ reſtat, volo perſoluere, vt ex pungatur nomen, ne quid debeã,Perſius? Pupillum vtinam quẽ proximus hęres impello.Ex pungã, Hermog.tit. de diuer.& trib.l.in omnib.Rationes, inqt, Reip,ſubſcriptæ,& expunctæ.

Extricare eſt ꝙ intricatum eſt expedire,atq;reſoluere,ſiue enodare.Vlp.lib 9.ad leg.Aqu.l.ſi ſeruus ſeruum.Si cum margaritas, ait, dediſſet in vſum extricatas, eaſq; inuito, vel inſcio viro perforaſſet. Margaritę namq; non poſſunt intricari in lineã, vel in veſtẽ,niſi perforẽtur,Igitur extricatas dixit,pro ſolutas,& nõ perforatas,neq; in lineam redactas,

F

FAlx meſſoria eſt, qua frumẽtum metitur. Falx putatoria qua vites, aliæq; arbores putantur. Falx fęnaria, qua fęnum ſecatur, quę dumaria quoq; dr̃, qua ẽt ſpinę vepreſq; cędũtur. Vlp. de fund. inſtr. l. inſtrumenta, Falces, inquit, meſſorię, putatoriæ.

Familia, pro pecunia accipit̃, rebuſq; hęreditatis, vt ĩ l. 12. tab. cuius verba ponuntur in tit. de ver. ſign. Agnatus, ait, proximus familiam habeto, i. hęreditatem. Hinc titulus apud Iuriſ. de familia herciſcunda, i. diuidenda hæreditate. Aliàs familiæ appellatione famuli, & ſerui propriè cõtinentur; vnde, & familia dicta eſt. Vlp. li. 43. de vi, & vi l. 1. Familiæ, inquit, appellatione ſerui cõtinentur. Item Vlp. li. 21. de ędil. edi. l. ædiles. Familię, ait, appellatione oẽs, qui ſeruitio ſunt, cõtinentur. etiam liberi. Hinc patresfamilias, & filij familias dicti, & dr̃ familias in genitiuo caſu, quod apud antiquiores nomina primę declinationis in a terminata, as faciebant genitiuum vt Næuius: Rubens atq; purpureus filij terras, & Liu. Andronicus: Eſcas habemus mentionem: pro terræ, atq; eſcæ. Neq; hẽt ac centum in vltima, qũo nunc vulgus loquit̃, ſed in tertia a fine familias hoc eſt, in ſecũda ſyllaba.

Ferruminare, eſt per eandem materiam cõglutinare, quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia. Plautus in milite Labra labellis ferruminauit, i. prę mendo adglutinauit. Pomp. lib. 41. de acq. rerũ dominio l. quicquid. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris. Caſſius quoque apud Paulum: Ferruminatio, inquit per eandem materiam facit. cõfuſionem Lege replumbo, as, & qũo differrat a ferrumino, as.

Figlina, æ, eſt officina figuli, i. illius, qui facit vaſa fictilia. Pli. lib. 7. Figlinas, ait, primus inuenit Choreb. Athenienſis. Idẽ lib. 35. Incrudis fictilib. vrũt, donec figlinum percoquatur, i. opus figuli in figlina factum, Iuriſconſul de au. & arg. leg. fundi Cum in fundo, inquit figlinas haberet & in titulo, de ſeruitutibus ruſt. prædiorum ſæpe.

Fiſcus, ſiue fiſcina, ſiue fiſcela, textum eſt ex ſparto. Eſt præterea fiſcus, textum in quod oliuæ tritæ immittũtur vt torculari expreſſe exudent oleum cum amurca Col. lib 12. Intrita vliua nouo fiſco includitur. Pli. lib 15. Fiſcinas oleari ſpongia tergẽdas. Vlpia. in tit. l. locati. l. ſed addes, Fiſcos, inquit, quib. ad præmenda olea vtimur. Fiſcus ex ſparto quoq; eſt ſaccus, in quo numeroſiores pecunię adſeruantur. Iuuenalis; incrementa domus ærata multus in arca fiſcus Cic. in Verrẽ: Fiſcos complures cum pecunia. Sed quia principis pecuniæ vectigales ita magnæ ſunt,

vt

Vt nequeant loculis, aut crumenis minorib. capi, conſueuerunt deferri in ſparteis fiſcis. Inde fiſcus pro pecunia publica plerũque accipitur. Iuuenalis. Quicquid conſpicuum,pulchrumque ex æquore toto eſt, rex fiſci eſt, vbicumq; natat. Vnde apud Iuriſconſultos titulus eſt,de iure fiſci,& de fiſcalib.debitoribus, & exactorib.ſæpe legimus.

Flauius cognominatus eſt Iuſtinianus Imperator,non ꝙ Flauios deuicit, vt Acc.interpretatur, neq; ꝙ capillos habuerit flauos, quod nuſquam legitur, ſed quod fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerunt Veſpaſianus, Titus, & Domitianus.De quo Iuuenalis. Dum iam ſemianimem laceraret Flauius orbem Vltimus.

Fomenta, ſunt medicamenta, dicta a fouendo, hoc eſt, calefaciendo, & recreando. Ouid.Fomentiſq; iuuas vulnera noſtra tuis. Inde eſt fomentare, & fomentatio,vt apud conſultos, iuris,de leg.3.l. ſi cur. Nec ea quidem, quæ fomentationis cauſa parata ſunt.

Forma,ſutoris eſt lignũ illud, quo calcei informantur. Horat. 2.Ser.ſi ſcalpra,& formas nõ ſutor nautica vela.Vlp.in tit.ad legem Aquiliam, l.ſed, & ſimi. Si forma ait, calcei ceruicem percuſſit.Item Vlp.tit. locati.l item quæritur.Si forma calcei tã fortiter ceruicem percuſſerit.

Fugitiuus ſeruus, quo diſtet ab errone, diximus in ver.Erro, onis.Definitur autem ab Officio. in tit.de ædit.edicto in hunc modum;Fugitiuus eſt,qui extra dñi domum,fugæ cauſa,quo ſe a domino celaret, manſit. Fugitiuarius autem eſt,ad quem ſe fugitiuus receperat,locus quoq; fugitiuarius dr̃,vt apud Var.lib.3.de re ruſt.de cochleis, fugitiuarius ait,parandus eſt illis locus,Pap. lib.21.de præſcriptis verbis, l.ſi apud.Si apud te, inquit, ego & fugitiuarius depoſuimus.

Folimentum eſt ſuſtentaculũ dictum a fulciendo,hoc eſt,ſuſtẽtando,ſiue ſuſtinendo Macro.7. ſatur. Deſertum iam fulcimentis ſuis labitur in ruinam. Apuleius in primo de aſino. Pedem altero fulcimentum, quo ſuſtinebat, repello. Vlp.de fundo inſtr. leg.l.quæſitum.Proinde; inquit, fulcimenta ſi qua habeat.

Fultura quoq; idem eſt, quod fulcimentum,dictum vtrumq; a fulciendo.i.ſuſtinẽdo,Vnde Horat.per translationem dixit in 2. Serm. Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti Et Plin. Cecilius in Epiſt. Corporis fulturis animus ſuſtinetur.Vlp.in Tit. ſi ſeruitus vendicetur l. ſicuti autem. Sicuti,ait, refectio parietis ad vicinum pertinet;ita & fultura ædificiorum vicini.

Fullo, onis, eſt qui veſtes polit,emundatq; non quod vulgo perſuaſum eſt,pannarius,i.lanificij artifex. Martialis.Non tam

ſæpe

ſæpe teret lintea fullo tibi Fullonicam Nicias Megarẽſis primus omnium inuenit, vt ſcribit Plin. 7. Plautus in aſinaria. Non dediciſti fullonicam, non mirandum eſt. Vlp. li. 47 de furtis, l. itaq; fullo. Fullo inquit, vel ſarcinator, q. polienda, vel ſarcienda veſtimẽta accipit. In alia quoq; lege cuius initium eſt, ſed ſi diuerſoria vel fullonida appellantur.

Fundus eſt quicquid in ſolo poſſidetur, puta prædium vrbanum, prædium ruſticum Seruius in illud Vir. 2. Geor. Diues opum variarum, ac latis otio fundis. Fundus, inquit, dr̃ ex eo, quod omnium rerum ſit fundamentũ. Vlp. ti. de ver. ſig. l. locus, inquit, eſt non fundus, ſed portio fundi. Fundus autem aliquid integrũ eſt, & infra lege, qõ. & iterum lege, fundi. Fundus pro vaſis potorij fundamento, ad cuius ſimilitudinem, inquit Feſtus, fundus dicitur ager, qui planus ſit. Mar. libr. 8. de duo longæuo cenſentur, Neſtore fundi. paulus. lib. 41. de acqur. rerum domin. l. Sed ſi, Cuiuſmodi proculi fundus ille ſit. Scypho, inquit, fundus aut anſa.

G

GArum ſalſugo erat ex certis quibuſdam piſcib. puta ſcombro, halece, lacerto & huiuſmodi. Vtebantur autem eo pro ſalſamento, ſiue conditura aliorum ciborum. Gari meminerunt poetæ multis in locis. Plinius, Apicius Galenus, & cæteri Vlp. ff. de penu. legal. l. qui penum. Garum, inquit amurca, mel. Accurſius ſalſamenti genus eſſe dicit, ipſa veritate coactus, ſed qđ ſit non dicit.

Genius eſt Deus vniuſcuiuſq; hominis præſes, cui nos Angeli boni nomen indidimus. Symmachus in oratione, cui reſpondit D. Amb. vt animę, inquit, naſcentib. ita populis fatales genij diuiduntur. De genio principis perſius poeta; Dijs igitur genioque ducis centum paria ob res Egregiæ geſtas induco. Vlp. lib. 12. de iureiur. l. ſi duo. Si quis, inquit, iurauerit in re pecuniaria per genium principis.

Germanicus Druſi Neronis filius ex Iuniore Antonia M. Antonij Triumuiri filia a Tiber. Cæſ. patruo adoptatus fuit, quod ab Auguſto non alia ratione fuerit adoptatus, quam ſi ab eo Germanicus adoptaretur, ex Tranquillo. Et Iuſt. Imp. lib. Inſt. 1. ſic inquit: D. Auguſtus non antea Tiberium adoptauit, quam ſi is Germanicũ adoptauerit, vt protinus adoptione facta incipiat Ger. Aug. nepos eſſe. Accur. tanquam de perſonis ignotis, & obſcuris loquens quendam nomine Tiberium, & quendam nomine Germanicũ appellat, qui quaſi non Tiberius, qui ſucceſſit Auguſto in principatu, & Germanicus ille, qui præterquam ingenij monumenta, quæ adhuc extant, prætercumm quod

Gaium Caligulam genuit,& qđ quęſturam per quinquennium ad miniſtrauit, & ꝙ bis conſul fuit, quiq; mortuo Auguſto, cum ab exercitu Cæſaris ſalutaretur,Imperiū recuſauit, atq; de Germania triūphauit, vnde illi cognomentū;quiq; ad orientem profeɛ ctus,Armeniç Regē ſupperauit, Cappadociā in ꝓuinciçformā redegit,atq; Antiochię obijt, agēs ętatis annū quartū:& trigeſimū.

Gymnaſium,locus eſt vbi nudi exercentur, maximè in palæſtra,Manilius lib.4.Gymnaſium præfert vultu,forteſq; palęſtas, & per translationem pro ſchola,& literarum exercitio.Iuuen. tranſi Gymnaſia, atq; audi facinus maioris, Abollæ de excuſatione, l. ſed &,Medicos, inquit, munes eſſe a gymnaſijs.

Glans cōplura ſignificat, ſed ſignificatum deducitur ab arboris glande, cūius tredecim genera ponit Pli.Iuriſ. tñ latius diffinit glandis appellationem in tit. qui eſt de glāde legenda, l j.Glādis, inquit, nomine omnes fructus continentur. Item de verb. ſig.l.qui venenum. Item l.ſylua.

Glarea, terra eſt lapilis ꝑ mixta,qualis eſt, quæ poſt effoſſum, terræ tergum ex ſcrobib.Virg.2. Georg. Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea iuris. Calumella lib. 2.Cum parte dimidia lapides minutos, vel glaream repererint. Pau.lib.30. de acq. plu. arcen.l. ſupra iter glaream iniectā. Item de viā publicā, l.1. In viam terram glaream immittere.

Glaucinum, vnguenti genus eſt, ſiue ex herba glaucio ſic dictum,quod valet ad oculorū ſcabritias, ſiue glaucinum, i.viride, quale eſt, qđ chirurgi temporis noſtri, Vnguentum Apoſtolorū, vocant,Pomp tit.de aur. & arg. leg.in l.argento.Vnguentis autę legaris,non tantum ea legata videntur,quib. vngimur voluptatis cauſa,ſed & valetudinis,qualia ſunt conagena,ſaucina,eriuathodina,muthia,nardū purū.Conageni vnguēti à Conagena Syria,vñ aduehebatur,cognominati,meminit Gal in 3.dec. Crina, vnguenta ſunt quę fiunt ex lilio rubenti.Pli.li.21. vbi de lilij generib.&,inquit,rubens lilium,ꝙ Gręci cri. nō appellāt. Rhodina dicta à Rhodo, qđ eſt roſa. Per Nardō purum, piſticum, i.non adulteratum intelligit.

Grammatophylacium, locus eſt, ibi publicè literarum monumenta ſeruantur,à grāmatis hoc eſt, literis & phylazo ſeruo, dř etiā archium ſiue archiuū. Vlpi. lib.48. dig tit.de pęnis, l.moris. Quo in loco, inquit publico inſtrumenta deponuntur, archiuo forte vel grammatophylacio.

Graſſari eſt cum impetu aggredi. Vnde eos, qui ex inſidijs viatores adoriuntur graſſatores dicimus. Iuriſconſultus de ſup. leg.quia graſſandi, inquit, in re familiari facultatem præſtat, &

ibi-

ibidem, tutor. Si fortè, inquit, graſſatus ſit in tutela, in l.quoq; cuius,initiũ eſt,apud Labeonem Deinde,inquit,mulæ à graſſatoribus fuerint ablatæ.

Gutturoſus is dr̃, qui guttur habet tumidum,quale genus hominũ in locis mõtanis,videmus, de quib.Iuuenalis.Quis tumudũ guttur miratur in alpib. Vlp.tit. de ædi. edicto.l. qui clauum. Si quis ĩquit,natura gutturoſus ſit.

H

HAmus,cum ſit inſtrũm quo piſces capiuntur, & hami præterea ſint,ex quib lorica texitur,neceſſe eſt apud.Vlp.in ti.de fun inſtr.l.inſtrumenta, per hamos nos intelligamus annulos quoſdã ferreos, ad multos vſus domeſticos puta è quib.eq, muli, & aſini deligantur. Canales, inquit,& harpagones,& hamos inſtrumento contineri conſtat.

Harpagones vnci ſunt ad rapiendũ apti,ab arpago q̃ eſt rapio ſic dicti.Hos Pli.ſcribit ab anacharſis Scytha primũ inuẽtos. Liuius.li.30 aſſeres ferro vnco ꝓxi harpagones vocãt milites. Itẽ Veg.li.2.de re milit. Habet legio ferreos harpagones, quos lapos vocant.Lege Hamus ſupra.

Herciſco,is,eſt diuidere, nam hercium eſt diuiſio.Cic.1.de oratio. Qui quib. verbis herciũ fieri oporteat,neſcit Idem Heſciſcun dæ familiæ cãm agere nõ poſſit. Apul. li 9. de aſino. Neq: herciſcundæ familiæ, ſed de cõi diuidundo formula tractabo,lib.10. dig.tit.eſt de fa.herciſc.

Hermaphroditus, Veneris,& Mercurij filius fuit,vñ, & nomẽ illi,qm̃ Hermes eſt Mercurius,et Aphrodite Venus.Hic cũ in Salmacidis fõte nataret, à Nympha deprehenſus,ab eademq; implicitus vtriuſq; naturã reportauit: qua de re fabula eſt plõga apud Oui.4.Met.nunc ãt hermaphroditi vocantur, quos antiquiores androgynos,i ſemiuiros,& ſemi fæminas appellant. Pli.lib.7.& Gallius.li.8.ſunt authores. Vlp. tit.de lib.& poſth l.ſed eſt. Hermophroditus,inquit,& maximẽ ſi in eo virilia præualebunt.

Hydromeli, a Græcis dr̃ quæ ſit apud Latinos aqua mulſa.Hiſpani vocãt adoxa,Conſtat nãq: ex aqua,& melle. Vñ & nomen, nã hydor eſt aqua, & meli mel. Ph.li.14 Fit vinum,inquit,ex aqua,& melle tm̃,& hoc vocatur hydromeli Idem lib.1.Hydromeli quoq; ex imbri puro cum melle temperabitur.Vlp.lib 33.dig. in tit.de triti. & vi.leg l.ſi quis. Neq; ceruiſia,inquit, continebitur neque hydromeli.

Hierophylax, acis, dicitur ſacrorum cuſtos,quod hiero eſt ſacer, & phylayo cuſtodio Latinè tum ęditiuus; tum æditimus appellatur.Scæuola in ti.de annuis leg.l. annua. Sacerdoti, inquit, hierophylaci, & libertis. ꝓ quo mendoſe legitur gerophiloco.

Hieropolis,nomen eſt cõplu-

rium ciuitatum: alia namq; eſt in Aſia propriè dicta: alia in Creta alia in Theutrania, alia in Syrta. Vñ Hierapontani ſunt appellati de quib. Iuriſc. in ti. de aqua cot. l. 1. vbi legitur apud Hierapolitanus fieri aquis calidis irrigationē. Item de pœnis, leg. crimē. Hierapolitanis, inquit, ſcripſerunt.

Hypocauſtū fornax eſt in balneo, ſubditas caldarijs calfaciendis: dictū ab hypo, quod eſt ſub, & cauo calefacio. Eſt præterea hybocauſtum, fornax ad calefaciēdum cubiculum, ſiue cœnaculum, vulgus appellat ſtufas. Papinius in primo Syluarum: Tenuē volunt hypocauſta vaporē. Pli. Cæcil. in epiſtol. Cohæret hypocauſtū, & ſi dies nubilus immiſſo vapore ſolius vicem ſupplet. Ambr. lib. 6. hexameron: De hyeme forſitan quæreris, quia tibi nulla hypocauſta anhelantibus ignib. vaporantur. Vlp. de legat. lib. 3. l. ligni appellatione. Siue diętarum, ſiue hypocauſtorum, ſiue ad calcem. Idem in tit. mandati, l. ſi quis mihi. Sphæriſteriū ait, hypocauſta, & quædam valetudini apta. Accu. nunc ægrotorum dicit eſſe ſtationem, nunc ſubterraneum locum.

Hypotheca dicitur ſuper poſitio, & ſignificat etiam pignus, ꝙ pro aliqua re ſupponitur. Vnde & apud Iuriſconſultus in tit. de diſtractione pignorum, vel hypothecarum, l. cum tabernam. Non certificationem, ſed ſuppoſitionem a me accipere, hoc eſt vocabulo vſitatiori, hypothecā. Item lib. vigeſimo, de pigno. & hypothe. l. res. Inter pignus, & hypothecam tantum nominis ſonus differt. Hinc hypothecarius dictus, penes quem remanet hypotheca ſiue pignus, vt in titulo de ſeparationibus, leg. prima. Hypothecarius, creditor.

Horreum eſt repoſitorium nō ſolum frugum, frumenti, et vini, ſed cæterarum quoque rerum, quæ adſeruari conſueuerunt. De horreo frumenti. Virg. libro 1. Georg. illius immenſas ruperūt horrea meſſes. De horreo vini Horatius in Odis. Iuriſconſultus, in tit. de fund. inſtr. l. tabernam, Legauerat, inquit, horreum vinarium cum vino, & vaſis, & inſtrumento. De horreo aliarū rerum in tit. de emptione, & vendit. Clauibus, inquit, traditis, ita mercium in horreis conditarū poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt. Item in tit. locati. Dominus, inquit, horreorum effractis, & cōpilatis horreis nō tenetur. Hinc horrearius, qui præpoſitus eſt horrei cuſtodiæ, vt lib. 19. digeſtorum, in titulo locati, & conducti. l. cum in plures. Rerum, inquit, cuſtodiam, quam horrearius habet. Item l. Cælius. Cum horreario, inquit, agendum. Et merces horrearicę dicuntur, quę in horreo adſeruantur, vt in titulo de conditis in publ. hor. l. nulli Co-

li.Codic.Nulli, inquit, poſthac horreaticas ſpecies contingendi copia datur.

I

IAnthinus, na, num, color eſt violaceus, quoniam ion Græcè, viola redditur Latinè. Pli.lib. 21. Appellata, inquit, ia, & ab ijs ianthina veſtis: Perſius: Hic aliquis cui circa humeros, & ianthina lœna eſt. Martia. Cucina famoſæ donas, & ianthina mæchæ. Vlp. de le. tertio, l. ſi cui. Buccinum, inquit, & ianthinum continetur. Et ferè quoties in libris digeſt. & in literis ſacris legitur hyacinthinus color, intelligẽdus eſt violaceus, i. coloris violæ.

Ilienſes, dicti ſunt populi ab vrbe Ilo, clariſſima omniũ, quæ fuerunt in Aſia, vel ex eo, quòd inde profecta eſt tota Romanorum nobilitas. De quib. Calliſtratus lib. 17. digeſtorum, titulo de excuſationibus, leg. non tã tum. Ilienſibus, inquit, proter inclytam ciuitatis nobilitatem, & propter coniunctionem originis Romanæ.

Impoſtores, dñr deceptores, & qui fallunt præſtigijs quibuſdam, dicti ab imponendo, quod eſt decipere. Iuuen. Facile eſt barbaros imponere regi, & Mar. Callidus impoſuit nuper mihi caupo Rauennæ. Vlp. lib. 21. de ædi. edic. leg. ob quæ vitia. Non gulo ſos, inquit, nec impoſtores. Acc. impoſtores interpretatur, qui imponunt aliquid alicui. Inde dicta impoſtura, pro deceptione. Ambr. in epiſt. ad Cor. 1. Omnis impoſtura tenebras petit, & falſa pro veris oſtendit. Vlp. lib. 47. de crim. ſtellio. l. ſtellionatus. Itẽ ſi quis impoſturam fecerit.

Inauris, quod a Græcis dr̃ enotion, ornamentum eſt ex auri b. fœminarum dependens. Paul. in Mene. inaures da mihi faciẽdas pondo duum nummum Vlpi. de aur. & arg. leg. l. arg. Veluti in aures armillæ. Item l. pediculis. Inaures, in quib. duæ margaritæ.

Inciles foſſæ, ſiue incilia, ſunt quæ a Græcis dicũtur dyoriges, & ſunt per quas aquæ pluuiales deducuntur ex ſalis. Apu. lib. 9. de aſino: Viam lacunoſis incilib. voraginoſam. Cato de re ruſt. Per hyemem aquam de agro depellere oportet, foſſas inciles puras habere. Feſtus Pomp. Foſſæ, quæ in vijs fiunt ad deducendũ aquam, ſiue deriuationes de riuo cõi factę, inciles dñr, Vlp. li. 40. dig. tit. de riuis, l. 1. Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus quod incidatur. Inciditur. n. vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. Idem Vlp. in eo. lib. tit. ne quid in flumine publico, l. 1. Si incile, inquit, ducat, alio loco fiat. Meminit quoq; incilis in tit. de aqua cotid. l. 1.

Incruſtare, eſt cruſtã parieti, vel alicui alteri rei inducere, ſiue ex calce, gypſo, argilla, ſiue ex lapide, aut alia materia Horat. 1.

Serm. Sincerum cupimus vas incruſtare. Varro apud Marc. Pauimenta, inquit, & parietes incruſtati. Procu. lib. 8. digeſt. de ſeruitutib. vrban. præd. l. quidam. Parietem, inquit, communem incruſtare licet. Et paulo poſt: Quod obſeruari in incruſtatione oportet. Item de verb. ſign. l. impenſę. Paulus ait, incruſtationes, loricationes, & picturæ.

Indictio, eſt denunciatio, quia indicere eſt denuntiare. Horat. in 1. Serm. Ventri indictio bellum. Idem in epiſt. Indictis comes ire Latinis. Vlp. lib. 38. dig. tit. de oper. liber. l. libertus. Cui poſt indictionem, inquit, operarum. Atque alibi, Si indictiones temporariæ indictæ ſunt.

Induciæ, ſunt dictæ, quod in diem certum ab vtriſq; hoſtib. dantur. Pli. li. 7. Inducias, inquit, Lyacon primus inuenit. Pau. lib. 49. dig tit. de capt. l. poſtliminiũ. Inducię, inquit, ſunt, cum in breue, & in præſenti tempore conuenit, ne inuicem ſe laceſſent hoſtes. Acc. ſatis ineptè inter inducias, & treugam differentiam facit, cum treuga non ſit magis latinum quàm guerra, quàm homagium, quàm feudum, quàm tenuta, quàm mille alia, quib. iſti nulla neceſſitate coacti vtuntur.

Inducere pręter alios ſenſus, quos habet plures, ſignificat etiam expungere, & cancellare, hoc eſt, transuerſo calamo, quod ſcriptum erat, delere. Vlp. in tit. de ijs, quę in Teſt. delen. l. cã cel lauerat ãt quis teſtm̃, vel induxerat. Item ſi nõmina oĩa induxerat, vt proponitur. Item. Quæ in teſtõ legi pñt, eã inconſulto delata, vel inducta nihilominus valent, conſulto nõ valent. Hinc inductio pro abolitione, & litura.

Inficiatio, eſt negatio, ab inficior, inficiaris, quod eſt ire inficias, ſiue negare. Ci. de partitionib. Rationem, inquit, habet criminis, inficiationeq; facti. Ner. lib. 46. dig. tit. iu dica eum ſolui, l. ex iudicat. Ad inficiationem, inquit, compelli eum, qui ſine iudicio partem dare paratus eſt.

Inſtitor, vt ait Iuriſc. li. 14. dig. in tit. de inſtito. actio. l. inſtitor, eſt qui tabernæ locóve ad emendum vendendumve preponitur. Atq; ibidem inſtitor, inquit appellatus eſt ex eo, quód negotio gerendo inſtet. Iuuen. Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci. Accipitur etiã pro eo, qui circunfert per vrbem merces venales, vt in eo. tit. & apud Ouid. in 1. de arte. Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus Emacem.

Inſula pręter. illam notã ſignificationem, ſignificat etiam domum in vrbe ab alijs domib. ſeiunctam Corne. Tacit. Germani ſuam quiſq; domum ſpatio circumdat, nullis cohærentib. ædificijs, more inſularũ. Feſtus quoq; Pompo. Inſulæ, inquit, dictę propriè, quę non iungũtur communib. parietib. cum vicinis, circuituque

tiuq; publico aut priuato cinguntur, a ſimilitudine, videlicet earum terrarum quæ fluminib. aut mari imminēt in hoc ſignificatu crebrò reperitur inſula apud Iuriſco. Vnde inſularius dominus ſiue cuſtos huiuſmodi inſulæ.

Interpolare eſt in aliam formam mutare, & quodammodo mangonizare. Plautus in Amph. Illic hoc me interpolabit, meūq; os finget denuo. Ambr. ad Horat. Noſtrorum peccatorum, in pœnis vltricib. interpolari. Vlpi. 21. dig. tit. de ædil. edi. l. præcipiunt. Interpolant, ait, veteratores & pro nouitijs vendunt, l. inhabitum nouitiorum mutant.

Intertritura ſiue intertrimentum, eſt (vt inquit Varro de lingua Latina) dictum ab eo quod duo inter ſe trita, & diminuta ſunt, vt in nummis aureis, quod ex vſu & attrectatione conſumitur, & in veſtib. alijſq; reb. quæ vſu deteruntur. Liuius lib. 34. In auro, inquit, nihil intertrimenti fuit. Item li. 32. intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Scæuol. li. 33. de pign. act. l. pignori. Quęro intertrituram, quæ ex operis facta eſt. Atq; ibidem iterum vtrobique pro detrimento.

Irenarcha, dicitur pacificator ſiue pacis conciliator. Nam irene eſt Pax & archos eſt princeps. Erant autem irenarchæ viri boni, & prudentes, quales ſignificat Virg. in 1. Aen. Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus, &cæt. Sub hoc habitu fuit Domit. Cæſaris ſtatua equo poſita, de qua Papi. in prin. Syluarum. Dextra uetat pugnas. Talem quoque Perſius poeta ſignificat, cum dicit: Fert animus calidæ ſilentia rixæ Maieſtate manus. In Codice Iuſtin. ti. eſt de irenarchis, quos Acc. interpretatur iram arcentes, quaſi irenarcha nomen eſſet Latinum. Mat. lib. 48. tit. de cuſto. & exhibeo. li. D. Hadrianus, irenarcharum, ſæpe meminit.

Iſauri, populi ſunt Ciliciç conterm ini, qui in mari quondā piraticam exercuerunt, quos Publ. Seruilius profligauit, qui cognomen Iſaurici ex ea victoria retulit, iam verò Iſauri, & Cilices, pro piratis accipiūtur, vt Iuuenalis: Piratæ Cilicum. Iuſtin. C. tit. de ferijs, l. prouinciarum. Latronū inquit, & maximè Iſaurorum.

Iſoſtates, poteſt dici æqualitatis recognitor. Nam Iſos dicitur æqualis in Codice Iuſtin. de pōderib. et auri illatione. l. quoties. Quoties, inquit, de qualitate ſolidorum orta fuerit dubitatio, placet quem ſermo Grçcus appellat iſoſtatem, pro ſua fide, & induſtria, vt neq; fallat neq; fallatur, contentionem dirimere. Acc. interpretatur ab igos, victoria, & ſtare militia. Neq; .n. igos eſt victoria, ſed vice, neq; ſtare militia, ſed ſtatia: ſed neq; victoria, & militia faciunt ad rem.

Iugum pro pari duorum animalium plerumq; accipitur vt apud Plin.lib.10.de aqualis. Vbi aquilarum, inquit, non ſit iugum. Varro de lingua Latina: Iugum, inquit, & iumentum a iunctu Vig.5.Aen. Nec ſic vndantia lora Concuſſere iugis, Vlp.li.21. dig.de ædi.edi.l.ędiles, aiũt, ſępe iugum in hac ſignatione ponit.

L

LAbrũ vas eſt patulũ grandioris aquę capax, qua lib.in Bętica mea vtũtur ex argilla fictis ad lauatrinam, & vſus coquinarios Virg.8.Aen. Sicut aquæ tremulũ labris, &c. Cic.in epiſt.labrũ ſi in balneo nõ eſt, fac vt ſit. Vlp.lib.16.tit.de emp.& ven.l.limes. Labra, inquit, ſalientes fiſtulæ. Acc. exponit labra, quia p labrum imaginis aqua ſalit, non minus inepte quam id, quod alibi. Digitum interpretatus eſt, i. quantum fluit per digitũ ſtatuæ.

Lacertus, piſcis eſt, quia Græcis colias dr̃, dictus a lacertus ꝙ ad ſimilitudinẽ lacertorũ picturas hẽt. Commendabantur autẽ lacerti Saxitani ex Hiſpania, vrbe Sexi, Mart. Et Sexitani ponatur cauda lacerti. Ex lacertis aũt fieri ſolita eſſe ſalſamenta, oſtendit Corne.Celſus, dicens; Piſciũ, qui ex media materia ſunt, quib. maxime vtimur, tamẽ grauiſſimi ſunt, ex quib. ſalſamenta quoq; fieri pñt, qualis eſt lacertus. Sexitanorum ſalſamentorum meminit St.Vlp.in ti. de penu.l.qui penum Lacertos, inquit, cũ muria ſua contineri, Labeo, ait. Eſt aũt Muria ſalſugo exudans ex piſcib.ſalitis, qua vtebantur, antiquiores ad ciborum cõdituram.

Lacunar, ſiue laquear, ſiue lacus eſt tecti elegantior fabrica. Cic.5.Tuſc.q. Fulgentem gladiũ e lacunari ſeta equina appẽſum. Hor.in 2.Car. Nõ ebur, neq; aureum mea renidet in domo lacunar. Vlp.ti.de fun.inſt.l.quęſitũ. Scalæ inquit, quę lacunarib. admouentur, inſtrumenta ſunt.

Lapis, pro milliario, hoc eſt, mille paſſib. aliqñ accipitur, quoniam antiquiores ſoliti erãt millia quęq; paſſuum lapidib. ſignare, id quod videmus in via, quæ dicit Salmanticam ex Emerita Auguſta, argenteam vulgus appellat. Mar. Rura, nemuſque ſacrum, dilectaq; iugera muſis, Signat vicinia quartus ab vrbe lapis. Idem alibi: Ad lapidem Torquatus habet pretoria quartum. Mart. tit. de excuſ. l. propter litem. Ne vltra centeſimum, inquit, lapidem tutelam gerat.

Laſer, eris, quod a Græcis Silpium appellatur, ſuccus eſt herbę, quã in Cyrenaica regione inuentam Laſerpitium vocant medici, & ꝗ̃ pharmacopolis tẽpeſtatis noſtrę appellatur Aſſa, Pli.li. 19. Laſerpitium, ꝙ Gręci ſilpion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius ſuccum vocant laſer. Pau.in tit.de penu.le.l.non omne. Sed quod quidam, inquit,

nega-

negauerunt piper liguſticum, careum, laſer, &c. eiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt.

Latus clauus, quemadmodum diximus in verbo clauus, nodus erat ex purpura, ſiue ex auro veſti intertextus, & qui poterãt vti eiuſmodi veſtib. tum Laticlauij, tũ Anguſticlauij, dicebãtur. Erat aũt veſtis ſenatoria, vt exponit Acron, in illud Horat. 1. Serm. Quo tibi Tulli, Sumere depoſitũ clauũ, fieriq; tribunũ? Plin. lib. 8. Tunicam laticlaui in modũ gauſapi texti. Ouid. 4. de triſt. Induiturq; humeros cum lato purpura clauo. Iuriſc. in quadam lege, cuius initium eſt, Imperator: Vt ecce, inquit, ſi vxori viri lato claui petenti, pro lati clauio.

Lautica dñr, quæcunq; ad lautitiam atq; elegantiã cultus, & menſæ pertinent. tit de au. & ar. leg. l. argẽ. Mundo, inquit, muliebri continentur lautica acus, reticula, & huiuſmodi.

Laxamentũ, ſiue laxitas dicit quies, ſiue ceſſatio a labore. Val. de fortitudine, Ad cõfirmandos, inquit, animos ſalubre laxamentũ daret. Cic. in 1. Of. Adhibẽda eſt, inquit, cura laxitatis. Ner. lib. 50. tit. de vac. & excu. mu. l. tẽpus. Cum laxamẽto quodam itineris.

Lectica eſt vehiculum, in quo quiſpiã fertur ab hoib. ꝙ ſi a quatuor vehitur tetrophorum, dr, ſi a ſex, hexaphorũ ſi ab octo, octaphorum. Mart. Laxior hexaphoro tua ſit lectica licebit. Et iuu. Denſiſſima cẽtum. Quadrantes lectica petit. Eadẽ & ſella dr. Vnde idem poeta fundit de eadem lectica: Oſtẽdes vacuam, & clauſam pro coniunge ſellam. Paul. lib. 9. de ſeru. ruſt. præd. l. qui ſella. Qui ſella, inquit, aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Acc. ſella: i, equo, lectica. i. curru interpretatur; quod vtrumq; ex eo, quod diximus, falſum eſt.

Lecticarius ſeruus eſt, qui lecticã humero fert. Suet. in Othone: muliebri ſella in caſtra contẽdit, ac deficientib. lecticarij cum deſcendiſſet. Seru. Sulpit. in quadam ad Cic. epiſt. Coactus, inquit, ſum in eadem illa lectica, lecticarijſq; meis in vrbẽ eum referre, vt in tit. de leg. 1. l. ſi ex toto. Si ita, inquit legatum ſit lecticarios, &c. Item Vlp. de leg. 3. l. item Legato continentur mancipia, puta lecticarij, qui ſolam matremfamilias portabant.

Liberi, orum, non ſolum dñt filij, ſed ẽt nepotes, pronepotes, & deinceps; & q̃q̃ non declinetur, niſi in numero multitudinis: de vno tñ liberos dicimus. Ex A. Gellio. lib. 2. Vlp. in tit. de poll. l. inter liberos, nepotem quoque contineri diuus Pius reſcripſit. Item Caliſtratus tit. de verb. ſig. l. liberorum appellatione, &c.

Libertinus a liberto nõ eo differt, qđ vulgus putat, & cum dixi vulgus, non excludo Accurſ. qui & ipſe vnus eſt ex imperita multitudine. Nã cum idẽ ſit libertus,

quod

quod libertinus, ſola rōne differunt, qm̄ libertus nomen eſt aliquid, atq; refertur ad eum, cuius eſt libertus, hoc eſt ad patronum vt libertus Cæſaris, libertus Ciceronis, & de operis libertorum ſubaudi, quas dēnt ſuis patronis liberti. Libertinus verò nomen eſt abſolutum, tm̄q; dicit cōditionem, hoc eſt, tertium illud genus hoīum, qui nec ſunt ſerui, neque liberi. Hinc eſt, ꝙ Iuſtin. in lib. Inſtit. titulum fecit de ingenuis, & libertinis, quia ibi non agitur, ni ſi de conditione, nullo habitu reſpectu ad patronos. Hanc differentiam primus omniū animaduertit, adnotauitque Laur. Valla vir. harum rerum diligēs indagator, atque acerrimus inuentor.

Libitinarius, dicitur funeris curator, quem ſup. diximus, deſinatorem appellari. Nam polinctor eſt, qui cadauer effert, comburitque, aut ſepelit. Dicti ſunt autem libitinarij à libitina, ideſt funere dicta libitina à Venere libina, ꝙ Romæ habuit templum, iuxta ꝙ vendebantur ea, quib. erat opus ad funus, puta vnguenta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templum, quę iocorum voluptatumque dea eſt, venderentur. Plutarchus in problematis cauſam narrat, vt videlicet, cum homines libidinib. dāt operam, meminerint ſe aliquando morituros. Vlp. lib. 14. tit. de inſtitoria actione. l. quicunq; Si libitinarius, inquit, ſeruum polinctorem dabuerit, iſque mortuū ſepelierit. Accurſ. deſipit neſcio, quæ ſomnia referens.

Librarius eſt, qui libros ſcribit. Nam ſcriptor nō tam dr̄, qui libros ſcribit, quā librorum compoſitor. Mar. de libris ſuis. Non meus eſt error, nocuit librarius illis. Cicer 3. de Orat. Neque librariorum notis, ſed verborū & ſententiarum modo. Colli. titu. iur. ĩmm. l. quibuſdam, & ſæpe aliàs.

Licitor, aris, eſt in actione pretium pro re venali offerre. Plin. lib. 7. Ariſtidis pictoris vnam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus eſt. Inde licitator, qui eiuſmodi pretiū offert. Cic. in Epiſtol. ad Marium. Quoniam pretium tuum noui, in licitatorē potius ponam, quam illud minoris veneat. Licitatio quoq; vt Pa. lib. 39. dig. tit. de publ. & vectig. l. licitatio. Licitatio, inquit, vectigalium, quæ calore licitantis, &c. paulo poſt, Licitatores, inquit vectigalium.

Lectores dicuntur, qui ante Prætores, aut conſules ferebant inſignia magiſtratuum hoc eſt, virgarum faſces & ſecures, dicti a ligādo, vt ſcribit Gellius li. 12. quod videlicet iuſſu Cōſulū aut Præt. vinciebant ſontes, aut quēadmodum Feſtus ait, quod virgarum faſces ligatos præferebant, quibus imperante magiſtratu, delinquentibus plagas ingerebant. De manumiſſis. Manumiſſio, inquit, per lictores.

Ligna,

Ligna,orum,in numero multitudinis propriè dñr,quæ combu rendi cauſa comparata ſunt, vt apud Mar. Ad villam moneo ruſtice ligna feras, & apud Hor. In ſyluam ne ligna feras. Iū ſingulari quoq; numero in eadem ſigno ne repetitur Vlp. in tit de leg. 3. ligni appellatione. Materia, ait, eſt illa,quæ ad ædificandum,fulciendūmqúe ædificium eſt neceſſaria. Lignum vero,quicquid cōburendi cauſa comparatum eſt.

Liguſticum herba eſt in montib. Liguriæ naſcens à iunioribus medicis leuiſticon appellatum; Eſt autem Liguria regio Italię,inter Varrū,& Macram oēs, & ad Apennini dextram,in qua eſt Genua Liguſtici Pli. Columel. Apitius, proinde omnes medici meminerunt; leuiſticum corrupto vocab. appellant. Pau.li.33. in ti. de pen.leg.l. non omne, piper,inquit,liguſticum carenm,& taſer,

Liminarcha poteſt dici liminis, hoc eſt limitis præfectus, & eſt ille, qui gerit curam tuendorum prouinciæ limitum,præficiturque militibus limitaneis. Arcadius lib. 50. titu. de munerib.l. munerum ciuilium,&c.

Limitanei milites dñr,qui ſub liminarcha prouinciæ, terminos tuentur. Capitolinus Reparato, ait,de limitaneis Daciæ exercitu. Iuſt,quoq; de off. Prętoris Aphricæ.l. quis Deo. Pro limitaneis, ait,ordinandis, quia neceſſarium nobis eſſe videtur,vt extra ciuitates limites, limitanei conſtituantur,qui poſſint,& caſtra, & ciuitates, & limites defendere. Et pauló poſt,Si cōmotio aliqua fuerit poſſint limitanei,ſine comitenſibus,& militibus,&c.

Linea margaritarum,eſt ſeries margaritarum pertuſarum, quæ ſint filio conſertę. Scæuola li.35. ad l.Falc.l.lineam. Lineā inquit margaritarum. Item Vlp.lib.47. tit.de furtis,l.ſi quis vxori. Si linea margaritarum ſurrepta ſit.

Lytos dr ſolutus, à lyo,qđ eſt ſoluo. Iuſt.in proœ.ff. Quia ſoli tum erat; quarti anni ſtudioſos Græco,& conſueto quodā vocabulo lytas appellari,hinc eſt,ſolutos,pro quo mendoſe legitur hircos, ex Pādectis Flōrentinis adnotāte Politiano. Nām pro eo,ꝙ in recētiorib.libris hr̄ hircos, & coloritas,legi oportet lytas,& pro lytas quid aūt ſint,lege prolytæ.

Logiſta dr̄ is,qui reddendis rationibus præeſt. Nā logos inter cæteras ſignificationes dr̄ computatio, & logiſtice eſt ipſa ars computatoria, quam vulgus algorſmum vocat. Iuſtin.in tit de modo mulctarum,l.curator. Curator,inquit,Reipub. qui Græco vocabulo logiſta nuncupatur, mulctandi ius non habet.

Logographus poteſt dici rōnum ſcriptor,quo vocabulo vtitur. Inſt. lib. 10. tit. de tabularijs, ſcribis,& logographis.

Loricatio eſt tectorium parieti in modum loricæ ſuperinductum.

ductum, idē ferè, quod incruſtatio. Vitr. li. 6. Duplicem, inquit, p̄beat contignationi loricationē. Pli. li. 8. Ichneumone cum aſpide pugnaturo, mergit, inquit, ſe limo ſępius ſiccatq. ſole, mox vbi plurib. eo. modo ſe correis lori-cauit, in dimicationē pergit. Pau. de ver. ſig. l. impēſæ. Incruſtationes, inquit, loricationes, & pict.

Ludictus, a um, non ludicer, is quod Pirſce. putauit, dr̄ quod ad ludū pertinet. Virg. 11. Aen. Neq; n. leuia, aut ludicra petūtur. Hor. 2. epiſc. Valeat res ludrica, ſi me Palma negata macrum. De accuſationib. l. qui iudicio. Qui artē, inquit, ludicram fecerit. hoc eſt ſcenicam, ſiue theatralem, aut circenſem, vbi ludi fiunt.

Lugdunenſis colonia, quæ Lugdunum cognominatur, ciuitas eſt nobiliſſima. Heduorum in Galia Lugdunēſi ab ipſa cognominata. Meminit illius Iuriſc. li. 50. dig. in tit. de cenſib.

Ludus literarius, pro ſchola accipitur, vbi literæ docentur. Magiſter quoq; ludi, is dr̄ qui lr̄as docet. Mar. Quid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter? & p̄ trāslationē, Terent. in Hecyra. In eo. mihi oēs vn̄r ludo edoctę ad malitiam, & ilicò: ſi vllus eſt ludus, magiſtram hāc eſſe ſatis certo ſcio. Vlp. li. 41. tit. de varijs, extracog. l. 1. ludi literarij magiſtri.

Luſcus dr̄, qui altero oculo caret, qui Græcè monophthalmus appellatur, hoc eſt, vnoculus. Hier. de viris illuſt. Acacius. inquit, quē quia luſcus erat, monophthalmum appellant. Martia. Thaida Quītus, amat, q̄ Thaida? Thaida fuſca. Vnum oculū Thais nō hēt, ille duos Modeſt. in ti. de verb. ſign. l. inter ſtuprum, Vitiū inquit eſt p̄petuū impedimentū, veluti ſi luſcus ſit. Inde fit verbū eluſcare, de quo in ſuo loco diximus. Neque eſt, vt Accurſius, & ſi qui ſunt alij, qui id dicant, qui lumine adhibito nihil videt, ſed vt dix. q̄ eſt orbatus altero oculo.

Luſtramentum, ti, eſt purgatio facta per veneficium, aut ſacrificium, aut incantationem, dictum ab eo, quod eſt luſtro, as, Vir. 6. Aen. Luſtrauitq; viros, dixitq: nouiſſima verba. Ouid. 10. Meta. Magico luſtrauere tit. Marcel. lib. 48. ad l. Corn. de veneficijs, & ſicarijs. l. eiuſdem. Si quis, inquit, luſtramenti cauſa dederit cantharidas.

M

Magiſter nomen dignitatis eſt, & magiſtratus, ſiue magiſtratum, ipſa magiſtri dignitas Vnde magiſter equitū, qui a Dictatore præficiebatur equitib. & magiſter populi, qui pecuniæ diuidundæ per populum præpoſitus eſt, & magiſter militum, qui militib præeſt, & magiſter ſcrinij. i. qui libros Principis, adſeruat, & magiſter pecoris, qui paſtorib. reliquis præfectus eſt.

Melleatus, dicitur liber, qui iā eſt ligatus, punicatuſq; Sed quia

libri

libri malleabuntur ante quã conſuerentur, id quod videmus noſtro tempore fieri, malleati dicebantur, pro eo quod ſequitur. Vlp. tit. de leg. 3. l. librorum. Libri, inquit nondum malleati, & pe rornati continebuntur.

Malobathrum arbor eſt odorata ex Syria, quæ nomine ſpãli ſolium appellatur, vnde fiunt vnguenta, quç dicũtur foliata. Hor. in 2. Carm. Nitentes malobathro Syrio capillos Foliorum malobathri meminerunt ſæpe Galenus, & Apitius. Marrianus. lib. 38. tit. de publicanis. l. interdum Malobathrum, aroma Indicum, non malabaſtrum.

Mandragora, herba eſt nota, cuius duo ſunt gña, alterum nigrum, quæ fęmina exiſtimatur, alterum candidũ, qui eſt maſculus. Hẽt vim ſoporiferã, atq, prouocãdi ſomni gratia dari conſueuit, quia frigida eſt, ac propè venenum. Columel in horto. Quãuis ſemi himnis veſano gramine fæta Mandragoræ pariat flores, mœſtamq; cicutam. Marcel. lib. 48. dig. ad l. Cor. de veneficijs. l. eiſdem mãdragoram inter venena ponit. Ex quo fit, vt mirandũ ſit, quid per mandragoram interpres ſacrarum literarum intellexerit in Geneſi. c. 30. Et Cant. 7.

Mango, onis, eſt nõ modo ſeruorum venditor: ſed aliarum ẽt rerum, quæ vt carius vendantur ſolent à vẽditorib. adornari. Vnde eſt mangonizare agros, & equos, proeo, q̃ eſt colores. Et Plinius li. 37. politores gemmarum mãgones appellat. Marti. Millia pro puero centũ me mãgo popoſcit. Seneca iu Epiſt. Mangones, q̃cq̃d eſt q̃ diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Africanus de ver. ſig. l. mercis appellatione quo diſtet à venalicario mõſtrat.

Mappa menſæ ſtragulum eſt, quemadmodum, & mantile, ſiue tora. Erantque duo genera, alterum raſum, alter villoſum, hoc eſt, in tapetis ſimilitudinem contextum, quod & gauſape dr̃. Marti. in diſticho cuius index eſt, Mapa villoſa. Nobilib. villoſa tegãt tibi lintea citrum. De mantili quoq; villoſo Virgilius in j. Aen. dixit, Tonſiſque ferunt mantilia villis, quod Seuius pro minutis exponit. Ouid. quoq; in quarto Faſt. Duxerat ad dextrã villis mãtile ſoluti; Florent. lib. 33. de ſupellectili legata l. ſuppectili. Toralia; inquit, & mappa villoſa. Pro quo mendoſe legitur, & oralia in panalioſa, nihil verba.

Materia, propriè dicitur, circa quam verſatur faber tignarius ſiue lignarius. In communiori tamen ſignificatu dicitur de ſubiecta cuiuſque artis materia. Pau. li. 18. tit. de periculo & commo. l. quod ſi. Neque materia empta ſi furto periſſet.

Madiallinus, quemadmodum Priſc. in 5 carmine ſcribit, à medio videtur compoſitus, quia medias partes balnei tenet, hoc eſt,

qui

qui in medio lauantium ſtat. Horat. in 1. epiſt. Tu mediaſtinus tacita precetura petebas Acron in media vrbe viues interpretatur. Porphyrion in media vrbe ſiue balneo exponit. Vlp. lib. 47 titu. de iniurijs, l. item apud. Multum intereſt, qualis ſeruus, ſit, bonæ frugi, an mediaſtinus.

Mereo, meres, merui, eſt militare, ſiue ſtipendiũ in militia facere Luca in 6. Caſtrorum in plebe merebat. Iuuenalis. Caſtrorũque ere merentẽ. Suet. in Iulio. Meruit, & ſub Seruilio Iſaurico, lib. 49. digeſtorum, tit de re militari, pro ea, quod in libris antiquis legitur merere, in recentioribus ſcriptum eſt, militare.

Metalla dicuntur venæ, vnde eruitur argentum, æs, & cætera, quę vulgus indoctũ appellat metalla. Dicta ſunt aũt metalla a metalla a metello, q̃ eſt ſcrutor ſiue iniquo, aut dicuntur metalla, q̃ alia vena poſt aliã inueni atur, q̃ vr̃ Plin. lib 34. ſignificare, vbi ſcribit, q̃ vbicunq; vna vena eſt iuuẽta, nõ procul alia inueniaẽ. Hinc metallarij, & metallici dñr, qui ſunt damnati ad metalla, hoc eſt, ad effodiendam terram ex metallis. Aliquando ſimpliciter accipiuntur pro effuſſoribus metallorum, vt in li. dig. tit. de peni, & lib. 11. C. tit. de metallarijs.

Metator, ſiue meatus, ſiue menſor dr̃, qui iuſſu, atq; authoritate Principis milites in domib. incolarũ collocat, ſiue in caſtris, qua parte debeat quiſq; tentoria figere, oſtendit. Vnde dictũ eſt caſtra metati Lucanus in primo, Heſperios veniam metator in agros. In Codice Iuſtin, tit, de metatis, l. 2. Sit quis, inquit, menſorũ noſtrorum manum, qua deputatur ſingulis, quibuſq; domus, & poſtib. hoſpitaturi nomen adſcribunt, delere non dubitauerit, ad inſtar falſi criminis cõſtitutu teneatur.

Metaxa eſt cõgeries illa penſorũ ex lino aut lana, q̃ Hiſpani paucis literis immutatis vocãt madexa, vt li. 11. Cod. Iuſt. tit. de muril. l. lotas in poſterũ ſerica, & metaxæ. Vitruuius lib. 6. De paludib, inquit, tenues colligant metaxæ.

Metrocomia, dr̃ villa metrix, dicta à meter, q̃ eſt mater, non q̃ Accu hallucinat, a metrus, quod eſt menſura, & nomine villa accipiendo villam, vt nunc vulgus loquit. Iuſt. lib. 11. Cod. in tit. non licere habitatorib. metrocomiæ loca ſua ad extraneum conferre.

Metropolis, dr̃ ciuitas matrix, neq; deriuat a metros, quod eſt menſura, vt imperiti exiſtimant. ſed qđ de metrocomia diximus, à meter, quod eſt mr̃, vñ alia com plura deriuant, quæ in ſuo genere ſignificant, præcipium & excellens, vt orrygometra, terrigometra, echinometra, acentu in penultima pro duce coturnicum, cicadarum, & echinorum. Modeſt. li. 17. ff. de excuſ. l. ſi duas, Decet autem maxime numero vti, metropoles gentium.

Milia-

Miliarium vas erat ad coquendũ milium accõmodatum, quemadmodum pultarium ad coquendũ pultem. Cato de re ruſt. Inter orbẽ,& miliarũ vnum digitum intereſſe oportet. Paladius lib. 5. de re ruſt. Vas inquit, æneum miliario ſimile. Põp lib. 33. tit. de au. & arg. leg. l. & ſi. Certe ſi cacabos argenteos habeat, vel miliarium, pro quo, litera expuncta, lege tu miliarium.

Miniculator is dr̃, qui literas maiuſculas, hoc eſt, initiales, ſiue capitales ex minio libris ex atramento iam ſcriptis adhibet. Vlp. lib. 38. tit. de operis liber. l. iuriſiurãdi. Si forte, inquit, librarius vel miniculator. Sic. n. in libris antiquiorib. legit̃, & magis coheret ei, quod ſupra dixerat librarius, & ei, quod ſequit̃, vel calculator.

Molior, moliris, eſt moles ad ædificium aliquod coaptandum. Virg. 1. Aen. Moliriq; arcẽ, & manib. ſubuoluere ſaxa. Vlp. lib. 39. l. 1. de noui ope. nunc. Qui forte in publico, vel in priuato, ꝙ molitio, onis pro ipſo apparatu ædificãdi, vt infra eod. tit. l. ſtipulatio, Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri vero & demolitio opponitur ei quod eſt moliri, & moliriq, pro eo, quod eſt diruere & dirutio, vt in eo. tit. ſæpe.

Mola manuaria, ſiue manualis ſiue truſatilis dr̃, quæ ad frumẽti moliturã manu circũagitur quæ, vt ait Virg in More. Rotat aſſiduis, gyris & concinat orbẽ. Mola quoq; iumentaria, & ex Euangelio, mola aſinaria eſt, quam iumenta verſant. Iabo. Priſ. li. bon. Priſ. lib. 33. ff. de fun. inſt. l. dolia. Molas, inquit, manuarias ſupelle ctilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe. Offilius ait, Molas vero aquarias, hoc eſt, aqua verſatiles, ante Iuſti. tempora fuiſſe nõdum legi. Is. n. in tit. de aquæd. l. decernimus, molæ aquarię meminit, q̃ ſermonis Latini ignari molãdinum appellãt. Nã qđ legitur aſina molendinaria in tit de fun. inſt. l. cum lanionis, non a molendino, ſed a molendo deductũ eſt.

Meniana, vt ait Feſtus Pomp. ædificia erant a Menio ciue Romano, ſic appellata, nõ à męnijs ſic dictum, vt putauit ſomniculoſus Accurſius. Is. n. primus vltra columnas extẽdit tigna, quo ampliarentur ſuperiori. Hic eſt illę Menius, qui poſt bona patris abſumpta, locum ſibi ſeruauit vnde ludos ſpectaret, de quo Hor. in 1 epiſ. Menius, vt reb. maternis atq; paternis, Fortiter abſũmptis vrbanus cępit haberi, &c. Locus autem ille fuit *Menianum* quod vltra ędificia protendebatur, in viam publicam propendens. Vitruuius lib. 5. Meniana, ait, ſuperiorib. coaſſationib. collocentur. Suetonius in Caligula; Cum apparatu circi perſpicientem pauci ex proximis Manianis poſtulaſſent. Valerius de mortib. non vulgarib. C. Licinius, Macer vir prætorius Calui pater, dum ſentẽtią dice-

dicerentur,in Menianum conſcẽdit: Iabolenus de ver. ſig.l.malũ nauis,Qualia, inquit, Meniana, & ſubgrundaria eſſent. Vlp.in tit.ne quid in loco publico.l.prętor ait; Cum quidã, inquit,velũ in Meniano immiſſum haberet.

Meritorium, ſiue meritoria taberna,eſt ſtabulum, ſiue caupona,in quam viatores diuertunt, dictum meritorum a mercede,q̃ ſoluunt.Iuuenalis. Nam quæ meritoria ſomnos Admittunt. Valerius de duobus Arcadibus: Quorum alter,inquit, ab hoſpitem ſe contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit.Vlp.in ti.de iniurijs.l.lex Corn. Ad meritoria,inquit,vel ſtabula non pertinebit. Acc.neſcio quas nugas ſomniat, neque id mirum cum vigilans quid eſſet meritorum, neſciret.

Modus, & modulus plerunq; pro mẽſura accipiuntur vt Hor. in 2.Serm.Hoc erat in notis modus agri non ita magnus.Frontinus de aquæduct. Aquarum, inquit, moduli ad digitorum, aut ad vnciarum menſuram inſtituẽdi ſunt,in lib.ff.11.tit. eſt menſor falſum modum dixerit, & ibidẽ ſæpe Pau. lib.39.tit.damno.inf. l.damni,eum,inquit, qui modulorum, aut riui faciendi cauſa.

Mulſum potio eſt, q̃ ex vino, & melle concinnatur.Hor.1.Ser. Leui præcordia mulſo Prolueris melius.Mar.in diſticho,cuius lẽma eſt Mulſum,Atticanectarum turbatis mella falernum.Vlp.lib. 33.tit.de trit.& vino le.l.ſi quis. Si mulſum,ait,ſic factum vini appellatione non continebitur.. Vlp.lib.6.tit.de rei vend.l.idem. Si ex melle meo,& vino tuo mulſum factum ſit.

Mundus muliebris, vt ait,Varro, dictus eſt a munditia. Idẽ & ornatus, quaſi ab ore natus a græcis coſmos dr̃.Vnde multi fuerũt autores quos Galenus citat,quĩ coſmetica. i. de ornatu ſcripſerunt. Vlp.ti.de au.& arg.leg.l.argõ .ff Mundus,ait,muliebris eſt quo mulier mundior ſit, & ſubdit, quæ numerantur in mundo muliebri, de quo etiam eſt ti.

Munimentum differt a monumẽto,ſiue monimento, quia monumentũ eſt ſepulchrum, ꝙ erigitur in defuncti memoriã, ſiue illud ſit inane,ſiue cadauer cõplectatur. Munimentum vero eſt in ædificio illud, ꝙ ab inferẽdo dãno defendit, dictum a muniendo.Marcellus.li.11.tit.de religioſis,& ſumptib. funerum l. funeris ſumptus.Munimentum ſepulchrum eſſe D.Had.ſcripſit ꝙ muniendi eius loci cauſa factum ſit.

Murileguli dñr, qui murices, hoc eſt, conchilia colligunt ex quib. purpuraceus color inducitur.Nam purpureum genera cõplura ſunt,buccinum, iãthinum murex, de quib.in ti.de leg.3.l.ſi cui lana. Igitur muri leguli ſunt purpureum cõquiſitores, de quibus Iuſti.lib.11. Codicis, in tit. de murilegul.& gyn.

Muria

Muria ſalſamentum, ſiue ſalſa go exudans ex piſcib. ſalitis qua antiquiores vtebantur ad ciborum condituras. Aliqñ muria ex ſale tm̄,& aqua macerata conſta bat, quæ muria duta cognomina tur, q̃uo aũt fiat, Plin. & Colu. oſtendunt, Vlp.in tit.de penu.l. qui denun. Laceratos,ait,cũ muria ſua contineri, labeo ait.

Murrha, & vaſa murrhina dicebantur,quæ ex murrha lapide prętioſo formabantur, Lucanus; Nō auro murrhaq.bibunt. Mar. Si calidum potas ardētī murrha falerno. Conuenit. Çe murrha la pide. Pli.li.37.plura. Sed huius la pidis vas vnũ tm̄ nr̄o ſeculo mōſtratur Venetijs in ærario diui Marci, Agathan ipſi vocant De vaſis murrhinis Mart. Surentina bibis,neç murrhina ſume,nec au rum. Et Iuu. Grandia tollantur cryſtalla,maxima rurſus Murrhi na. Florēt.in ti.de ſupellectili le. l.ſupellectili De murrihinis,ait, & cryſtallinis dubitari pōt, Atq; ibidem Murrhina, & cryſtallina ex eadem materia eſſe. Item Pō-po.tit.de au.& ar. leg.l.& ſi non Murrhina, ait, vaſa in gemmis non eſſe Caſſius ſcribit.

N

NAtales, in numero multitudinis ſunt ipſa naſcēdi dies, ſiue illa ſit obſcura, ſiue clara, Pli.li.18.Ruffus infima natalium nobilitate. Cor. Tacitus: Fuſcus ingēs ętate,claris natalib. Iuuen. Palmā inter dominas virtus nata lib.æquat. Apud Iuriſc.li. 44.dif. tit. ęſt de natat. reſt. quaſi natales de natalib. claris tantum dicantur.

Negoçium facere, ſiue negocium,exhibere, ꝙ apud Iuriſco. frequenter legitur, ſignificat moleſtiam alicuį facere, & ſic ęſt illud in eum, qui calumniæ cauſa negocium fecerit, & illud. Qui pecuniam acceperit, vt faceret, negotium,vel non facere,pro eo quod eſt moleſtiam.

Nomen pro debitore,maxime in re fæneratoria apud Iuric.ſæpiſſime inuenit. Sen de vita beatą. Nunquam magis nomina facio,quā cum dono. Alphius fęnerator apud Col. Optima, ait,nomina non ad pellando fieri mala, Hor. Cautus nominibus certos expendere nummos. Iuuen. Qui venit ad dubium grādi cum Codice nomen. Hinc apud Iuriſ. pecuniæ in nominib.dñr,quæ da tæ ſunt fęnori. In hac quoq;ſigni ficatione accipitur nomen ab. Vlp.li.47.ff.in tit.de fur.l. ſi quis vxor. Si quis,ait, ſeruo meo perſuaſerit, vt nomē ſuum ex inſtrō tolleret. Non particula negatiua turbat ſenſum adiecta, in tit.de offic.proc. Legatus,ait, mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi ius non habes. Cæterum in Pandectis non particula,non hr̄. No tauit primus hunc errorem Angelus Poli. in quadā obſeruatione eius centuriæ, quam tunicam nobis videre contingit.

Noſocomion dicitur infirmorum,ſiue ægrotantium villa. Nā noſos appellatur morb. & come villa. Hier.ad Oceanum de epiſta. Fabiolæ primo omnium noſocomion,Ideſt,languentum villam inſtit.Iuſt.in Cod.ti de ſacr. eccl.Noſocomia,ait,vel brephotrophia.Item coll.1.de non alienando noſocomion,vel brephotrophium. Noſocomos verò appellatur,q̃ præſidet noſocomio, vt coll.2.de non alienandis, &c.

Notarius non eſt, qui vulgò putatur,hoc eſt,tabellio, ſed qui excipiens verba diſtantis per notas & compendia ſcribit. Talis deſcribitur a Martiale in diſticho cuius iudex eſt Notarius, Currant verba licent, manus eſt velocior illis;Nondū lingua ſuū, dextra peregit opus. Pa.li.29.ff. tit de militari teſt.l. Luc. Titius miles notario ſuo teſtm̄ ſcribendum notis dictauit,& antequam literis perſcriberetur,vita defunctus eſt. Ergo per notas intelligendum eſt per literarum compendia,hoc eſt, breuiaturas.

O

OBſidianus lapis, ab obſidio quodam inuentus dicitur, de quo Pli.li.36. in genere vitri, & obſidiana numerantur ad ſimilitudinem lapidis, quē in Aethiopia inuenit Obſidius nigerrimi coloris aliquādo & tranſlucidi,craſſiore viſu, atque in ſpeculis reddente pro imagine vmbras. Idem lib.37. Inueniuntur & gemmæ eodem noīe ac colore,non ſolum in Aethiodia,& India,ſed et in Samo & in littorib. Hiſpaniēſis oceani.Meminit eiuſdem Suet.in Aug. Pomp.li.34.ff. tit.de au.& ar.le.l.&.ſi.Gemmę, ait,ſunt perlucidę materiæ,velut ſmaragdi;Lapilli contrariæ ſuperioribus naturæ, vt obſidiani nō abaſianini, vt in codicibus recentioribus legitur.

Obſonatores dñr,qui obſonia emunt, hoc eſt,cibos recentes ex macello,foro boario,foro olitorio, aut eiuſmodi locis Sen.li.6. epi. Adijce obſonatores, quib. dominici palati notitia ſubtilis eſt. Mart.in diſticho,cuius lēma eſt, Obſonator, Dic quotus es, quanti cupias cęnare, nec vnum Addideris verbum, cęna parata tibi eſt. Marc.ti de leg 3.l.legatis ſeruis: Cubicularios, inquit, & obſonatores. Acc vt eſt in excogitandis ineptijs diligentiſſimus obſonatores dupliciter exponit aut qui domino præſtant ſilentium dum dormit,quaſi a ſomno dictus, aut qui canunt, dum cænat dominus, quaſi a ſono vocis.

Odyſſea,opus eſt Homeri poetæ, in quo Vlyſſis errores proſequitur, qm̄ Vlyſſes a Græcis dicitur Odyſſeus, citatur a Marcello in ti,de leg.3.l.legatis. Sic deniq. in Odyſſea Homer.ait. & ſubdit carmen Græcum.

Oenomeli Græcis dr̄,quod eſt latinis mulſum ab œnos, quod eſt vinum & mel, vel qm̄ ex vino,&

no.& melle conſtat, quemadmodum in verbo mulſum diximus, apud Galenum, cęteroſque medicos crebra fit mentio ęnomeli. Vlp. in tit. de trit. & vino leg. l. ſi quis vinum. Oenomeli planè. i. vinum dulciſſimum cõtinebit, p quo mendosè legitur cęnomeli.

Olitor eſt, qui vulgò appellaẽ hortulanus, dictus ab olerib. hoc eſt, herbis hortenſib. Inde olitanus, a, um. ad ortũ ſiue horti cura torem pertinet, Pli. li. 19. vrceola olitoria ex his factitari prodiderũt. Vlp. de ver. ſig l. Vrbana Horti vinearij fortè, vel olitorij, nec dicitur ab olitus, ſed ab oleribus.

Opera, æ, eſt labor diurnus, quemadmodum a Paul. & Vlp. diffinitur, li 38. ti. de oper. li. Differt aũt ab opere, cũ in vno opere plures operæ cõſumi poſſunt, & vna opera plura opera fieri poſſunt.

Opiſtographa dñr, quæ in tergo chartæ ſcripta sũt, ab opiſthẽ quod eſt retro, & grapho ſcribo. Eiuſmodi eſt ſcriptura, de qua dixit Iuue. Scriptus & in tergo necdum finitus Oreſtes. Et Mar. Scribit in auerſa Picens epigrammata charta. Plin. in epiſt. Reliquit, ait, cõmentarios opiſtographos, ex minutiſſimis literis ſcriptos. Ictus in ti. de bo. poſ. l. chartæ appellatione, Proinde, ait, ſi in opiſtographo quis teſtatus ſit, hinc peti bonorum poſſeſſionem. Vbi Acc. dupliciter peccat, tũ in opiſtographo. i. vbi opes ſcribuntur, exponens; tum in epiſtographo ideſt in epiſtola.

Orichalcum, dicitur æs modo tantum, Nam oros eſt mons, & chalcho æs. Nam quod vulgò aurichalcum dicitur, nulla ratione defendi poteſt. Tũ ex illo princ. oium conſenſu recepto, non ſolere fieri compoſitionem ex Gręco, & Latino, tum authoritate, & ratione. Ratio autem illa nimirum eſt, quòd in carmine ſemper prima breuis reperitur Virg. 12. Aen. Alboq; orichalco Circũdat loricam. Et Hor. in Puetria, Tibia non vt orichalco iuncta tubæq Aemula. Aurichalcum vero nõ poſſe dici Sextus Feſtus Põp. eſt author. Aurichalcum inquit, quidam putauerunt compoſitum ab ære & auro. Sanæ vero orichalcum dr̃, ꝙ in montoſis locis inuenitur, mons etenim Græce oros appellatur. Vlp. ti. de leg. 3. l. ſi quis, electum, ait, vel aurichalchum contineri. In tit quoq; de act. emp. & vend. Quæ id modũ, ait, ſi quis vas aurichalcum, ſed orichalcum legis.

Orcinius ab orco dicitur. Eſt aũt Orcus infernorum atq; mortis deus. Virg 2. Aen. Multos Danaum dimittimus orco, Idem in 6. Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus orci. Hinc orcinius libertus, qui eſt ipſius teſtõris defuncti, & in orci familiam adſcripti Depheretro i quo mortui efferũtur dixit Martialis, Orciniaque feruntur. In ſponda. Vlp.

lib.10.tit. de fideic. lib. l. ergo. Qui directum, ait, libertatem acceperũt, orcinio erunt liberti, Orcinij quoq; liberti meminit Iuſt. lib.2.Inſtit.

Orphanotrophium, penultima longa, locus eſt vbi orphani aluntur, quemadmodum brephotrophiũ, vbi infantes, vt ſuo loco dix. In Cod. Iuſt. tit. eſt de orphanotrophijs, quorum ẽt meminit frequenter tit. de ſacroſ. eccl. Orphanotrophus is dicitur, qui orphanotrophij curam gerit.

P

PAegma, atis, ludus dr̃ a pezo, ꝙ eſt do. Erat autem pægma machina in ſublime tendens, in qua puerorum cantantium erant nidi. Senec. li.13.epiſt. his verbis pęgma deſcribit. His, ait, annumeres licet machinatores, qui pægmata per ſe ſurgentia excogitãt, & rabulata tacite in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiſcentib. quæ cohærebant ſua ſponte coeuntib. aut ijs, quæ eminebant, paulatim in ſe reſidentib. Ioſephus quoq; in triumpho Veſpeſianorum nõ nihil de pægma, & pueros, inde ad velatio raptos. Mart. Et creſcunt media pægmata celſa via. Clau. Mobile ponderib. deſcendant pægma reductis. Vlp. in tit. de fundo inſtr. l. quæſitum. In emptionem, ait, domus ſpecularia, & pægmata cædere.

Paganus a pago dr̃, quemadmodũ a vico vicinus; hẽt tñ aliqñ remotiorẽ ſignificationẽ atq; pro eo accipit, qui non eſt militiæ ſacro addictus, vt nemo ſit, qui non aut paganus aut miles dicatur Iuuen. Citius falſum producere teſtẽ Contra paganũ poſſis, q̃ vera loquentem, Cõtra fortunã armati, i. contra militẽ. Modeſt. in tit. locati, & cond. l. ſi ignorans, inq̃t militi, quaſi pagano locauerit Itẽ multis alijs in locis digeſtorum, ſed nunquam in alia ſignificatione. Si qñ tñ a iuniorib. paganus pro infideli accipitur, id per traſlationem fit, quaſi non ſit initiatus ad ſacra relig. Chriſti, atque illius militiæ adiuratus.

Pancratiũ, vt ſcribit Vitruuius locus erat, in quo athletæ exercebãt Plin. lib. 34 Puerum autoli cum pancratio victorẽ. Prop. lib. 3. Et patitur duro vulnera pãcratio. Vlp. lib. 9 tit. ad leg. Aqu. l. qua actiones. Si quis colluctatione, ait, vel in pancratio. Vnde pãcratiaſtes pro athleta, qui ſe in pancratio exercet.

Pandecta poteſt dici comprehenſorium, hoc eſt, omnia continens a pan, quod eſt, omne, & dechomæ comprehendo. Gell. lib. 19. Suni, ait, qui Pandectas, i. omnium receptacula inſcripſerunt. Idem lib 12. Quas Græco vocabulo Pandectas, i. promiſcua, & omnimoda continentes libros, Hinc Inſt. lib. 50. dig. pandectas Græco tit. prætitulauit, non quemadmodum quidam exiſtimant,

pan-

pandectas fuiſſe libros Iuriſc. ex quib. conflatum eſt ius ciuile, quod Iuſt. Imp. in 50. libros redegit.

Pandicularia bona quemadmodũ idem Vlp. in tit. de bonis dãnatorũ definit, ſunt ea, quæ in cuſtodiã receptus ſecũ attulit, nõ oĩa quidem ſed veſtem, qua is fuerit indutus, & nummos in venerales, & annulos parui pretij.

Pantomimus dr̃ is, qui mimos repræſentat, atq; in ea arte tantũ poſſet, vt oĩa poſſit imitari a pan, quod eſt oẽ, & mimeomæ, quod eſt imitor. Senec. in 4. epiſt. Si clamor & plauſus, & pantomimica inſtrumenta perſtrepuerint, Iul. Firm. lib. 3. mathe. Si luna, ait, a Mercurio deſluens ad Venerem peruenerit, organorios aut pantomimos facit. Iabo. lib 38. dig. tit. de op. lib. l. ſi libertus. Si libertus, ait artem pantomimi exerceat; & ſupra eo. tit. l patronus. Si quis, inquit, pãtomimum, vel archimimium libertum habeat.

Papirus, frutex eſt in paluſtribus. Aegypti locis, aut quo Nilus non fluit, brachiali craſſitudine, decem cubitorum altitudine Ex cortice vero ſtragulas Aegyptij faciunt, atq; ex eodem chartas, & eſt alioqui materia combuſtibilis. Vlp. in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. Harundines ait, & papyros comburunt.

Paranymphi, & paranymphę dicuntur Græcè, qui Latinè ſunt pronubi, & pronubæ, hoc eſt, nuptijs præſidentes. Aug. 4. de Ciuitate. Nonne omnes famulos atque etiam ipſos paranymphos ante mittit foras, quam blandiri coniux coniungi incipiat? Hieronymus in Sermo. Aſſumpſit Mariã, inquit, Angelus Gabriel acſi cæleſtis paranymphus intactam cuſtodiuit. Dictus autem paranymphus a para, quod eſt iuxta & nymphæ, ſponſæ: quaſi accedens ſponſę. Commentator Decretorum paranymphas ſomniat eſſe ancillas; dictas ſic, ille putat a parando nymphas.

Parapherna bona ſunt, quæcunq; præter dotem dantur ſpõſę. Vnde paraphernicæ inſtrã dixit Sidon Apollinaris puellę tradita; & dñr parapherna à para, quod eſt præter, & pherne dos; nõ vt vulgus loquitur parapherna Vlp. lib. 23. dig. tit de iu. dot. l ſi ego. Si res dentur, ea quæ Græci parapherna vocant, quæque Galli peculium appellant.

Parephippius eſt, qui equo in ſide, ſine equorum ſeſſor, a parà gręca prępoſitione, & ephippiũ. Iuſt. lib. 12. C. tit. de curſu pub. l. parephippium. Parephippium, inquit, eũ videri, qui vſurpato vno vel duob. veredis, quos ſolos euectio continebat. Eſt autẽ ephippium ſtragulũ, quod equo imponitur. Hor. Optat ephippias bos piger, optat arare caballus. Mar. in diſticho cuius lẽma eſt ephippium, Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Nam ſolet a nudo ſurgere ficus equo.

Parochus appellatur dator ſiue præbitor, hoc eſt, tributarius. Vnde ſcribit A. Gellius: Ventidiũ velut parochum victũ ſibi ægrè quæſiſſe, & erat parochorũ magiſtratib. prębenda cõducere. Hor. 1. Sermo. Parochi qui prębent ligna ſalemq; idem in 2. Vertere pallor. Tum parochi faciem. Inde eſt parochia, parochorum cõmunio. Aug. 14. de ciuita. Fuit quidam nomine reſtitutus in parochia Caleman. eccl. nõ vt illiterati dicunt, parochia per duplex r.

Parœcos eſt incola, ſiue habitator in loco, & parœcia incolatio, ſiue habitatio, a para quod eſt iuxta, & œco habito. Pomp. de verb. ſign. l. pupillus. Incola, inquit, eſt qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quem Græci parœcon vocant.

Paropſis, dis, genus eſt lancis grandioris, de qua in Euangel. Qui intingit mecum manum in paropſide, pro qua alius Euangeliſta catinum poſuit. Senec. in 5. de beneficijs: Sic paropſidem argenteam, & auream dicimus, Iuuenal. Quam multa magnaq; paropſide cænat. Martia. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem. Pomponius de auro, & arg. leg. l. & ſi veluti, paroſidas, tabulas, trullas.

Paſſum eſt vinum illud, quod ex vuis paſſis conficitur. Hiſpani baſtardo appellant, Seruius in illud Virg. 2. Georg. Et paſſo pſychia vitior, Paſſum, inquit, ideo dicitur, quod ab igne patitur decoquendo, ſed illud, quod decoquitur, nõ paſſum, ſed defrutum aut ſapa dicitur. Iuuen. Paſſum, & municipes Iouis aduexiſſe lagenas. Vl. de trit. & vino leg. l. ſi quis, paſſum, inquit, niſi contraria mens ſit intelligitur. Procu. in eo. tit. l. qui vinum Cui dulcia legata eſſent, omnia hæc eſſe legata, mulſum, paſſum, defrutum, & ſimiles potiones.

Paſtinare eſt agrum fodere dictum a paſtino, quod eſt ferramẽti genus bifurci quo plantæ panguntur, author Col. lib. 4. de re ruſt. Sed conſuetudo quidquid emoti ſoli vineis præparatur. repaſtinatum vocat Matth. 14. Vineã paſtinauit homo & ſepe circũdedit Vlp. lib. 43. quod vi aut clã l. ſemper. Is cui fundum paſtinandum locaueras. Pau. de verb. ſign. l. impenſę, ſicut arbuſti paſtinatione vltra quã neceſſe fuerat.

Pater, præter notam ſignificationem, quam habet in promptu, ſignificat etiam ſenatorem. Nam ſenatores patres conſcripti appellantur; illi propter ætatem, hi propter curam: hoc adnotaui, ne quis decipiatur Accurſij, verbis, in illum Iuſtiniani, lib. 10. Inſtitutionum, tit. quib. modis ius pat. pot. ſol. Quem ſibi principem patrem elegit. i. Senatorem.

Peculatus furtum eſt rerũ publicarum, cęptũ ſic dici a pecore eo tpe, quo Romani nihil præter quã pecudes poſſidebant. Saluſt.

in

in iugu. Peculatus ærarij factus eſt. Hinc apud Iuriſc. in li. dig. ti. eſt ad leg. Iulia peculatus.

Peculium, verbum quoq; frequés in iure ciuili; vt ait Seruius in illud Virg. Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi eſt. Et ſimpliciter patrimonium. Ita. n. maiores noſtri dicebat a pecoribus, in quibus eórum conſtabat vniuerſa ſubſtantia; ſed poſtea illud tantum appellari cœptum eſt peculium, quod ſeruus in poteſtate dñi, & filiuſf. in poteſtate patris cõſtitutus, poſſidet.

Pecunia præterea dicta eſt a pecude, qm̃, vt, ait, Varro, é paſtoribus horum vocabulorum fuit origo. Plin. li. 33. pecuniam accepiſſe nomen ſcribit a nota pecudis, nummo impreſſa; ſed iam pecuniæ appellatione omne illud continetur, quod pecunia menſurari poteſt Paul. de verborum ſignificatio. l. pecuniæ. Pecuniæ, inquit, appellatione rem ſignificari Proculus ait, hoc eſt, patrimonium, infra eodem tit. Vlp. Pecuniæ, inquit, non ſolum numeratam pecuniam complectitur; verum omnem omninò potentia, hoc eſt omnia corporea.

Pecus, pecudis, eſt omne animal, quod caret ratione, atq; effigie humana. Nam, & de piſcib. Horat. in 1. Car. dixit: omne cum Proteus pecus agit altos Viſcere mo do res. Caius tamen lib. 9. dig. tit. ad leg. Aquil l. leg. Aquil. Seruius, inquit, noſtris exæquantur quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habẽtur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli aſini: ſues etiam, ſed canis inter pecudes non eſt.

Pedamentum dicitur vitis ſulcimentum Varro in primo de re ruſtica. Quib ſtat rectè vinea, dicuntur pedamenta: quæ tranſuerſa iunguntur iuga Vlp. lib. 47 de tigno iniuncto: Vinæ, ait, neceſſaria perticæ pedamenta.

Pedules, calceatui aptæ faſciç erant, quibus antiquiores vtebãtur. Plin. lib. 8. Mures, ait, abroſiſſe Carboni Imperatori faſcias, quib. in calceatu vtebatur. Tales faſcias Vlp. crurules & pedules vocat. in tit. de auro, & arg. leg. l. argumento. Faſciæ, inquit, crurules, peduleſque, & pilea veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtũt: vbi vox crinales, pro crurules legitur.

Periurare, quoties in libris ſlegitur, eſt vitium ſcriptoris, quoniã in Pandectis Florentinis, ſemper pro eo legitur peierare.

Pellex cõcubina eſt illius, qui habet vxorem; eoque diſtat a pallata, quæ eſt concubina cælibis; dicta eſt autem pellex a pelliciendo, quod videlicet attrahat alliciendo ad ſe alterius virum. Cui mulierum generi pœna eſt a Numma Pompilio conſtituta hac lege: Pellex aram Iunonis nec tangito: ſi tanget, Iunoni crinib. demiſſis agnum fœminam cędito. Paulus de verbor. ſignif.

l.maſurius. Caius, ait, Flaccus ſcribit pellicem vocari,quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat, aut quæ vxoris loco ſine nuptijs in domo ſit.

Penaria cella, & penarium,vt ait,Varro,locus eſt,vbi penus re ponitur atq; adſeruatur. Cic. 5. in Verrem act. Cato ſapiens Siciliam cellam penariã Reipu.dicebat. Vlp. tit. de pen. leg.l. qui penum. Quæ horrei penari, vel cellæ penariæ, inſtituendæ gratia habentur.

Penus penoris,ſiue penus, vs eſt,vt ait Cic.in 11. de nat. Deo. omne illud, quo veſcuntur homines. Atque vt Phauotinus apud Gell.oſtendit,penus eſt,ꝙ longæ vſionis gratia contrahitur,atque condit,ex eo dictũ,ꝙ non in prõ ptu ſit, ſed intus recondatur, & habeatur penus.Apud Iuriſc.tit. de penu legat.hoc eſt, ijs de reb. quæ adſeruantur in penario ad longum tempus. Nam quæ ad breue, in promptuaria ſunt cella,inde appellata, quod in prom ptu ſit,quemadmodum penus in receſſu interiori.

Penes præpoſitio,vt ait Feſtus differt ab eo, ꝙ eſt apud ꝙ apud perſonã tm̃ cum loco ſignificat, vt ſi dicas, pecunia eſt apud me, poſſis id recte dicere,etiamſi tua non ſit. Penes vero non tm̃ perſonã & locum deſignat, ſed etiã dñium,vt ſi dicas;pecunia eſt penes me, ſignificat ꝙ eſt cui iuris, ac poteſtatis.Vlp. in tit. de verb. ſig.l.penes te. Penes tẽ, ait, ãm=plius eſt,q̃ apud te eſt. Nã apud te eſt,ꝙ qualitercumq; a te teneatur,penes te eſt, quod quodammodo a te poſſidetur.

Peniculus pictoris eſt inſtrumentũ, quo induci in picturam colores dñr,& penicillus vtrũq; per diminutionẽ ab eo ꝙ eſt penis hoc eſt,cauda,inclinatum.Nã in modũ paruæ caudæ prominẽt ſetæ,ex quib fit peniculus. Plin. lib.35. Arrepto peniculo lineam ex colore duxit.*Martianus* in tit. de fund.inſtruc. l. Pictoris peniculi,ait eſt cauteria, & conchæ.

Perduelles,ab antiquiorib.dicebãtur, qui poſtea dicti ſunt hoſtes. Nã hoſtes dicebantur, quos nunc vocamus peregrinos, Cic. in 1.off. Equidem.Illud animaduerto, ꝙ qui proprio noĩe perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiã mitigante. Caius in tit.de verb.ſign l.quos, nos,ait,hoſtes appellamus,veteres perduelles appellabant.Hinc perduellio,onis, pro ipſa in rẽp. aut in principẽ hoſtilitate eorũ, qui hoſtes patriæ iudicati ſunt. Suet.in Iilio. Subornauit, qui Caio Rabirio perduellionis diẽ diceret. Perduellionis crimine primus omnium dãnatus eſt.Horatius, ob ſororem interfectam, ſed obſolutus. Vlp. in tit. ad leg. Iulia.leg.is qui. Qui perduellioni,ait,reus eſt, hoſtili animo aduerſus Rempublicam, vel Principem animatus eſt.

Pergu-

Pergula eſt menſa, in qua opifices opa ſua vẽdenda exponũt. Hinc Pli. ſcrib. Appellem tabulas, quas pingebat tranſeunti põpulo iudicandas in pergula conſueuiſſe, ꝓponere. Vlp. lib. 9. dig. tit. de iis, qui deiecerunt. l. ſi vero. Cum pictor, inquit, in pergula clypeum, vel tabulam expoſitam habuiſſet, eaq; excidiſſet.

Pharmacon, dr̃ venenũ quod tam Gręce, quam Latine meliũ indifferent eſt ad bonum, & ad malum. Caius de verb. ſign. l. qui venenum dicit.

Philyria ſiue phylura eſt arbor, q̃ a Latinis talia dr̃. Appellã tur quoq; phylurę tuniculę quędam intra phyluræ arbores corticẽ, atq; inde librariorũ quoq; chartæ ad ſcribendum philuræ dñr, ſiue illę ſint ex tilia, ſiue ex quacũq; alia materia. Martianus de philologiæ nuptijs li. 2. Rari vero libri in philurę cortice ſub notat. Herod. quoq; li 1. mentionem libelli facit e tenuiſſima philura. Pl lib. 13. Pręparãtur, ait, ex papyro, cartę diuiſę acu. in prętenues, ſed q̃ latiſſimas philuras. Vlp. ti. de le. 3 l. librorũ appellatione. Siue in philura, ait, aut in vitellitia, vt nonnulli conficiũt.

Philipi, orum, colonia eſt Thraciæ, ſiue Macedonię, de qua Luc. in 1. Pharſ. Vidi iam Phœbe Philippos. Extat epiſtola Pauli Apoſt ad Philippenſes. Philippenſis coloniæ meminit Iuriſcõ. in tit. de cenſibus.

Piſtrinum dicitur locus, ſiue machina, in qua frumẽtum molitur, dictum a pinſendo, hoc eſt imolendo, & piſtores qui molum; & piſtrinarij qui piſtrini cu tam gerunt Pau. de ver ſign. Piſtrinum, & horreum inſulæ dotali adiectum, in tit. quoq; de impenſis, l. 1. & ſæpe alias.

Pytiocampe vermis eſt; ſiue eruca in nucib. pineis. Nã pytis eſt pinus, & campe eruca. Plin. lib. 13. Pinorum, ait, erucas, quas pityocampas vocant. Item libr. 29. Eadem in pityocampis in pynea naſcentib. eadem bupreſti ſimiliter prępãrantur. Marc. li. 48. ad leg. Corn. de veneficijs, & ſic l. eiuſdem, vbi probupreſtim, & pityocampis, buboſtrum, & pitycampis mendoſe legitur.

Plagæ ſunt retia rariores maculas habentia. Virg. 4. Aen. Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Vlp. in tit. de fun. inſt. l. quęſitum. Aucupes, ait, & plagæ huiuſmodi inſtrumento continebũtur. Ac plagas palos eſſe putauit quibus retia fulciuntur.

Plagarius, non tam eum q̃ generat, qui ſurripit ſeruos alienos quos putauit Accur. quam eum, qui liberum hominem in ſeruitutem trahit, quique hominem emit, quem ſcit eſſe liberum, & qui liberum eſſe ſciens vendit, aut eo vtatur quaſi ſeruo. Plagium verõ eſt ipſa pęna, quę plagiario infligitur. Martialis: Impone plagiano pudorem. Plagiariorum

tiorum quoq; meminit Pau. Apoſt.in 1.ad Timoth.epiſt.Apud Iuriſconſ. titulus eſt de plagiarijs ad legem Fabiam.

Polio, onis dicitur, qui arma polit, Iulius Fir.lib.2.Mars, inquit,& Mercurius in decimo ab horoſcopoco loco poliones faciunt. Calliſtratus lib 50. de iure immun.l quibuſdam.

Polypoſus dr̄,qui polipo morbo laborat. Eſt autem polypus, vt inquit Celſus lib.7.caruncula mō ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret,ſtrangulatq; hominem, maximè Euro,aut Auſtro flante. Paulus quoq; Aegineta; polypus,inquit,tumor eſt præter naturam,in narib.conſiſtens,a ſimilitudine marini polypi nominatus,quod eius carni ſimilis ſit. Galen.lib.3.decameridon multa de origine, & cura illius ſcribit. Vlp.lib 21 dig tit. de ædil. edic. l. Qui clauum habet, morboſus eſt,& polypoſus.

Polinctores dr̄r funeris paratores. Nam polingere eſt funus parare, Plautus in Penulo: propterea apud nos dico,confidentius, quia mihi polinctor dixit, qui eum polinxerat.Idem in aſinaria: Et quis currit polinctorē accerſere?mortuus eſt Demenetus, Vlp.de inſtitoria actione.l. quicunq; .Si libitinarius,ait, ſeruū polinctorem habuerit, iſq; mortuum ſpoliauerit, dandā in eum quaſi inſtitoriam actionem itaq; nonnihil intereſt,cum Libitinarij videantur qui funus curant,polinctores qui efferunt.

Popina locus eſt, vbi edulia eſculentaq; parantur ab hominib. non ſatis honeſtis. Vñ Luc. Infamemq; inhoneſtâ, turpem odiſſe popinam Nonius. Quos nunc dicimus tabernarios a poponis, vel luxurioſus,qui ſe popinis dedunt,de leg.3.lege cętera. Ad taberna inquit, vel propinas extenditur.

Poſtliminium, vt ait Feſtus,a poſt,& limen componi dr̄. Nam poſtliminio, ait, receptus eſt is, qui cum extra limina,hoc eſt,terminos prouinciæ captus fuerat, rurſus ad propria reuertitur Cicer.tñ in lib. Top.ex authoritate Seruij Sul in poſtliminio nihil eſſe putat: poſtliminium vero nihil ſignificare, ſed tm̄ nominis eſſe productionem, vt timus in legitimus, & finitimus, & tulliū in meditullium,& ſubdit: Poſtliminio redeūt hæc,homo, nauis, mulus, clitellarius equus, equa quæ fræna recipere ſolet. Vnde in libris dig.tit.eſt de captiuis,& poſtliminio reuerſis.

Preſes is dr̄, qui prouinciam armis tuetur,ne deſciſcat,atq;rebellet a dñio illius, cui eſt ſubiecta. Sed quemadmodum Vlp. in titu. de officio præſidis ait,ad illud pertinet potiſſimum,vt pacata,& quieta ſit prouincia, quam regit.Sic Euangeliſta Pilatum Iudææ præſidem appellat,ſub quo Chriſtus paſſus eſt.

Præmatura dñr, põma, quæ nondum venerunt ad maturitatem. Lucan. lib. 7. Ad Præmaturas ſegetum ieiuna rapinas Agmina compulimus; & ſic per trãſlationem mors præmatura dr; quæ venit ante tempus Gall. lib. 16. Cum ſignificamus coactius quid factum, & feſtinantius, tũc rectius præmaturæ id factum eſſe dicimus. Papi. lib. 45. dig. ti. de ſtiplõnib. l. liber homo, qui bona fide, Decem, inquit, hodie dari ſpõdes? dixi poſſe, vel ab eo. die pecuniam peti, nec videri prẹmaturius agi, non finito ſtiplenis die præmaturius exponendum eſt, i. feſtinantius, vt apud Gell.

Prætorium, non ſolum eſt, domus, vbi Prætor habitat, vel vbi ius redditi; ſed etiam Regũ, Principum, & ſummorum magiſtratuum. Vñ nauis prætoria, & cohors prætoria, & porta prẹtoria i. ad regem, vel principem pertinens. Significat quoq; prætoriũ, villam in agro magnificè extructam, in qua ſignificatione accipitur apud Iuu. Criminib. debet hortos prætoria menſas. Mar. ad lapidem Torquatus habet prætoria, quartum Suet. in Calig. In extructionib. inquit, prætoriorũ atq; villarum omni poſthabitatione nihil tam efficere concupiſcebat, quam q̀ effici poſſe negabatur. Nerar. lib. 8. tit. de ſer. ruſt. præd. l. ru. præd. Vel cloacam, inquit, habere licere per vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere licere. Vlp. de verb. ſign. l. vrbana. Sed & ſi forte ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tñ deſeruientia, quia vrbanum prædium non locus facit; ſed materia: En? quomodo vtrobiq; prætorium pro ædificio in agro ponitur.

Pridie, cum accuſatiuõ, & cũ genitiuo conſtituitur. Nam vt ait Priſ. tẽporalia, & localia aduerbia in præpoſitiones transferuntur, vt pridie Kalendas, et pridie Kalendarum. Vlp. lib. 24. tit. ſol. mat. l. fructus. Si mulier, ait, pridie vindemias dotem dederit. Idem tit. de teſtamenti. l. qua ætate. Si teſtamentum, inquit pridie Kalendarum fecerit.

Primipilus in bello dicebatur qui quatuor centurijs hoc eſt, q̃ quadringentis militib. præerat. Mart. Grata pudens meriti tulerit cum primipilis, Mod. lib. 27. tit. de excuſat. l. non ſolum. Qui primipilum, inquit, expleuit, & ibidem: Qui ad Caligatas militias, & reliquas militauerunt, & in eo. tit. atq; eod. authore, l. ſed & Primipilarij, inquit, ex conſtitutionib. imperialib. vocationẽ habent. Appellatur, & idem primipilaris, vt de leg. 3. leg. pater filium; Iulius, inquit, Agrippa primipilaris. Iuſt. lib. vndecimo Codicis, de primipilo, & dignitate, & commodis primipilatus non nihil diſſeruit.

Principia in caſtris dicebantur,

ſur, in quib. principes caſtra me tabantur. Nam, vt inquit Varro de ling. Latina, milites haſti dicti ſunt, qui primo haſta pugnabant; pilani, qui pilis: principes, qui principio gladijs. Inde principalis porta caſtrorum dr̄, vt ait Feſtus, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt, .i. tentoria figunt, & principalia in caſtris, inde dicta, vt apud Trogum lib. 11. Si principalia caſtrorum cerneres, ſenatum te alicuius reip. priſcæ videre dicere. Sūt itaq; principia in acie, vbi conſiſtit milites cognominati principes. Liuius. lib. 8. ab V. C. Principia Latinorum perturbant clamore ſublato. Val. de diſcrip. militari: Ad principia, inquit, per omne militiæ tempus adeſſe. Teren in Eun. Tu hoſce inſtrue, hic ergo ero poſt principia. Mar. lib. 49. de re mil. l. officium; Officiū, ait, tribunorum eſt principis frequēter intereſſe, Acc. principijs exponit, cum milites aſſumūtur, vel cum rixa aliqua naſcitur. Sed nihil mirum eſt reum reconditos ſenſus ignoraſſe, qui conſue uit in manifeſtis cæcutire.

Priuilegiarius is appellatur, cui priuilegium aliquod eſt conceſſum, qui ab indoctis priuilegiatur dr̄; pari errore illi, quod pro beneficiario vocant beneficiatum. Nā beneficiarius, & priuilegiarius ea figura dn̄r, qua donatarius, legatarius, teſtamentarius, depoſitarius. Vn̄ milites bn̄ficiarij dicti ſunt, qui vacabant officio. Feſtus Vegetius, et Cæſar belli Gallici vltimo cōmen. Vlp. Vlp. li. 42. de priui. cred. l. ſi ventri. Quorum, ait, pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit, & ſtatim bis ponit creditores pri uilegiarios. Idem lib. 2. de pac l. reſcriptū: An priuilegiarijs, ait, abſentib hæc pactio noceat. Idē Vlp lib. 14. tit. quod cum eo, qui in aliena poteſtate, l. ſed an hic; Recte inquit, dicetur occupantis meliorem eſſe conditionem, niſi quis priuilegiarius veniat. Sed neq; priuilegium dr̄, quod priuet legem, vt iſti putant, ſed ꝙ ſit lex priuata, hoc eſt, propria alicui in illis fauorem conceſſa.

Procurator Cæſaris erat qui res Imperatoris procurabat. Refert Cor. Tacitus: ꝙ Cl. Cæſar ꝓ curatorib. ſuis omne ius tradidit partemq; vim in reb. peragendis eſſe voluit, acſi ipſe ſtatuiſſet atq;, vt ſimpliciter loquamur, Vlp. lib. 3. dig. autore, procurator eſt, qui aliena negotia mandato dn̄i adminiſtrat, ſed de officio procuratoris Cæſaris, tit. eſt in 1. di. lib. vbi Vlp ait, quæ acta, & geſta ſunt a procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobari, acſi a Cæſare geſta eſſent.

Promercalia dn̄r, quæ vt diuē dantur plures, fuerunt empta. Gell. lib. 4. Ex ijs, inquit, quę promercalia, & vſualia Colum. lib. 1. Aut ex animalib. aut reb. alijs promercalib. occupet. Idem lib. 12. de

12. de offi. villici. Pecuniam dñi neq; in pecore,neq; in alijs reb: pro meicalib.occupet. Pauli 45. dig.titu. de impenſis , l.quod ſi. Quod ſi res, ait, in quib.impenſæ factæ ſunt,fuerint promercales, tales impenſæ non voluptuariæ,ſed vtiles ſunt.

Prolytæ Iuſt.authore, in proœm. dig. illi dicebatur ſcholares qui per quinq; iam annos iuri ciuili operam dederunt, quemadmodum appellabantur lytę. qui quatuor annos eidem ſtudio incubuerunt. Nam quod legitur coloritæ,pro eo quod debuit eſſe prolytæ,mendum eſt manifeſtum, ex Florentinis illis Pande. deprehenſum.Sed cur illi dicantur lytæ,i.luti , hi vero polytæ,i. præſoluti,nondũ mihi liquet,niſi forte hi ſint , quos nunc vocãt Licẽtiatos illi , quos Baculariosſ.

Promptuariũ cella eſt, in qua reponuntur edulia, quæ ad vſus cotidianos comparata ſunt, quoq; differt a penario , vt in ſuo loco dictum eſt,cum ſit penus,vt Phauorinus ait , quod longe vſionis gratia conquiritur, Apul.in 1.de aſino. Et prõptuario oleum vnctui,& lintea terſui. Hier. interpres in Pſal. prõptuaria eorũ plena eructantia in hoc in illud. Pau.tit.de penu leg.l.nam quod ſi cui,quæ in promptuario ſunt, legata ſint.Dr quoq; cella promptuaria, & promus diſpenſator, omnia a promendo dicta.

Promulſidarium poculum eſt mulſo bibendo aptum . Mulſum autem , vt diximus , potus eſt ex mellis,& vini commixtione conciunatus Pomp.in tit. de aur. & argen.leg.l.& ſi Scutellas,ait,& promulſidaria contineri,repoſitaria quoq; continentur.

Proreta dicitur is , qui nauis proræ præfectus eſt , & eſt Græcum vocabulum . Nam proreus dicitur Plau.in Rudem.Si tu. iſti naui proreta es, ego gubernator ero.Pau 39.de pub.& vect.l.cotem.Pro reta,inquit,nautave.

Proſenium , inquit Seruius in illud Virg.2.Georg.Veteres ineunt proſcenia ludi, eſt pulpitum ante ſcenam in quo ludrica exercentur, Vlpia libro 50. de polli. Probe,inquit,faciet Statius Ruffinus , ſi opus proſcenijs perficiat.Iuſt.lib.11.C.tit. de ſpectaculis.l.ſi qua.Vel in theatris,inquit proſcenijs.Vtrobiq; Acc.nihil aliud,quam locum eſſe dicit.

Proſcindere terram, eſt illam vertere,cum primum aratur. Nã ad vernactum faciendum terra primum proſcinditur, deinde offringitur, ſiue iteratur poſtea tertiatur Virg.1.Georg.Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga.Varro in 1.de re ruſtica. Terram,ait,cum primum arant,proſcindere appellant,quod iterum offringere dicunt. Pauſ.titu. de verborum ſignificat.l.ſylua. Nouãlis, inquit, eſt terra proſciſſa, non præciſa , quod delirat Accurſ.

Pro-

Prothyrum,authore Vitruuio eſt veſtibulum ante domorum ianuas, a pro, quod eſt ante, & thyra ianua, aliqñ etiam pro ante pagmento, i.ianuarum ornatu ponitur. Item Vitru. alıubi. Nos,ait, prothyra appellamus, quę Græcę dñr diathyra, Vlp.ti. de fun.inſt,l.quæſitum. Prothyrum domus, ſi velamē eſt,inſtrumento domus continetur. Accu. ægroti ſomnia narrans, prothyron,athyros, quod eſt magiſter, deducit. Sed qūo magiſter inſtrumento domus contineatur, id ipſe viderit. Multo adhuc ſomnicu Joſius in illud Pomponij,de ver. ſig.l.ſtatue.Prothyrum, quod in ædib.interdū fieri ſolet; Prothyrum,ait,quia procul trahit,quaſi Latina dictio eſſet. Illud profecto ſimplicius, ꝙ ingenue fateē ſe neſcire,quid prothyrum ſit.

Protocolon dr̃ primum membrū,vt ſit prima illa ſcriptio,quā in cōmentarij modū tabelliones ſcribunt,quæ ſignificantius commentationes,aut prototypa, aut archetypa dici poſſent. Cod,tit, de taber,colla.4. Vt protocolla, ait,dimittat in chartas.

Proxeneta,non vt vulgo legitur,proſeneta, Latine dr̃ mediator,i,qui conciliat inter ſe ementes,& vendentes,maxime hoſpites, vñ nomen deductum eſt. Nā xenos hoſpes vocatur,Sen. in Epiſt. Nolo proxenetę nomen tuū iactent. Et Mart. Vatiniorum proxeneta ſartorum,li.50.di, de proxenetis. l. ſi proxeneta, & ibidem ſepe.

Publicanorum ordo,quemadmodum Cic,in multis locis ſcribit, Romæ fuit hominum honeſtiſſimorum, hi veſtigalia publica conducebant,& inde dicti.In ſacris literis publicanus nomen propemodum eſt infamię,ppeą quod qui portoria exigunt, odio ſint omnib. vnde Saluatori noſtro vitio dabatur, quod cum publicanis,& peccatorib.manducabat.Apud Iuriſc,tit.eſt de publicanis,& vectigalibus.

Pulmentarium dr̃ a pulmento, Pulmentū verò vt ait Varro, dictum eſt, quod id edebant cū pulte,eſt aūt cib.ſolidior, vtrūq; ſiue illud ſit ex aquatilib. ſiue ex terreſtrib. Hor.2.Ser. Pulmentaria quære ſudando. Cato de re ruſt.Pulmentarium familię oleo caduco quam plurimum condito. Pau.tit.de fund.inſt.l.cum de lanionis.Sine his ſ patinis,& cacabis pulentariū coqui non pōt.

Puſtulatum argētum, dicitur, quod eſt purum, & abſq; omni ſpurcitia, dictum poſtulatum, quaſi purum purumq;. Puſtula quoq; ipſa argēti puri maſſa dr̃, Martia. Et nimium felix puſtula vincit ebur. Idem Nulla venit a me argenti tibi libra puſtulati. Suet.in Ner.Nummum aſperum argentum puſtulatum, aurum obrizum exegit.Alphenus li.19. tit,locati, & conducti l. in naue Saupheli. Cum argētum, inquit, puſtu-

puſtulatum fibro daretur. Acc. hallucinans varijs modis legit, quaſi is, qui nihil certi ac definiti tradit.

Q

QVali ſunt caniſtra vindemiæ apta, ſiue ad comportandas vuas, ſiue ad colandū muſtum, vt vult Seru. inde dicta. Ait namq; in illud Virg. 2. Geor. Tu ſpiſſos vimine qualos, Colaque prælorum fumuſis diripe tectis. Quali ſunt per quos vinum defluit, qui & ipſi a colando ſunt dicti. Columella in horto. Ipſe ferens olitor deductos pódere qualos. Et Cato de re ruſt. Ad vindemiam, inquit, parentur quala, & ſarcinator. Vlp. de fun. inſtr. l. inſtrumenta. Quali, inquit, vindemiatorij exceptorijq;, in quib. vuæ comportantur.

Quini, quinæ, quina, quemadmodum de binis, & denis eſt dictum, nomen eſt diuiduum ſiue diſtributiuum ad ſingulos tñ. Afric. lib. 21 tit. de euictionib. l. ſi duos, ait ſeruos quinos a te emam, & eorum alter euincatur, &c. Acc. quinis pro bis quinque exponit, falſo nimirum interpretamento. Aliud namq; eſt emere duos ſeruos quinis aureis, aliud bis quinq; .i. decem aureis. Nam illud ſignificat quod quenque illorum emi quinq; aureis diuiſim, hoc vero quod ambos emi decem aureis coniunctim, Cui vero ſenſui magis accōmodari debeant verba legis, Iuriſc. viderint, nos ſermonis Latini puritatem inquirimus.

R

REfigere, i. quod fixum eſt, labefactare atq; conuellere. Nam ſunt verba quædam, quæ compoſita cum re, vertunt ſignificationem in contrarium, Virg. 6. Aen. Fixit leges pretio, atq; refixit, Horat. 1. Epiſt. Qui templis Partorum ſigna refixit. Venu. li. 43. quod vi aut clam. l. ſi vitem. Si fixeris, ait, & ego refixero. Pau. tit. de ver. obl. l. inter. Tabulæ, ait, refixæ ſunt. Venuleius tit. ad l. Iuliam peculatus l. qui tabulam, Qui tabulam, inquit, æream refixerit. Tabulam æream. Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat ſcripta, vt ſic promulgeret. Quod vero huiuſmodi tabulę eſſent æreæ, oſtendit Ouid. in 1. Metam. cum dicit: Nec verba minātia fixo Aere ligabantur.

Repetundarum, vel de repetūdis, accuſatur, vel damnatur, qui in adminiſtratione magiſtratus pecunias accepit, vnde accipere non debuit. Neq; habet alios caſus, quam genitiuum, & ablatiuum numeri pluralis. Sal. in Catil. ſubſtantiuum ſub intellectū expreſſit, dicens; Catilina pecuniarum repetundarum reus. Titulus eſt in li. dig. 48 ad l. Iuliam repetundarum, de qua Mar. his verbis ſcribit. Lex Iulia repetundar. ptinet ad eas pecunias, quas qs in magiſtratu poteſtatis decuratione, legationeve acceperit.

Replum-

Replumbari dr̃ argentum, qm̃ elaborati argenti partes nõ pñt conſolidari, niſi interueniente plumbo. Nam quemadmodum ſupra diximus ferruminatione fieri per eandem materiam; ita nunc dicimus plumbationem fieri per aliam materiam, hoc eſt, per plumbum. Sene in 4. nat.q. Argentum, inquit replumbatur lignorum ſegmenta ſoluuntur. Vlp.de aur.& arg.leg.l. cum aurum. An replumbari debeant, cũ ſic appenduntur Replumbari igitur eſt plumbum auferre.

Reſipiſcere eſt ex temporario furore in priſtinum ſenſum redire. Liu lib.44, Si quis reſipiſcat,& antequam ſanitatem reci piat. De vulgari,& pupil.l.ex facto. Deſinere, inquit, valere teſtamentum cum ſi reſipuiſſet.

Rheda vehiculi genus eſt, Quintilianus, lib 1, vocabulum Gallicum eſſe putat, Plurima, inquit, Gallicè valuerunt, vt rheda, portoriũ, quorum altero Cicero. altero Hora. vtitur. Iab. lib, 9. tit. locati,& conducti, l. cum in plures. Pro ſola, inquit, rheda portorium daturum fuerit,

Rauiles dr̃ qui eundem riuũ conmunem habent. Gel. 13. Negotium quoq; alicuius, quod ei forte de aquę ductu cum riualib, eſt. Pomp. lib. 43. tit, de aqua cotid. I hoc iure. Dum ne fundum, ait, domino, aut aquariũ riualib, deterius faciat. Per tranſlationẽ riuales dñr, qui communem habent amicam. Iuuenalis, Non vnus tibi riualis ditabitur heres,

Rogatio rogationis pro eo, quod eſt lex, propterea ſic appellata, quod cum promulgatur, populus rogatur, velit ne,& iubeat eam legem ſanciri. Feſtus, Rogatio, inquit, eſt, cum populus conſulitur de vno pluribuſve hoĩb. & de vna pluribuſve reb. de quibus omnib. ſanciatur. Nã quod in omnes homines, reſq; populus ſciuit, lex appellatur.

Rubrica genus eſt terrę rubrę quæ ad picturam ſolet accõmodari, habetq; accentum in pen. Hor. Serm. li. 2. Prælia rubrica picta, aut carbone. Perſius: Non ſecus, ac ſi oculo rubricam dirigat vno. Quæ vero in iure ciuili, & pontificio dicuntur rubricæ, & tituli, ſiue indices rubri, vel ex rubro poſſunt rectius appellari.

Ruder, ruderis, ſiue rudus, ruderis, eſt purgamentum domus, ſiue putei, ſiue cuiuſcunque rei, quæ ex ſordib. purgari debeat. Col. in horto, Rudere tum pingui, ſolido vel ſtercore aſelli. Suet. in Veſp. Ipſe reſtõnem Capitolij aggreſſus ruderib. purgãdis manus primus admouit. Vlp. tit. de damno infecto, l. prætor ait. Neq; dominus veluti rudera agerere,& in eo. tit. ſepe.

S

SAccarius dr̃, baiulus qui ſacco defert, transfertq; merces, aut aliquid a loco in locum. Et ſaccaria negociatio eſt dicta, quæ

quæ circa ſaccos verſatur. Apul. 1.de aſino, Operculas, quas adhuc vegetus ſaccarius faciẽs me rebam. Vlp.in quadã lege. Si q̃d, ait, ex ſacro ſaccarij cecidiſſet, &c. eſt ſaccus idem fere, atq; ex eadem materia, qua ſegum ſagi.

Saccus ſacci, & ſacculus ſacculi pro nummorum loculis accipiuntur plerumq; Pli. li 2. Aurum & æs & argentũ liquatur in ſacculis. Mar. Excuſſi loculos, & ſacculum. Vlp. lib. 47. in titu. de furtis, l. vulgaris. Si quis, inquit, qui viginti nummorum ſaccum depoſuiſſet ad alium ſaccũ, in quo ſcit triginta nummos eſſe, acceperit. Et paulo poſt Si quis, ait, ſuripuerit furto duos ſacculos, vnum, decem alterum viginti nũmorũ. Idem in tit. de ſtatuliberis l. ſtatuliberos Decem inquit, iuſſus erat dare, viginti dedit, ſiue numerauit, ſiue ſacculis dedit.

Saccularius dr̃, qui ſaccis, i. loculis quibuſdam præſtigas quaſdam exercet, vt aliud fiat, aliud videatur fieri, Vlp. in tit. de extra ordinarijs criminib. l. ſaccularij. Saccularij, inquit, qui veritas in ſacculis artes exercentes, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt. Idem in tit. de effractorib. & expilatorib. l. 1. ſacculariũ pro fure, qui in ſacculos res furto ablatas inijcit, accipere videtur, ſimili, inquit, modo ſaccularij, & diætarij, erunt puniendi.

Sacrum, vt Macr. lib. Saturnalium, i. authoritate Trebatij definit, eſt omne illud, quod deorũ habetur, idq; probat multis Virgilij carminibus. Iuſtin. lib. 2. Iuſtin. Sacræ, inquit, res ſunt, quæ ritè per pontifices Deo dedicatæ ſunt. Mar. quoq; lib. 1. dig. tit. de rerum diuiſione, l. in tantum. Sacræ, ait, res ſunt hæ, quæ publice conſecratæ ſunt non priuatim.

Sagarius eſt venditor ſagorũ de quo Iuu. dixit. An ſaga vendendi nubat caupone relicto. Et aũt ſagum textum ex lana caprina, aut hirca ex ouib. idem fere quod ſaccus. Vnde ſagarius, a, um, ad ſaga pertinens Vlp. li. 14. tit. de tribu. act. 1. procuratoris. Duas, ait, negotiationes, puta ſagariam & lintheariam.

Sagmen, inis herba notiſſima eſt, non tñ ſub hoc, noĩe, ſed ſub alio, quo appellatur gramem ſiue verbena Græce agroſtis, quæ vero Hiſpanice dr̃ vulgo verbena, ea latinè eſt verbena perica, Grȩce piſtereum. Liuius 1 ab vrbe condita. Sagmina, ait, te ſex poſco, rex, ait, putam tollito. Fecialis exarce graminis herbam purã attullit, & ſequitur. Verbena caput pilloſq; tangens. Idem quoq; ſcribit, Pli. li. 22. Non aliũde, ait, ſagmina in remedijs publicis fuere, & in ſacratis legationib. quam verbenȩ, certe vtroque nomine idem ſignatur, hoc eſt gramen ex arce cum ſua terre reuulſum. Mart. lib. 1. de rerũ diuiſ. l. ſanctum eſt. Sunt, ait,

Qq ſegmina

ſagmina quædam herbæ, quas legari populo R. ferre ſolebant, ne qs eos violaret ſicut legati Græcorum tulerunt ea, quæ vocantur cerat..., i. ſiliquas.

Salgama, ait M. rula, appellantur quæcunq; conditanea ad victum noſtrum ex ſale in vaſis adſeruantur. Col. lib. 13. de re ruſt. Locum & vaſa idonea ſalgamis præparari iubent. Idem in horto tp: non alio vili quoq; ſalgama merce. Condebãtur autem ex ſale præter oleas aſparagi, capparis, & triſtes mulæ, ferulęq; minuces. In li. 12. Codicis, tit. eſt de ſalgamo hoſpitib. non præſtando. N. quis, ait, comitum, vel tributorum ſalgami noïe, culcitrã, lignum, oleum a ſuis extorqueat hoſpitib. Acc. a ſale, & gamos cõpoſitum eſſe dicit, quod culcitram interpretatur, qm̃. vt ait pp nuptias culcitra eſt. Pulchra expoſitio, atque tali digna interprete, qui putet culcitram ob eam tm̃ cauſam paratam, & qui nulla cogente neceſſitatem compoſitionem ex Latino & Græco faciat. Eſt igitur ſenſus legis, quod cum parochi ſoliti ſint præſtare hoſpitib. ſalgamum, appellatione ſalgami non debent ab illis exigi culcitra, ligna, oleum. Atqui ligna, & ſalem ſolita eſſe præberi teſtatur Horat. in 1. Serm. dicit. Et parochi, qui præbent ligna, ſalemque. Sed a ſale appellatum eſſe ſalgamum, non eſt dubium. Sed appellatione ſalgami, ſiue ſalis quid intelligi debeat, Imperator expreſſit.

Salientis, tis, dr̃ fiſtulæ pars illa, vnde aqua ſalit, quæ Gręcè appellatur Crunos. Vitr. li. 8. Athenis, inquit, vſq; ad portium Pyreum ducti ſunt ſaliętes, a quibus bibit nemo. Frontinus de aquæ ductib. Binos, inquit, ſalientes diuerſarium aquarum accipere Vlp. lib. 19 dig. l. miles. Labra, inquit, ſalientes, fiſtulę quoq;, quę ſalientib. iunguntur.

Salictum locus eſt, vbi ſalices cõſitæ ſunt, pro eo quod eſſe debuit ſalicetum, ea forma, qua a quercu fit quercetũ, a lauro lauretum, Aliqñ etiam pro ipſis ſalicib accipit. Vir. in Buc. Hybleis apib. florem de paſta ſalicti, & in 2. Geor, Glauca cadentia fronde ſalicta, Iuri ſconſu. arborum furtim cęſarum. l. vitem, Arborum, inquit appellatione vitem contineri pleriq; exiſtimauerunt, hædere quoq; arundines, & ſalictũ pro loco vero ſalicum, Col. lib. 1. Imprata, & arpa ſalictaq; & arundineta. Vlp. tit. de fund. inſtr. l. quæſitum. Arundineta, inquit, & ſalicta antequam cæſa ſint.

Saligneus, a, um, quod eſt materia ſalicis arboris notę. Cato de re ruſt. Si lapis non erit, particis ſaligneis. Ouid. 8 Met Lecto non indignanda ſaligno. Vlp. arborum furtim cęſarum, l. vitem. Sed, & ſi quis ſaligneas virgas inſtituẽdi ſalicti cauſa defixerit.

Saltuarius, ait, valla, eſt cuſtos

ſaltus

ſaltus. Saltus vero dr̄, vbi paſcuntur armenta, feræq; verſantur, Iuriſconſ. tamen de leg. 3. l. cum quæritur pro agri cuſtode accepit. Neq; topiarum, inquit ornādi, ſaltuarium tuendi fundi magis, quam colēdi cauſa paratum videri. Item de fundo inſtr. l. inſtrumenta. Si viridaria, ait, ſint topiarij; Si fundus ſaltus pactioneſq; habeat, greges pecorum, paſtores, ſaltuarij.

Saluſtiani horti fuerūt Romę, quorum Plin. lib. 7. meminit. In conditorio, inquit, Saluſtianorū hortorum ad ſeruabant. Afr. de legat. 1. l. idem Iulianus. Si Saluſtianos, ait, hortos, qui ſunt Auguſti.

Sapa, quod Græcè tum heſpema, tum ſyreum dicitur, eſt cum muſtum ad tertiam partem decoquitur. Plin. li. 14. Syreum. quod alij heſpema, noſtri ſapam appellant. Idem lib. 33. Vino cognata res ſapa eſt muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Mar. Sapa, inquit, quod nūc mellacium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum eſt Vlp. de fun. inſtr. l. quæſitum. Vas, ait, æneum, in quo ſapa decoqueretur, & defrutum fieret, et ea, quę ad bibendum, lauandumque familiam parantur, inſtrumenti eſſe, Sapa, inquit Accurſius eſt, quiddam ꝙ fit ad potandum, dicta quaſi parum ſaporis habens.

Sarcinatores et Sarcinatrices, dicuntur authore Nonio, qui pānos, ſiue ex pannis veſtes conſuunt. Pla. in Aul. Petunt fullones, ſarcinatores petunt. Luc ſarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optimè. Vlp. lib. 47. tit. de furtis. Itaq; , Itaque vel ſarcinator, qui polienda vel ſarcienda veſtimenta accipit. In alia quoque lege. Et ancillarum, inquit, maximè ſi qua ſarcinatrix erit.

Sarcophagus lapis eſt, qui peculariter hoc habet, vt carnē ex cadauerib. exedat, dictus a ſarx ſarcos, quod eſt caro, & phago comedo Plin. lib. 36. Sarcophagus lapis eſt, qui fiſcili vena ſcinditur, corpora defunctorum condita in eo abſumuntur. Celſus libro 4. Lapis qui carnem exedit, quē ſarcophagon Gręci vocant. Vnde & pro ſepulchro, quod ex eo lapide fieri cōſueuit, plerūq; ponitur; ſed & pro ſepulchro ex alia quauis materia. Iuuenalis. Sarcophago contentus erit. Modeſtinus de alimentis & cibarijs legatis l. libertis. Ad ſarcophagum, inquit, meā memoriā quotannis celebrent Marcellus ti. de religioſis. l funeris. Si quā, inqt, veſtiaria ſunt, vel ſarcophagi.

Sarculus, li. vel ſarculum, lib. inſtrumenta eſt quo ſata ſartiuntur. i. herbis inter naſcentib. purgantur. Iuuen. Ne marræ a ſarcula deſint. Aliqñ ſimpliciter pro inſtrumento foſſorio accipitur, vt apud Horat. in primo Carmi. Gaudentem parto findere ſarculo Agros. Vlp. de fun. inſtr l inſtru-

ſtrumenta.Ligones inquit,ſarcu li,falces,putatoriæ,bidentes,Ac cur.multipliciter exponit.

Sardonyx,yhis, lapillus eſt vnus ex ijs,qui in pretio habentur,referens colorem Sardij, & Onychis,ex quib.vr̃ compoſitum eſſe nomen.Onyx autem lapis eſt, quem vulgus Cormælam appellat.De Sardonyche Pli.li.37.mul ta ſcribit Vlp.lib. 48.tit. de bon. dam.l.diuus.Si damnatus, ait,in digito habuerit ſardonychẽ, aut aliam gemmam magni pretij.

Sarmatę,ſiue Sauromatę, (nã vtroq; modo appellantur) popu li ſunt ſeptentrionales, alteri in Aſia,alteri in Europa.Nã duplex eſt Sarmata. Luc. in 3. Et iuncto Sermata velox Pannonino, & ibidẽ, Affinis Sarmata moſcho. De aur.& arg.leg.l.arg. Sũt,ait, nationes quædam, quæ pellibus vtuntur,veluti Sarmatarum.

Satius,pro eligibilius,atq;me lius, aduerbium eſt cõparãdi ab eo ꝙ eſt ſatis.Iuuen. Hoc ſatius, quam ſi dicas ſub iudice vidi. Quod non vidiſti Vlp. de fideic. lib.l.ſi debitor. Satius eſt cũ qui agnouit legatum onerari.

Satricum,vrbs fuit antiquiſſima Italiæ,de qua Liu.lib.28. Satrici matris maturæ de cęlo tractam ædem Florus de bello latino, Satricum atque Corniculũ quis credat?tunc prouinciæ fuerunt. Scæuola tit. de leg. 3.l. patronus.Fundum,ait,Satricanum in regione Niſana.

Scæna,vt,ait, Seruius in illud Vir. 1.Aen.Tum ſyluis ſcęna coruſcis. De ſuper põt inumbratio dici.Apud antiquos.n.theatralis ſcęna parietatem non habebat, ſed de frondib arborum vmbracula quærebat, poſtea tabulat a cęperunt componere in modum parietis. Vlp.de ijs qui notantur infamia. l. quod pretor. Qui in ſcænã,ait,prodierit, infamis eſt. Et ſubdit.Scæna autem eſt,vt La beo definit,quæ ludorum facien dorum cauſa quolibet loco, vbi quis conſiſtat moueatur,ſpectaculum ſui præbitura. Inde ludi ſcęnici dicti, qui in ſcęna repñta bantur. Sed definitio Labeonis de ſcęna verſatili intelligẽda eſt de qua Vir.in 3.Geor.Vel ſcęna, vt verſis diſcedat fontib. De ſcęna verſatili. Pli. & Valerius. Inde dicti ludi ſcænici, qui in ſcęna repreſentabantur,quorum fit mentio a iuriſconſ.frequenter.

Sceua dr̃,qui manu ſiniſtra ꝑinde ac dextra vtitur. Nam ſceuos Græce,ſiniſter dicitur; hinc Romanorum cognomina. Hinc Scæua miles ille Cęſarianus,qui bello ciuili fortiter dimicãs, pro munitione cæſus eſt,& ſcæuolarum nobiliſſima familia, Vlp.de ædil.l.qui clauum. Scænam, inquit,non eſſe morboſum.

Scandularius eſt faber lignarius,qui ſcandulas facit.Sunt autem ſcandulæ ex ligno aſſulatim confectę.Pli.li.16.Scandulæ è ro bore aptiſſime. Vitruuies lib. 2.

Scan-

Scandulis robuſteis, aut ſtrammatis. Vegetius li.2.de re militari, Tempore hyemis de regulis vel ſcandulis porticus tegitur. Inde ſcādulare, ꝙ ſcandulis cōſtat. Apuleius tertia Meta. Iam tectū ſcandulare conſcendit. Scandulariorum meminit Iuriſconſ. de iure immunit.l.quibuſdam.

Scapha nauigij genus eſt minuſculū, veluti monoxylon, hoc eſt, ex vno, ſolidoq; ligno excauatū, ad ꝙ alufit, Vir.in 1. Geor. cum dixit. Cauat arbore lintres. Et eſt ferre, quæ deputata eſt maioris nauis miniſterio, & quę ꝓ tpe nunc ex naui deducitur, nūc in nauē ſubducitur. Dicta eſt aūt ſcapha a ſcapro, quod eſt cauo ſiue fodio. Labeo ti.de fun. inſtr.l. ſi nauem, ſcapha, ait, nauis, non eſt inſtrumentum nauis.

Scaphium vas eſt, in quod vētis ſordes excipiuntur. Mar. Qui mentora frangis. In ſchaphium mechæ Sardanapala tuæ. Iuuenalis. Et vidi ſcaphium poſitis cum ſumitur armis. Vlp. in tit. de auro & arg.leg.l. Quintus Mutius. Argento autē legato non puto ventris cauſa habita ſcaphia contineri, quia argenti numero nō habentur. Accur. ſcaphium genus cinguli eſſe dicit, & ventris cauſa exponit, quia corrigia eſt pro ventre ſuſtentando, à quaſi non ex auro etiam ſcaphia fieri conſueuerint, dicente Martial. Ventris onus miſero, nec te pudet, ex cipis auro.

Scortū eſt meretrix a viris plurimum attracta, & cuius nimio coitu genitalia ad eorū duritiem obcaluerunt induerunq; cællū. Feſtus Pomp. Scorta, ait meretrices, quia, vt pelliculę ſubigūtur. Oia namq; ex pellib. facta ſcortea appellantur. Iu.li. 43.tit.pro emptore.l.ſi quis, ſcorto, ait, daturo pecuniam ſeruos emerit.

Scupulus, ſiue ſcrupulum, lapillus eſt in forma diminutionis a ſcrupo, qđ eſt lapis aſper. Aliquando tamen accipitur pro 24. parte vnciæ a Græcis id pondus gramma dr̄, Priſcia, de ponderib. Semioboli duplum eſt obolus, quem pondere duplo Grāma vocant: Scrupulum noſtri dicere priores. Iuſtin.li.11.C.ti.de metallarijs. Octonos, inq̄t, ſcrupulos in baluca, hoc eſt, tertiam vnciæ partem quoniam, vt diximus, vncia quatuor, & viginti ſcrupulos continet.

Scrupulus, a, um accipitur pro eo, qui eſt ſcropulis, hoc eſt aſperis lepillis plenus. Vñ res difficiles, ſcrupuloſæ dr̄, & ſcrupuloſitas, illa difficultas. atq; examinis ſcrupuloſa ſubtilitas. Vlp. li. 28. titu. de iniuſto teſtamento l. poſthumus. Licet iuris ſcrupuloſitate nimiaq; ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur.

Sebaſtani, ſiue Sebaſtiani populi ſunt, Sebaſtæ vrbis incolæ, quo nomine duas vrbes legimus alterā Capadocię, & alterā Samarię in Paleſtina Iudæa quę in

honorē Auguſtini Cęſaris, qui Gręcè Sebaſtos, Sebaſta eſt cognominata. De vtra tñ illarum in tit.de ann.leg l.liberto. Iuriſconſ.intellexerit,nō liquet,neq; multum refert cum dicit patriæ ſuæ ciuitati Sebaſtianorum.

Secundum prępoſitio multas hēt ſignificationes inter quas & illa,ꝙ aliqñ accipitur pro eo, ꝙ eſt pro Gell. Sin vero ſecundum te iudicatum erit, i. prō te, i.vt vulgo loquuntur, in fauorē tuū. Idem li.13.Illi vnde petitur crederet, & ſecundum eum indicaretur. Aliquando ponitur pro iuxta.Luca in 8.ſecūdum Aemathialis tanta datur, & Vir.3.Georg.Et plena ſecundum Fumina Vlp.tit.de præfc.ver l.duo.Duo, inquit, ſecundum Tyberim cum ambularent.Papinianus, lib.43. tit.de via publica.l.ædiles. Eas, inquit,quę in ciuitatē ſunt vias.

Sedularium pro lectica, ſiue ſella videtur accipere Iuriſconſultus in tit.de ſuppelectili legata, l.inſtrumenti, cum dicit rhedæ,& ſedularia.Nam ſaſſam a ſe de dici,d,mutata in l.oēs Grammatici teſtantur,ſellam autē accipi manifeſtum eſt, ll vtroque.

Salinis nomen eſt duarum ciuitatum. Altera namq; eſt Ciliciæ,de qua Luca.lib.8. Quo porro mitti que rates recipiiq; Salinis.Altera Siciliæ, de qua Vir.3. Georg.Pal moſa Selinis. De hac Iuriſc in tit.de cenſib.In Sicilia, ait,Selinis,& Traianopolis.

Sella pro lectica,ſumitur,ſitie pro parte lecticę,in qua ſedat, ꝙ lectica vehitur. Nam Iuuena. de eadem re ſellam,& lecticam dixit,Cenium,inquit, quadrantes lectica petit,& paulo poſt: Oſtē dens vacuam,& nudam pro cōiuge ſellam. Paulus de ſeruitutibus ruſticorum prædiorū,l.qui ſella.vtrunq; coniunxit.Qui ſella inquit,aut lectica vehitur,ire, non agere dicitur q uod quā inepte ab Accurſio exponatur, in verbo lectica diximus.

Semis,ſemiſſis pro ſolidis,hoc eſt,aſſis dimidio, vt ſi quis ex ſemiſſe relictus ſit hæres,intelligēdum eſt,dimidium hæreditatis il li dēre cedere. Labeo tit. de vulgari ſubſtit.l.ſi pater.Vt vnus,inquit,ſemis apud eum remaneat, & ibidem.l.ſi.Per bonorum poſ ſeſſionem ſemis ei ſit ablatus.

Semiſſes vſuræ,quæ dicantur, & quę trientarię,primus omniū oſtendit Hermolaus Barbarum, vir omnium meo iudicio noſtri ſæculi erudītiſſimus. Is.n.in ſecūda editione caſtigationum Plinianarum. lib.14.in illud, vſura multiplicata ſemiſſib.ex authoritate Columellę, atq; ipſa rōne, & æquitate,quę omni authorita te pręſtantior eſt, manifeſtæ demoſtrat vſuras ſemiſſes eas eſſe, quę ex centenis nummis reddūtur quotannis, habita rōne non ad centum,ſed ad duodecim vncias,quę aſſem conſtituunt.Triē tarias verò vſuras,quę ex cente-

nis

his reddūt quaternos nummos. Quadrantarias quæ ternos. De ſemiſſib. vſuris dixit Plin. Vſura multiplicata ſemiſſib. quę ciuilis ac modica eſt. Quod ſi ex tantū quotannis quinquaginta redderentur, eſſet profecto inciuilis & iniqua tāto mitiores quę trientes, & quadrantes appellantur. De trientaria vſura Capitolinus in Alexand. ſcripſit, exercuiſſe illum trientarium fænus, vt ęquiſſimum, & leuiſſimum ad vſum reipublic. De hac quoq; ſcribit Pau. in tit. ad l. Falcidiam l. ſi hæres. Si reipublicæ, inquit, in annos ſingulos legatum ſit, cum de lege falcidia quęrat. Marcellus putat tm̄ videri legatum, quantū ſufficiat ſorti ad vſuras trientes eius ſummæ, quæ legata eſt, colligēdas. Eſt ſenſus legis, ſi Reip. legati eſſent in annos ſingulos quater mille nummi, & centum milib. nummorum, quib. æſtimatur hæreditas, quaterni milleni colligerentur quotannis vſuræ trientis nomine. Quod ſi, vt iſti legum interpretes putant, vſura triens eſſet, non quatuor de centum, ſed triginta tria, ſequeretur hoc in commodum, quod ſi hęreditas centum millium nummorum foret, & ex ea in annos ſingulos vigintiquinq; legarentur, quis tam ſtipidus tamq; nullo ſenſu, talem hæreditatem adire vellet, quæ quarto demum anno ſit abſumenda, & obligatio nihilominus legati tota maneat hoc legum interpretes non cōſiderantes omnia miſcent, atque perturbant, neq; tn̄ enarrant, aut aliquid certi enuntiat. Accu. in primis, qui exemplo, quod ponit expōnēdo legem, omnino fatetur ſe ignorare, quid ſit vſura triés. Sic ét intelligendum eſt, ꝙ Scęu. li. 22. tit. de vſuris, l. qui ſemiſſes, ſcribit Qui ſemiſſes inquit, vſuras promiſit per ſingulos annos, & minores præſtitit, hęres creditoris ſemiſſes petit, &c. Sed vt liquido ante oculos ponamus, q̄d per vſuras ſemiſſes intelligendū ſit, libuit ad verbum transferre, quod ſcribit Collumella li. 4. de re ruſti. Vinitor, inquit, licet ſit emptus ſex, vel potius octo mili bus ſeſtertijs, tum ipſum ſolum octo iugerum totidem millibus nummorum partum, vineaſq; cū ſua dote. i. cum pedamentis, & viminib. binis millib. in ſingula iugerā poſitas duco Fit tum in aſſem conſummatum pretium ſeſtertiorum. 29. mulium Huc accedunt ſemiſſes vſurarum ſeſtertia tria millia, & quadringenti octoginti nummi biennij tpis, quo velut infantia vinearum ceſſat a fructu, fit in aſſem ſumma ſortis, & vſurarum 32. millium quadringentorum octoginta nūmum Quod quaſi nomē ſi vt fęnerator cū debitore, ita ruſticus cū vineis fecum, eius ſummę, vt in perpetuum prędictā vſura ſemiſſiuū dominus conſtituat, percipere debet in annos ſingulos

1950. ſeſtertios nummos. Ex his Columellę verbis euidentiſſimè colligitur ex vſuris ſemiſſibus nō quinquagenos ducentenos, ſed ſeruos dūtaxat in annum redire creditorib ſicuti quaternos ex triētib. & ſeruos ex quadrātib.

Septa, oppidum eſt Aphricæ Mauritaniæ, ex aduerſo Mellariæ poſitum, quæ nunc Tarifa, illud Cepta vulgò dicitur. In C. ti. de off. præ. Aphricę, l. in nomine domini. Iubemus, inquit, in traiectu qui eſt circa Hiſpaniam, qui Septa dicitur.

Septum, quod eſt a ſepiēndo dictum, complura ſignificat. Nā ſepta dicuntur, quæ ſunt munita ſiue lapidib. ſiue fornaceis parietibus, hoc eſt, terra pauita, ſiue ex lignis, ſiue ēt ex veprib. & ſpinis. Hinc dicta Romæ ſepta in campo Martio. Hinc ſepta a Iuriſconſulto appellātur, quæ ſunt oppoſita ad foſſas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Vlpianus lib. 40. titulo, de riuis, leg. prima. Septa ſunt, inquit, quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ cōpellendæve ex flumine cauſa, ſiue lignea, ſiue lapidea ſint.

Seria vas eſt fictile vino alijsve rebus adſeruandis aptū. Perſius. O ſi ſub raſtris crepet argēti mihi ſeria dextro Herculo. Inde ꝑ diminutionem idem author deduxit ſeriolam. Vlpianns in tit. de verb. ſign. lege. Vinaria dolia, inquit, & ſerias tandiu in ea cauſa eſſe, quandiu vinū continerēt.

Sericum, quemadmodum diximus in verbo Bombycinus, lanę genus eſt, quod apud Seras Indos ex arborib. depectitur, non illud, quod vulgò creditur, Hor. in Epodo: Inter ſericos iacere puluillos amant. Vlp. tit. de au. & arg. leg. l veſtis. Veſtimentorum inquit, ſunt omnia lanea, linea vel ſerica, vel bombycina.

Seſcuncia, eſt vnica cū dimid. Plin. in calce, li. 36. Faſtigium, in q̄t, ſeruari in pedes denos ſeſcūciamq; Inde ſeſcunciale, ꝙ ſeſcūciam continet Pli. 13. Craſſitudine, inquit, ſeſcunciali. Vlp. in tit. de le. præſtandis. l. filium. Vt partis, ait dimidię quartam, i. dimidium totius aſſis ſeſcunciam retineat quartā Namq; vna pars tres vncias cōtinet, Igr̄ dimidiū quartæ ſeſcuncia eſt. i. vncia, & ſemis.

Seſtertius nummus duos aſſes cū ſemiſſe valebat; vnde dictus ſeſtertius quaſi ſemiſſe dempto de trib. Aſſis aūt non ſemꝑ in eodem valore perſiſtit. Nam as Seruio Tullio rege Rom. pondere duodecim vnciarū percuſſus eſt, primum ſub nota pecudis. quod vnus as pecude ꝑmutabat; hinc & pecunia dicta. Poſtea vero rebel. Pun. ſextantario pōdere percuſſus eſt as. Deinde 2. bello Pū. vnciales aſſes facti, atque deinceps paulatim Principes, Imperatoreſq; aſſiū pondus, valoreq; imminuere in tm̄, vt Saluatoris noſtri ętate aſſes vix ſemunciales eſſēt. Vnde Matth. c. 10. Nōne, ait,

ait, duo paſſeres aſſe veneunt; quod & Marcus alijs verbis idem ſignificantibus dicit Nóne quinq. paſſeres veneunt dupondio; quod videlicet dupondius duos valebat aſſes. Si igitur de ſeſterij valore quiſpiam quæreret, nō poſſemus ſimpliciter reſpondere, cum aſſis valor varijs temporib. ſit variatus: ſemper tamen valuit duos aſſes cū ſemiſſe. Acc. in Co. Inſt. tit. de do. l. verba ſuperflua, ingenuè fatetur ſe neſcire quid ſit ſeſtertiū.

Sycommorus ficus eſt Aegypti peculiaris. Latinè dr̃ ficus fatua. Hēt. n. ficos noſtris nō abſimiles, inutiles tñ. Eius arboris meminit Iuriſ. ti. de ext. or d. cri. l. ſaccularij. Si quis, inquit, arborē ſycomorum exciderit. Nā & hæc res vindicatur extra ordinem nō leui pena idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos.

Sigillum eſt parua ſtatua, quoniam ſignum pro ſtatua plerumque accipitur. Ouid. in 1. de arte: Siue ornatus non vt fuit ante ſigillis. Afric. de leg. 1. l. cætera vel ſingula ſigilla adæquata legari poſſe. Item Vlp. ti. de fun. inſtru. l. quæſitum, Sigilla, inquit, & ſtatuæ affixæ non continentur Acc. cur. annulos neſcio quos ferreos interpretatur,

Signator, vt author eſt Pedianus erat, quod teſtō aut alijs inſtr̃is, & contractib. nomen ſuum ſubſcribebat Salluſt. in Catilina. Ex illis teſtes ſignatoreſq; falſos cō. modare. Iuue. Signator falſo, qui ſe laurum atque beatum. Vlp. tit. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l. cum ab initio. Cogat, inquit, ſignatores conuenire, & ſigna ſua recognoſcere.

Signinus, a, um, a Sigma vrbe Campaniæ. Vnde pira ſignina Iuuenali, & vina ſignina Martiali, & ſtructura ſiue opus ſigninum quod vt ſcribit Pli. li. 35. conficitur fractis teſtis, contuſis calce addita. Columella li. 1. velut ſigninum opus pilis condenſatur. Operis quoq; ſignini intrita quō fiat, Vitr. li. 8. exponit. Vlp. in tit. de riuis l. 1. Si quis, inquit terrenum riuum ſigninum facere velit, vbi pro ſignino ſignatum mēdosè legitur. Qui vero non intelligebāt quid ſigninum, aut ſignatum eſſet, in ciliceum commutarunt: in archetypis tamen Pandectis Florentinorum ſigninum habetur.

Siligniarius eſt cuſtos ſiliginis, i. horrei, in quo ſiligo adſeruatur Eſt autem ſiligo frumenti quodam genus candidiſſimi. Aliqñ ſiligo pro farina purgatiſſima atq; ipſis triticis delicijs accipit. Pli. li. 18. Siliginem dixerim proprie tritici delicias. Celſus li. 2. Ex tritico, inquit, firmiſſima ſiligo. Vl. in tit. de furtis. l. ſi quis vxori. Si ſiliginatio, inquit, quis dixerit, vt qui nomine eius ſiliginem petiſſet. Item Iulianus titulo de negotijs geſtis l. ex facto.

Syntheſis, inter alias ſignificationes deſignat etiam genus quod-

quoddā veſtis duplicis quę fit in alio nomine; Abolla. Martial. Synthesib. dū gaudet eques &c. Idem alibi: Sic micat innumeris, arcula ſynthesib Scæu. tit. de auro,& arg. leg. l. Titio Ex ſynthesi inquit, tunicas duas & palliola.

Si quis, generis tm̄ eſt maſculini, quia fęmininum propriam hēt terminationem ea eſt, ſi qua. Iuriſc. tamen de verb. ſig. l. verbum ſi quis inquit, tā maſculos, quam fæminas complectitur.

Siſto, ſiſtis, verbum eſt aliqñ abſolutum pro eo, ꝙ eſt ſto, ſtas, vt apud Vir. 1. Geo Siſtunt oēs, terræq; dehiſcunt. Aliquando actiuum, ſignificatq. ſtatuo ſtatuis. Idem 4. Aenei. Et ſiſtere flumina vidi. Et illud ex Euangelio. Vt ſiſterent cum domino. In hac ſignificatione accipitur apud iuriſconſultos iuditio ſiſti, & iudicatum ſolui. Siſti pro ſtatui, & repreſantari ponitur.

Situla vrna eſt aquæ ex puteo hauriendę accommodata. Plaut. in Amphytrione. Si ſitulam iam cæpero, illi puteo aquam omnē traxero. Hier. quoq; Eſaiæ 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ repu tatæ ſunt, in titu. locati. in l. qui fundum. Rota quoq; per quam aqua traheretur, nihilominus ædificij eſt, quam ſitula.

Situs, us, pro ſquallore, ſiue incultura cuiuſq; rei, dictus a deſinendo, quia ea, quę deferuntur ex negligentia reddunt inculta. Vir. 1. Geo. Et ſegnē patiere ſitu dureſcere cāpum. Idē in 6. Aeni. Per loca ſenta ſitu, ꝙ Seru. pro lanugine, & ſquallore exponit, qua ſit in locis ſole carētib. Vlp. lib. 7. de bo poſ. ſm̄ tab. l. 1. Vetuſtate, ait, vel ſitu putrefactum.

Smyrna a Græcis appellatur, quam nos mirrham odoratā dicimus. Lucr. lib. 2. Cōtentus odor Smyrnæ melliſq; ſapores, apud Cal. quoq; ſmyrnā verbum Græcum pro mirrha reperies. Apud Mart. tit. de pub. l. interdum ſinu ra pro ſmyrna mendoſe legitur.

Sodales dñr, qui ſunt cōuiuiorum participes. Fuit & Romæ collegium ſodaliū, de quo Cic. in Catone maiore. Primum, ait, ſemper habui ſodales, ſodalitates aūt me. Quæſtore conſtitutę ſunt ſactis Idæis Magnæ matris acceptis. Epulabar igit̄ cum ſodalib. omnino modice. Huiuſmodi aūt ſodalitates a Græcis phatria dñr, de quib. Ariſt. in polit. Erantq; plerūq; inhoneſte, Gel. lib. 19. Adoleſcētem, inquit, Taurus a ſodalib. cōuiuāq; hominū ſcenicorū abducere volēs. Caius lib. 48. de coll. gijs illicitis. Sodales, ait, ſunt, qui eiuſdem collegij ſunt, q̄ & Græci phratriam vocant, & hæc vr̄ ex Solonis lege trāslata eſſe, nā illicita eſt eadē.

Solidus, a, um, dr̄ ꝙ integrum eſt, neq; hēt inane quicq̄, aut parte aliqua fraudatū nō eſt. Horat. 1. Carm. Aut partē ſolido demere de die. Vlp. de fideic. li. l. ergo, de ſolido, inquit, ſic accipere debemus

bemus de ſorte & de vſuris.

Sphæriſterium locus eſt, vbi pila luduntur. Na ſphærapila dr, & ſphęriſtes, qui pila ludit. Suet. in Veſpeſiano, Fauces, ait, cæteraq; membra ſibimet ad numerũ in phæriſterio defricaret. Pli. in epiſt. Apoduterio ſuper potũ eſt phæriſterium. Lamp. in Seuero ſcribit eũ dediſſe operã ſphęriſterio. Vlp. lib. 17. in tit. mandati, l. ſi quis mihi. Hypocauſta, ſphæriſterion, & quadam ipſius valetudini apta ſua impenſa faceret Acc. velut æſtro quodam percuſſus, diuinat ſphæriſterion eſſe locum amœnum herbis.

Spica nardi, quæ ſpica quoq; ſiliſſa vocatur, Græce dicitur ſtrachys nardi, cuius inter cætera Iuriſc. meminit in tit. de publicanis, l. interdum. Nardi ſtrachys ait, i. ſpica nardi.

Spurco, ſpurcas præter eã ſignificationem, q̃ habet in promptu, ſignificat et vinum aqua diluere, qm̃ vt ait Feſtus Põp. ſpurcum vinum dicebatur, quod erat aqua mixtum Vlp. ad l. Aqu. l. ſi ſeruus. Qui vinum, ait, ſpurcauit vel acetum fecit. Sed & aquæ dicuntur ſpurcari, cum corrũpuntur aliqua re, quæ illas vitiet inie cta. Paul. de ex tra ord. crimin. l. 1. Si aquas, ait ſpurcauerit.

Spurius dictus eſt, qui Grecẽ dr̃ nothus, ſic appellatus, vel quaſi ſine patre, vel ab eo, quod eſt Græce ſporon, quod ſignificat pudenda. Nam ſporos eſt ſemẽ. In 1. Inſt. lib. in tit. de nuptijs, mendũ eſt manifeſtum, ſpadon, pro eo quod eſſę debuit, ſporon. Solent, ait, filij ſpurij appellari a Gręca voce ſpadõ, tu lege ſporõ.

Stabularius is dr̃ qui mercede in tabernam meritoriam viatores excipit, qui caupones quoq; dñr Apu. in 1. de aſino. Pretio mãſionis ſtabulario perſoluto viã capeſſimus Idem in eodem, ſtabulum pro ipſo loco, diuerſorij. Ianitor, inquit, pone ſtabuli oſtiũ humi cubitas. Vlp. ti. de iniurijs. Ad meritoria, ait, vel ſtabula nõ pertinebit. Vlp. lib. 5. tit. de ijs q̃ notant infamia. l. Athletas, puta, ait, ſi caupo fuit, vel ſtabularius.

Statio, onis aliqñ accipitur pro vigilia, vt apud Ouid. 1. Met. Atque oẽs in ſtatione manebunt. Mod. tit. de re. mili. de ſertorem. Qui ſtationis, ait, munus reliqt, Hinc milites ſtationarij dicti, qui ſunt vigilijs deputati. Vlp. tit. de off. præfecti vrbis, l. oĩa omnino. Milites, ait, ſtationarios habere ad tuendam popularium quietẽ. Aliqñ ſtatio accipitur pro portu in quem ſe recipiunt naues, aut ex tempeſtate, aut negociandi gratia. Virg. 3. Aen. Nunc tm̃ ſinus, & ſtatio male fida carinis. Idem in quarto Geor. Deprehenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Vlp. tit. de fluminib. l. ait prætor. Stationem, ait, dicimus a ſtãdo. Is igitur locus demonſtratur, vbi naues ſtare poſſunt.

Stellionatus crimen latiſſime

patet,

patet, de quo apud Iuriſc. titulus eſt, atq; vt ſemel dicã, circa quod genus criminis lex ſtellionatus verſetur. Vlp. breuis oſtendit, dicens, quod vbicunq; crimen nomine caret, illic ſtellionatum obijcimus, dictus eſt ſtellionatus a ſtellione animalia venefico, atq; hominum generi inuidẽte, quippe, qui cum intelligat exuuias ſuas multis morbis eſſe remedio cum primum illas deponit, ilico deuorat. Plin. lib. 30. de ſtellione: Nullum, ait, animal fraudulentius in videre homini tradunt inde ſtellionis nomen in maledictũ translatum, a Græcis dr̃ Aſcalabotes Ariſtoteli Colores, vulgo perſuaſum eſt eſſe Tarantulam beſtiolam in Apulia notam.

Styperia, Græce, Latinè dr̃ alumen, quo verbo vtitur ſæpe Galenus, vel potius Galeni interpres: dictaq; ſtypteria a ſtypto, quod eſt aſtringo, q̃m alumen vim habet aſtringendi. Vlp. tit. de reb. eorum, qui ſub tutela, l. ſed ſi. Si lapidicinas, ait, vel quæ alia metalla pupillus habuerit, ſtypterię vel cuiuslibet alterius materiæ.

Stipulor, ſtipularis, verbum frequens eſt apud Iuriſperitos ſignificatq; promittenti aſſentiri, & fere, ad aliquid ſunt promitto, & ſpondeo, quod eſt ſtipulor, vt ſi dixero, promitto tibi centũ aureos, tu reſpondebis ſtipulor a te centum aureos. Hinc naſcitur contractus ſtipulationum, ſponſionumq;. Seru. Sulpitius in li. quem ſcripſit de dotib. citaturque a Gel. lib. 4. Noct. Att. Qui vxorem, inquit, ducturus erat, ab eo, vnde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductũ ire, qui daturus erat, item ſpondebat ducturum: tum quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, ſpõſus. Col. lib. 11. Fęnoris, inquit, tui Siluine quod ſtipulanti ſpoponderam tibi. Dictumq; eſt ſtipulari, vt ait. Var. de ling. Latin. a ſtipe, hoc eſt pecunia, quoniam qui pecuniam obligat, ſtipulari dicitur. Hinc ſtipulatus, vs. Pap. in tit ſolu. matr. l. poſt dotem. Nõ erit impediendus pater quo minus ex ſtipulatus agat.

Stola veſtis erat ad talos demiſſa matronarũ inſigne. Ouid. 2. de Triſtib. Quas ſtola contingit, & ſtola ſumpta decet. Vlp. de auro, & arg. leg. l. veſtis. Muliebris inquit, ſunt veluti ſtolæ, pallia, tunicæ.

Stragulus a, um, eſt quod ſterni ſolet, aut lecto, aut ſtrato, aut equo, aut iumento, vt melius iaceas ſiue ſedeas. Hinc veſtis ſtragula, ephippium ſtragulum, & ſtragulum ſubſtantiue Var. de lingua Lat. Quicquid lecto ſternebant, an ſternendo ſtragulum appellabant. Apol. lib. 4. de aſino Veſte ſtragulã ſubiectam iactare cõſueuerat. Plin lib. 7. Fręnos & ſtragula equorum peletronium inueniſſe ferunt. Vlp tit. de verb. ſig. l. inſtratum. Inſtratum, inquit

quit oẽ veſtimentũ continere, ꝙ inijciatur. Labeo ait, neq; .n. dubiũ eſt, quin ſtragula veſtis ſit oẽ palliũ. Indicto ergo veſtem accipiemus nõ ſtragulam, inſtratum omnem ſtragulam veſtem.

Stramenta, dñr calami frumentacei ſpicis demiſſis, dicta a ſtãdo ſiue a ſternendo. Varro j. de re ruſt. Cum comprehendit, inquir, faſcem ſpicarum deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit & paulo poſt. Alij ſtramentum a ſtando dictũ putant, quaſi ſtaniẽ; alij a ſtrato, quod ſubſternatur pecori. Calami igitur, qui lecto inſternunt, ſtramenta appellant, Vlp. lib. 19. tit. de action. empt. l. fundi. Fundo, inquit, vendito, vel legato ſterquilinium, & ſtramenta emptoris, & legatarij ſunt.

Strobylus, dicitur tum arbor ferens nuces pineas, tum ipſæ nuces pineę. Plin. libro 16. de pini generibus Eaſdem, ait arbores eſſe per oram Italiæ, quas ſtrobylos vocant. Gal. lib. 2. alimentorum. c. de pineis nucleis. Vocant, ait, ipſos, qui nunc Græci, non conoa, ſed ſtrobylos. Idem in 7. de camer. Quos omnes, ait, Græci nominant ſtrobylos, antiquitus ab Atticis dicebãtur coni. Vlp. tit. de leg 3. l. ligni appellatione. De pinu inquit, integri ſtrobyli. Idẽ tit. de verb. ſig. l carbonũ. ſupiora verba repetit.

Subdiſiunctiua coniunctio a Grammaticis ſic definitur, quæ voce deſiunctiua vtrunq; adeſſe ſignat, vel diſcrete, vt Alexander ſiue Paris. Nã qui prius vocabat Alexan. Priami filius, poſtea cognominatus eſt Paris; dormit, vel diſputat, nã põt neutrũ facere. Sed de particula ſubdiſiunctiua, quãq; ad Grãmaticũ pertineat differere, copioſiſſimè diſputauit Proculus Iuriſconſ. in tit. de verb. ſign. l. hæc verba, &c.

Subgrundæ, ſunt tegulæ propendentes extra tectũ domus ad parietũ defenſionẽ, ne imbribus corrumpantur. Var. lib. 3. de re ruſt. Aues ſubtus ſubgrundas, ait ab initio villatico vſas tecto. Vitr. lib. 10. Pinnas, ait ex tubolis, & ſuperne ſubgrundas procliuitas. Iabolenus. de verb. ſign. l. malum nauis. Inter proiectum, ait, & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, ꝙ proiectum eſſet id, ꝙ proueheretur, vt nuſquam requieſceret, qualia meniana, & ſubgrundaria, eſſent, ideſt tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Plin. tamen ſubgrundas accipit pro tegulis inferiorib. Nam in tectorum ſtructura duo ſunt ordines tegularum, alter ſupernarum, alter infernarum. Scribens namque lib. 25. de duob. tecti generb. hoc eſt, maiori, & minori; dicit minus appellari hypogeſſon, & ſubdit cauſã, cur ſic appelletur, quoniam in ſubgrũdinis fere naſcitur, hoc eſt in tegulis inferioribus id, quod vulgo videmus in tectis naſci.

Subſellium eſt ſella inferior.

Var. de ling. Lat. A ſedendo, ait, ſell. & ſeliquaſtrum, deinde ab his ſubſellium, vt ſuſcipere, qđ non plane ſapit, ſic ſubſellium dictū, quod non plane erat ſella. Iu. n. ſed cum fregit ſubſellia verſu Florentinus de ſupellectili leg. l. ſupellectili. Trapezophora delphica ſubſellia. Item de acquirendo rerum dñio. l. ideo.

Subſiſto, pro eo, quod eſt hæreo, ſiue dubito. Nam qui incedens ſubſiſtit vr̃ de aliqua re deliberare, quod agat, vt de Aenea Virg. 1. Aen. dixit; Subſtitit hic arcuq; manu, celereſq; ſagitas corripuit. Calliſtratus, lib. 50. tit. de iure immunit. l. ſemper. Subſiſtit ait, pōt an prohibendi ſint a præſide. Itē Vlp. lib. 3. ti de proc. l. ſeruum. Quantum, ait, ad filiūfamilias verum eſt, in ſeruo vero ſubſiſtimus. Hic ſerie verborum coactus. Acc. non potuit niſi vere interpretari, exponens pro eo, quod eſt dubito.

Subſtruere eſt ędificium a fundamentis deficiens fulcire. Hinc ſubſtructio dicta parietis fultura. Vitr. lib. 1. Non ſolum in muris, ſed ēt in ſubſtructionib. Col. lib. 1. Pro fultura, ait, & ſubſtructione fungeť. Vlp. li. 43. tit. de riuis, l. 1. Verbo, inq̃t, reficiēdi, tegere, ſubſtruere, ſarcire cōtinēt.

Succinum gemma eſt ex gūmi arboris gleſſariæ congelata, q̄ diximus a Græcis appellari electrū. Iuuen. In cuius manib. ſeu pinguia ſuccina tritas, Cernis ephemeridas, Mar. incluſit tenuem ſuccina gemmam feram. Plin. de ſuccino deque medicamentis ex eo multa lib. 37.

Sugillo, as, pro eo, ꝙ eſt cōtundo, is. Vnde ſugillata anr mēbra, quæ ſunt contuſa, vnde liquores ſuboriuntur. Pli. lib. 30. Liquentia, ait, & ſuggillata, pulmones arietum ſanant. Idē lib. 20. Suggillata, & alios liquores ligat ſuggillatum, vt ait Feſtus, dr̃ ex Græco, quod ea pars, quæ ſub oculis eſt, ab eis dr̃ hipopion, Sed aliq̃n reperitur ſugillo pro eo, ꝙ eſt derideo, propterea quod qui ex cōtuſione liquores contraxerūt derideri ſolent. Vlp. lib 47 tit. de iniurijs l. item apud Labeonem. Si quis ait non ad ſugillationem domini, iniuriam ſeruo fecit.

Supellectilis appellatione, quæ res contineantur, ex tit. qui eſt lib. 32. dig. de ſupellectili legato facile poſſumus intelligere. Quā quam. n. ſupellex videatur dici deſtragulo tm̄, ab eo quod ſuper lectum imponatur, tn̄ ad alia domus vtenſilia eius ſignificatio ſe extendit, immo, & ad alias res, quæ ſunt aut poſſunt alicui ornamento eſſe. Perſi. Tecum habita, & noris quā ſit tibi cura ſuplex.

Superficies, in ædificijs dr̃ domus, quę in alieno ſolo, ſiue area ædificata eſt. Itaq; fieri poteſt, vt eiuſdē domus duo ſint domini. Alter dn̄s ſuperficiei, alter ſoli. Vnde pulchre Sen. lib. 15 Epiſt. tranſlatione ſumpta ex modo lo quendi

quedi Iuriſc. Philoſophia, inquit totum opus a ſolo excitat. Mathematica, vt ita dicā, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat, accipit prima, quorum beneficio ad vlteriora peruenit. Pau. tit. de dāno inf. l. damni. Et qui in conducto ſolo, inquit, ſuperficiem poſuit. Item Iabol. tit. de vſuc l. eū qui. Cum ædes, inquit, duab. reb conſiſtant ſolo, & ſuperficie. Iulianus quoque de leg. 1. leg ſi fundum. A pellatione, inquit, ædificij, aut ſuperficiem ſignificant, aut ſolum. Caius idē titulo, de ſuperficie. Superficiarias, inquit, ædes appellamus, quæ in conducto ſolo cōſtitutæ ſunt. Dominus verò domus ſuperficiarius dicitur, vt in tit. de dam. infe & ſæpe alias.

T

TAntiſper, quod ſignificat per tm̄ ſpatium, ſiue per tantum tempus, vt ait Valla ſemper ferè deſiderat iungi huic particulæ dum, pro donec. Teren. in Heauton. Ego te meum eſſe tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facias. Et paulo poſt. Decreui tantiſper me minus iniuriæ meo gnato facere, dū fiam miſer. Liu. lib. 1. Tantiſper dum priſca illa tota mēte repeto. Gel lib. 1 loco dum, æquiualens poſuit quoad: Tātiſper, inquit, quoad fieret ꝑmutatio Vlp. tit de tutelis, l. qui tutorē. Dum malis ætati, quā dementi tātiſper ſit conſulendum.

Tectorium opus eſt, quod calce, aut gypſo incruſtatū eſt, & tectorium ſubſtantiue pro ipſa calce, ſiue gypſo, quod ſuper inducitur. Varro lib 3. de re. ruſtica. Cum illā, ait, hr̄es opere tectorio ſpectandā, Gell lib. 12. Villas inexcultas, rudes, nec tectorio quidem præditas eſſe dicit. Per trāſlationē quoq; de fęmina dixit. Iuu. Tandem perit vultum, & tectoria prima reponit Vlp. in tit. de damno infe. l. ex damni Ob tectoria, ait, & picturas. Item Proculus tit. de ſer. præd. vrb. l. quidā. Si parietē demolitus ſit vicinus, non pluris, q̄ vulgaria tectoria æſtimari debent. In alia tamē ſignificatione vr̄ accipere Pau. in tit vti poſſidetis, l. ſi duo. Si vicinus ait, meus in pariete meo tectoria habeat & in pariete ſuo.

Telum, largo quodam modo quicquid nocere pōt. appellatur. Nā apud Virg. atq; alios authores aliqñ pro enſe ēt accipit. Iuſt. tñ lib 4. Inſtit. tit. de publ. iudic. Telum, inquit, vt Caius noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit vulgo quidē id appellatur, quod ab arcu mittitur, ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſq. iacit dictū eb eo, quod in longum mittatur a Græca voce figuratū, Telon n. a longe ſignificat, quæ verba Caij iterū ponuntur in tit. de verb. ſig. l. ſi calumnietur.

Temporaria res dr̄, quæ ita extruitur, vt ad certum quoddā tp̄s duret, & nō in perpetuum, Plin. lib. 8. Tēporario, ait, curipo oſtē-

dit,

dit. Idem lib. 36. Theatri, inquit, temporarij, & vix vno menſe futuri Seneca li. 9. epiſtolarum. Hæ ſunt, ait, amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Paul. tit. quib. ex cauſis, l. ad cognitionẽ. Exitio, ait, temporario. Papinianus tit. de pœnis, l. ſeruus. Cũ ſeruus per errorẽ in opus tẽporariũ fuiſſet datus, expleto tẽpore domino ſeruũ eſſe redẽdũ reſpõdit.

Tepidiarium, locus erat in balneo tepidior, quemadmodum calidarium, calidior. Celſus lib. 1. Tunc, inquit, in calidarium trãſibo, vbi tepidario paululum inſudaui. Idem in eodem. Si eſt balneum ante oĩa in tepidario reſidere. Vitruu. lib. 5. Sudationes, ait quæ ſunt cõiungendæ tepidario Pau. in tit. de ſeruitutib. prædio. vrba. l. fiſtulã, Si talis, ait, ſit vſus tepidarij, vt aſſiduum humorem habeat, & id noceat vicino.

Teſſera, tum pro ſymbolo hoc eſt, belli ſigno accipitur. Virg. 7. Aeneid. In bello teſſera ſignum; tum pro tali, vt vulgo accipitur; nã talus aliud eſt. Martialis. Hęc mihi biſſeno numerãt teſſera pũcto, tũ pro frumenti quadã menſura, de qua Seruius in illud Vir. Georg. Numeros impreſſit acernis, teſſaras interpretatꝫ quib. frumentorum numerus deſignatur, Iuuenalis. Sumula ne pereat, qua vilis teſſera venit Frumẽti Suet. in Aug. Ne plebs frumentatiorũ cauſa frequentius a negotijs auocarẽt, ter in annum quaternum mẽſium teſſeras dare deſtinauit. Hinc Perſius per diminutionem fecit teſſerula. Scabioſum, ait, teſſerula far poſſidet. Iuſtit. lib. 11. Cod. tit. de frumento Alex. no. l. diurnos Teſſeræ, ait, deſignẽtur. Paul. de leg. 2. l. mortuo. Si Titio teſſera frumẽtaria legata ſit. Vlp. lib. 5. de iudicijs, l. ſed & ſi. Si libertis, ait, ſuis teſſeras frumentarias, emi voluerit.

Theriaca, non tyriaca, vt libri medicorum corrupte habent, antidotum eſt notiſſimum cõtra venena, de cuius cõpoſitione duo extant Galeni opera, alterum ad Cæſarem, alterum ad Pamphilũ, dicta theriaca, a ther, quod eſt fera, hoc eſt, vipera. Plin. lib. 29. Fiunt, inquit, ex vipera paſtilli, q theriaci vocanꝫ a Græcis. Hieronymus in Iouianum, lib 2. Viperæ, inquit, carnes cũ theriaca conficitur, quib. reb. aptæ ſint, norunt medici, De fund. inſtructo, leg. q̃ſitum, Theriacã, legimus, & cetera medicamenta, nõ tyriacã.

Thymelicus, vocatur hiſtrio, qm̃ thymele eſt pulpitum ſiue ſceua Apul. promagia. Si choragiũ, inquit, thymelicum, num argumentare re vti ẽt me Gragidij ſyrmate hiſtrionis: Auguſt. lib. 6. de ciuitate Dei; Quæ ſunt, ait illa ſacra quib. agendis tales elegit ſanctitas, quales, ne thymelica in ſe admittit obſcænitas, Vitr. lib. 5. Ex eo, ait, ſcenici, & thymelici ſeparatim nominantur. Vlp. lib. 3. tit. de ijs, qui notantur infam.

l. athletas. Neque thymelici, ait, qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur. Itē de conſecratione diſt. 5. cap. non oportet, ſed vtrobique themelici corrupte legitur.

Thleſiæ, ſiue thlibiæ, ꝙ idem eſt. Lat. dicti, qui hēnt teſticulos atritos, appellari ſic a thlao, qđ eſt frango, ſiue thlibo, ꝙ idem ſignificat. Vlp. tit. de ver. ſig. l. ſpadonum Thlibiæ, ait, & thlaſiæ, ſed & ſi quod aliud genus ſpado num eſt. Item Paulus ad legem Corn. de ſic. l. ſi quoq; Hi, inquit, qui thlibias faciunt, ex conſtitutione diui Had. in ea ſunt cā, qua ij, qui caſtrant. Vtrobiq; mendoſi ſunt codices recentiores. Accur. tota erat via, nunc dicens eſſe ferramentum caſtratorium, nūc venas, quæ inciduntur, id ꝙ veriſſimum eſt, neſcire, eum quid tlaſia aut tlilibia ſit cum ſit non caſtratus ſiue exlectus, ſed qui, vt diximus, atritos habet teſticulos, de quo dominus per Moſen. ſcribit in Deut. c. 23. Non intrabis eunuchus atritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo vretere eccleſiam Domini.

Tyberius Cæſar, Liuij Druſi ex Liuia Druſilla filius. Auguſti deinde priuignus, ab illo ea lege eſt adoptatus, vt ipſe Germanicum Druſi Neronis fratri ſui filium adoptaret. Ex Suetonio in vita Auguſti Tyberij, & Caij Cæſaris. Iuſt. lib. 1. tit. de adoptionib. Auguſtus, ait, non an te Tyberium adoytauit, quam is Germanicum adoptauerit, vt nō protinus adoptione facta, incipiat Germanicus Auguſti negos eſſe. Accurſ. Imperator, ait, volebat adoptare quendam nomine Germanicum, & Germanicus nolebat conſentire. Vnde Auguſtus callide ſuaſit cuidam nomine Tyberio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit. Quis talia, hiſtoriarum portenta fingeret, niſi Accurſius, aut Accurſij imitatores? De Tyberio vero tanquam de perſona ignota, & obſcura dixit cuidam Tyberio, cum ſucceſſerit Auguſto in Imperio. Quaſi hiſtorias ſeculares nunquam legerit, nunquamve audiuerit illud ex Euangelio Luc. tertio: Anno decimoquinto Tyberij Cæſaris, &c.

Tympanium, margaritarū genus eſt, ex altera parte ſpæricum, atq; ex altera planū, quaſi in tympani effigiem formatum. Pli. li. 9. vbi de margaritis, & vnionibus. Quib. ait, vna tm̄ facies eſt, & ab ea rotunditas, auerſis planities, tympania nominantur. De au. & ar. le. l. pediculis. Cum quædam, inquit, ornamenta mamillarum ex cylindra 304. & tum tympaniis, & margaritis detraxiſſet.

Tyrus, colonia Syria Phœnices inſula quondam, ſed ab Alex. intinentē translata. Vnde Luc. in li. 3. Et tyrus inſtabilis prætioſaq; murice Sydon. Tyriorū coloniæ meminit Iuriſc. in tit. de cenſib.

Toga ꝑtexta, dicebāt apud Romanos, qua vtebātur pueri vſq;

in annum 18. Tun c.m. ſumebatur togam virilem, quæ & libera dicebatur. Sen. in epi. Teneſme mo riam, cũ prætexta poſita ſumpſiſti virilem togam Pueri quoq; in ea ætate prætextati appellabantur. Iuue. Et prętextatus adultes. Hinc Feſtus Pomp. ait: prætextatis nefas erat obſcæno verbo vti ideoq; prætextatum appellabãt ſerm. q nihil obſcęnitatis hẽbat. Vlp. de au. & ar. le. l. veſtis. Pueri lia ãt ſunt veluti togæ prætextæ, aliculæ, ch!amides, & pallia, quę filijs nřis comparamus. Prætexta vero adpellata eſt, quoniam purpura veſti intertexebatur.

Tomentum eſt q̃cquid puluillo, aut culcitræ inſercitur, ſiue illud ſit lana, ſiue pluma, ſiue ſtramentum, ſiue carices, & iunci cõ ciſi, ꝙ tormentũ circenſe appellatur, i. vulgare, triuiale, & pauperib. cõe, dictũ a Circo Ro. vbi eiuſmodi tormenta vendebant. Mar. Tomentum cõciſa palus circenſe vocatur. Cõciſam appellat paludem, carices, & iuncos cum a tomentum concidebantur, ꝙ a temo, ꝙ eſt incido dr, nõ, vt indo cti putant, ab eo, ꝙ tumeat. Sen. de vita beata. Si ſuper circenſe to mẽtum per faſcias veteris lintei effluens incubabo. Suet, in Tyberio Druſo, ait, adeo alimenta ſub ducta, vt cogeretur è culcitra tomentum, mandere. Varro quoq; de lingua Latina. Qđ in culcitra tomentũ aliudve quid calcabunt ab inculcando culcitra dicta Vl. de leg. 3. l. cui lana. Lanæ, inquit, appellatione tomentum non cõ tinebitur. Expone tu. i. lana, quæ culcitrę inculcata eſt. Nam ea po terat indubitationem venirę. Qđ verò Acc. putat genus eſſe veſtis vel coopertorium de lana factũ, quis non iure poſſit ridere. Nam vt in eadem lege hř, ſi lanæ appel latio eatenus extenditur, quoad telam peruenerit., hoc eſt, vt idę Acc. interpretatur, vt ſolum reſtet texerę, nondum tñ eſt in tutela poſita: qũo veſtis ſiue coopertorium ex lana factum, debet lanæ appellatione contineri? Quid quod Pau. in eo. tit. expraſ ſe dicit: lana legata veſtem, quæ ex ea facta ſit, deberi non placet.

Topiarius eſt operis topiarij artifex. Opus verò topiarium dr, quod in viridarijs faciunt, exprimentes varias figuras aĩalium, aliarumq; rerum ex myrto, citro buxo, hædra alijſq; arbuſculis, fructib. & herbis, quarum natura flexibilis eſt. Plin. lib 15. Satiuarum, ait, myrtorum gña topiarij faciunt. Idem lib. 12. ficum Indicam ad opus topiarium dicit pertinere. Et lib 21. dę dechamæ daphnæ. Topiaria, ait, herba inopiã florum aliqñ ſupplet. Idem lib. 22. achathõ herbam appellat topiariam, quia topiario operi accommodari pt. Cic. ad Q. Fratrẽ. Topiarum laudaui, ita oĩa conueſtiuit hædera. Atque ibidem: Vt deniq; illi palleati topiariam facere videantur. Vlp. de fun. inſt. l. inſtrã. Si viridaria, inquit, ſunt topiaria, accedũt inſtrũm fundi,

Et in

At in eo. tit. l. quęſito. Hoſpitarij, ait, vel topiarij, & diætarij, tit. de Afr. l. 3. l. cum quærerentur prædijs legatis, & quæ eorũ prædiorum ea empta eſſent, neq; topiarium, neque ſaltuarium legatum videri ait. Topiarium. n. ornandi ſaltuarium aũt tuendi, & cuſtodiendi fundi magis, quam colendi cã paratum videri, Acc. cuiuſmodi ornatus eſſet topiarii, neſciuit, cum dicit illius officium eſſe purgare agrum ſpinis, & vepribus & facere foſſas. Imo verò eiuſmodi ſerui legato cederentur cum neceſſario, ager, purgari debeat ſpinis, & foſſæ atque elices deducendæ ſint atque ad culturam pertineant.

Toral, mappæ eſt quætorio. i. menſe imponitur. Varro de ling. La. Toral, inquit, ꝙ añ torũ Hor. 1. Epiſ. Me turpe torum, nec ſordida mappa. Flo. de ſuppellectili leg. l. tapetis. Sicut toralia, ait, ꝗ ſtragulorum non ſunt. In eo. ti. l. ſupellectili (diximus in verbo mappa,) oralia pro toralia legit.

Traianopolis, ciuitas Siciliæ, è Traiano Cæſare cognominata, vt ex uerbis Iuriſc. colligimus in ti. de cẽſib. In Sicilia, ait, Selinis, & Traianopolis. Sed cum Traianopolis nuſquam in Sicilia legatur, atque Traianopolis oppidũ ſit Miſiæ maioris, atque alterum eiuſdem nominis in Piceno Italiæ, interpungenda ſunt legis verba, aut Selinis ſit in Sicilia, & Traianop. altera ex illis duabus.

Traiectitia pecunia dicitur, vt Mod. lib. 22. ti. de nautico fęnore ſcribit, quę trans mare vehitur, & ibid. ſæpe. Afr. quoq; in ti. de act. & obl. l. traiectitię pecunię Item C. de vet. iu. emi. l. tanta. Dicta eſt aũt traiectitia, à traiiciendo, hoc eſt, tranſmittendo, vnde eſt frequenter apud hiſtoricos, traijcere montem, & traiicere mare, & traiicere flumen, & traiicere exercitum, traiicere merces, traijcere pecuniam. Atq; vtrumq; ſimul traicere exercitum, mare, flumen. Quare traiectitiæ pecuniæ nomine veniet ea, quæ permutatur, & tranſuehitur vltra montes & maria.

Trapetum, ſiue trapetus, vt ait Ser. in illud Virg. 2. Geo. Venit hyems, teritur ſicyonia bacca trapetis, olearia mola eſt. Mar. nec tarteſſiacis cedat tua ſyluã trapetis, dictum a terroteris, vt Varro de lin. lat. tradit, vel ut alii a trepo quod eſt verto, quia molæ oleariæ vertunt, vel à trepo, quod eſt præmo, ad priorem etymologiam alluſit Vir. cum dixit, teritur ſicyonia bacca trapetis. Ad alteram, vel potius ad utrãq; Pli. lib. 15. Mox ait, trapetis, fractæ oliuæ merentur Vlp. ti. lo. & cond l. ſed ædes. Trapeta, ait inſtructa funib. Accur. inſtrumentum tñ eſſe dicit, ſed non cuiuſmodi, aut ad quem uſum. Quod uero ĩ ti. de ſupellectili. leg. l. tra petis, bis ſcriptum eſt trapetum, expunctar, litera tapetum eſt legendum, quod nemo dubitat in genere ſtragulorum eſſe.

Trapezophorū, theca erat, in qua pretioſiores menſę deferebā tur. Nam trapeza, vocatur menſa & phoreo, vel phoreſco, ꝙ eſt fero. Flor. de ſupellect. leg. l. ſupellectili, Trapezophora, ait, delphica & ſubſellia. Cicero tamen ad Fabium Gellium pro ſtatuo ſiue ſigno, quod ferebat menſam, poſuit. Trapezophoron, inquit, ſi te delectat, habebis.

Trierarcus appelleẽ nauis princeps. Nam trieris eſt nauis hẽs triplicem ordinem remotum, ꝗ trieremis dr̄. Hier. Ezechielis c 30. Egredienẽ nuncii a facie mea in trierib. Ad ſenatuſconſultum. Trebellianum, l. eius. Fiduciariū, ait, reliquit hr̄dem trierarchum. Item de bon. poſ. l. 1. Nauarchos, inquit, & trierarchos claſſium.

Trieteticus ca, cum, eſt illud ꝙ tertio quoq; anno cōtingit, a tria quod eſt tres, & etos, annos. Vir. 4. Aen Referunt trieterica Bacchi Orgia. Ouid 2. de reme. Ibat vt ędonio referẽs trieterica Baccho. Apul. pro magia Crotalum, ait, ad trieterica Orgia. Mod. lib. 50. dig. titu. de pollicitationib. l. ſeptitia. Agonem, ait, conſtituo trietericum.

Trini, ę, a, nomen eſt diſtributiuum, quale illud bini, & quini, & deni, ſignātq; cuilibet competere tria. Iungiturq; vt alia, eiuſmodi noīa nominibus pluraliter declinatis. Mart. Tranſierint binę forſan trinæve Kal. Silius. lib. 15. Punic. Qui ſua non trinis deducunt agmina caſtris. Mar. lib. 50. de legatio. l. ſciendum: Præciditur, ait, edicto Veſpaſiani omnib. ne plures quam trinos legatos mittant. Acc. in errorib. pertinax eſt. Nam qui binos expoſuit pro quatuor, qui nos pro decem denos pro viginti, hoc in loco trinos pro ſex exponit, dum exponendum fuerat, trinos, ideſt quælibet ciuitas tres. Sed quæro iam, nō in illo, ſed ab illius amatorib. an recte dictum ſit, ꝙ oēs ciuitates non amplius, mittere dēnt, q̄ ſex legatos; Significareẽ namq; ꝙ oēs ciuitates ſimul ſumptæ, nō amplius eſſent miſſurę. q̄ ſex legatos, ꝙ eſt per q̄ ridiculū.

Tripus pōt dici delicatus. Nā triphetes eſt deliciū, & fryphao delicior. Vlp. tit. de ædi. edi. l. Idē Offilius, Balb. inquit, & bleſus, & triphus eſt iſte qui tardius loquitur. Vbi tryphum pro tardo hoc eſt bleſo poſuit, & qui quodammodo ex diuitiis ſic loquitur Quint. lib. 1. illorum delicias reprehendit, quis literam male proferunt.

Troclea inſtrm̄ eſt cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Cato de re ruſt. Trochleas Græcanicas binis funib. ſparteis. Vitr. lib. 10. cap. 2. & de trochlea multa dicta a trecho, quod eſt curro. Vlp. tit. locati. l. ſed addes. Tympanum, ait, & trochleas, quibus eleuatur prælum.

Trozimus, Græcè, maturus ſiue comeſtibilis dr̄. Vnde vua, quæ eſui aduerſaẽ, & q̄ non eſt apta uino, trozimus a Iuriſ. appellatur

lat in tit.de ver.ſig.l. ꝗ fundum. Qui fundũ,ait,vẽdidit,pomũ ex cepit,nuces,ficos,et vuas dũtaxat duracinas,& purpureas,& q̃ eiuſdem generis eſſent quas nõ vini cauſas haberemus, quas Græci trozim⁹ appellãt,excepta videri.

Trulla vas eſt,qua,in culina lauatrinam aquã fundunt atq; ad alia eiuſmodi miniſteria cõparatũ.Hor.2.Ser.pro vaſe potorio viliori poſuit dicens.Qui Veietanũ feſtis potare dieb.Cãpana ſolitus trulla.Iuu.Si trulla inuerſo crepitũ dedit aurea fundo.Põp. de au. & ar.leg.l.& ſi veluti paropſida, inquit,tabulas,trullas.Pau.de fune.inſtr. l. tabernæ. Trullæ, ait, quæ citra cænam ſolent.traijci.

Tubus, bi, ſiue ſit fictilis, ſiue ex alia materia, eſt fiſtula, per q̃ aqua deducitur,immo vero aquę ductus ipſe tubulis pyxidatis cõſtat Hiſpani arañoras appellant. Colum.lib.1. Aqua,ait,ſic hr̃ eximia, ſi fictilib. tubis in contectã ciſternam deducitur Plin. lib 31. Aquam è fonte duci fictilib. tubis vtiliſſimum eſt. Sene. lib. 14. epiſt.Suſpenſurus balnea, & impreſſurus parietib. tubos. Vlpia. tit.de cloacis.l.1. Cloacæ appellatione,& tubi, & fiſtulæ continentur.Et per diminutionem tubulus in eadẽ ſignificatione. Pli. lib.33. pro cuniculo ſubterraneo poſuit. Hi colores,ait,in eiſd. tubulis inueniuntur. Procul. in tit. de ſeru.vrb.præd.l.quidam Non licet ait tubullus habere admotos ad parietem cõmunem. Hic Accur.tribulos pro tubulis legit, interpretaturque eſſe vaſa lapidea,in ſuperiori lege tubum putat eſſe foramen cloacæ.

V

Vadimoniũ accipitur pro ea ſponſione,quæ datur in cauſa grauiori,puta criminali, dictũ vadimoniũ a vadib.hoc eſt,ſponſorib.quos qui dederit in iuditio vadere,i,decedere põt quocunq; libuerit.Authores ſunt Acron,& Porphyrion in illud Hor. in 1. Ser. Ille datis vadib. qui rure extractus in vrbẽ eſt. Iuue. Differt vadimonia p̃ter.Et Pli.in proœm. naturalis hiſtoriæ.Propter quod ait, vadimonium differri poſſit.

Valeſij, apud antiquiores dicebantur,qui poſtea s, litera (vt in pleriſq; alijs)in r, literam mutata,Valerij ſunt appellati.Fuit aũt valeriorum familia Romæ,dicta a Valeſio viro præclaro, nec minus locuplete,in gente Sabina,ꝗ poſtea Manius Valerius Terentinus cognominatus eſt a Terento loco quodam. Diti patri ſacro, Romæ in campo Martio, in quo aram illi dicatam ab antiquis primus omnium monſtrauit. Quin. lib.1. Vt Valeſij,inquit, & Fuſij, in Valerios, & Furios venerunt, ita arbor ætatis fuit.Idem quoq; Feſtus Pompeius ſcribit in dõne Aurelia familia. Pomponius in tit.de origine iuris,l.neceſſarium author eſt, Appium Claudium cæcum fuiſſe authorem, vt in illis nominibus s, litera in r, tranſiret. Appius, inquit,

Claudius inuenit, vt pro Valeſijs Valerij, & pro Fuſijs Furij eſſent. Hinc eſt in lib. Inſt. de Fuſia canina, pro eo, quod eſt Furia canina.

Valetudo, & valetudinarius & nunquam valetudo, & valetudinarius legendum eſt in lib. dig. quoniam ſic ſcriptũ eſſe animaduertit Lu. Bonog. in Pande. Flor. atq; apud antiquos nomina ſic proferebãt.

Varus, varicus, & varicoſus quid ſignificent, non eſt in promptu. eſt aũt varus, qui hẽt crura obtorta, pedesq; introrſum figens: quemadmodũ diuerſo dñr vaciæ qui extrorſum crura hñt, idemq; Vatinij, et Vacieni. Pl. Hinc, ait cognomina inuenta, Planci, Pantæ, Scauri, ſicut a crurib. Vari, Vatiæ, & Vacieni, & Vatinij. Horatius 1. Serm. Hunc ait Varum diſtortis crurib. Et perſius per translationem; Vel cum fallit pede regula Varo. Inde varicus, pro eo qui ex diſtorſione pedum inæqualiter ambulat. Ouid. in tertio de arte. Ingẽte varica fertq; gradus. Vlp. tit. de ędilitio edict. l. Cffilius. Varus, ait, & Varicus anſanus ſit, & opinor ſanos eſſe. Acc. nomina eſſe dicit illorum, qui nõ poſſunt recte pronunciare. Varicoſus qui a tumentib. & intortis varicib. dr vitium eſt longe diuerſum Iuuẽ. Varicoſus fiat arũpex. & Perſius. Dixeris hæc inter varicoſos centuriones. Vlp. in eo. tit. Varicoſus ait, ſanus non eſt. Neque eſt qui vt inſipiens modo huc, modo illuc vadit, quod Acc. ſomniat, ſed vt diximus, qui ex nimio labore venas hẽt crurum intortas, & conglobatas, quas Hippocrates appellat cirſas, Ariſtoteles ixias.

Venaliciarius eſt ſeruorum mango. Quintilianus: Adoleſcentẽ, ait, apud venaliciarium repertũ. Et iterum. Dedit libertus pecuniam venaliciario. Idem & venalicij dñr Cicero in oratore ad Brutum. Africanos, & Lelios multi venaliciarij mercatoresq; ſuperarunt. Cuius tit. de ædil. edic. l. iuſtiſſime. Venaliciarij, ait, ita ſocietatem coeunt, vt quicquid agunt, &c. Vlp. quoq; Quia venaliciarij, ait, ſciſit, decurrere ad nouitiorũ emptionẽ. Itẽ Africanus de ver. ſig. l. mercis appellaione. Mella magones nõ mercatores, ſed venaliciarios appellari ait.

Veneficus, non ſimpliciter eſt qui venenũ necandi alterius gratia porrigit, ſed quia adhibitus incantationib. quibuſdam vtitur qui & maleficus dr. Ouidius 7. Metamorphoſ. de Med. Validoſq; venefica ſuccos Mergit in æro cauo Lucanus in 7. Pollutas cantu diroq; venefica ſucco. Hinc apud Iuriſc. titulus eſt de veneficis, & ſicarijs. Idem, & venenarius dicitur Iulius Firmicus lib 1. Si Mars Mercurium de diametro, aut de quadrato reſpexerit, faciet venenarios, & maleficos Calliſtratos tit. de pęnis. l. capitalium. Venerarij, inquit, capite puniendi ſunt.

Verſicolor veſtis, ait Valla, nõ tum illa dr, quæ colorem natiuũ mutauit puta in rubrum, pallidum, aut nigrum, quam illa, quæ

varium habet colorem. Gellius lib. 6. Tunice, inquit, longa muliebri indutus, & verſicolori pallio. Cicero 3. de finib. Plumæ, inquit verſicolores columbis. Pli. lib. 35. Capita earum matris verſicolorib. operuit. Vlp. de legatis tertio, ſi cui lana. De verſicolorib. inquit, videndum eſt. Paulus de auro, & arg. leg. l. pediculis. Veſtem, inquit, tam coloriam, quàm verſicoloriam.

Veſpilones, & veſpç, vt inquit Feſtus, dñr qui funerandis corporib. officium gerunt, non a minutis illis volucrib. ſed qui veſpertino tpe eos efferunt, qui funebri pompa pp inopiam vti nequeunt, Suet. in Domi. Cedauer, inquit, eius populari ſandapila per veſpilones exportatum. Apuleius lib. Floridorum 4. Veſpilonum manib. extortum, velut ab inferis poſt liminio, domũ retulit. Martialis. Chirurgus fuerat, nunc eſt Veſpilo Diolus. Martianus in tit. de ſolutionibus. l. qui decem. Num ergo, & ſi veſpilonem, aut aliâs turpem dederit hominem, pro quo mendosè legitur veſpertilionem. Item Vlp. tit. ad Senatuſconſultum Trebel. l. ſed ſciendum. Vel nomen quidẽ veſpilonis teſtoris ferre. Huic ac curſius non minus inſanit, quam in ſuperiori lege fecerat. Nã vtrobiq. veſpilonem intelligendum ait eſſe nomen infamiæ, vt ſi cognominaretur carnifex, vt apud Mar. poſtquam triſte caput faſtidia veſpilonum, Et miſeri meruit tædia carnificis.

Veſtiarium ſumitur pro loco, vbi reponuntur veſtes, vt apud Pli. lib. 7. Veſtiarium, inquit, contra terenides ac noxia animalia amurca aſpergi. Alias veſtiarium pro ipſis veſtib. ſicut miniſteriũ pro miniſtris, cibaria pro cibis. Sen. lib. de vitæ tranquillitate. Familia veſtiarium petit victumq; Scæuola. tit. de au. le. l. annua. Ac per hoc, inquit neque veſtiaria, neq. cibaria his debeãtur. Iabol. tit. sol. matr. l in his. Seruis, inqt, vxoris vir, nummos in veſtiarium dederat.

Veterator ſeruus is dr̃, qui diu ſeruiuit, & qui ex vetuſtate callidus eſt, quemadmodũ ediuerſo nouitius, q nouus eſt in ſeruitio. Feſtus. Veteratores, inquit, callidi dicti a multa rerum gerẽdarũ vetuſtate. Donatus in illud Terẽtij in Andria. Quidnam hic vult, veterator ſibi? Veterator, inquit eſt ſeruus in aſtutia. Vlp. tit. de ædil. edic. l. præcipiunt. Præcipiũt, inquit, ædiles, ne veterator p nouitio veneat. Atq; ibid. Quia venaliciarij ſciunt facile decurrere ad nouitiorum emptionem, idcirco interpollant veteratores.

Veterinarius, eſt veterinarum medicus. Eſt aũt veterina iumentum, vel a vehendo dictum, vt putauit Cato. referente. Feſto Pompeio, vel vt Opilius veterinã dicĩ voluit, quaſi vterinam, q ventris onus gerat: inde veterinaria, medicatiua iumentorũ ars. Colu. li. 8 Veterinariæ, & medicinæ pri-

des eſſe debet pecoris magiſter. Calliſt. titulo de iure immunitatis.l.quibuſdam Acc.Qui fodiũt, inquit,aurum,& argẽtum, aut q faciũt vltra,ſed hoc diuinare eſt.

Viaticum, ci, eſt pecunia, illa, quæ in viæ ſumptus alicui datur Cic.de ſeneƈt. Quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quære. Plin. Cæcilius de Martiale. Proſequutus,inquit etiam viatico ſedentẽ. Inde. Viaticulum, paruum viaticum. Apul.lib.7. de aſino. Viaticulum,inquit, mihi corraſi. Vlp. lib.5.tit.de in dicijs.l. ſi longius. Egeſtate,inquit, Romæ laboraret, viaticulo ſuo non recepto, quod ad ſumptus, pater ei deſtinauerat Accur. ignorans quid uiaticum ſit,ꝙ propter impenſas inquit, in ſcholis datur, quia ſupra dixerat,ſtudiorum cauſa.

Viatores,inquit Feſtus,appellabant,qui magiſtratib. parebãt, eo ꝙ plerunq; ex agris homines euocabantur a magiſtratib.& frequẽs erat eorum ab agris in urbẽ uĩa.Pli. lib. 18. Cincinato uiator at uilit diƈtaturã.Tales tunc uiatores erant,quib. idipſum nomẽ inditum eſt,ſubinde ex agris ſenatũ duceſq; accerſentib. Vlp.ti.de reb.eorũ,qui ſub tutela l. magis. Dari,inqt,viatorẽ,cui ei renũciet

Vicarius ſeruus,dr ille,quẽ Atrienſis ſeruus ſubſtituit. Itaque vicarius dr ſerui ſeruus. Martialis.Eſſe ſat eſt ſeruũ,iam nolo vicarius eſſe Plau.in aſinar.Sticho, inqt,vicario ipſi tuo, cui Leonidas Atrienſis rñdet. Mihi ſcio vicariũ eſſe.Vlp.tit.de leg.3.l. ſeruos Vicarios ſeruorum ſuorũ numero non contineri. Idem in tit. de peculio legato. l. ſi peculium legẽt.Reƈte igit atq; Latine Pontifices appellant ſe vicarios, hoc eſt,ſeruos ſeruorũ Petri,q ſe appellat ſeruũ Ieſu Chriſti in ſuis canonicis,ſed Petrus nõ eſt vicarius Chriſti,q a nõ eſt ſeruꝰſerui. Viena ciuitas eſt Allobrogum in Gallia Narbonenſi cuius meminit Iuric.tit.de cenſibus.

Vinaciũ, vel uinacius propriẽ acini ſemen eſt. Acinus aũt granum uuæ.Cato tñ in lib. de re ruſtica pro acinis muſto exhauſtis uinacium poſuit. Dolia, inquit, quib. uinacia condat 10. habeat. Vlp.quoq; ti.de fur.l.ſi qs uxori. Vuarum,inquit & muſti,& uinaciorum nomine furti agere põt.

Vindiƈta,uirga Prætoris erat, qua ſeruo impoſita illum faciebat liberũ. Perſi. Vindiƈta poſtq̃ meus a Prætore receſſit. Vnde ꝑ metonymiam uindiƈta pro libertate aliquando. Ouid. de reme. Vindiƈtæ quiſq; fauete ſuæ, & ibidẽ Optima uindiƈtæ proxima quæq; dies. Diƈta eſt autem uindiƈta a uindicando,hoc eſt,in libertatem aſſerendo,uel a Vindicio ſeruo Vitelliorum, qui a coniuratione eſſe reddendam urbem Tarquinijs patefecit. De quo Liu. lib 3.& Pomp.de orig. iur. l.neceſſarium.Titulus eſt præterea in libris dig.de manumiſſis uidiƈta.

Viriolæ,armillæ, erant ex gẽmis, margaritiſque auro cælatis,

quæ

quę & virię dicebātur. Pli. li. 33. Vt habeant quidem in laceris iā pridem, & viriā, quę a Dardanis venit: atq; itaq; Dardaniū vocabatur; Viriolę celticę dicunt viriæ celtibericę, quas habent fœminæ in armis digitiſq; totis collo & aurib. Itaq; vult Plinius, ꝙ Dardaniū ſit armilla, qm̄ a Dardanis venit. Viriola, qua vtuntur Celtę. i. Galli, Viria, qu a Celtiberi. i. Hiſpani. Vlp. ti. de au. & arg. le. l. arg. Armillę inquit viriolæ, annuli pter ſignatorios & infra l. medico. Lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis. Pau. de optione, & elec. leg. l. ſi tibi ſi ex quatuor, iq̄t, viriolis duę.

Vitis centurionis geſtamē erat ad fulligandos milites pigrè ſua officia obeuntes, de qua in ver. Centurio multa diximus.

Vniones dn̄r margaritę grandiores, dicti ab eo, vt Pli. li. 9. ſcribit, ꝙ nulli duo reperiantur indiſcreti, vn̄ nomen vnionū, inquit, Romani impoſuere delitiæ, de au. & arg. leg. l. Seia Legauit, inquit, vnionem cum hyacinthis, & poſtea vnionem ſoluit.

Vrinatores dn̄r, qui ſubter aqua natantes tempore multo cōtinent ſpiritū, ab eo qđ eſt vrino vrinas, vel vrinor, vrinaris. Varro de ling. Lat. Vrnę, inquit dictę ꝙ vrināt in aqua haurienda. Vrinari. n. eſt in aqua mergi. Pl. li. 2. Vrinātib. inquemlibet profunda in aquarū altitudinem. Idem lib. 9. Hęc, inquit, vrinātiū cura. c. Itē li. 11. Eadē eſt cā, quare ſub aqua diu ranę, & diu phocæ vrinent. Calliſtratus ad lege Rhodiā de iactu l. nauis. Merces ꝑ vrinatores extractæ. Audi ſonniū. Accurſij. Qui ita inquit, ſubtiliter perpendunt, & vident ſub aqua, ſicut medicus per vrinam perpendit agritudinem.

Vlpianus, an Vulpianus dici debeat Iuriſc. Ale. Cęſaris ille aſſeſſor, multiq; alij dubitāt, q̄ ambiguitas ex Padectarū Flo. lectione tollitur, in quib ſemꝑ Vulpianus per duplex u, alterā cōſonātem, alteram vocalem ſcribitur.

X

Xenium dr̄ munus qđ hoſpitib. datur. Nā xenos dr̄ hoſpes. Vitruuius lib. 6. Primo, inq̄t diebus Gręci hoſpites inuitabant ad cęnā, poſtero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquaſq; res agreſtes. Ideo pictores, qui ea, q̄ mittebātur hoſpitib. picturis imitabantur, xenia appellarūt Martialis, Ois in hoc gracili xeniorū turba libello, & ſequitur: Hęc licet hoſpitib. ꝓ munere diſticha mittas. Inde per diminutionē xeniolū. Apuleius li. 2. de aſino. Mittit byrrhena mihi xeniola, porcū optimū, & q̄nq; gallinulas Vlp. li. 1. tit. de offi. procōſ. l. ſolent. Non, inquit, in totū xenijs abſtinere dēt ꝓ conſul. & paulo poſt, Quantum ed xenium, inquit, pertinet vetus prouerbium eſt, &c.

Xenodochiū, appellatur hoſpitiū, qđ hoſpitib. & peregrinis publicitus ſiue priuatim patet. Hie. in quadā epiſtola ad pāmachiū,

Audio

Audio te Xenodochiũ, in portu feciſſe Romano. In Cod. Iuſt. tit. de ſacroſ. ecc. l. illud l. ſancimus, & l. ſi q̃s. Itẽ de ep. et cle. tũ xenodochium, rum xenõ appellatur.

Xenoparochus is eſt, q̃ publicè munera hoſpitib. cõtribuit, quia xenos hoſpes dr̃, & parochus tributor. Archad li. 50. ti. de mune. l. munerum. Tabularij, inquit vel xenoparochi, vt in quibuſdam ciuitatibus.

Xerolophũ locus erat celebris Bizãtij, q̃ Cõſtãtinopolis poſtea cognominata eſt. Priſ. li. 1. de off. partib. orationis; Epigrammata, inquit, q̃ egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollis, qui ſtat in xerolopo Bizãtijs ſcriptus. Idem li. 6. Oſtendũt, inquit, epigrãmata vetuſtiſſima, quę literis vetuſtiſſimis ſcripta, in multis tripodib. legi, & maximè in tripode Apollinis, qui eſt Conſtãtinopoli in loco, quẽ Xerolophon vocãt. Iuſt. li. 4. Inſt. de publicis iudicijs. Qđ nos ait, telũ appellam⁹, illi telos appellãt, admonent, inq̃t, nos epigrãmata in Xerolopho ſcripta & ſequit. epigramma Græcum.

Hyſtici, dñr athletæ dicti a xyſtõ, qui, vt ait Vitruuius lib. 6. eſt porticus ampla latitudine, ĩ quã athletę per hyberna tp̃a exercebãt. Sue. in Auguſto, Xyſticorũ certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemp̃ egit idem in Galba, ſi quid ſcenici aut xyſtici donatũ olim vẽdidiſſent. Vlp. tit. de ijs qui notãtur infa. l. athletas pro eo q̃ eſſe debuit, xyſtici, reſulſici corruptè legitur.

Z

ZOna, non tm̃ pro cingulo accipienda eſt, ſed aliq̃n etiam pro marſupio, & loculis nũmorum refertis accipitur Apud li. 7. de aſino. Plotina, inquit, pretioſiſſimis nonilium, & auro monetali zonis refertis incincta. Suet. quoq; ſcribit Vitellium zona ſe aureorũ plena circũdediſſe Spartianus etiã Perceniumnigrũ Imperatorem iuſſiſſe, ne milites in zonis nũmos auros vel argenteos portarent ad bellum. Lápridius quoq; Alexandrum Cæſarem dicere ſolitum ait. Miles nõ timet, niſi veſtitus, calceatus, & ſatur, & aliq̃d in zonula habens. Et ferè hæc eſt conſuetudo Hiſpanorum, vt cingulo burſam eſcariã applicent, in qua portent nummos. Itaq; Saluator noſter diſcipulis dicit, ne portent zonã. In hoc ſignificatu accepit Vlpi. in tit. de bonis damnatorum. l. diuus Neq; ſi zonam inquit, circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vindicare debebit Accurſius putauit zonã eſſe cingulum magni pretij.

Zythũ potus eſt, quem ex frugib excogitauit Aegyptus, vnde a Calumella perluſiacum cognominatur in horto, cum dicit, Et perluſiaci proritet pocula zothi. Vlp. tit. de trit & vino leg. l. ſi q̃s, Zythum, inquit, &c. pro hominum affectione.

FINIS.

EX OBSERVATIONIBVS

Alij Antonij Nebriſſenſis,

IN LIBROS IVRIS CIVILIS.

De Glauco & Diomede; Accurſij Somnium.

EST in Præfatione digeſtorum peroratio Iuſtiniani Imp. in hæc verba: Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire, quam nos inuenimus, quatenus fiant optimi Iuſtitiæ, & Reipub. miniſtri; & vos maximum decus in omne æuum ſequatur. Quia noſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus, & Diomedes inter ſe faciunt diſſimilia permutantes; & ſubdit carmina Homeri ſumpta ex 7. Iliad. lib. vbi narrat quo pacto in obſidione Troiana Diomedes cum Glauco Hippolochi filio congreſſus, cœpit ab illo quærere quis eſſet, quibuſq; maiorib. ortus. Cui Glaucus eſt Bellerephontis nepotem, Hippolochiq; filium eſſe reſpondit. Cumq; Diomedes vetus hoſpitium Oenei Bellerephontiſq; vtriuſq; auorum fuiſſe intelligeret, pugna abſtinuit, atque ita commutatis armis digreſſi ſunt; quaſi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autẽ Glauci arma aurea centum bob. æſtimata. Diomedis ærea nouem boum: Quod Accurſ. neſcio quib. furijs agitatus exponens ait: Diomedes cum rediret per mare a Troiana victoria, indigebat vino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino, & carentem equis, at ipſe multos habebat equos, quos in prælio habuerat; & ita dedit illi de equis in vtilib. pro vino neceſſario, & vtili ſibi, & Glacus dedit vinum ſuperfluum, & accepit equos neceſſarios; ſic & nos fecimus permutationem de inutili modo legendi ad vtilem Hucuſq; Accurſius. Omitto corruptiſſimum & mille acyrologijs deprauatum dicendi genus. Vbi legit ille bonus vir hæc hiſtoriarum portenta, aut quis illum docuit in reb.

quartum

quarum ignoratione tenebatur, diuinare? Aliud eſt.n. vt D. Hier. ſcribit eſſe vatem, aliud interpretem, illic ſpiritus neu tra prædicit, hic eruditio, & verborum copia, quę intelligit, interpretatur. Quod ſi fuiſſet Acc. mixtum cum pudore iudicium, aut oı̄no tacuiſſet ijs de reb. quas ignorabat, aut ea ſcriberet quę de Glauco, & Diomede ab authoribus memorię prodita ſunt, Humero pręſertim, quem Iuſtinianus citat teſte. Quod ſi Accur. Græcas literas ignorabat, didiciſſet ſaltem latinas, in quib. lib. 1. Ser. Horatij legeret;

Aut ſi diſparibus bellum incidit, aut Diomede,
Cum Licio Glauco diſcedat pigrior vltrò
Muneribus miſſis.

Atque apud Mar. lib. 9. Epig.

Tam ſtupidus nunquam nec tu, puto Glauce fuiſti.
Chalcea donanti chryſea qui dederas.

Aut quoniam Iuris libros interpretabatur, illud ſaltē quod Ariſt. libr. 5. Eth. cum de iuſtitia & iure differeret, ſcripſit. Volenti, inquit, non fit iniuria, ſed qui ſua donat, vt Homer. de Glauco ſcripſit dediſſe cum Diomed. arma aurea pro ferreis, centeni pretij, pro noueni, huic iniuria non fit. Aut imitaretur ſaltem pudorum S. Thom. qui locum illum exponens, nihil tale ſomniat, quale Accurſ. ſed tantum ab ignorantia interpretis deceptus, dixit accepiſſe Diomed. centum boues pro nouem, cum Hom. dicat arma ęſtimata, pretio centum boum pro armis nouem boum, quod & Pli. lib. 33. affert. Quamquam Hom. inquit admiratus aurum, æſtimationes rerum ita fecit, vt centum boum arma permutaſſe Glaucum diceret, cum Diomedis armis. 9. boum, & hoc eſt, quod Iuſt. dicebat talem permutationem legum antiquarum pro nouis eſſe factam, qualis fuit Glauci, & Diomedis, hoc eſt, centeni prætij pro noueni.

De Legatis Athenas miſſis ſomnium Accurſij.

POmponius libro primo ſub titulo, qui eſt de origine iuris. Placuit, inquit, publica authoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus vt ciuitas fundaretur legibus quas in tabulis eburneis perſcriptas pro roſtris compoſuerunt. Audite nunc obſecro vos ægrotantis Accurſ. ſomnia. Ante, ait, quam hoc fieret, miſerunt Græci Romam, quendam ſapientem, vt exploraret an digni eſſent Romani legibus qui cum Romam veniſſet

niſſet Rom. cogitantes quid poterat fieri, quendam ſtultũ ad diſputandum cum græco poſuerunt, vt ſi perderet, tantum deriſio eſſet. Græcus nutu diſputare cępit, & eleuauit vnum digitum, vnum Deum ſignificans. Stultus credens quod vellet eum vno oculo cæcare, eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiam pollicem, ſicut naturaliter euenit, quaſi cæcare eum vellet vtroque. Græcus autem credidit, quod Trinitatem oſtenderet. Item Græcus apertam manum oſtendit, vt oſtendere, omnia nuda, & aperta Deo. Stultus autem timens alapam ſibi dari, pugnum clauſum, quaſi repercuſſurus lauauit, Græcus intellexit quod Deo omnia clauderet palma, & ſic credens Romanos digitos legibus receſſit. O miſerrimam ſeculi noſtri conditionem, qui hæc audimus & patimur. Et quis vnquam talia delitamenta, niſi a mulierculis, lanificio intentis audiuit? & non videt homo perditus non habita ratione temporum, & perſonarum ſibi ipſi repugnantia dicere? Quod ſi tanta erat illa in hiſtoria mentiendi libido, debuit ſaltem aliquid dicere, quod nos falleret. Nunc vero ea per crapulam ructat, quæ nec credent pueri, qui nondum ære lauantur. Nam ſi quod hoc in loco Pomponius ſcribit, conſtat eſſe factum trecenteſimo altero anno ab vrbe condita, hoc eſt, ante natalem Chriſti annum annos circiter quadringentos, quo pacto Græcus, & Romanus de Trinit. perſonarum, atque vnitate ſubſtantiæ in diuinis diſputare poterant? hoc ne Ezras quidem feciſſet, doctiſ. illa tempeſtate interpres, nedum hominis in falſa deorum gentilium religione occupati. Aut ſi tam diligens in hiſtoria eſſe volebat, illud potius annotare debuit, Romanarum ſcilicet rerum ſcriptores, non quod Pomponius ſcribit, creatos eſſe decem viros, per quos leges peterentur, ſed cum prius deferendis legibus inter Rom. conueniret, de latore tantum diſceptarent, miſſos eſſe tres legatos Athenas, iuſſoſque inclytas Solonis leges deſcribere, & aliarum Græcia ciuitatum inſtituta, moreſque pernoſcere. Poſtea vero, quam illi redierunt, creatos decem viros condendarum legum, & iuris dicendi cauſa. Quod vero Pomponius ſcribit tabulas fuiſſe eburneas, Dionyſius Halic. diligentiſſimus antiquitatum Rom. ſcriptor libro nono, æreas fuiſſe memoriæ prodidit. Quodque idem autor ſcribit tabulas in foro

poſitas,

poſitas, non eſt diuerſum ab eo, quod Pomponius tradit poſitas eſſe pro Roſtris. Nam Roſtra templum erat in foro Romano, quod placuit exornari roſtris nauium, quas ab Anciatib. acceperant, non vt Accurſius delirat pyratarum. Illud vero perquam ridiculum, quod in re manifeſta dubitans, pro roſtris exponit ante oculos, & ora hominum. Ab Hiſpano, opinor, aliquo id didicerat, quoniam Hiſpanice faciles roſtro appellatur.

MVTIVS PRO FABVLIS.

IDem Pomponius in eod. tit. de orig. iuris. Q. inquit Mutius, qui ad Carthaginenſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, vna pacis, & altera belli, arbitrio ſibi dato, vtrum vellet referre Romam, vtramq; ſuſtulit, & ait Carthaginenſes petere debere vtram mallent accipere. Atqui nō Q. Mutius, ſed Q. Fabius fuit, qui cum Valerio Flacco miſſus eſt Carthaginem legatus, vt niſi Hannibal violato fœderis redderetur, bellum Carthaginenſib. indiceret. Hic Fabius, Pamphilus cognominatus eſt, ad differentiam illius Fabij, qui in eodem ſecundo bello Punico, ſingularem operam Reip. nauauit, atque tum maximus, tum verticoſus, tum ouicula dictus eſt. Atque ea propemodum Fabium Pamphilium feciſſe coram Carthaginenſibus quæ Pomponius refert, authores ſunt Polybius, Liuius, Plutarcus, Silius præterea lib 2. Punicorum.

Non vltra patiens Fabius feciſſe dolorem,
Concilium expoſcit propere, paribuſque vocatis,
Bellum ſe geſtare ſinu pacemque profatus.
Quid ſedeat legere, ambiguis neu fallere dictis;
Imperat, at ſæuo neutrum renuente ſenatu
Ceu clauſat acies gremioque effunderet, arma,
Accipite fauſtum Libyæ euentuque priori,
Par inquit bellum, & laxos effūdit amictus.

Tam inſigne mendum non debuit Accurſius diſſimulare, atque intactum relinquere, vbi non in parte, ſed in toto error committitur. Nam quid habent ſimile Mutius & Fabius? nempe hoc, quod Thais & Hermione.

Columnarium, pro columniuarium.

P Pomponius Iuriſconſultus in lib. dig.tit.de aur. & arg. leg.in argento, inquit, portorio vtrum id duntaxat ſit, quo vti poſſit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt,vel vti columnarium,& vrceoli. Quod vaſi genus columnarium ſit nullus vnquam ſcripſit,ſed neque legit,præter vnum Philippum Beroaldum, virum alio qui ſingulari eruditione,qui ex huius legis deceptus lectione,putauit eſſe poculi genus, & Accurſium, qui angeliſteriam interpretatur, ſic Itali vulgu appellant ampullam vitream longioris colli. Ego vero cum columnarium eſſe nihili verbum pro comperto haberem, cæpi mecum recogitare quid columnarij loco ſubſtituerem, cum ſubito fuit mihi præſto Martialis poetæ diſtichon, cuius lemma eſt, Columniuarium. Cumque adhuc ſubdubitarem,an pro columniuario calumniuarum reponerem, legi ſequens diſtichon,cuius index eſt,Vrceoli miniſtratorij. Exilui præ nimia lætitia, atque cæpi mihi ipſi gratulari quod locum alijs incognitum atque intactum mea diligentia reſtitui. Quid vero calumniuarium fuerit,reliquum eſt,vt oſtendamus.Fuit conſuetudo apud maiores noſtros, non modo colare vina,vt eſſent molliora,defæcarioraque, verum etiam aquam per niues tranſmittere, vt fieret guſtui ſuauior.Inſtrumenta vero ad percolandum erant cola minutiſſimis viminibus contexta,aut ex ſacro lineo,ſiue cilicino. Virgil, 2.Georg.

Tu ſpiſſo vimine qualos.
Colaque prælorum fumoſis diripe tectis.
De colatorio ſacco,Martialis in diſtichio,cuius
Lenna eſt:ſaccus niuarius;
Attenuore niues norunt & lintea noſtra,
Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

Plin.14.Vtiliſſimum omnib. ſacro viribus fractis. Idem 19 Inueteraui vina,ſacciſque caſtraui & 23 lib.vi plus,ait, capiamus ſacco frangimus vires. Atque iterum Martialis. Turbida ſollicito tranſmittere cecuba ſacco.Et Horatius 2. Sermonem,

Integrum perdunt lino vitiata ſaporem. Quod Porphyrion exponit ſacco percolata.Cum itaque Martialis duo diſticha continuata ſcripſerit,alterum de colo niuario, alterum de ſacco niuario,ſubdideritque ſtatim vrceolos miniſtratores,

ſtratores, quis non videt apud Pomponius legendum eſſe columniuarium!, præſertim cum eueſtigio ſequantur & vrceoli? Quid, quod ſenſus pulchrè coit, atque ſatisfacit ei quod venire potuit in dubitationem, an videlicet vaſorum potoriorum appellatione veniant vaſa quibus non bibemus, ſed præparantur ordinaturque ad id, quod bibendum eſt, vt colum & ſaccus per quæ colantur vina viueſque atque præterea vrceoli, quibus vinum & aqua diſcumbentibus miniſtratus. Non quod Accurſius, & Philippus putabant eſſe vaſa potoria. Eſſet namque ſenſus legis ridiculus, ſi dixerit appellatione vaſorum potoriorum vaſa potoria contineri.

TRACTATVS
DE MODO STVDENDI
in vtroque iure per x. documenta.

Cum nominibus omnium ſcribentium in iure tam canoniſtarum, quam legiſtarum vſque ad hæc tempora.

Editus per famoſiſſimum V. I. D. Dom. Io. Bapt. de Cayalupis de S. Seuerino in alma vniuerſitate Senenſi legentem.

Poſtea vero aduocatum Conſiſtorialem Rotę, & Palatij Apoſtolici.

CVM expurgaueritis vetus fermentum, & iam ſitis noua conſperſio, (vt opinor) in azimis ſinceritatis, & veritatis, in quo ſtatu vos conſeruet clementiſſ. Deus, viſum eſt mihi ſitienti vtilitatem veſtram; tempus eſſe conueniens, quo ſtudioſis anxiè diligentibus religionem iuris ciuilis, rectum callem oſtendam, quo greſſus eorum dirigam, & viam aperiam, per quam ambulent, non in tenebris, ſed in luce, ad illam legalem ſapientiam capeſcendam, Dicam igitur quæ ſentio, pro vtilitate veſtra fideliter loquar, quaſi mihi ipſi conſilium dans.

Documentum primum principale.

Anima purganda, & cōſcientia.

QVicumque cupit iuri operam dare, ſit circumſpectus in infraſcriptis. In primis bene & diligenter preparet animam ſuam confitendo peccata ſua integrè, & ſatisfaciendo pro commiſſis, vt ſit Spiritus ſancti gratia, omnem habens virtutem, & omnem ſcientiam inueniat receptaculum mundum, & tribuat plenam perfectamque ſcientiam. Nam quicquid alibi quæritur, hic perfectius inuenitur, 38. diſt. cap. legimus. §. ſed econ. in fin. Illud eſt potiſſimum, & primum conſilium quod dedit venientibus ad ſtudium venerab. doc. Gulicl. de *Mon.* Lau. in clem. 1. de magiſtris ſubdens, quod ſcholaſtici, qui ad quamuis ſcientiam approbatam tranſeunt, & diu noctuque torquentur, inuanum laborent, niſi Dei gratiam habeant ſecum coadiutricem, quia vt dicitur Sap. 1. In maleuolam animam non introibit ſapientia. Idem conſilium dedit recolendæ memoriæ doct. D. Simon de Burſiano, Card. Mediol. in proœm. Clem. dicens, vt ſcolaris non confidat in ingenij perſpicatia, & capacitate ſtudij aſſiduitate, & memoriæ tenacitate, ſed in eo ſpem ponat, qui ſcientiarum dominus eſt, in quo ſtant omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Nam ſcriptum eſt. Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem ſuperbis autem Deus reſiſtit. Idem conſilium ſuum opere laudauit in d. clem. 1. de mag. D. Franciſ. de Zab de Padua olim Card. Floren. Et inſignis doct. D. Goffr. ga. in d. clem. 1. & Mar. de Fa. no. in epiſ. quam fecit de modo ſtudendi, in v. requiſito. Caueat etiam omni conatu a ſingulis peccatis, quia delinquens in vno factus eſt omnium reus, vt in d. cap. defleat ext. de re. iur. & per vnum peccatum loca gratie euacuantur. 32. q. 1. cum renunciatur. Totum enim hominem non dimidium ſaluat Deus. verſ Large Dei pietas totum non dimidiabit, aut nihil, aut totum te lachrymante da. Dicit etiam Guliel. vt ſpecialiter caueat idem ſtudens a Venere quo vitio conſueuerunt facile ſtudioſi inquinari, cum per tale vitium ratio, & intellectus, tanquam ſuperiores partes mentis, confundantur, ſenſualitate (quæ eſt inferior pars) attrahente, & prædominante 37. d. c. turbat, in c. 1. de ſa. vnct. verſ. in pectore, ſimile in caule, cuius ſpica, per quam emittitur ſemen, ſi permittatur luxuriari, cito creſcit, ſic eſt in ſcholari, ſi ingenium permittatur defluere

A Venere abſtinedum ſcholaribus.

virtus ſupernæ rationis, & intellectus impediuntur, & corporis paratur infirmitas. Idem dicunt præfati doct. in d. clem. vbi ſubdit D. Card. Flor. quod ipſe habuit auditores, qui notoriè obierunt ex hoc, & ego cognoui plures qui huic capit. vitio dedit male vitam finierunt, vno contextu perdiderunt omnem virtutem, omnem honorem, & omnem ſubſtantiam, & inter cæteram vidi quendam ſcholarem diuitem & ingenioſum, qui fuerat rector cuiuſdam ſtudij, captũ mulieri amore (quæ eſt retia diaboli, vt ait. Hie.) tandem propter illius meretricis amplexus vagabundum diſcurriſſe prouincias, & tandem carceratum pro mulieris contractu pro nutrienda illa diabolica fœmina, iſte idem præ rubore & verecundia ne cognoſcerê eum, prono in terra vultu petijt a me eleemoſynam ad hoc vide 27. d. cap. legimus, verſ. hinc etiam & Hier. in epiſ. ad Damaſum. Caueat ab alea, quæ fomes eſt, & incendium omnium malorum, vt plenè dixi anno ſuperior in opuſculo contra luſores. Velim omnino videre, quia ipſius lectura cum adiutorio Dei reformauit te, ſi reformatione indigies. Caueat ſibi a crapula & ebrietate. Nam cum vicina ſint venter, & genitalia, ex vicinitate membrorum reſultat quædam confederatio malorum. l. vitio ſecundum Hier. & Greg. in mora dicit quod dñante gulæ vitio, omne quod homines fortè egerint, perdunt, & dum venter non reſtringitur, ſimul cunctæ virtutes obruuntur. Et hoc eſt, quod pinguis venter tenuem ſenſum non gignit. Ideo ſuadeo, vt mutuas comeſſationes fugiatis. Nam eſcarum vſus eſt inſatiabilis, & origo vitiorum, & eſt res pituitoſa, & ſanitati inimica, & quod peius eſt, inutilis conſumptio temporis, quia nihil carius, ſecundum Theop. Audi Auguſt. in libro primo, de ordine contra academicos. capit. 8. Adoleſcentulis ſtudioſis ſapientiæ ita viuendum eſt, vt a venereis rebus ab illecebris & gutturis, ab immodeſto, corporis cultu, & ornatu, ab inanibus negotijs ludorum, a corpore ſomni atque pigritiæ, ab emulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum prãtumque ambitionibus ab ipſius etiam laudis immodica cupiditate ſe abſtineant. Amorem autem pecuniæ totius ſuæ ſpei certiſſimum venenum eſſe credant. Nihil rudius faciam, nihil adaucter. Inimicitias vitent cautiſſimè, ferant æquiſſimè, finiant citiſſimè. In omni verbo,

A ludo abſtinẽdum.

Crapula ebrietas.

Qualiter iuue nib. viuendũ.

contractu, conuerſatione; quod cum hominibus. ſatis eſt ſeruare hoc vnum vulgare prouerbium: Nemini faciant pari voluit adminiſtrare, niſi præfecti. Perficiant vel intra ſenatoriam ętatem feſtinent, vel certe intra iuuentutem. Sed quiſquis ſero ad iſta ſe conuertit, ſi arbitretur nihil ſibi eſſe præceptum. Nam iſta vtique facilius decocta ætate ſeruauit. In omni auium vita loco, & tempore, amicos aut habeant, aut habere inſtent. Obſequantur dignis et non hoc expectantibus. Superbos minus curent. Aptè congruenterque viuant, Deum colant, cogitent, quærant ſpe, fide charitate ſubnixi. Optent tranquillitatem, atque certum curſum ſtudijs ſuis, omniumque ſociorum, & ſibi quiſque poſcat mentem bonam, pacatamque vitam. Hæc Aug. Optimum ac ſalutare eſt remediũ ad prædicta conſequenda frequens oratio ad Deum, de qua oratione pleniſſime loquitur, gl. in clem. dominum, de relig. & vene. ſanct. ſuper ver. orationem, & ſpecialiter hortatur, vt quilibet ſtudioſus velit ſingulis diebus dicere officium B Mariæ glorioſæ virginis, quæ eſt inuentrix gratiæ genitrix vitæ, & mater ſolutis, in qua qui ſpem ponit, nunquam vacuus abit. Certum licet omni, quicunque adultæ ætatis ſit, teneatur credere articulos fidei, vt habetur in ſymbolo. Credo in Deum, & Athanaſius. Quicunque vult ſaluus eſſe, qui. 38. di c. 1. & 2. & licet laico ſimplici, & fortè omnibus etiam literatis ſufficiat articulos fidei credere implicitè, i. credere verum eſſe, quicquid credit ecclesia catholica, vt dicit Inno. in c. de ſumma Trinit. & ſequitur magiſter Ber. Compoſt. ibi, illum tamẽ, qui ingenioſus eſt hortatur, idem Compoſt. vt velit illos arti. fidei ſcire magis diſtinctè, & quamuis hoc ex dono ſcientiæ, & ingenij ſibi à Deo dato, quaſi debito rationis & ingratitudinis vitam de cauſa ſcire debeat; putant tamẽ ibi, quòd d. laici etiam ingenioſi, & literati non peccant mortaliter ſi d. ar. fid. neſciant explicitè, vel nõ ſint ſoliciti de his ſciendis, quia eorum profeſſio ad hoc non eſt, quæ verba nota diligenter.

Quid orandũ. *Quomodo credendum.*

Documentum ſecundum principale.

CONuenit adoleſcenti ſtudioſo, qui ſicut dictum eſt viuere inſtituerit, quærere doctorem ſibi, & magiſtrum

culus authoritas aperiat ipſi ianuam ſciendi neceſſaria magna, & occulta, quam ianuam quiſque ingreſſus ſine vlla dubitatione vitæ, optimè præcepta ſectatur; quæ cum docilis factus fuerit, tunc demum diſcet, & quanta ratione prædicta ſint ea ipſa, quæ ſecutus eſt ante rationem, & quid ſit ipſa ratio, quā poſt authoritatis cunabula firmius & idoneus iam ſequitur, atque comprehendit. Hæc Aug. vbi ſupra; Plin. ſecund. libro ſecun. epiſt. epiſtola 18. inter cætera cuidam Mario; qui enim contuluerat de præceptore eligendo pro fratre, dicit hæc verba. Cum omnes, qui profitentur, audiero, quod de quodam ſentiam, ſcribam. Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo præcep. ſed oportet me non modo offenſas, verum etiam ſimultates pro fratris tui liberis tam æquo animo ſubire, quam parentes pro ſuis. Illuſt. doct. Mar. de Tano in d. epiſ. quam fecit de modo ſtudendi, dicit primo quærendum eſſe doct. qui qualia doceri oportet, doceat, qui libenter ad interrogata reſpondeat, qui reſpondendo dubitationes de pectore quęrentis euellat, qui patitur rationabiliter, ſibi contradici, qui cauſam rationabilem ſuis dictis adiungit, qui poteſt aſſerit, ex fonte vel ſcripturę vel æquitatis, vbi iuſtitia deficit probare. Item quærendum an ſit ſatis ſufficiens, an vim habeat impreſſiuam, vt exemplis intelligibilibus inſtruat, quod oſtendit, nec ſit in ſua lectione pompoſus, ſed potius vtilis & fidelis, & plus veritati, quam ornamento verborum inhærens. Dicebat doct. & præce. meus D. Ioa. Petrucij de Peruſio, quod aliqua, quæ adulta in ętate ab imperito, & inepto præceptore erronea ſibi tradita didicerat, vix ſexagenarius factus dediſcere potuerit. Vnde ſuadebat in electione præceptoris, eſſe propriæ vtilitati, non alieno honori conſulendum. Hinc Hieron. in epiſt. ad athletam de inſt. paulo modo, & quod ſi diſcamus in teneris annis quæ dediſcenda forent, quia difficulter exradicatur, quod rudes animi didicerunt, & ſubdit. Græca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimum regem, orbiſque dominatorē & in morib. & inceſſu, Leonidæ pedagogi ſui non potuiſſe carere vitijs, quibus adhuc Paulus fuerat infectus. Hinc ſumat exemplum quiſq;, vt illum æmuletur, & cum illo conuerſetur, cuius mores ſunt probati, alias informabitur cohærentia. Tu intelligis quid dicere velim, quorſum ten-

Moreſ magiſtri.

dent hæc dicta mea. Qui habet aures, audiendi audiat. Adde quod Macedonum ſapientiſſimus rex Phil. Alex. filium Ariſt. in diſciplinam tradidit. extat atq; illius ep. ad A. Gel. lib. 9. noc. act. his verbis ponit. Dijs pol habeo gratiam, nõ tam pro eo, quod natus eſt mihi filius, quam pro eo, quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ, Spero .n. fore, vt eruditus doctuſque abs te, dignus exiſtat, & nobis, & rerũ iſtarum ſucceſſione. Hæc refert Leonard. Aret. in quadam epiſt. Item Plu. deli. edic. ſic ait. Maximum omnium longeque primarium dicturus accedo. Inquirendi ſunt præceptoris filij, quorum vita nullis obnoxia ſit criminib. qui irreprehenſi ſint quo ad mores & optimum experimentum doctrinæ habeant. Honeſtatis enim forum ſimul ac radicem eſſe legitimam conſequi diſciplinam; pauloque infra ſubdit. Illud certè ſtultitiæ extremæ. Sunt quidam, qui liceat præceptoris ſcientiam cognouerint, idque præſenſerint, nihilo magis tamen ipſi ſuos commendant pueros, nonnullis, placitis ipſorum victi blanditijs. Sunt etiam qui rogantiũ amicorum gratiæ id tribuant, qui in re ſimili idem facere videntur; ac ſi quis ægroto laborans corpore doctum, & ſalutiferum omittens medicum, vt amici gratiam ineat imperitum hominem diligat, à quo fortaſſis in perniciem detur, de hoc ſatis apud Plut.

Documentum Tertium principale.

Honor præceptorib. conferẽdus.

CONuenit adoleſcenti ſtudioſo, poſt quam idoneũ præceptorem elegerit, illum honorare, obſeruare, colere, amare vt genitorem, & conari habere beneuolum. Ipſum interroget, vt ab eo inſtruatur, non autem, vt calumnietur, & qui aliquam cauillationem, aut fallaciam intercipiant; hæc Mar. de fa. in d. epiſ. & car. Med. in d. proœ. clemen. Non ſupererat ille diſcipulus, cui aliquando contigerit aliquid ſcire doct. Ignotum. Nam in hoc latiſſimo prato iuris ciuilis bos herbam, canis leporem, ciconiaque lacertam inuenire poteſt, vt in ſimili dicit Sen. in epiſt. 108. Præterea omnia intelligere, & omnium habere memoriam diuinitatis eſt potius, quam humanitatis, vt l. 2. §. ſi quod at. C. de ve. iu. enu. Capiat vnuſquiſque exemplum ab Aug. dicente. Ego Epiſcopus tot annorum ab anniculo

paratus ſum docet 24.q.3.ſi habens, Conetur præceptoris opiniones defendere quantum poteſt, exemplo Caſſij Iuriſconſul. videtur habere in l. qualem. verſic. Caſſius.ff.de arb.cum ſi.Quando ſi non poteſt ex errore manifeſto, veritatem præponet,& honorabit eam.Nam ambobus exiſtentibus amicis, ſanctius eſt honorare veritatem, inquit Philoſophus 1. Et hic.

Documentum Quartum principale.

CONuenit vt omnem curam,ſtudium,& diligentiam adhibeat, Deum, & facultatem, cui indulget, corde gerens:vt inquit idem Mar.de fa.in d.c. epiſt. Circa quæ quicunque voluerit ad ſaturitatem videre,legat Plin. libro 1. epiſ.3.5.6.9.14.16.39.10.& 21.Item in lib.2. epiſt.1.& 3. ſed ſuper omnia legat,& memoriæ commendat epiſ 5.dili.3.ad Marium,quæ incipit.Pergratum, in qua deſcribit vitam & mores Pli. maioris auunculi ſui, quæ literis aureis eſſet ſcribenda, non omiſſo apice. Incitaret enim animum cuiuſcunque ad diligentiam,& moueret pectora etiam duriſſima & ſaxea,quinimò ex ipſius lectione plerique,qui ſe credunt diligentiſſimos,cognoſcerent manifeſtè ſe eſſe negligentes. Imitetur exemplum Pomponij iuriſc. dicentis hæc verba.Nam & ego diſcendi cupiditate(quam ſolam viuendi rationem optimam in 8. & 70. annum ætatis duxi) memor ſum eius ſententiæ. Nam & ſi alterum pedem in ſepulchro tenerem adhuc tamen diſcere quidem vellem, vt habetur in l.apud Iulianum.de ff.fideic.lib. Subdit Mar. de Fa.in d.epiſ. Nec tantum ſtudeatis vt inde triſtitiam pectoris habeatis quæ vos affligat anxietatibus recipite requiem, & animum ad gaudia reuocate. Hoc fuerit ſuperfluum monere temporibus noſtris. Nam libri ſcholarium regulariter ſunt pleni puluere, quotidie circumeunt plateas,luxurioſè induti, Peſtis efficaciſſimæ ſtudioſis luxuriæ veſtigium, propter quam tempus otioſè perditur, & rotæ conuerſæ ſunt in ſcabella.Scio, intelligis, quod velim monere per hæc verba.Hic Ioan.Andreas reprehendit ſcholares veſtibus doctoris vtentes,vt eſt gloſ.1.cap.ad apoſtolicę.de priu.lib.6.Hæc non ſunt intelligenda de nobili,& potentibus.Vnde Car.med.in d.procem.d.cle.dicit pauperta

Quid facere ſtudens debeat.

Semper ſtudendum.

tem eſſe vnam ex clauibus, per quas intramus ianuam ſapientiæ. Nam paupartas luxuriam compeſcit, & Senec. dicit, ſi vis addiſcere, ſis pauper, aut ſimilis pauperi. Socrat. Thebam recipies exemplum. 1. q. 2. gloria, verſ. ætatis. Hoc intellige cum temperamento, dummodo neceſſaria adſint, vt inquit Philoſ. decimo Ethicorum.

Documentum Quintum principale.

An expediat habere multos libros.

NOn curet ſcholaris in vſu multos libros habere. Nam lectio multorum anthorum omnis generis voluminum, habet aliquid vagum, & inſtabile. Certis ingenijs immorari oportet, ſi velis aliquid trahere, quod animo fideliter ſedeat. Nuſquam eſt, qui vbique eſt. In peregrinatione exiſtentibus hoc euenit, vt multa habeant hoſpitia, nullas amicitias. Idem accidit his, qui nullius ingenio ſe familiariter applicant, ſed omnia curſim, & properanter tranſmittunt. Nihil æquè ſanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio. Nec prodeſt cibus ſumptus qui ſtatim eijcitur. Non conualeſcit plrnta, quæ ſæpe tranſfertur. Itaque cum legere non poſſis quantum habueris, ſatis eſt habere quantum legas. Sed modo hunc librum euoluere, modo illum, raro eſt fructuoſum, Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt, & diuerſa, inquinant, non alunt. Non refert quam multos, ſed quam bonos libros habere. Lectio certa prodeſt, varia delectat, & cætera. Hæc Se. in epiſt. 2. maiori parte vnde Dominus Cardin. Florent. in dicta clementina prima, de magiſtris. dicit, quod expedit ſcholari paucis libris vacare, vt poſſit commendare memoriæ, quæ fuerint opportuna, vt puta ſcholari, qui in iure ſtudet, conuenit memoriæ commendare textus, & gloſſas, ſine quibus fruſtra laborat ad ſubtilitates, quas non poſſet iure probare. Doctor autem indiget multis libris, & ſi fieri poſſet, omnium, qui ſcripſerunt, vt ex multis, poſſit elicere veriora. Tu ſi volueris penitus videre, an expediat habere multos libros, vide eandem Senten. in libro de benefic. capit. ſecundo, & in libro de vita & moribus Philo. in 3. part. & Hier. in epiſt. 40. & Oldr. conſil. 85. Quod ſi omnino volueris illos habere, & cum profectus fueris illis vti, notum tibi facio

quod

quod primus, qui cœpit. gloſſare text. & leges, fuit Guarnerius, ſeu Irnerius dum ſtuduiſſet legibus, ex ſeipſo legit Bon. vnde tunc fuit maximi nominis, & merito appellatur lucerna iuris, tanquam primus illuminator noſtræ ſcientiæ. Ita dicit Odofred. in l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur. Poſt enim ſecuti ſunt Bulg. Mar. & Placen. Ioan. Azon. Accurſius quorum gloſſæ, qua authoritate factæ fuerint non me mini legiſſe, ſed circumſcripta licentia Principis, an impune licuerit gloſ. vide gloſſam, in l. 2. §. hoc autem. C. de vet. iur. enucl. Notabil. tamen circa prædict. aliqua demulcentia aures auditorum. Primo not. quod 1. ſumma, quæ fuit in iure noſtro fuit compoſita à Rug. dicit Odof. in rub. ff. ad l. Iuliam re. Huius diſcipul. fuit Roff. Beneuen. vt colligitur ex dictis Io. And. in additio. Specu. in titu. de fruc. & intereſ. & in tit. de confeſ. Sciendum eſt etiam, quod dominus Placent. præclarus, & famoſus iuriſpe. apud montem peſſul. ſuper C. & Inſt. ſum. laudabiles compoſuit, vt dicit Azo. in ſua ſum. ſuper Cod. & incipit dictã ſumm. Placent. cum eſſet Mantuę, & iſta ſumm. Placen. tunc melior aliqua alia, quæ publicata eſſet vſque ad illa tempora, vt dicit Odoff. in l. 1. ff. de pact. poſt hæc Io. Baſia. Cremonenſis fecit vnam ſummam breuiſſimam ſuper Pand. de quo Odoff. in l. 1. in prin. ff. de eden. dicit, quod erant ventoſa, & quod illam fecit, vt Placentinus reprehenderet, & quod aliquid boni non eſt in illa ſumma. Idem Ioan. fecit quandam lec. ſuper Cod. Iſte Ioan. fuit præceptor Azo. vt in ſumm. Azo. ſuper Cod. in tit. pro ſo. de quo in gl. fit ſæpe mentio floruit anno Domini 1200. Iſte fuit iuris lucerna, & ſpeculum mũdi, vt inquit Ange. de Peruſ. in repe. l. falſis, Codice de fur. Eodem tempore fuit Buleatus, vt habetur in l. bene a Zenone, C. de præſcr. Superuenit Azo. qui primo fecit minorem apparatum ſuper C. & ff. deinde fecit ſum. quam habemus, dicitur Azonis, & eſt, licet quidam dixerint olim illã ſum. quæ attribuitur Azon. fuiſſe Io. Baſiani Cremon. ſed male dixerunt. Nam Io. tantum fecit ſum. ſuper Pand. vt dicit, hoc dicit Odoffred. in l. legem, C. de pact. & illius ſumm. Azonis Odoffred. fecit additio. quas in aliquibus ſumm. incorporatas vidi, poſt hanc ſum. idem Azo. fecit magnos apparatus ſuper ff. vet. optimus fuit, vt dicit Odoffred. in l. Iulianus, ff. de condit. indebita Hunc Azon. Bal. in l. contractus,

tractus, C. de fid.inſtr.& l.cum aliter de fideiuſſ.dixit fuiſſe fontem longum,& vas electionis. Lotarius fuit contemporaneus Azo.vt per Bar.in l.ſancimus,C.de iu.Roſr. Beneuen.qui fecit vtiliſſimum opus libellorum in iure ciuili, & cano fuit diſcip. Roggerj.in initio,vt prædixi,poſtea diſcipu.Domini Azo. vt ipſemet ſæpius atteſtatur in d.opuſ.libel.ſi occurrit deinde tenebris iuris ciu. Accu. Florentinus, qui gloſſauit,ff.C.Inſt.lib.Auth.& tres li.C.tempore Gregorij IX.Pontif.185. & Federici II. 24.in ordine Imp. tpe, qui gloſſauit lib.auth.currebant anni Dñi 1226.vt ipſe notauit in authen.vt præpo. nomen Impe. §.ſi quæ verò, ſuper ver.indictionis, & conſequenter a gl. Accur. vſque ad præſentem annum cucurrerũt ann.226 vel circa.Iſte Accu. fuit diſcipul.Azon.vt ipſemet notauit in l.fi.ſuper ver.poſſum.ff.de cond.ob cau. Iacob. Balduini fuit præceptor Odoffred.floruit an.Dñi 1170. de iſto ſępè Odoffred. in lect. ſuis facit mentionem.Inno.4 fuit Ianuenſis de domo de fiſco, & de comitibus Lauoniæ, fecit apparatum ſolennem ſuper decre.fuit magnus legiſta.Floruit anno Dñi 1244.vt per Io.Andr.in additio.Spe.in tit.de ſede vacant.Dominus Ber.Compoſtellanus ſcripſit ſuper 1.decretal, vſque ad titulum de tranſlatione prælati fuit cappellanus Inno.pręd.& edidit illud de mandato Innoc. Odoffred. fecit lecturas ſuper Cod.& ff. floruit anno Domini 1260. colligitur ex dictis eius in lege imperium,ff.de iur.om.Viuebat etiam tempore Ioan.Andr.vt colligitur in additio.Spe.in tit.de loca. Hoſtien.id eſt Dñs Henric. Cardin. Hoſtienſis, qui fuit de Seguſta,ſecundum Ioan.Andr.in additioni. Spec.tit de reſcript.præſentatione, fuit præceptor Specul. vt dicit Ioan. Andr.in addit.Specu.in tit.de offic iud. fecit ſummam mirabilem,& edidit lectur.ſuper decret.Specul. Guid.durandi fuit prouincialis,vt colligitur in pen.tit.de feud.Tempore quo cõdidit librum ſpeculi,currebat annus Dñi 1271.patet in Spec.de inſtr.edit.§.1.verſic Item hodie Iacobus, de Beluiſ.legit ſæpius librum authen. & fecit optimam lecturam,ſuper Auth.& multas diſputationes, & Bar. Brix.qui fecit additio. da gloſſas,Decreti, fecit etiam quæſtiones dominicales,& veneriales,Floruit tempore Gregorij IX. Garſias Hiſpanus floruit anno Dñi 1283.Guido de Baiſio, archiepiſcopus Bononienſ. Floruit eodem tempore commẽ-

Accur. fuit tẽpore Federici 4 Imper.

ſauit ſolemniter Decretum, & ſextum decretalium. Dyn. Mulgelanus claruit anno Dñi 1297. tempore Bonifac. viij. 201. Pontifex, & Adolfi. Imperator ſcripſit ſubtiliſſimè ſuper ff. & ſuper tit. Inſtitutio. de actio. fecit etiam mirabile commentum ſuper tit. de re iud. in 6. huic diſputando determinanti aliquam quæſtionem adeſſe videbatur tota ſynodus legalis philoſophiæ, vt dicit Cyn. in l. vnica. C. de qua pro eo, quod intereſt. Reperiuntur etiam conſilia eius elegantiſſima. Iacobus de Rauen. prouinciæ Lotoringiæ, legũ profeſſor in theologia magiſtra, ac Verdunenſis ciuitatis in dicta prouincia epiſcopus, ſcripſit ſuper ff. & C. & multa ſimpliciter tradita a maioribus reduxit ad dialecti arguendi modum, vt per Cyn. in l. quicunque. C. de ſer. fug. quæſt. 6. Petr. de Bellaper. Burgund. doctor illuſtris ſcripſit ſuper ff. & C. & de ſuper Inſtit. edidit etiam in infinitas diſputationes, vt audiui nu. centum. Floruit anno Dñi 1300. colligitur ex dictis Cy. & Bart. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod int. & fuit contemporaneus Dyn. Iacob. de Aret. Parmenſis, cuius opiniones, vt plurimũ ſunt de mente Iuris, vt dicit Bar. in ſua diſput. quæ incip. ſtatuto Lucanæ ciuitatis ſcripſit breuiter, ſed vtiliter ſuper C. & ff. & fecit multas diſput. Mar. de Silimaſio fuit contemporaneus Dyn. iſte fuit præceptor Io. in l. vt refert Io. And. in addit. Spec. in tit. de arbi. Bar. de Neap. fuit contemporaneus Dyni ſecundum Io. And. in addit. Specu. tit. de iur. calum. & in tit. de donat. Franciſc. Accurſ. fuit etiam contemporaneus Dyni. ſecundum Doct. in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter, & Cyn. in l. fi. C. de ſuſpec. & Bar. in l. 1. §. ſuſpecti, ff. ad Tur. Alber. Odof. fuit contemporaneus Dyni, vidi conſ. ſubſcriptum ab vtroque, de quo patebat pub. inſtr. in archiuo Sen. Ric. de Petro de Senis car. Vnus ex compilatoribus 6. decr. fuit de ſequacibus Franc. Accur. vt refert Cyn. in l. tutori, C. de neg. geſtis. obijt Ianu. anno Domini 1314. vt vidi parere publico inſtrumento Guil. de Tyri. vltramontanus, qui legit longo tempore in ſtudio. Aurelian. fecit breuem apparatum ſuper C. & ff. fuit doctor illuſtris. Ric. Ma. Cremon. qui legebat Paduæ tempore Roberti ſecundum Cy. in l. ſi viua matre. C. de bon. mat. fuit doctor Italiæ ſuo tempore, vt dicit Bal. in lege quicunque Cod. de epiſc. & cler. Iſte Ricar. fuit condemnatus de hæreſis, vt in dicta l. quicumque per Iacob.

Iac. de Rauen. profeſſor in theolo.

Ri. Ma. legebat Paduæ.

Bud.

Bud.& Bal.multa ſcripſit,quorum copia rara. Floruit anno Domini 1300.dominus Lambertinus de Ramponibus,doctor profundiſſimæ,& fundatiſſimæ ſcientiæ ſcripſit ſuper ff.& C.ſuorum ſcriptorum rata eſt copia, hunc doctorem extollit vſq;ſydera Io. An.in c.ſi pater.de teſt.in ſexto, in nouel.& in addit.Specu.in tit.de teſt. dom. Bar.de But.extollitur a Ioan. Andr.in addit. Spec in tit.de accuſ.in 4.par. Io.An. fons,& tuba Iuris canonici fecit nouellas ſuper decretal,gloſſauit,& ſextum,& cle.fecit nouellam ſuper Sexto & mercuriales opus digniſſimum, & vltim. loco fecit mirabile opus additio.Specul.anno Domini 1347. vt colligitur ex his, quę ipſe ponit in addit. prædict.in tit. ne ſede vac. & in titu.de fil. presbyt. Mortuus eſt anno Domini. 1348.tempore magnæ peſti s, vt ſcribit. Io.Cal.eius filius adoe.in c.veſtra,de cohab.cter.& mun.De qualitate patris. Ioan.Andr. & alijs ad notitiam ſui pertinentib. vide in d. addit.& in tit.de fil.presb.& in titu.de ætate,& qualit.& in tit.pe ſucceſ.ab inteſt. Hunc virum tibi.propone pro ludi magiſtro,tenuiſq;fortunæ homine natum,qui iſta moleſtiſſima vtriuſq;iuris ſtudia, & pertulit. & didicit pelle vrſina tectus citra lecti delicias, neq; poſtea maritus factus ſolitam diligentiam intermiſit, huic ad vrbem venient (vt refert Nic.Eüerar.ineis ſuis legalib. loco ab authoritate) dixit Pontifex. Bene venerit qui lux mundi cognominatus eſt.Plura alia his ſimilia de iuris doct. referuntur in d.loco ab autoritate Cyn. de Sanctibal. de Piſtorio. Floruit anno Domini 1414.quo anno in die S. Bernabæ Apoſt.finiuit lecturam ſuper Cod.quam inchoauerat anno pręcedenti,iſta lectura perfecit ingenium Bart.vt inquit Bald.in c.ſi vaſallus,in tit.ſi de feud.fuerit controuerſ.inter dominum,& vaſallum. Scripſit plane ſuper primam partem. ff. veteris, vſque ad titulum ſi ex noxa. cauſ.addatur incluſiue, ſuper titulum,de rebus credit.in ſecunda parte,ſuper reliqua partiam additionem ſcripſit, fuit iſte Cynus amicus Ioan. Andr.vt atteſtatur Ioan. Andr.in additio. titulo de locat. Fuit diſcipulus Dyni, quem præceptorem ſuum reuerendiſſimum fuiſſe profitetur in mille locis.Old.de laude fuit contemporaneus Ioan. Andr.& Cin. & fuit diſcipulus Dyni, fuit aduocatus conſiſtorialis. Edidit ſuper ius ciuile plures lectiones,quarum rara copia reperitur,ſolemne opus con-

ſiliorum fecit. Floruit an. Domini 1311. Vixit imperante Lud. iiij. Vidi eius compendioſam, & vtilem lectio. ſuper feuda, circunfertur hodie eius tractatus de legitimatione cum alijs, qui ſunt multum vtiles. Nic. de Matarel. doct. Mutinenſis fuit contemporaneus Ioan. Andr. vt colligitur in additio. ad Spec. in tit. de confeſſio. §. ſequitur. Edidit pulcras lectiones ſuper ff. & C. illarum copia rara Ioan. Calder: Bononienſ. adoptiuus Ioan. Andr. doct. magnæ ſcientiæ, & vitæ ſanctæ. Floruit tempore Ioan. Andr. & poſt, cōmentauit decretales, & fecit pulchrum opus conſiliorum Gaſpar de Cald. Floruit paulo, poſt, Io. Fab. doct. vltramōtanus, qui fuit Aquitanicus ſcripſit ſuper C. & Inſtitut. Fere per eadem tempora Iacob. de Bud. ſcripſit ſuper ff. vet. & ſuper C. fecit duas lectio. veterem & nouam. Item commētauit in tit. Inſtitut. de act. Edidit etiam infinitas diſputationes. [Fuit vnus ex præceptorib. Bart. Floruit anno Domini 1320. Raine. de Forliuio alius præceptor Bar. qui commētauit etiam ius noſtrum, obijt anno Domini 1358. vt refert Nellus de Sancto Geminia. in par. vlt. bannitorum, quæſt. 12. Feder. Petrucius de Senis fuit contemporaneus Ioan. Andr. Cyn. Old. Nicol. de Mater. & aliorum de quibus paulo ſupra Floruit anno Domini 2315. Edidit notabile opus conſiliorum Recuperius de Sancto Miniate, & Ioan. Pagliarenſis de Senis fuere contemporanei. Fede, & viri ſingulares. Lapus de Caſtellione contemporaneus prædictorum, fecit inter cætera opus notabile allegat. ſuarum. Bart. de Saxof. Picenus ſpeculum, pater & lucerna iuris ciuilis natus anno Domini 1305 incepit ſtudere in iure ciuili anno Domini 1323 idem publice de iure rn̄dit anno Dn̄i 1330. obijt anno Dn̄i 1340. ætatis ſuæ anno 46. fuit diſcipulus Cyn. Iacob. Bud. & Raynerij, vt colligitur ex dictis eius in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſuc. & in l. quidam cum ff. de verbor. oblig. ibi conijcere potes quib. parentib. natus ſit Bar. & in l. 1. C de ſum. Trinit. & ex repe. dominus Nic. Alex eius generi in l. & ſi filium, ff. de mune. & hono. Edidit mirabilia commenta in iure noſtro, quæ propter eorum celebritatem nota ſunt, Franc. Tiguri de Piſis floruit tempore Bart. fuit doctiſſimus, & ſanctæ vitæ. Franc. de Alberg. de Aretio ſolidus doc. vt plurimum imitator Bart. floruit per eadem tempora Albe. de Roſ. Bergomenſis eximius

Oldra. fuit tēpore Ludoui. 4.

Bart. pater, & lucerna iu. ciui.

mius comentator, floruit anno Dñi 1350. fuit contemporaneus Bart. Bal. non vidit ipſius commentarios, qui continēt ſuper ff. & C. multa volumina, quorum copia frequens eſt in Lombardia Alb. tñ vidit Bart. nam allegauit. eum in ſuo tract. ſtatutorum, par. 1. q. 219. & pluribus ſequētib. Signorellus de Homodei de Mediolano, fuit contemporaneus Albe. vt colligitur ex dictis Albe. Martaganus de Aroguidis de Bononia, floruit tempore iuuentutis Bar. obijt ætatis ſuæ in anno 25. fecit multas diſpōnes quas vide, & illarum copia rata. Illius mentionem facit Bald. in l. aſſiduis, C. qui po. pig. ha. Pe. & Aug. magiſtri Franc. de Vbal. de Per. germani fratres, vtriuſq; iuris excellentiſſ. doc. diſcipuli Bart. Franc. Tigri; & do. Io. Papiliaren. in iure ciuili floruerunt longo tempore. Obijt Bal. anno Dñi 1420. 3. April. Papiæ iacet ſepultus in Eccleſia fratrum minorū. Hinc aiunt ſcioli quidam; & iuris eius ſcientiæ ſtudioſos odio vatiniano proſequentes, inſcalatum fuiſſe, quod neſcio quod in archetypo piſano immutaſſet. Alciat. in paradox; negat eos lib. archetypos inſipienterq. agere, qui ob eorum inſpectionem ſeria omittunt. Inter alia eademque innumera ingenij ſui monumenta ſcripſit Bal. diuinum conſ. de ſchiſmate in fauorem pontificis Vrbani ſexti, & præiudicium Clem. xij. pſeudo pontificis a Gallis creati ea ſpe, vt Rom. curia in Gallia perſiſteret, & Vrbani cauſam defendit etiam Ioan. Ligna Regis Franciæ monumenta literarum vrbanum damnant. Angel. deceſſit Florentiæ eodem anno. Ambo illi, videlicet Bal. & Angel. illuſtrauerunt ius ciuile; Per illuminat ius canonicum Baldi; & eius doctoratus mentionem facit Bar. in l. quidam ſuo. ff. de com. iuſt. in fin. Ric. de Salice. floruit tempore Bal. Bart. de Salic. floruit eo tempore & ambo commentauerunt ius ciuile. Pet. de Anchar. Bono. fuit diſcipulus Bald. floruit tempore Salicet. ſcripſit plene ſuper Decret. Sexto, & clemen. Edidit pulcherrima commenta ſuper regul. iur. in Sexto, & clemen. & pulchrum opus conſiliorum, ſcripſit etiam ſuper ff. vet. & ff. nouim. hunc Puntanus in ſuis conſilijs ex tollit, vſque ad ſidera. Anton. de Butr. de Bononia vir excellens, & ſanctæ vitæ commentauit Decret. & clement. & fuit contemporaneus Petr. de Anchar. d. cap. omni veneratione dignus. Ediderunt etiam opus conſiliorum & duo

Bald. iacet Papiæ ſepultus.

pulchra

pulchra repertoria, vnum in iure canonico, & aliud in iure ciuili, Franc. de Zab. de Padua Card. Florent. floruit anno Domini 1400. commentauit Decret. & clement. ſolemniter. Chriſt. de Caſtel. de Mediola. floruit eodem tempore, multa tentauit contra communem doctrinam, quæ licet ingenia excitauerint, confuſionem tamen fecerunt ſcholaribus hebetis ingenij. Rapha. Fulgoſ. de Placentia. Rapha. Cuman. (vel melius diceretur Commenſis) contemporanei, & ſubtiles doctores in iure ciuilis claruerunt Paduæ 1420. imitati ſunt mores domini Chriſt. eorum preceptoris. Pet. Maurocen. Cardin. Venetijs floruit anno Domini 1424. ſcripſit ſuper Sexto decr. ſolemniter. Io. de Imo. claruit eo. tempore commentauit primum, ſecundum, & tertium Decret. Item Sextum, & Cle. præterea infor. & obijt anno Domini 1436. 18. Feb. Paul. de Caſt. clarus & vtilis doct. ſcripſit ſuper ff. & C. Edidit etiam pulchrũ opus conſiliorum, obijt paulò poſt. Io. de Imo. cuius fuerat contemporaneus legit Florentiæ, Senis, & Paduæ Dominic. de S. Gem. floruit per eadem tempora commentauit egregie Sextum Decr. Lud. Ponta. origine, ſed incolatu Roma doctor memoriæ ſingularis, & quaſi ſtupendus, ſcripſit ſuper aliq. par. Digeſtorum, & C. copioſiſſime. Edidit conſil. ſolemnia, & repet. aliquas fecit, inter quas obtinet principatum repetitio auth. ſimiliter. C. ad l. Falc. & ibi omnia ſpecialia piæ cauſæ collegit, floruit ann. Domini 1430. fuit diſcipulus dom. Ioan. Petru. de quo infra. Tanta fuit huius Põtani authoritas ob eximiam doctrinam in concil. Baſil. vt Eug. non damnauerit, damnatum rurſus patribus reconciliauerit Nic. quondam Moniaconſis Abbas, poſtea archiepiſcopus Pau. origine de Cathania inſula Siciliæ iuxta mõtem Aethnam floruit eodem tempore cum Lod. Pontano ambo clariſſimi facti ſunt in almo ſtudio Sen. & in concil. Baſil. commentauit iſte domin. Abba. mod. Decr. ſolemnibus claris, & ordinatis commentis, incepit commentare Decret. Edidit multas diſput. repetitiones, & conſilia. Eius fama (vt opinor) quotidie creſcit Pet. de Matheſil. Bono. Floruit eo tempore, Ioa. Alua. de Padua floruit per eadem tempora, commentauit egregium librum Feud. Io. de Ana. tandem Arch. Bon. Floruit Bonon. longo tempore commẽtauit Decret. obijt anno Domini 1455. vel circa. Tho. doct.

Petrus Maur. Card. Venet.

Ioan. de Imo. legit florentiæ, Senis, & Paduæ.

Senen.

Senen.docto.vetus,& clarus iuris interpres,obijt anno Do mini 1355.Ioan.Pettucij de Peru.& Augu.de perig.de Peru.præceptores mei, primus de mane, alius de ſero , florebant anno Domini 1491. quo anno incepi ſtudere in iure ciu.obijt d.An.ann,1460. A.d.vero Ioan. obijt ann. 1412. quorum animæ requieſcant in pace,fuerunt illuſtres Doc. vt notum eſt.Multi alij fuerunt veri ſolemnes in iure ciuili vt And.de Iſer.commentator feudorum , & conſtitutionũ Regni Alb.Galeotij Parmen. qui fecit opuſculum quod dicitur margarita. And.de Piſis qui ſcripſit ſuper ff.Arg. Do. Reine.de Forli.Bened.de Plomb.qui commentauit aliquos tit.in 1.par.ff.noui incip. a tit.de manu. ff. fecit etiam ſolemnes rep.& diſ.Bartolucius de præsbyt.de Bonon.Bart.de Cap.Comites de Petr.Fran.de Ram.de Bon. Fer.de Sca.de Bon.Flor.de S.Pet.de Bon.Gan.1. Alber. de Gand.de Cremen.Guid.de Suz. Vgo.de Fontana Parmenſis. Homobonus Cremo.Onof.Bar.de Peru. Iac.de Archizo. de vero cõmentator feu. Iac.de hyſolanis olim Cardin. Lanf.de Luc. Mart.de Carami de Regno,gl.conſtitutionum regni Marſi. de Mantigelis de Bon. illuſtris doct. cuius multæ diſputationes inueniuntur. Mart.de Matthe. de Bon.cuius reperiũtur notabilia dicta quædam,& clara opuſcula . Nic Crem. Nicol.Furioſi qui gloſſauit librum feudorum Nic.de Neap. maximus textualis . Nellus de Sancto Gem.qui edidit illuſtre opus bannitorum.Hoſpertus de Cremon. qui fuit primus doct.qui incepit legere Peruſij.Petr.de Cert. qui ſcripſit ſuper tib.feud. Petr.de Boacte.de Bon. Pet. Boccamus. Franc.de Corne. cuius reperitur opuſculum , quod dicitur compendioſa.Vbert.de Bonacurſe.Vbert.Bobio,& alij plures.Item in iure cano.prænotatus Abbas antiquus,Bera.gl. Parmenſis,Bonogni.Aret.Bert.Hiſpanus qui ſcripſit ſuper clem,Baſianus Berengarius olim . Cardin.qui inter cætera fecit pulchrum repertorium ſuper Specul. Aegid. Bonon. Franceſc.Vercelleoſis,Goff.Beneuentanus, cuius reperitur vtilis ſum.Gratia.Areti.Guid.de Mnote Laud.Vltramont. Guid.Naſo.Gandu. Gul.de Bonis conſilijs de Bon. Heuric. Boic.Io.gloſſator decr. Io.de Deo Hiſpanus.Laur.antiquus doc.Laur.de pinu , qui ſcripſit ſuper clem. Laur.de Rodul. de Florentia, cuius reperitur egregium conuentum ſuper vſuris inter cætera Matth. Ro. qui ſcripſit ſuper clem. Nepos

Doct.in iur. ciu.

Baſianus Berengarius card.

pos de monte Albano. Pau. de Leaz. Pet. de Saxo. Pet. Manducator. Proſdocimus de Padua. Simon de Barſiano. Cardin. Mediolan. qui ſcripſit ſuper clem. Steph. prouincialis, qui ſimiliter ſcripſit ſuper clem. Steph. Troches, & Pet. de Stagno, qui ſimiliter ſcripſerunt ſuper clem. legentes apud montem Peſſulanum, Canc. gloſ. Luc. de Penn. Doct. Gallicus. Thom. de Piperata, Raymund. de Penna. Torti. Vincentius antiquus Doct. Auguſio Vercellenſis. Venzelinus Vltramon, Ioan. de Blamaſco Burgundus. Ioan. Fl. Ioan. de S. Geor. de Bono. Ioan. de Morio de Flo. Ioan. de Fantuſis de Bonon. Iaſ. de Mayno Doctor celeberrimus, & profecto admirabilis, eſt ſuus in primis docendi modus, eruditio noua omnino, atq; incredibilis politiorum, inaudita, & lacteo fonte exuberans facundia ſcripſit ſuper ff. & C. Edidit inſuper conceſſa ſolemnia. Item fecit additiones ad Chriſtophorum Portium in Inſtit. Phil. Dec. Doct. memoriæ ſingularis ſcripſit egregiæ in iure canon. Iodocus Laueri vtriuſq; cenſuræ, Doc. & valde ſubtilis almæ vniu. Thom. edidit multas repetitiones ſuper l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. & ſuper l. rem maioris prætij, de reſcin. vend. C, & alij infiniti quorum ſtudio virtutes, celebritatem, & opera tu ipſe proſequaris. Duorum ſolidiſſima ingenia, in quorum dictis rarius inuenitur error, tibi propono, vt illos eligas tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris, ſ. Ioan. Andr. in iure can. & Bar. in iure ciuili. Illi ſunt tibi colendi vltra ceteros. Ioan. And in iure canon. cæteris præferendum eſſe ordine, & emolumento exclamat Card. Flo. in proœm. clem. dicit, i. quod ſapientiam canonicam adeo locupletauit ſuis commentis, vt a cētum annis ſimul omnes commentatores reliqua non æqualiter commentauerint, & merito datur ei principatus, vt eius commenta textui ſint appoſita Sexti, & Clementinarum. Recolo etiam quod ipſe idem Ioannem Andream, in additiom, Specul. in titul. de fil. presbyt. dicit ſibi puero fuiſſe reuelatum a quodam religioſo viro ipſum illuminaturum ius canonicum Bartol etiam in iure ciuili fuiſſe principem quis negabis; Huius dictis ſemper ferè in eſſe cauſam veritatis re ipſa patet, vt Pontanus exclamat. conſilium 418. Propterea in Hiſpania, & Luſitania decr. regio, & communi illarum partium

Philip. De. ſcripſis in iure cano.

Io. An. in iure canon. Bart. in iu. ciui.

eſt ſanctum conſtitutione publica (vt alias audiui a quibuſdam auditoribus illarum partium) quod in caſibus, in quib.reperitur contradictio Doct.opin.Bar.præualeat tanquam principalior,& ſecundum illam iudicetur. Si Hiſpani tantum præferunt Bar.nos Itali quid faciemus? intrepidi ſua ſcripta curemus habere,ſcire,imitari, quia Bartoliſta optimus Iuriſta cenſendus eſt.

Documentum Sextum principale.

COgruit vtilitati ſcholaris vt Doctorem, & præceptorem ſine intermiſſione audiat. Vnde Laur. antiquus Doc.in d.clemen. 1.de magi.& Guliel. de monte Lau.& d. Card.Flor.& d. Go. Porretanus exclamant contra ſcholares capitoſos non intrantes ſcholas, qui quadam capitoſitate credunt plus addiſcere, quam ſi a doct. doceantur, quod dicunt in vanum, ſenſus auditus aptior ſit ad percipiendum, & memoriæ tradendum quod verbali voce traditur,quam in ſcriptis,vel ſit numquam viſus vel alius ſenſus 44. diſtinct. ſit recto. Zenzelinus etiam dicit ibidem, quod requiritur inſtructio a voce magiſtra. Primo eſt tempus tacendi, poſtea loquendi Eccleſiaſt. 3. & veritas prius addidiſcitur a magiſtris,poſtea docetur, 30. diſtinct. § eccl.verſic.hinc etiam Salo. vnde hic ad ruſticum monachum dicit: Non ingrediaris abſque Doctore viam, quam nunquam ingreſſus es.9. quæſt. 1. cap. ſi clericatus. Nec ſufficit ſcholarem moram trahere in ſtudio, niſi ſtudeat. 16.quæſt.prima generaliter, & in c. cam ex literi, de int. reſtit.nntatur. Hinc dicit Hoſtien.in cap. finali, de magi. & Ioan.de Lig. in proœm. cle. quod ſcholares habitu, & non actu non ſunt appellandi ſcholares, quinimo fortius, dicit Domin. de Sancto Gemin. in pro. Sexti, & d.Abb.in cap. primo in fine, de iudic. quod tales ſcholares ſolo habitu poſſunt puniri, tanquam mendaces, bene facit gloſſ.37.quæſt. 5 cauere.& quod Doct. notant in l. qui ſub prætex.C.de Sacroſan. Eccleſ. vide circa hæc quæ dixi.& quæ no.l.1. §. ſcriniarios. C.de teſt.milit. dominus Pau.de Caſt.etiam exclamat contra ſcholares non intrantes

Moram trahere ī ſtudio Scholares habitu.

tes continue. In l. frater ff. de condit. Viua enim vox multum imprimit, quia habet neſcio quid latentis energiæ, vt inquit Hier. in proœm. Bibl. Plin. etiam in quadam epiſc. primum nepotem exortatur, vt audiat vocem magiſtri. Ab iſtis excipiendi ſunt ſcholares, qui in iure magnum habent profectum, & digni ſunt vt cingantur, quia aliquando ruminant in ſtudio camerario, quæ didicerunt, aut per ſe ſtudent, quæ non leguntur in ſcholis.

Quiſquis ſibi proficiat prout ſibi nouerit eſſe conſultius. Caueat tamen ne decipiatur a pigritia, vel alia cauſa.

Documentum Septimum principale.

SCholaris diligens, & intra inſtitutus ſeruet hunc modum, vt cum audit Doctorem, non numeret regulas, non faciat in caſtra in mari, vt dicit gloſſ. in l. 1. C. de ſtu. lib vrbis Romæ; deinde, ſecundum Mart. de Fan. in d. epiſtola, hoc ſeruet, vt caſum ad totam & ad quamlibet partem literæ concordet, & non credat ſe intelligere ſi aliquam particulam non intelligat ad plenum, & videat ſi lex pertinet ad rubricam, deinde ipſius caſus, & quare ſic ſtatuta fuerit, conſideret rationem, & ſoluere contrarias cauſas ſolutionis diligenter attendens, ex quo fonte procedant. Curet ſibi ex ſe inuenire, ſimilia ex generalibus non inhæreat multitudini, vnam vel duas leges de generalibus, quæ melius id exprimant memoriæ commendando, & illas quaſi vnicas gemmas teneat, & amplectatur. Tempus non perdat in litera commendando memoriæ, ſed intellectui, & vbi & quare ſub tali ſint poſitæ contemplando ſtudeat. Demum in corde ſuo concipiat ſi aliquem caſum audiuiſſet, vel ſenſiſſet cui decaſio illi, l. poſſit applicari, & illum caſum auditum quaſi præfigurationem illius legis habent. Ceterum dum vigilat in lecto, ruminet in corde dicens tot leges, & ſic incipientes habuimus, ex quibus in effectu illud reportauimus, aduertat etiam dum legit legem, an ſuper illa poſſit formare aliquam quæſtionem, perquam poſſit legem ad inconueniens reuocare.

Cuncta conſideret.

Similia quærere.

Nonne oīa memoriæ imponēda.

tandem quærat veritatem, & æquitatis, & iuſtitiæ ſit ſemper amator, hæc Mar. in epiſt. præalleg. Sed in præmiſſis aliquando clarius loquar cum inoleuerit iſte mos dandi in ſcriptis, & multiplicati ſint infiniti commentatores variè loquentes, quid fiendum? Dicet intra ſe diligens auditor, ſi recollectis inſtitero, ego confundor, ſi non inſtandum in illis, vt quid perdimus illud tempus? malo domi ſtudere cum vno commentatore præcipuo, puta Bartol. vel cum intra vero, nolo ſcribere reſpondeo. Super omnia conſultius eſt intrare propter impreſſionem vocis magiſtri, vt ſic dixi in ſexto conſilio. Item a ſtas in ſcholis conſultius eſt ſcribere relictos, §§. nullus enim liber eſt tam malus, quin aliquid boni, habeat, vt dicit Plin. lib. 3. Epiſtolarum. Epiſtol. 5. ipſa etiam ſcriptura facit te olfacere omne minimum verbum. Præterea multo magis (vt vulgo dicitur) viua vox afficit, non licet acriora ſint quæ legis altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio vultus habitus geſtus etiam dicentis afficit, vt dicit Plin, libro ſecundo, in epiſtol. 3. Cum autem domum redieris, & volueris ſtudere lectionem binis textus, & lectites vt imprimas: magis enim firmum, & ſtabile eſt, quod repetita probauit lectio, vt dicit textus in conſt, cordi. C. de emen. iuſt. condit. Caſum figurabis literæ, & intellectui Doctorum congruentem, deinde iterum reſumatur tex. & notando ſingula verba & partes, poſtquam adaptaueris ad rubr. & quæſieris rationem, dubitandi & decidendi colliges textualia. & notabilia, quæ Doctores inde eliciunt, & coneris etiam tu ſcire euellere aliquod ex litera. Et hoc potiſſimum, & primarum in nouitio. Et cum hoc feceris, ſurgas cum intellectu, & calcules tecum, dicens, ex iſta l. in effectu habeo hoc non dignum, & illum commenda memoriæ, non de verbo ad verbum, ſed ſufficit in effectu, & hoc ſufficiet nouitio, nec vltra, ne ſi pergat ſentiat ſtomachum oneratum, quia fragilis hominum memoria ſæpè aliud nouum quærit, aliud iam quæſitum amittit, vt dicere ſolebat Seneca. Quod ſi intellectus tuus, & memoria ſit capax vlterioris inquiſitionis capias gloſſ. illas, & explica opponendo vel quærendo ſecundum modum quam dat Bart. in l. petens. C. de pac. & ibi dixi, & tandem calcula gloſ. ſi aliquid habeat not. dignum,

Quæſtiones formandæ.

gnum, & illud aſſigna memoriæ, & ſemper habeas ante oculos monitiones Senecæ, quas vidiſti ſup. in 5. conſilios tibi dato, Circa recollectarum tuarum vſum, do tibi hoc conſilium, vt recollectis qui non verſantur circa legem tuam & intellectu, & notabilia, & neceſſariam declarationem legis & gloſſæ, licet extrauagantur cum floribus varijs ſingularium dictorum aliquando recollectorum, & principaliter extra rem, non cohæreas dum es ſcholaris, quouis modo iſta ſint varia, quæ licet delectent, inquinant. Et Doct. qui iſta tradunt conſultius facerent ſi omitterent, vnde belliſſime exclamat Sal. in repe. l. quod te. ff. ſi certum petatur, & lege quod nerua. ff depo. contra illos qui negligunt regulas ſcire, & implet caput ſuum caſibus ſingularib. & peregrinis, quæ doctrina eſt fallax, & periculoſa. Regulas ſcire expedit.

Quando vero Doct. tuus ordinaret tibi recollectas clara pro intellectu legis in primis illud videat omnino nouitius, & ſuper textuali intellectu vigilia præmat, omnia pertenter, reliquum quod Doctor ſubdit additiue, vel cumulando quæſtiones, & dicta reſeruet in aliud tempus poſtquam erit ſolidatus in regulis, & terminis iuris, & hoc modo recollectæ, proſunt, & non obſunt, ſi clare traduntur, & non impertinenter, quando vero impertinenter abſint omnino a te tanquam venenum.

Quod ſi diceres, nonne melius eſſet ſtudere cum Bart. tantum? Confiteor quod Bar. omni tempore omni perſonæ vtilis, & neceſſarius eſt, ſed aliquando breuis, aliquando obſcurus, aliquando non legit legem, aliquando non habetur. Itaque impleas ſtomachum tuum bonis cibis, & nutritiuis, i. bonis legib. & regulis, & bonis doctrin. communibus ſecundum capacitatem ingenij tui.

Laudo quod tu qui es iam ſolidatus in regul. iuris, & reali cognitione terminorum, & audiſti partes quæ ordinarie leguntur, videas totum corpus ius cum Bart. & toties facies, vt Bart. doctr. pro viribus aſſequi coneris, & tenere illum in ſtudijs ęmulaberis, licet illius ingenij adipiſci arduitatem etiam ſperare nimium eſt, quod dari niſi à Deo non poteſt, ſicut in ſimili de Cic. dicit Plin. lib 4. Epiſtolarum, epiſt. 8. eius tamen Bart. veſtigia ſemp. r

adorabis, vt de Virg. dicit Statius in fi. lib. Thebaid. ibi. Nec tu diuiuam æneidam tenta; ſed longe ſequere, & veſtigia ſemper adora Dixi, quod æmuleris. Bar. nam ſtultiſſimum

Excerre.

eſt ad imitandum non optima quæq; præponere, vt inquit Plin. tit. 1. epiſtolarum epiſc. 5. & lib. 7. epiſc. 9. Cum Bart. bene videris, legas alios dignos authen. ex his quos ſupra memoraui, & ſemper notes, & excerpas quæ digna inueneris, vt facere conſueuerunt omnes illuſtres viri, & tuæ memoriæ debilitatem artificio ſtyli, & pupillarum iuuabis. Ad id te inuitat epiſc. Plin. 5. in lib. 3. quæ incipit per gratum Ioan. dico, quod videas alios quia quando plures reſpicies tanto magis proficies, quia non eſt vnus quamuis præſtet imitandus præcipuus, & ſolus, quia nunquam par fit imitator authori hæc rei natura eſt, ſemper enim veritate ſimilitudo minor eſt, vt dicit Senec. in prologo declamationum ſuarum. Præterea ſicut terræ varijs mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra, nunc hac, nunc illac meditatione recoluntur, vt inquit Plin. lib. 12. Epiſt. Epi. 9. quæ incipit, quæris Laudatem quod nouitius memoriæ commendaret titulum de verborum ſignificatione, & titulum de regulis iuris, ff. & regulas iuris, de quib. in ſexto ſingulis diebus aliquas, nam, & animum recreant ipſarum varietate, & plurimum conferunt. Sunt enim principales claues, iuris quibus eſt in hæredum tanquam Bononienſ. carocio, vt dicit gloſ. in lege omnis diffinitio, ff. de regulis iuris, quinimò illas ignorare tota culpa eſt, Deinde prouectus eum ruſticatur, aut peregrinatur, poteſt ſecum conferre Dyn. de regulis iuris, quo non puto eſſe vtilius Opuſculum ſecum magis viarium conſultat ſibiipſi, illum videat authorem ad cuius cognitionem ingenium ardentius excitatur, & per cuius æmulationem credat melius legitimos aſſequi theſauros.

Vacationum tẽpora.

Tempore vacationum repetat, quæ audierit, legerit, & commendauit memoriæ ea, quæ fuerint notatu digna, Fœlix ille cuius memoria fuerit bonæ fidei, quæ in promptu redijt ſibi credita, vt inquit Sen. in prologo declamationum ſuarum. Quod ſi memoria tua fuerit infidelis cuſtos committas excepta filio, & pupillaribus, vt prædixi, & quicquid dixeris, audieris, & egeris, in die veſperi commemorabis, vt inquit Cicer. in libr. de ſeneẽt & ad hoc ſtudium in ſeceſſu habendum videat epiſtolam. Plin.

9. lib.

9.lib.7.quæ incipit quæris, quæ eſt elegans ad hoc.

Documentum octauum principale.

COnſulo nouitio donec nouus Iuſt.appellatur, in durante primo anno, vt nunquam curet ad oſtentationem arguere, curet ſcire potius, quam apparere, diſcat non videri doctus, ſed eſſe; quærat conſilium moralis viri Arb. cauſidici Brixienſis. Pars. n. ſcientiæ eſt ſcire, quod neſcias. De omnibus ſibi ignotis diligenter interroget, quorum poſſit eſſe capax. Nam ſi non purgauerit aliquid erroneum, quod ipſum faciebat mutare illud, inde continuò tranſiret in habitum, & faceret apoſtema, i. eſſet cauſa multorum errorum; Vnde Mart. Nouus Iuſtin.

Diſcendi modus eſt, dum te neſcire videbis.
  Diſce ſed aſſiduè, diſce ſed vt ſapias.
Sumpta parum prodeſt quæ mox emittitur eſca.
  Bos quibus eſt paſtus ruminat hæc eadem.

QVinimò fortaſſe melius faceret, ſi ſecundo anno, quo Edictalis vocatur, ab argumentatione oſtentandi cauſa abſtineat. Illæ ſolent eſſe fructuoſæ contentiones, quæ ſecreto fiunt inter collegiatos in collegijs ordinis literarij vt in domo ſapientiæ Senenſis, & ſimilibus, quo ſecreto genere diſputandi nihil ſincerius, aut ſimplicius, aut melius. Aul. Gelli. libr. 1. cap. 9. quod cum quis exploratus a Pythagora idoneus inuentus fuerat recipi in diſciplinam, ſtatim eum iubebat ad certum tempus tacere; ſi omnes, idem; ſed alium ad aliud tempus pro æſtimato captu ſolertiæ; ſed non minus quiſque tacuit quam biennium. Reperi etiam, quod Hippocra. cum diſcipulos ſuſcipiebat, antequam doceret, iuramentum ab eis extorquebat inter cætera, vt ſilentium, ſermonem, inceſſam manſuetudinem habituum, morumque ſeruarent. Tertiò anno, quo Papiniani ſtatut. vocabitur, audacter incipiat Edictalis.

Papinia niſta. Quādo diſpu-tandū. diſputationis genus ad vtilitatem, & frequenter, non ad pompam. Diſputationis; enim multiplex, & mira eſt vtilitas, vt luculentiſſimmè oſtendit eloquentiſſim. vir Leo. Aretin. in opuſculo quod edidit de vtilitate diſputationis. Quarto annum, quo græco vocabulo ab antiquitate vocabatur hircos in proœm. ff. §. ſed quia ſolitum, quod gloſ. ibi exponit; quaſi ſubtiliter videns; quod opinor dictum; quia hircus eſt oculorum angulus ſecundum Seruium Grammaticum. Hinc apud Virg. Tranſuerſa tuentibus, hircis, ideſt, oculus in hircos; hoc eſt, in angulos retortis; vnde ſcholaris, qui ſtuduit tribus annis, & inchoauit ſtudere quarto; fortaſſe ideo Hircos dicitur, cum ſit conueniens, vt oculos habeat fixos, & ſpeculationi diu intentos, & eundem in locum directos. Hoc enim facere ſolent cogitabundi, vt ſupra in domo recolendæ memoriæ Dom. Angel. don. pign. gloſ. de Peruſ. de quo ſupra, vel ideo Hircus, quia ſicut ſanguis hirci frangit adamantem lapidem duriſſimum: ſic ſcholaris, qui iam tres annos ſtuduit, omnem duram, & per difficilem materiam iam tractare poteſt. Eſt enim tempus ſpeculandi, & penſitandi. Sic igitur in continuatione, & colluctatione legali, vt cum opus fuerit corona. Denique hominum acri magnoq; iudicio ab origine cauſiſq; primis repetat, diſcernat, examinet, ponderet, colligat, concludat, & omnem hæſitationem, dubitationemque redundantem reſoluat, & in audientium animis aculeum relinquat, quo fiat, vt in diſputando per vſum, qui eſt magiſter egregius, fiat incomprehenſibilis, & lubricus & ianuam famæ patefaciat per illas actiones, Radices diſciplinæ ſunt amaræ, fructus verò dulces, ſecundum Philoſophum. Patienter igitur ferat omnem laborem, quia labor improbus omnia vincit.

Hircos & Quare?

Colorita. Quintò anno coloritæ vocantur, vt in dicto proœm. digeſtorum de his nominibus habetur. Iam enim, ſciuit colorare verba cognitis legitimis arcanis, eis reſeratis ſciunt vti legum inductionibus congruenter, quod eſt potiſſimum, vt l. non ſolum, §. qui pilum, ff. de excuſ. tutor. ibi rectè adaptans omnibus ſimilibus; & iſte inducendi modus imitatione amarus potiſſimum habetur, & diſputationis vſu coaleſcit, Audi Leonardum in præall. opuſculo de vtilitate diſputationis, dum dicit. Nā quid eſt, per Deos

immortales, quod ad res ſubtiles cognoſcendas, atq; diſcutiendas plures valere poſſit, quam diſputatio; vbi rem in medio poſitam velut oculi plures vndiq. ſpeculentur, vt in ea nihil ſit, quod ſubterfugere, nihil quod lateat, nihil quod valeat omnium fruſtrari intuitum; Quia nihil eſt, quod animum feſſum atq; labefactatum ex nimia longitudine, otij aſſiduitate lectiones plerumq; faſtidiente magis recreet, atq; redintegret, quem ſermones in corona cætuq; agitari; Vel gloria ſi alios ſuperaueris, vel pudore ſi ſuperatus fueris; ad legendum atq; perdiſcendum vehementer incenderis. Quid eſt quod ingenium magis acuat, quod illud callidius verſutiuſq; reddat, quam diſputatio? cum ibi neceſſe ſit, vt momento temporis ad rem ſe applicet, vſq; verborum ſe reflectat, colligat, concludat; vt faciliter intelligi poſſit hac exercitatione exercitatum, ad cætera diſcernenda fieri velociorem., paulo infrá ſubdit: Itaq; ego qui veſtræ vtilitatis ſum auidus, quiq; vos maximè florentes in ſtudijs veſtris videre cupiam, non iniuria vobis iraſcor, ſi quidem hunc diſputandi vſum, ex quo tot emanant vtilitates, negligatis: Etenim abſurdum eſt intra parietes atq; in ſolitudine ſecum loqui, multaq; agitare, ſi in oculis hominum atque in cætu veluti nihil ſapiat obmuteſcit. Et quæ vnam aliquā vtilitatem in ſe habeant ex magno labore proſequi, diſputationem verò ex qua per multæ vtilitates proficiſcuntur ſumma cum iucunditate, nolle attingere. Nam veluti agricola improbandus eſt; qui cum liceret ei fundum vniuerſum excolere, ſaltos quoſdam ſteriles arat, partem verò quā piam eius fundi pinguiſſimam atq; vberrimam relinquit incultam; ſic reprehendendus eſt is, qui cum omnia ſtudiorum genera adimplere poſſit, cætera quamuis leuiora accuratiſſimè obijt; diſputandi vero exercitationem aſpernatur, & negligit, ex qua tot fructus colliguntur vberrimi, vt per eum ibi latius. Et hoc eſt quod dicere voluit Iuriſconſ. in l. numerum. §. mixta. ff. de mun. & honor. ibi Herennius Modeſtinus ex notando, & diſputando bene; & optima ratione decreuit.

Diſputationis vtilitas.

Documentum nonum principale.

Diſputare de quolib.

TIbi conſulo, vt ſi diſputaturus in corona fueris, nunquam temerarie illud onus ſuſcipias reſpondendi de ſingulis, de quibus fueris interrogatus Licet enim Valerius libro octauo, capitulo antepen. commendet Gorgiam Leontinum ſtudijs literarum ætatis ſuæ cunctos præſtantem, eo quod primus in conuentu auſus ſit poſcere qua de re quiſque audire vellet, & ideo ei (vt idem dicit) vniuerſa gratiæ, in templo delphici Apollicis ſolido ex auro ſtatuam poſuit cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet, beatus tamen Hier. in opuſculo contra Ioannem epiſcop. Hieroſolymitanum. Orig. ſcilicet aſſertorem ſic, inquit, Gorgiam Leontinum cuncti Philoſophi, & oratores laterent, quod auſus ſit publice ſella poſita polliceri reſponſum ſe de qua quiſque re interrogare voluiſſet. Sed de nouiſſimis agamus. Tempore quo illuſtris D. Bald. de Peruſ. legebat Papiæ, quidam Doct. Philip. de Regio, qui fuerat doctor omnium fere illorum Doct. Pariſienſium, & apud eos erat maximæ authoritatis, cum multis annis poſtea legiſſet Paduæ, rediens Papiam in principio ſui aduentus publicè pollicitus eſt, ſe velle reſpondere de quolibet in materia vltimarum voluntatum. D. Bald. ibi præſens interrogauit eum, dicens. Vbi habemus nos quod ſubſtitutio vulgaris facta in legato non compræhendat niſi caſum ſi voluerit, & facta in hæred. compræhendat caſum ſi noluerit vel non potuerit vti. l. cum proponas. C. de hæredit. inſtitu. Breuiter ille Dom. Philippus obmutuit, & Bald. tunc aperuit librum, & legit text. l. pater Seuerinam ff. de condit. & demon. vbi erat caſus ſecundum vnam lect. vnde illi cathedranti reſultauit magna confuſio Hoc refert D. Paul. de Caſt. in d. l. pater Seuerinam, dicens; Caueat a talibus actibus præſumptuoſis, quia ſolus Deus nouit omnia.

Documen-

Documentum decimum principale.

CONſulo ſcholari vt in diſputando ſolis textum allegationibus inhæreat, non vt quidam inexperti faciunt, aut qui arguendo gloſſ. allegant, & Doct. abſque iurium allegatione. Illo enim nihil apud Doct. ineptius contra iſtos exclamat gloſſ. in l. ſed licet ff. de offic. præſid. ſi volueris apte arguere in forma legiſtis congruenter variis argumentandi modis, quos edidit ſubtilis doctor Iac. de But. vel illis, quo edidit Alber. de Roſ. illis, quos Bald. inſeruit in l. conuenticuloſam, C. de epiſcop. & cleric. Si vero fueris reſponſalis, tunc vt facile declines omnia argumenta tibi facta videas Odoffred. in prooem. digeſt. in princip. & ibi Bald. mira quadam dexteritate inſtruit omnem argumentandi vim altero de tribus modis poſſe repelli, & declinari, ſcilicet per aliter, & aliter; per aliud & aliud, & per ſecundum quid non ſimpliciter, quod qualiter intelligatur, & practice ad aptandum ſit belliſſime, explicat ibi Bald quem omnino videas. Hæc ſi ſeruaueris, optimus quoque iudiciorum tam athleta, quam gubernator euadens in omni æuo, locoque felix, vt dicit text. in dicto prooem. digeſt. §. diſcipuli faciliuſque continget ſi patriam propriam fueris egreſſus gratia ſtudiorum. Nam in propria patria multa diuertunt, vt dicit Dom. Simon de Buliano Cardin. Mediol. in prooem. clement. & ſi egredi decreueris eligas locum, vbi ſint celebres doctores, & vbi ſit numeroſa multitudo ſcholarium, prout erat Bononiæ tempore Dom. Azon. quo tempore ibi erant decem millia ſcholarium, vt refert Odoffred in authent. habi. C. ne fil. pro. pa. refertque ſemel propter multitudinem magnam ortã contentione inter ſcholares Lombardos & Tuſchos, ciuitas illa fuit in magno periculo, nemo enim poterat coercere illos, & vt facilius coerceri poſſent in futurum de concordia, tunc renunciarunt priuilegio iuri, de quibus eſt d. authent. & in criminalibus ſe ſubmiſerunt iuriſd. poteſtatis. Facio igitur finem. Quo prædicta parua ſint & talia, quæ auribus & ingenijs veſtris cultiſſimis tanquam puerilia (non dubito) & diminuta videbuntur, aut fortaſſe nõ carentia rubore, & cum & ego ipſe alterius conſilio in

Argumẽtãdi modus.

Studio extra patriam.

prædi-

prędictis & alijs indubitanter indigeam, ſed tamen ſincere locutus ſum quaſi mecum loquens vos diligentiam veſtram omnem ſinceritatem, ineptitudinem emendabitis, & melius reformabitis, potiſſime cum omnia prędicata abſq; diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio iuris ciuilis.

Diſcipuli pręceptores amput.

VErum quia ſup. in 3. conſil. dato dictum fuit, quod diſcipuli debeāt amare. Præceptores, vt habetur etiam apud Quint. lib. 2. inſtitutionis oratoriæ, vbi dicit. Diſcipulos moneo, vt præceptores ſuos non minus, quam ipſa ſtudia ament, eoſque parentes exiſtiment non quidem corporum, ſed mentium, plurimum hæc pietas diſcipulis proderit. Nam ita & libenter audiens, & dictis credent & ſimiles fieri concupiſcent, ſicut læti, & alacres conuentu aliorum emendati, non iraſcantur laudati gaudenti. Nam vt illorum officium eſt docere: ſic horum præbere ſe dociles. Doctrina enim coalleſcere nequit niſi ſociata tradentis atque accipientis concordia. Cum ſim vtilitatis veſtræ auidus, & optem, vt per vos facta ſint bona fundamenta & ab origine cauſiſque primis intelligatis, vt dicitur in l. 1. ff. de iuſtit. & iu. viſum eſt in ſignum mei iu vos animi aliqua præmittere acuentia ingenium, quæ non reperieris alibi tradita, & paucis ſunt nota, & quę ignorare eſt lata culpa, ſcire plurimum affert decoris, ne illotis manib. templum ſacratiſſimum iuſtitiæ opus, C. & ff. ingrediamini, vt in l. 1. ff. de orig. iur. iuncta l. 1. §. has itaq; C. de uet. iur. enuc. Videamus ergo quæ ſit cauſa efficiens, materialis & finalis libri. C. et ff. in hac ſcientia legali. Quidam (ut Azo.) dixere, quod cauſa efficiens libri C. fuit Iuſtin. Imperator. Alij dixerunt quod fuit ipſe Deus, cuius miniſter fuit Iuſt. & hoc not. in auth. debere, & fa. in rub. hoc probari uidetur ex eo, quia lex eſt inuentio & donum Dei. l. 2. ff. de legibus, item leges fuere per ora principum diuinitus promulgatæ, ut l. 2. C. de uet. iur. enuc. & l. fi. C. de præſcr. long. tem. & hoc tenebat antiquius Doc. Iac. de Ranignei Lotoringus gloſſator ueſter Acc. breuiter ſex expediuit, dicens una cum Azone, quod cauſa efficiens fuit Imper. Iuſt. ut no. in rub. ff. de iudiciu. Tertij quidam nituntur conciliare, dicentes, quod cauſa efficiens

Triplex cauſa efficiens.

ſa efficiens poteſt conſiderari tripliciter, ſ. prima, remota, & magis remota. Cauſa efficiens proxima primi uoluminis C. Iuſt. fuerunt illi decem illuſtres copilatores, qui numerã tur in prima, & ſecunda conſt. Cod. ſ. Io. Leontius, Phocas Baſilides, Thomas, Tribunianus, Cõſtantinus, Theophilus, Dioſcorus & Præſentinus. Iſti commiſſione D. Iuſt. compilauerunt primum C. Iuſt. commiſſio eis data patet in prima conſtitutione Co. Confirmatio uero Cod. ab illis compilati patet in 2. conſt. illius uoluminis. Cauſa uero efficiẽs proxima Cod. emendati i. Codicis repetitæ prçlectionis, quem hodie habemus fuerunt quinq; illuſtres uiri ab eodem Iuſt. electi, ſ. Tribunianus, Dorotheus, Mena, Conſtantinus, & Ioan. ut patet in conſtitutione, quæ incipit cordi. C. de emen. Iuſt. C. Cauſa efficiens remota fuit Iuſt. Imper. cuius auctoritate compilatio facta fuit, & qui poſt compilationem confirmauit, ut patet in d. prima conſt. & ſecunda, & tertia, & in lege ſecunda conſt. omnia. n. C. de uet. iu. enu. Iſte Iuſtinianus Imperator fuit 14. in Oriente. Cucurrerunt ab urbe condita uſq; ad tempora ſui imperij, ſecundum computationem, quam puto ueriorem mille, & quadringenti penè anni, ut exprimitur in l. 1. §. cunq; hęc materia, & 2. in prin. uer. erat. n mirabile C. de uet. iur. enu. Ab urbe uero condita uſq; ad aduentum Chriſti cucurrerunt anni ſeptingeni quinquaginta, ut patet in chronicis, quas ueriores puto. Ab aduentu uerò Chriſti uſq; tempora Imperij Iuſt. prædicti cucurrerunt ann. ſexcenti quadraginta ſeptem uel circa, aſſumpſit Imperium præfatus Iuſt. die Apri. ann. D. N Ieſu Chriſti 607. indictio. 5. ut probatur in auth. ut præpo nomen Imper. §. ſi qua uero, & ibi no. iuncta data qua in 2. & 3. conſt. C. & leg. 2. de uet. iu. en. ſi rectè inſpiciatur. Imperauit autem annos 39. fuit iſte Iuſti. poſitus in catalogo Sanctorum, ut refert Bar. in rub. C. & in proœ. ff. uer. ſuper prima rub. Cæterum inſignis Doct. D. Io. Faber Aquitanicus, ſuper rub. proęm. Inſt. dicit ſe uidiſſe nomen Inſt. ſcriptum in catalogo Sanctorum Kalendis Aug. Gennadinus etiam qui proſecutus fuit libellum Hier. de uiris illuſtribus eccleſiaſticis ponit Iuſtin. inter illos. Quod ad ſacras leges attinet, notandum quod Iuſtin. Imperator in primordio ſui Imperij commiſit præfatis 10. Illuſtribus uiris, ut uiſis antiquis Codicibus Gregoriano, Hermogeniano,

genieno, & Theodoſiano, multis conſtitutionibus extra-
uagantibus a Theodoſio, Imperatore, & ſucceſſoribus fa-
ctis nouum Cod. Iuſtin. ederent: & hoc patet in prima con-
ſtit. C. ſub rubr. de nouo. co. faciendo & colligitur ex con-
ſtitut 3. quæ incipit cordi, ibi, primordio noſtro. Supradicti
10. illuſtres compillatores. Co. Iuſt. ediderunt illum anno
3. Imperij domini Iuſtin. tempore conſulatus Decij, ann.
D. N. Ieſu Chriſti 649. indictio ſeptima. Et eo. ann. 5. idus
Aril. ideſt 9. die Aril. Dominus Iuſtin. illum Codicem con-
firmauit, vt probatur in titul. C. de iuſt. Cod. confir. in fin.
conſtitutionis ibi poſito, iunctis his, quæ præmiſſa ſunt.
Poſt hæc Iuſtin. Imperator vertens animum ad enuclean-
da infinita, & immenſa prudentiæ veteris volumina, com-
miſit ſex illuſtribus viris, videlicet Triboniano, Conſtan-
tino, Theophilo, Dorotheo, Anatolio, & Cratino, vt vna
cum alijs 11. doctiſſimis viris excellentiſſimis cauſarum
patronis apud partes Orientales, videlicet Stephano, Men-
na, Prodocio, Entalino, Timotheo, Leonide, Leontio, Pla-
tone, Iacobo, Conſtantino, & Ioanne legerent immenſa
Quo tẽ- prudentiæ veteris volumina, & ſub compendio redigerent
pore C. in vnum Cod. diſtinguendum in quinquaginta lib. com-
cõpila- munem Romanam ſanctionem continentes, quæ ab vrbe
tus ſit. condit. & ab Romuleis deſcendit temporibus iam confu-
ſam per tanti temporis lapſum, & tot ventorum diſperſa
volumina, vno Cod. indita oſtenderent, fuitque his data
a Iuſtin. ampliſſima authoritas corrigendi, ac diminuendi,
vt probatur in l. 1. C. de iu. au. Tandem iſte Tribonianus
magiſter huius operis legitima, vna cũ alijs ſexdecim præ-
nominatis compilarunt, enuclearunt ex immenſis patrum
voluminibus. Pandectas, & Digeſta, videlicet quinquagin-
ta lib. digeſ. quos habemus, quod opus velut ſacratiſſimum
templum Do. Iuſtin approbauit, & confirmauit ann. 8. ſui
Imperij, & 3. conſulatus ſui, anno Domini 154. indict. 12.
3. Kal. Ian. 1. penul. die Decemb. vt ipſe Iuſtin. atteſtatur in
l. penul. C. de ver. iur. enuc. colum. vlti. §. leges autem. Hic
notandum, quod ideo ſemper Tribonianus præfuit, vt ma-
giſter legitimo operi prædicto, tum qui vltra legum peri-
tiam, experientia rerum decoratus erat, tum quia antiquæ
ſapientie librorum copiam ipſe maxime præbuit, in qui-
bus multas fuerunt etiam ipſius eruditiſſimis hominibus
incogni-

incognita, vt dicit text. in d. §. præſenti autem. Eſtque hic ſingulariter aduertendum ad vnum, quod dicta antiquitas commenta iuris noſtri ignorauit, quæ continebant dicta veterum immenſa volumina pene tricies centena millia verſuum, & duo millia librorum, vt d. l. 2. & in procem. inſt. & ff. veteris Digeſta noua, quæ hodie habemus iuris, enucleati, continent pene 150. millia verſuum, & 50. libros, vt d. l. 2. & in alijs locis præalleg. Vellent ſcire quidã hoc d. Accurt. gloſſator, qui omne verbum dig. gloſſauit, illud exponit verſuum, id eſt legum, ſeu paragraphorum, aut reſponſorum, quaſi ſenſerit, quod hodie dig. quæ habemus contineant 150. millia legum, vel paragraphorum, vel reſponſorum. Aduerte, quia Acc. noſter, qui affirmauit ſe ſuccurriſſe tenebris ciuil vt dicit in l. factus. §. ſi in danda. ff. ad Treb. in hoc paſſu adduxit tenebras, hoc tibi demonſtrabo ad oculum volui alias numerare omnes leges dig. quæ habemus, videlicet, ff. veteri, infortiati, & ff. noni Comperique in ff. veteri ſunt duo millia noningentæ decem, & octo. In infortiato ſunt duo millia 234. In ff. nouo 2983. Et in ſumma leges dig. videlicet omnium quinquaginta lib. ſunt octo 1135. vnde patet manifeſtiſſime quod Accur. noſter in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incaute gloſſam ſuper hoc faciens. Cogitabam alias, quod exponi debuiſſet verſuum, id eſt linearum feci periculum, & numerum literarum, ff. veteris, infortiati, & ff. noui reperi hoc eſſe veriſſimum. Nam ſecundum computum meorum textuum reperi. ff. vetus conſtare ex quinquaginta millibus verſuum, id eſt linearum. Infortiatum conſtare ex 39 millibus & quingentis viginti lineis. ff. vero nouum ex quadraginta quatuor millibus linearum. Vnde omnes 50. digeſtorum libri conſtant, ſecundum volumina mea ex 139. millibus verſuum, id eſt linearum & quingentis viginti. Opinor, quod ſi quis computaret numerum linearum pandectarum, quæ ſunt Florentiæ, quod facile fieret per numerationem quinternorum, per numerum chartarum, & per lineas vnius lateris, inueniret illas conſtare ex centum quinquaginta penè millibus verſuum, id eſt linearum: ad hoc neminem reperi ante hac aduertiſſe. Sed accuratius inueſtigando quæro a te quid vult dicere tex. dum dicit, quod olim erant tricies centena millia verſuum, hodie vero centum

Numerus legum.

Tricies cẽtena millia verſuũ.

tum

tum quinquaginta? Diceres fortaſſe quod olim erant trecentena, id eſt trecenta millia verſuum, hodie vero centum quinquaginta. Cogita quid dicas. Nam cum olim eſſent duo mil librorum, hodie vero 50. libri, & ſic fit quadrageſima pars reſpectiuè ad computum librorum, ergo reſpectu ad numerum verſuum erit dimidia pars, & ideo expone tricies, id eſt triginties, ſicut vicis, id eſt viginties. Nam ſciendum, quod omnia quæ ſunt ſupra centum ſycopantur, vt terceni id tercenti, ducenti, id eſt ducenti, quadrigeni, id eſt quadringenti, intra centum vero non ſyncopantur, vt quinqueis, ſepties, decies centies, ducenties, trecenties, millies, decies millies, vicies millies, & ita deinceps. Cæterum ita reperi expoſita illa verba tricies, & vicies a Priſciano in opuſculo de numeris. Similiter exponit eloquentiſſimus vir Lauren. Valen. Romanus in libro 3. de eleg. linguæ Latinæ, ſub rubr. de numeris. Olim ergo erant tricies centena millia verſuum, hodie centum quinquaginta millia, & conſequentur ex 20 partibus, vna eſt compendium digeſtorum, quæ habemus quo ad linearum numerum, quod ſingulariter notabis, quia non reperi hoc expoſitum ab aliquo iuriſta de quo plurimum miror.

His incidenter intermixtis, quæ non ſunt extra rem, ſed ex re, vt not. in l prima, ſuper verbo bene, ff. ſi certum petatur. Reſpondeo ad rem, & dico, quod Iuſtinianus cum edidiſſet Codicem Iuſtinianeum & deinde Digeſta. vt prædixi, componi fecit Inſtitutiones quas habemus a Tribuniano, & Teophilo, & Dorotheo, ex inſtitutionibus veterum, & commiſit inſeri in illo libro Inſtitutionum ea, quæ per conſtitutiones Iuſtiniani emendata eſſet, & ita factum eſt. Fuit autem conſummata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis, vt dicta lege ſecunda, §. omnia igitur, Poſt hæc ad vnum aduertens Iuſtin. quod anno iij. ſui Imperij ediderat Codicem, & demum Digeſta, & Inſtitutiones anno viij. ſui Imperij, vt prædictum eſt, eundem Codicem, quem fecerat primo componi a decem illuſtribus viris prænominatis, fecit relegi, & iterum edidit propter aliquas conſtitutiones de nouo factas ſuper quinquaginta deciſiones, quas iuſſit inſeri. Et hanc ſecundam editionem. C. quæ dicitur repetita prælectio, commiſit quinque illuſtribus viris: vt Tribuniano, Dorotheo, Mennæ, Conſtantino, & Io-

anni,

anni,& facta fuit dicta ſecunda editio,i. Codex emendatus Domini Iuſtini.repetitæ prçlectionis quem habemus,item confirmatus a Iuſtini.prædicto imperij ſui.ann.10.& tempore ſui quarti conſulatus, & etiam Paulini, anno Domini 656.indictione 15. 4. Kalend. Ianu. 1.28.die Decembr. vt probatur. C. de emendatione Cod. D. Iuſtin. in conſtitutione cordi iunctis præmiſſis. Et hunc C. iuſſit appellari C. Domini Iuſtiniani, repetitæ prælectionis, vt dicta conſtitutione cordi. Et ita dicta eſt i. rubr. C. ideo autem dicitur codex repetitæ prælectionis. Nam apud veteres; quando poſt primam editionem fiebat ſecunda editio; appellabatur a veteribus repetita prælectio, vt colligitur ex libris Vlpian. ad Sabinum, & exprimitur in dicta conſtitutione cordi. ver. in antiquis etenim. Et ideo dicitur repetitæ prælectionis,id eſt ſecundæ editionis, quia præcedens lectio, id eſt prima editio fuit repetita. Proteſtatqs etiam fuit Iuſtinianus, quod ſi poſtea nouas conſtitutiones ipſum facere contingeret, illas congregabit in libro, qui appellabitur liber Nouellarum conſtitutionum, vt patet in eadem conſtitutione ver. hoc etenim Suadente poſtea varia rerum natura, Iuſtinianus multas conſtitutiones nouas fecit,numero centum vel circa, quas hodie inſertas habemus in libro authen. quæ factæ fuerunt ab eo (vt opinor) anno vndecimo primo,ſui imperij,ann.Domini noſtri Ieſu Chriſti 657. indictio. 15. vt colligitur ex text. in Authent. vt præp. nomen. Imper. §. ſi quæ vero,iunctis alijs præmiſſis. Hoc notandum quod ex eo quod Imperator (vt paulò ante dicebatur) dixerat, quod appellaret librum Nouellarum conſtitutionum, ſcilicet quem poſtea ederet, quod Irnerius dicebat librum authen. quem habemus non fuiſſe Iuſtiniani,quia non appellatur nouellarum, ſed authent. adducebat Irnerius rationes quas ponit gloſſ. in dicta conſtitutione cordi.ſuper verbo, congregationes, & idem dicebat Placentinus, vt refert Bald. in l. humanum. C. de leg. Io. vero antiquus gloſſator dicebat contrarium per text. in dicta conſtitutione cordi,ſcilicet quod liber authenticorum fuit Iuſtiniani,& cum hoc tranſire videtur gl. ibi,& in d.l.humanum.C. de legibus, & Bald. in dict. leg. Cor & Cynus,& Bald. in dict. l. humanum. Et ita tenendo Liber authē.

proculdubio,patet ex inſcriptionibus cuiuſque titul.& ex data in multis titulis,& ex nomine ipſo in titulo,vt præponatur nomen Imperatoris, & in titul. vt iudices ſine quoquo ſuffragio,& in titulo iuſiurandum, quod præſtatur ab his,& minor quod de hoc aliquis vnquam dubitauerit.Ratio tamen dubitandi potuit oriri ex eo,quia fertur reperiri quendam librum, qui dicitur liber nouellarum, quem dicunt continere eaſdem conſtitutiones quas continet liber Authent. licet in aliquibus ſit varius, cuius libri nouellarum mentionem facit gloſſ.in authent. hoc amplius. C.de fideicomm.& Doct.in authent.res,quæ.C.commun.de legatis, vnde egregius comment. Albericus de Roſata Bergomenſis,quem refert Dominus Raphaelus Fulgoſius,in authentica,hoc amplius.C.de fideicomm.dicit,quod liber authent.quem habemus excerptus ſit ex libro nouellarum vt compendioſior fieret. Vnde dicit, quod liber nouellarum erat multum prolixus, dicit domino Raphe. ſe nunquam vidiſſe d lib.nouel.D.Paul.de Caſt.in d.authen. hoc amplius dicit, quod quilibet nouellarum fuit extractus de lib.authen.per breuiora verba,& magis apta.item D Pan. in d.authent.res,quæ dicit non eſſe ſtandum illi tex.nouellarum, quando textui authent.contradicit, quia de fide illius operis dubitatur Bald.etiam in d.authen.hoc amplius quod præualet titu.authen. eo quod ille liber nouellarum non legitur in ſcholis.Sed ibi reliquit nos incertos,quis libet corrigat alium,vel liber nouel.vel liber auth.Ego ſemper credidi, & ſemper credam (donec conſtet de contrario) quod liber Nouel. tanquam de cuius fide dubitatur, & qui per ſtudia vniuerſalia non verſatur, ſit reſpuendus, & quod lib. Auth. ſit liber conſtitutionum a Iuſtiniano editus, & ideo illum gloſſauit Accur. & etiam ſuper illo fecit ſummam Io.Baſianus Cremonenſis, & Azon.& illum ſtudia receperunt,& plerique illuſtres Commentatores cō mentauerunt,vt Iac.de Belui.Bar.& Ang.nec ob. l. humanum.C.de leg.Nam illa lex fuit Imper. Valentini,non Iuſtiniani,vt patet ex inſcriptione, ideo gloſſ. ibi ſomniauit. Nec curandum de varietate ſtyli, quod non ipſe, ſed illi quibus committebat,componebant, qui erant alij ab ipſis præmiſſis compoſitoribus.Codicis. Adde prædictis, quod

egregius Doct. Odoffred. in authent. caſſa, C. de ſacroſan. Eccleſ. ſic ait; Vnum ſciatis, quod authenticum, quod fuit compoſitum a Iuſtin. habet nouem collationes. Poſtea quando venit Federic. minor miſit has conſtitutiones ad ciuitatem iſtam ſcilicet Bono. ut Doct. legum adaptarent eas ſingulis legibus ſub congruentibus titu. Doc. conuenerunt in ſancto Petro, & adaptauerunt. Poſtea quid fecerũt? Dom. Vgo poſt 9. coll. poſuit lib. feudorum, & omnes conſtituti. Federic. antiqui, & minoris, & aliquas leges Corradi Imper. & vocatur decima collatio, licet pauci ſint qui habeant ita ordinatum in libris ſuis Odofr. hæc refert, & eum ſequitur Bald. in præludijs feu. in ver. porro aduertant ignorantes, & moderantur ſibi labia reprehenſores veritatis, quia ego vidi Odofr. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, quod ante authenticas, quæ ſunt inſertæ, C. ſolet eſſe ſcriptum conſt. no. id eſt conſtitutio noua. patet ergo ex prædictis, quo tempore fuerit factus lib. auth. & qualiter fuerit factus a Iuſtin. Item auth. quæ ſunt in C. fuerunt inſertæ de mandato Federici II. qui regnabat anno Domini 1215. tempore Honorij III. Item & tempore Gregor. IX. qui Gregor. IX. deceſſit anno Domini 1212. menſe Iulij, & deinde regnauit ipſe Innocent. VI. qui fuit aſſumptus ann. Domini 1244. die 1. menſis Iulij, vt atteſtatur Rofr. in libellis iuris canonic. in titul. ne ſede vacante, & Ioan. Andr. eodem titul. in addit. Iſte Innocent. IV. Federic. eccleſiam perſequentem depoſuit, & imperiali dignitate priuauit ann. Domini 1244. in Concilio Lugdunenſi, de qua depoſitione habetur in cap. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. Eſt etiam notandum, quod cum multa bella fuiſſent imperium, & quaſdam ciuitates Lombardiæ tempore Henrici VI. deinde Federici II. minoris. Iſte Federicus II. fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Conſtantiæ, quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegantur a Doct. in l. imperium, ff. de iuriſdict. omnium iudicum, & alibi Bald. ſuper dicta pace in ver. volumus, dicit ipſam per legem allegari, & conſueuit allegari hoc modo, vt in extrauag. de pace Conſtantię, quam gloſſauit, & commentauit Odofr. deinde Bald. etiam ſolemniter commentauit reperto

Decima collatio

De pace conſtantia facta.

Vu 2 perto

perto in archiuo Bononienſi apparare dictam pacem regiſtratam, & dicitur concluſam, anno Domini 1274. indictione prima, anno 22. ſui imperij, regni vero anno 32. 7. Kalen Iulij. Hæc ideo feci reſcribere, quia Bald. in ti. d. commentu dicit iſtam pacem fuiſſe factam poſt depoſitionem Federici, & tamen concludit pro lege debere ſeruari, vt ibi videndum. Iſta pax deberet eſſe ſituata in fin. lib. ſeu poſt alias conſtitutiones eiuſdem Federici II in illo lib. inſertas. Vidiſti quod libro auth. eſt diuiſus magiſtraliter in 9. collation. & poſt ea ſuperuenit liber feudor. quem decimam collationem vocamus, vt ſupra dicebat Odofred. & Bart. ponit Bart. ſuper rubri. extrauagantos ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt conſtitutiones ad reprimendum, & conſtitutiones, quoniam nuper ab Imperatore Henrico VII. anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 1308. quas Bart. ſuper rubr. appellat vndecimam colum. & gloſſauit illas tempore Caroli IV. ſeu Ludouici cum fuiſſet donatus pluribus inſignibus, & priuilegijs à præfato Henrico, & dicta Bart. ſuper dictis extrauagantibus, puto maioris authoritatis aliquibus alijs dictis eiuſdem alibi, quia magis digeſta edidit tanquam gloſ. Sed dicet aliquis, quomodo tibi conſtat de tempore approbationis C. Digeſtorum, Inſtitutionum, & compilationis Authenticorum, & aliorum prædictorum, quo anno Domini, quo anno Imperij domini Iuſtiniani hæc acta ſint, quo conſulatu, & qua indictione. Reſpondeo quod hæc colligi poſſint ex numeratione annorum ab vrbe condita ad tempora Imperij Iuſtiniani. Item ab vrbe condita ad aduentum Chriſti. Item ab aduentu Chriſti ad tempora Iuſtiniani. Item ex data quæ ponitur in ſecunda conſtitutione, & in tertia conſtitutione voluminis. C. & in ſe. ſecunda, C. de veter. iu. enucl. & ex tempore aperte poſito in authen. vt præponatur, & computatur, & ex computatione chronicarum. Item dicet aliquis. Tu notas tempora conſulatus domini Iuſtiniani Imperatoris. Si Imperator, quomodo conſul? ſi conſul, quomodo Imperator? Reſpondeo quòd Imperator aliquando aſſumebat ſibi conſulatum, vt quidam extraneus, & hoc erat quando ſibi placebat, vt eſt text. in authen. de conſulibus. §. final. ibi, aduenit autem cum ipſe an-

Conſtitutio ad reprim.

ſe annuerit,& not.gloſ. in procem: digeſtorum in fin.gloſ.
Iterum dicet aliquis ; tu dicis quod Romana ſanctio fuit
triennio cõſummata,vt d.§.omni.imo videtur quòd quin-
que anni ſunt lapſi . Nam Codex primus fuit factus ter-
tio anno Imperij D. Iuſtinian. liber vero ff.orum. ann.ſe-
ptimo,vt ſupra eſt dictum : Gloſ.aduertens ad hæc in ſe-
cunda conſtitutione Codicis , § final.ſuper verbo optimè
dicit quod aliqui opinantur, quod duo anni fuerunt inter-
poſiti poſt compoſitionem primi Codicis ante inchoatio-
nem ff.orum : Alij verò opinantur , quod immediatè poſt
compoſitionem Codicis fuerit inchoata compoſitio ff.o-
rum & cum triennio conſummata eſſet,biennium fuit ela-
pſum, antequam publicaretur . Huius rei non habetur cer-
titudo . Credo ergo ; quòd voluntatis cauſa magis re-
mota fuerit ipſe Deus,a quo lex; & omnis ſciẽtia, vt ſupra Cauſa
dicebatur . Sequeretur videre quæ fuerit cauſa materia- materia
lis legalis ſapientiæ : Azon.ſuper hoc in ſumma Codic.in lis legũ
princip. multa verba dicit aliter obſcurè loquens ; ad cu-
ius dicta in hoc omnes refugiunt: Verum quia aliqui mor-
dent dicta in hoc omnes refugiunt,verum quia aliqui mor-
dent dicta Azon.ſi volueritis iſta videre,videte per Bart. in
procem.ff.præſertim in lecturis antiquis; quæ dicuntur le-
cto Paduæ . Videte etiam Bald.ibid. & in l. 1.ff. de iuſt. &
iure,& per Ioan.Fab.in procem.Inſtitut. Tertiò videndum
eſſet , quæ ſit cauſa formalis librorum iuris ciuilis : Do-
ctores cõſueuerunt dicere,quòd duplex ſit cauſa formalis.
Nam ex parte tractatus eſt diuiſio operis in libros ; libro-
rum in titulos,titulorum in leges ; legum in §§.ff.orum , in
verſic.Opus enim conſtitutionem imperialium, de quibus
ſupra dictum eſt,in duodecimo,lib digeſtum eſt, & conclu
ſum, vt dixit text.in l. ſecunda , in ſecunda , colum. verſic.
omnia,C.de vet.iur enucl.Horum duodecimo, lib.nouem
ſunt inſer.vol.C.quem habemus, tres vero reliqui ſunt in-
ſerti in lib. qui appellatur volum.Conſtat autem totum ius
conſtitutionum,& deciſ.imperial. eſſe diſtinctum in d. 12.
lib.in rubr 348.l.4562.Codex verò quem habemus, habet
rubr.331.leges vero tria millia & ſexcentas 8 illi vero tres
libri codicis de quibs in volumine habent 227. rubr. leges
vero nongentas 54.ff. vetus habet rubr.152.leges vero duo
millia

millia nongentas 28. Infortiatum habet rubr. 101. leges v-
ro 2234. Digeſtum nouum habet rub. 172. leges vero 298 =
Summa rubr. ff. 434. leges. ff. 8135. rubr. Inſt. 99. non com-
putato procemio, rubr. 99. rubr. feudorum 82. §. c. feudo-
rum, quæ habentur 132. Summa legum, ff. 8255. legum ve-
ro. C. 12. lib. 4562.

Summa omnium legum, ff. C. voluminis ponendo quem-
libet titulum Inſtitutionum, & authent. pro una lege 13-
millia 27. & iſtud eſt mare, per quod nauigas. Cauſa for-
malis ex parte tractandi idem eſt quod modus agendi, quæ
multiplex eſt diuiſionis, ordinis, & exemplorum poſitio-
nis, & regularum traditionis, ut per Azon. loco prællegat.
Quarto loco eſſet uidendum quæ ſit cauſa finalis, & ſuper
hoc dicas, ut per Azon. loco prælleg. & Doct. in d. proœm.
ff. ueter. Quinto loco eſſet uidendum, cui parti philoſophiæ
ſupponatur iuris ſcientia, & dicendum eſt, quod Ethicæ,
uel morali Philoſophiæ. Tractat enim de moribus ut di-
cit text. in le. prima, ff. de inſtit. & iu. Reliqua conſiderate
per uos, & ſtudio inuigilate, ut tandem conſequamini,
quod communiter optamus, quod uobis concedat Altiſſi-
mus Deus. Amen.

Cauſa formalis.

FINIS.

F. Andrea Berna Ven. Ord. Min. Conu. Doct.
Theol. Correttore publico.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

*0.0*0.99 970937